S Quis laicus. CASVS. Quidam laici vel clerici vēdebant prædia sua vel donabat. & decimas prioribus ecclesijs subtrahebant, quare statutum est in concilio Moguntinensi, ut nullo modo faciant, & si quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: & vsque ad emendationē excommunicabitur.

Clericus dat decimas de proprijs prædijs.

e ¶ Vel clericus. ¶ Clericus ergo dat decimam. quod verum est de proprijs prædijs.

f ¶ Inde abstrahere. ¶ Res enim transit cum onere suo, vt extra de decim. cū non sit in homine. 2 & ff. de contrahen. emp. alienatio. ff. de dona. ad eum. §. 1. & ff. de reg. iur. nemo. ff. de distract. pig. si creditor.

2 Et ext. de pig. ex literis in fi. vbi de hoc.

g ¶ Irrita. ¶ Pactum illud non obstat quin ab ecclesia vel alio possessore possit peti decima, vt extra eo. pactum.

Digitized by Google

nalis.ff.de pac.inter.& ſi poſſeſſor partem fructuum,& ille a quo cauſam habuit, etiam partem fructuũ percepit,vterque conueniendus eſt, vt extra eod.tit.a nobis. & c.tua nobis. Sed nũquid pactum iſtud tener quantũ ad cõtrahentes? Videtur q̃ ſic, vt ff.de pa.epiſtola.§.pactum.

¶ Antiquiores eccleſiæ nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur. C. XLIII.

Deuſdedit p.3. Burc.l.3.c.9. Ino p.3.c.12.

ECcleſiæ antiquitus conſtitutæ nec decimis,nec vlla poſſeſſione priuentur;ita vt nouis [a] oratorijs tribuantur.

Item ex concilio Vuormacienſi.

¶ Antiquiores eccleſiæ propter nouas iuſtitiam ſuam non perdant. C. XLIIII.

Burc.l.3.c.7. Ino p.3.c.9.

QVicumq; voluerit in ſua proprietate eccleſiã ædificare,& cõſenſum, [b] & volũtarem epiſcopi habuerit,in cuius parochia eſt;licitũ ſit. Veruntamen omnino prouidendum eſt epiſcopo; vt aliæ eccleſiæ antiquiores propter nouas ſuam iuſtitiam, aut decimam nõ perdãt: ſed ſemper ad antiquiores [c] eccleſias perſoluatur.

¶ *Burchardus etiam,& Ino citant ex concilio Vuormacienſi, c. 6. quo loco in eo, quod extat habetur aliquid ad hanc rem faciens.*

Decimas autem baptiſmalibus eccleſiis perſoluendas Leo Papa iiij.affirmat dicens.

¶ Baptiſmalibus eccleſijs decimæ dari debent. C. XLV.

23.q.1.eccleſias §. item Leo. Poly.l.3.tit.11. Deuſdedit p.3. Anſ.l.5.c.53. Ino p.3.c.153.

DE decimis iuſto ordine non tantum nobis, ſed etiã maioribus noſtris viſum eſt plebibus tantum, vbi ſacroſancta baptiſmata dantur,debere dari.

¶ *Ino fere eadem erat ex Gelaſio: ſed Anſelmus & Polycarpus ex Leone,vt Gratianus.*

Si ergo nulli licet decimationũ prouentum a priori eccleſia,cui aſſignatus fuerat,abſtrahere,ſi ius antiquioris eccleſiæ nouis tribuendũ non eſt, ſi decima tantummodo baptiſmalibus eccleſijs danda ſunt: patet, quod monachi ex propriis prædijs decimas dare cogũtur.Sed & illa auctoritas Moguntinẽſis concilij de venditore,vel donatore loquitur,definiens, quod ille,qui vendit,aut donat, nõ põt prouentum decimationum illi eccleſiæ detrahere, cui prius legitime fuerat aſſignatus. Monachi aũt decimas, & primitias non auctoritate vendentis, uel donãtis,ſed

Sup.e.ſi quis laicus.

Decimæ ſolũt eccleſijs baptiſmalib. & non capellis.

ſtum.ſed contra ext.de paſt.plerique.

ECcleſiæ.] CASVS.Statutum fuit in concilio Cabilo. ut antiquæ eccleſiæ decimis & poſſeſſionib.ſuis nõ priuentur ad hoc ut nouis eccleſijs tribuantur.

a ¶ Vt nouis.] Quidam hoc intelligunt in eo caſu cum prior eccleſia enormiter læditur. alias epiſcopus bene aufert de iure unius,& dat alijs, ut 12.q.1.bonæ rei.& 1.q.1.nulli epiſcoporum.& extra de exceſ.prælat. ſicut vnire.in fra de conſecr.diſt.1.c.2. Hug.tamen ſcribit, q̃ epiſcopus non poteſt auferre uni eccleſiæ, & dare alij inuito ſacerdote,nam quod ſemel eſt conſecratum,alienari non poteſt. 11.q.2.nulli & c.ſine exceptione.Item quia ſacerdos iſte non cogitur de ſuo facere beneficium, ut 10.q.2.precariæ. Item quia priuilegium ſolius Papæ eſt uni auferre, & alij dare,ut 9.qõ.3. conqueſtus, & c. nunc uero.& c.per principalem.Item quia nulli conſulendũ eſt cum alterius iactura, 11.quæſt.3.ſi quis uero. 14.q.5.denique.& 22.q.2.primũ. Item arg.eſt pro ip-

Ipſe an poſſit vni auferri, & alteri dare.

1 Ad idẽ dñt Vin. & B.ex. de teſt.requa ſiſti.in prin.

DE decimis.] SI ERGO CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis cap. ſi quis.& c.quicunque & c.de decimis,quod monachi de proprijs prædijs decimas dare non tenentur.Poſtea reſpondet illi c.ſi quis laicus dicẽs quod venditor uel donator auctoritate ſua decimas non poteſt ſubtrahere priori eccleſiæ: ſed monachi nõ retinent decimas auctoritate ſua, ſed auctoritate Moguntin.concilij. & Paſchalis ſecundi, à quibus dicitur, quod monachi non ſoluant decimas de proprijs prædijs, & ad hoc inducit ſeq.c.

a ¶Paschalis. Sed quo Paschalis potuit dare hoc priuilegium monachis, cum sit contra præceptum diuinę legis, ut inf. ea. decima, & c. reuertimini. contra quod non potest dispensari. 25. q. 1. sunt quidam & sup. dist. 5. c. 1. sup. dist. 8. quæ contra? Sed forte non est absurdum, ꝙ priuilegium concedatur, quamuis sit ꝯ ius diuinum, sed si contraria constitutione illud tolleret, non posset fieri. Sed nūquid laico posset dare tale priuilegiū? Dic quod sic. Io.

Priuilegium cōtra ius diuinum concedi potest.

auctoritate eiusdem concilij, & Paschalis a Papæ detinent: à quibus definitum est, ut monachi de proprijs prædijs decimas non soluant.

Sic enim in Moguntinensi concilio statutum est.

In Cabilonensi sub Carolo magno, c. 19

¶Non persoluant de proprijs prædijs abbates, & episcopi decimas. C. XLVI.

QVesti sunt prętera quidam fratres, quòd essent aliqui episcopi, & abbates, qui decimas non sinerent dari ad † ecclesiam, vbi illorum coloni b Missas audiūt. Proinde decreuit sacer ille conuentus, vt episcopi c, & abbates de agris, & vineis, quæ ad suum, uel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias suas d deferri e faciant: familię † uero eorum ibi dent decimas f suas, ubi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum Missas audiunt.

Anselm. li. 5. c. 57. Burch. l. 3. c. 132. Iuo p. 3. c. 198. Pann. l. 2. c. 59.

† al. ecclesij vbi illi coloni

† al. familia det.

¶Caput hoc in nullo concilio Moguntino, quod extet, habetur, sed in Cabilonensi, vnde citant Burchardus, & Iuo. In libro Vaticanæ bibliothecæ, in quo sunt duo concilia Vrbani secundi, Placentinum, & Melphiense, hæc etiam leguntur. Perlatum est ad sanctam synodum, quod sint quidam episcopi, & abbates, qui colonos ad se pertinentes non sinant decimas dare ad ecclesias, vbi Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur. Proinde decreuit sacer ille cōuentus, vt episcopi, & abbates de vineis, vel agris, ac frugibus, quę ad suum, vel fratrum vsum laborant, decimas sibi pro benedictione, vel hospitum susceptione habeant: familiæ vero ibi dent decimas suas, vbi per totum anni circulum Missas audiunt, & infantes eorum baptizantur.

a ¶Suas.] *Vox ista abest ab ipso concilio, & cæteris collectoribus, sunt etiam nonnullæ aliæ varietates, quæ indicatæ sunt in margine.*

Item Paschalis secundus.

¶De proprijs laboribus monachi, & canonici decimas minime soluere cogantur. C. XLVII.

DEcimas a populo sacerdotibus, ac Leuitis esse reddendas diuinę legis sanxit auctoritas. Cęterū a monachis f, siue clericis communiter viuentibus g nulla ratio finit, ut milites h, aut episcopi, aut personę quælibet decimas de laboribus, seu nutrimētis suis proprijs extorquere debeant. Vnde beatus Gregorius sic ait: Cōmuni vita viuentib. iam de faciēdis portionibus, vel exhiben-

Deus dedit p. 3. Num. 18.

† *Cōmuniter autem viuentibus.*]

in orig. Gregorij cū aliis etiam verborū varietatibus.

In responsione 2. ad Augustinum.

Clerici cōmuniter viuentes & monachi habēt idem priuilegium.

Partiarij coloni, q sunt. Decimæ sūt a colonis partiarijs dandæ.

b ¶Coloni. Partiarij, q partē fructuū percipiūt tales. n. p ea portione quā ipsi percipiūt, tenent dare decimas: & dñi eorū pro ea quā ipsi percipiūt. ut ext. eo. qui. & cap. a nobis. & c. tua nobis. imò & in pensionario colono idē iuris est, siue ipse pro pēsione soluat: siue dño det certam pensionem: quia ante quàm aliqua pēsio detur, res est decimanda, vt extra eod. tit. cum homines.

c ¶Vt episcopi.] Patet hic, ꝙ clerici nō debūt decimas à bonis ecclesiæ. ut extra eo. fraternitatem. & 2. no. l. nouit. & inf. c. prox. licet H. contradixerit, qui dixit esse spatiale in epō. sed obstat ext. eo. quoniam §. vlt.

d ¶Ad ecclesias suas deferri.] Proprijs sumptibus.

e ¶Decimas.] Si prædia sint in episcopotum parochia. Vel loquitur de decimis personalibus. 1 quæ dandæ sunt vbi sacramenta percipiuntur, ut extra eod. ad apostolicæ.

f Me intellectus approbat inf. eo. c. statuimus in gl. 2. & 13. q. 2. in fin. vbi videtur.]

DEcimas.] CASVS. Quæsitum fuit a Paschali, utrum monachi vel clerici communiter viuētes decimas debeāt dare. Et ridet, sacerdotes, & Leuitæ a populo decimas percipere debent. Sed a monachis & clericis com-

g ¶Communiter viuentibus.] Ecce ꝙ aliud habēt priuilegium clerici communiter viuentes, scilicet quam qui separatim: & ꝙ idem habent quod monachi, similiter in absolutione petenda habent idem priuilegium cum monachis. ut extra de vi. & hon. cler. quoniam. in fi. & ext. qui cler. uel uouen. c. 1. & ext. de sent. excom. monachi. & ex tenore. in fi. contra. ext. de sent. excom. cum non ab homine.

h ¶Milites.] An milites possint habere decimas, dicetur. inf. q. 7. c. 1.

QVOD

QVOD AVTEM. Hæc est quinta pars quæstionis. in qua probat Grat. quod Papa potest episcopatus diuidere & vnire, & quosdam eximere archiepiscopis suis incõsultis. Ioan.

CASVS. Dictum est ꝫ. in c. ecclesiæ, c. quicumque, quod ante-

da hospitalitate, & adimplẽda misericordia nobis quid erit loquẽdum cum omne, quod supereſt, in causis pijs, ac religiosis erogandũ sit, dicẽte Domino: [Quòd super est, date eleemosynã: & ecce omnia munda sunt vobis.]

Car. 11. ¶ *Quod autem dicitur, quod antiquiores ecclesiæ propter nouas, nec decimis, nec vlla possessione priuentur; non sta intelligendum est, vt nullo modo credatur licere episcopo aliquã partem possessionum, vel decimationum vnius ecclesiæ alteri pro tempore tribuere: Sicut. n. Papa duos episcopatus in vnum potest redigere; ita & vnus proprio consentiente episcopo in duos potest diuidi, vel etiam metropolitano inuito qualibet ecclesia ab eius iurisdictione Apostolica eximi auctoritate.*

Vnde Gregorius Papa scribit Benenato episcopo, lib. 2. epistola 31.

¶ Duos episcopatus in vnum redigere Apostolica potest auctoritas. C. XLVIII.

Anſ. l. 6. c. 108. Poly. l. 3. tit. 30. ET temporis qualitas, & vicinitas [a] nos locorũ inuitauit Cumanam, atq; Misenatem [α] vnire [b] debeamus ecclesias: quoniã nec longo itineris spatio a se seiũctæ sunt, nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeãt sacerdotes. Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitæ huius explenit [c] vtrasque nos ecclesias præsentis auctoritatis pagina vnisse, tibique commisisse cognosce: propriumque vtrarumq; [d] ecclesiarum scitote esse pontificem. Et ideo te, quæcunque tibi de earum patrimonio, vel cleri ordinatione, siue promotione, iuxta canonũ sta tuta visa fuerint ordinare, atque disponere; habebis ut proprius reuera sacerdos liberam ex nostrę auctoritatis

2 Varijs] gl. cõuni. ext. ut eccl. benef. si ne dimi. cõf. Pet. de Perus. in tracta. de unione.

Ecclesiæ vnitæ vnitur. ecclesiæ simul vniuntur. aut vna earum vnitur reliquæ: quę duo sunt penitus diuersa. Si vna vnitur alteri secundũ hoc illius naturã & cõsuetudinem & priuilegium assumit cui vnitur & peribunt iura illius ecclesiæ quæ vnitur vt extra de statu mon. recolẽtes. circa fi. Si autem neutra alteri vnitur, sed illæ simul vniuntur tunc dico quod consuetudines uel priuilegia quæ meliora sunt & humaniora, retinẽt illud unitum. nam cum malum & bonum assecutum, malum recipit naturam boni. 32. q. nõ est culpandus & ar. C. de rei uxo. actio. in prin. & C. commu. de leg. l. 2. circa finem. Tertio modo possunt uniri ecclesiæ: puta quod utraque remaneat episcopalis. & secundum hoc remanent duo episcopatus, nec idem sit episcopus utriusque ecclesiæ. secundum hoc si primo fuerint istæ ecclesiæ diuersis metropolitanis propter illam unionem, neuter metropolitanus perdit ius suum, ut extra de relig. domi. cap. quia: & episcopus sic erit sub duobus metropolitanis. In primo casu erit sub illo cui Papæ placuerit, uel erit sub metropolitano illius ecclesiæ cui unita est altera: illius enim naturam assumpsit. Et sic Imperator quandoque unit duas dignitates in unam, ut in authen. ut iudi. sine quoque suffra. §. illud. coll. 1.

antiquiores ecclesiæ propter nouas ecclesias suo iure priuari non debent: Nunc vero dicit Grat. quòd hoc non ita stricte est intelligendum, q̃ episcopo nõ liceat unius ecclesiæ possessionem vel decimas alij tribuere: quia sicut Papa põt duos episcopatus redigere in vnũ, ita vnum in duos diuidere. maxime episcopo consentiente, & quælibet ecclesia ab Apostolico eximi potest, etiam inuito metropolitano. ita supple episcopus potest unius ecclesiæ possessionem, &c. Sed certe male, argumentatur G. de Apostolico ad episcopum cum Apostolicus habeat plenitudinem potestatis, quam nullus alius habet. & quod auctoritate Papæ duo episcopatus in unum redigi possint, probatur per duo sequentia capit.

ET tempore.] CASVS. Cumana ciuitas pastore carebat, quæ vicina erat ciuitati Misenatæ: sed quia pauci erant ibi homines, ideo Papa Benenato episcopo Misenati utramque ecclesiam gubernandam commisit, ita ut habitet ubi utilius & commodius habitare prospexerit dum tamen in illa ecclesia in qua corporaliter non erit, ministeria diuina solenniter peragãtur, [Cumani castri.] Idest, modicæ urbis. [Sacerdos,] idest episcopus.

a ¶ Et uicinitas.] Arg. q̃ propter remotionem uel in commoditatem multa fiunt licite, quæ alias non licebant.

b ¶ Vnire.] Sicut Papa potest vnire plures episcopatus sic episcopus plures ecclesias, vt extra. de excess. prælator. sicut venire. Si q̃ras apud quam istarum ecclesiarum resideat dignitas episcopalis vel an vtrę; retineant dignitatem priorẽ? Dico quod variis modis possunt vniri ecclesiæ: vel hoc modo, vt vna subjiciatur alteri: & secundũ hoc dignitas episcopalis erit in vna tm. Vel hoc modo possunt vniri, ut ex duobus dignitatibus vna fiat dignitas & secundum hoc nodicentur esse duæ ecclesiæ, sed una tm. & secundum hoc illi qui sunt canonici in vna erunt canonici in altera. & tanti quam alij canonici interessent electioni epi. & aliis cõmunibus negotijs. In tali vnione distinguendã credo, quòd aut

c ¶ Explenit.] Ergo si esset unius, non uniretur. ut infra eod. multis. & extra de eccl. ædi. ad audientiam. immo potius eo mortuo non debent uniri. ut extra ne sede uacan. c. 1.

d ¶ Vtrarumque.] In utraq; ergo erit sedes episcopalis, ut a 1. q. relato. Vel forte ubi ipse elegerit habitare & alia erit sibi subiecta.

POſtquam. CASVS. Multæ ciuitates, inter quas erat Trium tabernarũ ciuitas, intantũ erãt populis deſolatę ꝙ proprios pręlatos habere non poterant, nec erat ſpes illas eccleſias reparãdi, imò timebatur ne illarũ eccleſiarũ reliquæ aſportarentur: & ideo Ioanni epiſcopo Velitern. ciuitatẽ committit eam ſuæ eccleſiæ uniendo: & dat ſibi liberam poteſtatem, quatenus prout melius uiſum fuerit ſibi, uigilanti cura cũcta diſponat.

FOelix. CASVS. In concilio Carthaginẽſi Fęlix epũs Selemſelitanus dixit, ut in illis plebibus ponantur epi, ubi quondam fuerunt: in aliis uero nõ cuius dictu concilium approbauit.

a ¶ Vt diœceſes.] Sup. diſt. 80. epiſcopi. & c. illud.

b ¶ Non habeant.] Niſi in caſu, ut infra. præcipimus. 99. diſt. nulli.

c ¶ Proprium.] Niſi in duobus caſib. ſ. ead. & temporis. 25. q. 2. ita nos. licet ergo ciuitas per mille annos ſine epõ fuerit, dum tamen epiſcopalis limes poſſit probari, non obſtat præſcriptio. infra q. 3. licet.

MVltis. CASVS. Q eſitũ fuit ī cõc. Africano an plebes,

conſenſu, atque permiſſione licẽtiam. Vbi vero commodius, atq; vtilius eſſe perſpexeris, ibi habitato: ita ſanè, vt alteram eccleſiã, cui corporaliter prętens non es ſolicita, prouidentiq; cura diſponas: quatenus diuina illic myſteria † ſolennitet auxiliante Domino peragantur. † *al. miniſteria.*

a ¶ Miſenatem.] *Sic emendatum eſt ex vetuſto codice B. Gregorij: quamuis in vulgatis ſicut etiam apud Gratianum eſſe*, Muſitanam.

Idem Ioanni epiſcopo Veliterno, lib. 2 epiſt 35. Ioannes diaconus l. 3. c. 15.

¶ Duos epiſcopatus in vnum redigere Apoſtolica valet auctoritas. C. XLIX.

POſtquam hoſtilis impietas diuerſarum ciuitatũ ita (peccatis facientibus) deſolauit eccleſias, vt reparandi eas, ſpes nulla, populo deficiente, remanierit; maiori valde cura conſtringimur, ne defunctis earum ſacerdotibus reliquiæ plebis nullo paſtoris moderamine gubernatæ, per inuia fidei hoſtis callidi rapiantur (quod abſit) inſidijs. Huius ergo rei ſolicitudine ſæpè commoti, hoc noſtro ſedit cordi conſilium, vt vicinis eas mãdaremus põtificibus gubernandas. Ideoq; fraternitati tuæ curam gubernationemq; Triumtabernẽſium ß eccleſiæ prouidimus committendam: quam tuæ eccleſiæ aggregari, vnirique neceſſe eſt: quatenus vtrarumq; eccleſiarum ſacerdos rectè, Chriſto adiutore, poſſis exiſtere: quæque tibi de eius patrimonio, vel cleri ordinatione, ieu promotione vigilanti ac canonica viſa fuerint cura diſponere. Quippe vt Pontifex proprius liberam habeas † ex præſenti noſtra permiſſione licentiam. † *al. habeas.*

7. q. 1. temporis qualitas. Anſ. l. 5. c. 24. Poly. l. 1. tit. 9.

ß ¶ Triumtabernenſium.] *In vulgatis legebatur.* Treuerenſium. *Emendatum eſt ex aliquot vetuſtis, & originali, & Ioanne diacono. Nam, ut is teſtatur, hæc epiſtola ſcripta eſt Ioanni epiſcopo Veliterno. Oppidum autem Triumtabernarum Veliternis vicinum eſt.* Et in Toletano 11. c. 4.

Item ex concilio Carthaginenſi 2. c. 5.

¶ Non habeant epiſcopum diœceſes, quæ nunquam habuerunt. C. L.

FOelix epiſcopus Selemſelitanus dixit. Etiam ſi hoc placet, ſanctitati veſtræ inſinuo, vt diœceſes, a quæ nunquam epiſcopos habuerunt † non habeant; b & illa diœceſis, quæ aliquando habuit, habeat proprium. y c Secundum autem hanc profecutionem ſanctitas veſtra æſtimet, quid fieri debeat. Ac vniuerſis dictum eſt, Placet. Bure. l. 1. c. 33. † *al. acceperunt.*

y ¶ Proprium.] *In concilio ipſo ſequuntur hæc.* Et ſi accedente tempore, creſcente fide Dei populus multiplicatus deſiderauerit proprium habere rectorem; eius videlicet voluntate, in cuius poteſtate eſt diœceſis conſtituta, habeat epiſcopum.

ß ¶ Profecutionem.] *Emendatus eſt hic locus ex originali impreſſo, & manuſcripto. Nam antea legebatur*; Secundum hanc perfectionem ſanctitatis veſtræ eſt æſtimare. Et in Carthaginen. 3. c. 42.

Item ex Africano concilio, c. 20.

¶ Niſi cum voluntate epiſcopi diœceſes, quæ ab eo retinentur, non recipiant proprios epiſcopos. C. LI.

MVltis conciljs hoc ſtatutum eſt a cętu ſacerdotali, vt plebes, quæ in Burch. lib. 1. c. 33.

Digitized by Google

bes, quæ ſunt in epatu alicuius, poſſint habere proprios epiſcopos, quæ ſcilicet nunquam epos habuerunt. Et reſpondet q non, ſine voluntate illius epiſcopi a quo tenentur. Et ſcias q hæc duo cap. inducuntur ad probandum, q vnus epatus poteſt in duos diuidi epo conſentiente: aliter non licet, quod non eſt verum quantum ad Papam: ſed poteſt dici, q quædam concilia impetrauerant priuilegium à Papa diuidendi vnum epiſcopatum in duos, de conſenſu tamen epi cuius erat epiſcopatus.

Epo inuito an poſſit in ſua diœceſi nouus epatus fieri.

1 De hoc no. Io. de pxi. i gl. arg. & ff. eo. diſtin. c. 2. in glo. fin.

diœceſibus ab epiſcopis retinentur, quę epiſcopos nunquam habuerunt, non niſi cum voluntate eius epiſcopi, à quo tenentur, proprios accipiant rectores. [a]

a ¶ Rectores.] *In concilio Africano & Carthaginenſi ſequitur*, id eſt epiſcopos: *quod additur etiam in gloſa.*

Item Gregorius Ioanni epiſcopo [b] *Larriſſæo. 2. andict. 11. epiſt. 7. en c. 46.*

¶ Apoſtolica auctoritas à iuriſdictione archiepiſcopi epiſcopos valet eximere. C. LII.

Anſel. l. 6. c. 115. Poly. l. 1. tit. 7.

FRater noſter Hadrianus Thebanæ ciuitatis epus ad Romanam vrbem veniés lacrymabiliter eſt conqueſtus de quibuſdam capitulis ſe à fraternitate tua, nec nó à Ioanne [c] primę Iuſtinianę † epiſcopo nõ legitimè, neque canonicè cõdemnatum. *& infra.* ¶ De nequiſſimo autem, damnandoque eius [d] iudicio alias fumus, iuuante Domino, tractaturi. Hadrianum vero epiſcopum reperimus, & tuo contra ſacerdotales mores odio laboraſſe, & nullo iure pecuniarijs in cauſis eum fraternitatis tuę cõdemnatum fuiſſe ſententia. Quia igitur & ab anteſato Ioanne primæ Iuſtinianæ epiſcopo contrã ius, & canonesque depoſitus, [e] honoris ſui gradu carere non potuit; in ſua eum reformari eccleſia, atque in propriæ dignitatis ordinẽ decreuimus reuocari. Et cum oportuiſſet te ex eo Dominici corporis communione priuari, quòd admonitione † ſanctæ memoriæ deceſſoris noſtri contempta (per quam eum eccleſiamque eius de tuę iuriſdictione poteſtatis exemit) rurſus in eis aliquid [f] tibi iuriſdictionis ſeruare præſumpſeris; tamen nos humanius decernentes, communionique tibi ſacramentum interim conſ[illegible]ntes, decernimus ut fraternitas tua ab eo, eccleſiaque eius omnem ante habitæ ſuæ poteſtatem iuriſdictionis abſtineat: & ſecundum ſcripta deceſſoris noſtri, [g] ſi qua cauſa vel fidei, vel criminis, vel pecuniaria aduerſus præfatum Hadrianum conſacerdotem noſtrum potuerit euenire; uel per eos, qui noſtri ſunt, uel fuerint in vrbe regia reſpõſales, ſi mediocris [h]

† al. poſt admonitionem exemptam.

b ¶ Ioanni epiſcopo. Supple & Ioanni patriarchę: quia archiepiſcopo Larriſſæo ſcribit pro Hadriano.

FRater noſter.] CASVS. Anteceſſor Greg. exemerat Hadrianum epm Thebanæ ciuitatis à iuriſdictione Larriſſæ archiepi. & Ioannis patriarchæ primæ Iuſtinianæ poſtquam exemptionem præfati archiepiſcopus, & & patriarcha eũ grauiter & iniuſtè in quibuſdã cauſis condemnauerunt. Nam archiepiſcopus in cauſis pecuniarijs eum iniuſte ſpoliauit, patriarcha verò in cauſa criminali ipſum iniquè depoſuit. Super quo cum querela apud Greg. depoſuit, honori ſuo & loco eſt reſtitutus, & ſcripſit Lariſſæo archiepiſcopo, vt de cætero nihil iuris ſuper eo vel eius eccleſia præſumeret uſurpare. Sed ſi qua cauſa fidei vel criminalis vel pecuniaria inter eos vertitur, q delegatus domini Papæ ſi mediocris ſit vel per ſedẽ Apoſtolicã, ſi ardua eſt decidat: contra quod ſi fecerit, ſe[illegible]at ſe communione priuatum. Hæc pars prætei, vt ſine dilatione omnes res ſacras vel alias immobiles vel immobiles ei reſtituat. de quibus ſi qua ſtio vertitur inter eos, Iregia vbe coram reſpõſali ventilet[illegible]. Quę autem ſequntur plana ſunt viſue ad C. Sicut.

c ¶ Non curam Ioannis. Sub quo erat Lariſſæus metropolita nus, de cuius diœceſi fuit exemptus.

d ¶ Eius.] Scilicet Ioannis.

e ¶ Depoſitus. Etiã de facto. ſic 24. q. 3. audiuimus.

f ¶ Aliquid. Arg. ex eo q quis eximitur, vt exemptus vniuerſaliter etiã cum ſuis eccleſijs. in Auth. vt eccl. Ro. cen. an. gau. p̃ſcrip. i prin. col. 2. quia beneficia principũ largę ſunt interpretanda, vt ff. de conſti. princ. beneficium. extra de donacõ dilectus. 12. q. 1. qui manumittit. & 24. q. 1. roganus. & in Auth. vt li. de epſt. §. ſi quis, coll. 6. j. e. q. 2. viſis. arg. cõtra. ext. de relig. do. cor. ſtatutus. in fi. ext. de do. paſtoralis. extra de priuil. ex ore. in fi. & c. cum capella. ff. de fun. inſtru. l. quæſitum. §. vlt. Ioan. Quid inris ſit de hoc, in quæſtionibus not. diligenter. B.

Exemptio ſimpliciter an extendat ad uniuerſitatem.

g ¶ Noſtri. Videtur quòd per legatum uel etiam delegatum quæſtio fidei ſit tractanda: cum tantum ad Petrum ſit referenda quæſtio fidei, 24. q. 1. quoties. Sed dic quod mediocres cauſas poſſunt epiſcopi tractare, ut extra de hæret. ad abolendam. ſed magnas non, ut extra de hæret. cum Chriſtus.

Cauſas mediocres tractant epi.

h ¶ Si mediocris. Videtur ergo q delegatus criminales cauſas poſſit audire, ut 2. q. 6. decreto. C. de off. procon. l. 1. Arg. contra. ff. de off. procon. ſolẽt. extra de off. leg. quod tranſlationem. Sed dic quod mediocres cauſas appellat, cum tale eſt crimẽ quod nõ inducit depoſitionem: in quo poteſt interuenire procurator. ut ff. an per alium cauſa appel. re. poſſ. l. 1. & ubi nõ eſt opus inſcriptione, ut ff. de accuſat. iteꝛa. Vel dic q cognoſcere poteſt

Delegatus vnius criminales cauſas an poſſit audire.

Mediocres cauſæ quæ ſunt.

Digitized by Google

test legatus de crimine episcopi: sed non deponere. Vel dic, quod potest pronunciare aliquem deponendum: sed eum condemnare non potest. sic 2.q.6.biduum.versi.si quem in insulam.

a ¶ Vel huc.] Hic arg. delegatum non posse omnia quæ delegans, quod uerum est, nisi ei specialiter aliquid fuerit permissum, vt 25.q.1. in Galliarum.

est quæstio, cognoscatur: vel huc [a] ad Apostolicam sedem si ardua est deducatur: quatenus nostræ audientiæ sententia decidatur. Quòd si contra hæc quæ statuimus, quolibet tempore, seu qualibet occasione, vel surreptione venire tentaueris, sacra scias te communione priuatum: nec eam te, excepto vltimo vitæ tuæ tempore, nisi concessa Romani Pontificis decernimus iussione percipere. *a & paulo post.* ¶ Res autem siue sacras, siue alias mobiles, immobilesq; eius ecclesię, quas hactenus diceris retinere (quarum notitiam nobis oblatam præsentibus annectimus literis) sine aliqua ei dilatione fraternitas tua restituat. De quibus si qua inter vos quęstio vertitur; volumus, vt apud responsalem nostrum in vrbe regia ventiletur.

Inno p.4.c.205.

a ¶ Percipere.] *Hic in epistola interponitur c. hac † consona infra 25.q.1.* † al. hæc.

Si autem nec dum in diœcesi alicuius episcopi illa loca signata fuerint, ex vigore Apostolicæ sedis proprium episcopum accipiant.

Vnde Gregorius iunior scribit Bonifacio episcopo, epist. vlt.

¶ Vbi multitudo fidelium excreuit, ibi episcopi sunt ordinandi. C. LIII.

PRæcipimus, [b] vt iuxta sacrorum canonum statuta, vbi multitudo excreuit fidelium, ex vigore Apostolicæ sedis debeas [c] ordinare episcopos: pia tamen cõtemplatione, vt non vilescat dignitas episcopatus.

Sicut duo episcopatus suprascripto modo in vnum possunt redigi, & vnus in duos valet diuidi; sic etiã episcopus de baptismalibus, & parochianis ecclesiis facere potest cum consensu suorum clericorum. Quod cum factum fuerit; illa pars populi, quæ nouis ecclesiis supponitur, a iure prioris ecclesiæ absoluitur. Hoc nisi fieri posset, multitudo ecclesiarum ad paucitatem redigeretur. Plures autem baptismales ecclesias in vna terminatione facere non potest.

Vnde in Toletano concilio legitur.

¶ In vna terminatione plures baptismales ecclesiæ esse non possunt. C. LIIII.

PLures baptismales ecclesię in vna [d] terminatione esse non possunt; [e] sed vna tantummodo cum suis † capellis. Et si cõtentio fuerit de terminatione duarum matricum; plebes vtrarumque [f] discernant: [g] & si non cõuenerint, [h] iis Dei iudicio [h] discernatur.

Burc.l.3.c.22. Inno p.3.c.27. † al. subditis.

SICVT DVO EPISCOPATVS. CASVS. Supradictũ est 1 ca. & tẽporis qualitas, & c. postquam. & c. Felix. quod duo episcopatus in vnũ redigi pñt: & unus in duos põt diuidi. Nũc dicit Gratia. q̃ eps potest similiter vnam ecclesiam sibi subiectã in duas diuidere. & econuerso cum consensu suorũ clericorũ: & facta diuisione, noua ecclesia soluta erit à iure prioris ecclę: & nisi hoc fieret, multitudo ecclesiarũ ad paucitatẽ reduceretur: plures tñ baptismales ecclesias in vna terminatione facere non põt episcopus.

PLures. CASVS. Statutũ est 1 cõcilio Toletano, ut intra vnã terminationem nõ sint plures ecclesiæ baptismales. & si cõtentio fuerit determinatione duarum matricũ ecclesiarum, populi vtrumque amicabiliter cõponant, sin autem, lis Dei iudicio discernatur.

b ¶ Præcipimus.] Arg. q̃ sine auctoritate Papę episcopat⁹ nõ fiũt. & ar. 7.q.1. mutationes.

c ¶ Debeas.] Vt tamen habeat consensus episcopi, si regio illa esset intra diœcesim alicuius episcopi: quia quidqd excrescit, spectat ad episcopum, vt extra de deci. quoniam. Ioan. SICVT DVO EPISCOPATVS. CASVS. Supradictũ est 1 ca. & tẽporis qualitas, & c. postquam. & c. Felix. quod duo episcopatus in vnũ redigi pñt: & unus in duos põt diuidi. Nũc dicit Gratia. q̃ eps potest similiter vnam ecclesiam sibi subiectã in duas diuidere. & econuerso cum consensu suorũ clericorũ: & facta diuisione, noua ecclesia soluta erit à iure prioris ecclę: & nisi hoc fieret, multitudo ecclesiarũ ad paucitatẽ reduceretur: plures tñ baptismales ecclesias in vna terminatione facere non põt episcopus.

d ¶ In vna.] Et intra eosdem limites.

e ¶ Nõ possunt.] Ita quod hãbeant eosdẽ limites: ex quo eñ sunt baptismales, debent habere limites distinctos, ut 23.q.1.c.1. vnus enim tantum debet esse princeps. 7.q.1. in apibus.

f ¶ Plebes vtrarumque.] Arg. q̃ qui rem melius nouerunt, siue sint domestici, siue extranei, potius debent esse iudices quàm alij, licet sint domestici uel consanguinei, vt extra qui matr. accusa. poss. videtur, inf. & extra de testi. veniens, in fi. C. de repud. consensu.

g ¶ Discernant.] Vel per arbitrium, vel per amicabilem compositionem: superioris tñ auctoritas est necessaria. extra de transa. de cætero. & c. statuimus, & extra de arbit.

h ¶ Hos ao. 3. q. 3. in summa. & ca. 1. & 14. q. 2. fi per prudentia.

h ¶ Iudicio.] Id est, iuramẽto. vel etiã sortibus, a quibus Dei voluntas ostẽditur. 16.q.2.§.1. & cap. sors. Vel Dei

1 Scilicet benefitis, & hoc tenet Hug.

Digitized by Google

dei iudicio. idest. ecclesiastico. 3.q.5. quia suspecti. ver. venient. 12.q. 1. futurum.

IVS ERGO. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probare intendit, ꝙ omnes ecclesiæ cum rebus suis sint in episcopi potestate, nec decimæ sine eius licentia alimodi officia sint commissa. decimas dare noluerit: pœna pecuniaria, & excõmunicatione puniatur. ¶ Oblationes. ¶ In testamento relictas. Vel potest dici, ꝙ oblationes debitæ tunt. & homines ad hoc compelluntur, ut j. ea. q. in canonibus.

¶*Caput hoc in nullo Toletano est inuentum. Burchardus, & Ino citant ex concilio Aquisgranensi.*

Ius ergo ecclesiarum ita interpretandum est, vt nisi episcopo disponente aliis ecclesijs fuerit assignatum, in nullo priorum readituum diminutionem patiatur.

Vnde Anastasius Papa.

¶Communione priuetur, qui decimas, vel oblationes extra episcopi conscientiam tenere voluerit. C. LV.

Cap. l.6. c.285. & l. 7.c.7.

Anſ.5.c.45.

STatuimus, vt si quis oblationes [a] ecclesiæ, vel decimas, quas populus dare debet tenere contenderit, vel extra baptismalem [b] ecclesiam dare voluerit, præter conscientiam episcopi, vel eius, cui huiusce modi officia cõmissa sunt, nec cum eorum voluerit agere consilio; bannum [c] nostrum componat, & communione priuetur.

Cum addit: Extra conscientiam episcopi, intelligendum relinquit, quid episcopo consentiente aliis ecclesijs dari possunt Item.

In concil. Ticinensi. c.11.

¶Iuxta dispositionem episcopi decimæ distribuantur. C. LVI.

Anſ.l.5.c.46.

IN sacris canonibus præfixum est, vt decimę iuxta episcopi dispositionem distribuãtur. Quidam autem laici, q vel in proprijs, vel in beneficijs [d] suas habent basilicas contempta episcopi dispositione, non ad ecclesias, vbi baptismum, & prædicationem, & manus impositionem, & alia Christi sacramenta percipiunt, decimas suas dant: sed vel proprijs basilicis, vel alijs ecclesijs [e] pro suo libito tribuunt: quod omnimodis diuinæ legi, & sacris canonibus constat esse contrarium. Vnde vestram [ß] potestatem, vt eos corrigatis, expetimus.

a ¶Alijs ecclesijs.] *In concilio Ticinensi, vnde hoc capitulum videtur acceptum, legitur,* suis clericis, *Apud Anselmum vero,* suis ecclesijs.

ß ¶Vnde vestram.] *Verba hæc referuntur ad Imperatorem Ludouicum II. qui illi synodo interfuit. Quare in ea sequitur,* sacra docet, &c.

Cum aũt reprehenduntur, quia contempta episcopi dispositione decimæ alijs dari non debent. Nunc uero a sensu cõtrario (vt dicit Grat.) datur intelligi, quòd episcopo consentiente alijs dari possunt.

IN sacris.] CASVS. Conquesti sunt quidam archipresbyteri de quibusdam laicis, qui decimas ecclesijs baptismalibus subtrahentes episcopi dispositione cõtempta dabant eas illis ecclesijs, quas ędificauerant in proprijs prædijs, uel in feudis, uel alijs ecclesijs, & ideo prohibet Anastasius ne hoc de cætero fiat.

d ¶In beneficijs. Idest. feudo. Et est arg. ius patronatus eam feudo transire, nisi fuerit exceptum. ut extra de iure patro. ex literis. arg. contra. inf. ea. q. 7. nemini. 2

CVM AVTEM. CASVS. Dictũ est s. in proxi. c. ꝙ reprehenduntur, qui contempta episcopi dispositione decimas

a ¶Oblationes. Ar. ꝙ excõicari possunt laici. qui nõ dant sacerdotibus oblationes (scilicet debitas) vt j. de consecr. d. 1. omnis Christianus. quod Hu. intelligit etiã de gratuitis oblationib. si clericus non habet vnde sustentetur arg. ex de simo. cum sit. argu. cõtra 91. d. clericus. 11. q. 2. charitatem.

b ¶Baptismalem.] Decimæ enim ecclesiæ sũt soluendæ.

decimæ ergo soluendæ sũt baptismalib. ecclesijs. arg. j. ea. de decimis. & j. ea. in sacris, quod uerum est de pdialibus, sed personales debẽtur parochialibus ecclesijs. vt su. e. q. & dixi sup. ea. quicumque. Item patet. ꝙ episcopus potest auferre decimas uni ecclesię, & dare alteri. vt dixi sup. ea. ecclesię.

c ¶Bannũ.] 60. solidorũ, vt in Lombarda continetur, & sic semper intelligitur vbi nõ determinat. & est hic. arg. pœnã pecuniariã ab ecclesia posse infligi. 18. d. quã ext. de ep. in archiepiscoparu. ar. 23. q. 5. quid ergo. ar. contra ext. de pœnit. licet. 1 Item arg. quòd iudex potest aliquem contumacem excommunicare, & aliter punire, quod non est verum. vt extra vt lit. non cont. quoniam in fin.

Ecclesia põt pœnam pecuniariã infligere.

1 Vbi de hoc & 18. d. quoniam. in fi. & 23. q. 5. si vos & 94. d. c. vlt.

CVM AD DIT. CASVS. Dictum est sup. ꝙ præter conscientiam episcopi

2 Et illud uerũ est singulariter, sed cum vniuersitate bene. ff. de cõtrah. emp. in modica fin. l.

Digitized by Google

GEneraliter.] CASVS. In hac lege ponuntur quinq genera personarũ, scilicet episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi & monachi, licet non sint clerici: quibus omnibus Leo Imperator cõcedit priuilegium, vt donec sacrosanctis ecclesijs & omnipotenti Deo seruiũt sint immunes ab oĩ tutela & cura cuiuscumque generis & cuiuscũq; psonę. Si vero diuagãtes officijs nõ interfint, istã non hẽant immunitatẽ. quod præcipit obseruari nõ solum in Roma na ciuitate, sed etiã in Cõstantinopolitana & in omni terra, in qua nomen Christi colitur.

Epi & monachi non psint esse tutores.

a ¶ Monachos.] Epis & monachis interdĩ cura & tutela, vt 89.di.epos. & sup. e.de præsentiũ. &c. monachi à monasterio. nisi forte miserabiliũ personarũ, vt 86.dist.c.vlt. alij vero clerici ipõ te possunt suscipere, vt 86.dist. peruenit. Est ergo priuilegium clerici, qđ nõ tenetur recipere tutelam alienius. cũ tamẽ velit. & possit succedere ab intesta to quod est cõtra le gem illam. ibi. de leg.pat.tute. §. quia plerũ q; & sup. 86. d. peruenit, vbi habes de hac materia.

b ¶ Nõ diuagãtes.] Arg. qp i scholares i scholis non debent percipere stipẽdia, vt 12.q.2.concessio.

b ¶ Nõ diuagãtes.] Arg. causa cessante cessat priuilegium. 84.d. quisquis ext. de cler. nõ resid. quia nõnulli. ext. de deci. suggestiũ. C. de rest. mil. l. vlt. insti. de excu. tut. §. item hi qui reipublicæ enim causa abiens excusatur à tutela. sed si ante fuit tutor, similiter refutat onus tutelæ. ff. de iud. l. 2. §. eleganter in fi. ff. pro soc. l. actione. 6. item. vnde si aliquid priuilegium datum est religiosis, cessante religione cessat priuilegium. vt 25. q. 2. c. ult. & extra de uerb. sig. abbate. in fi.

NOVARVM. CASVS. In superiori lege datum est priuilegiũ clericis, ut à tutela & à cura sint inmunes: nunc ostendit Grat. qp & aliud priuilegium habẽt, scilicet ne collationes & sordida munera præstare cogantur: & ad hoc probandum inducit Constantini legem, cuius casus patet, & etiam legem Honorij.

c ¶ Sordidorum.] Vt calcis coquendæ, arenæ fodiendę, & similium.

d ¶ Mancipia nestra.] Similiter uxores, ut C. de episc & cler. l. 2. & eorum coloni, ut 89. d. indicatum. & eorum familia, ut 12.q.2. ecclesiarum.

e ¶ Nouis.] Sic 10.q.3.unio. & c. quia cognouimus. ex. de cen. cum Apostolus.

f ¶ Collationibus.] Extraordinarijs, uel superindictis, ut inf. l. qx. soluãt cũ tributũ, ut 12.q.1. sit tributũ. 33. q. 2. tributum. & C. de epis. & cler. de his sed nouas collationes non possunt laici ab eis petere propter aliquas necessitates. vt hic dicitur. & extra de immun. eccl. non minus. sed episcopus tempore necessitatis cum charitate aliquid moderate põt ab eis petere, vt ex. de cen. cum Apostolus. ¶ non ergo tenet lex, quæ dicit, qp clerici tenentur ad instructionem murorum: aliàs itinerum, ut C. de sacrosan. eccl. ad instructionem.

PLACET. CASVS. Præfectus prætorio quæsiuit ab Imperatore Honorio à quibus muneribus ecclesiæ essent immunes & respondet, qp à sordidis muneribus sunt immunes omnino & si honesta sint, nil extraordinariũ ul' de nouo eis imponatur: sed tantum consueta soluant eis tributa, & debitas pensiones. & nisi cum Imperator causa necessitatis per prouinciam trãsitum fecerit. & si quis contra hoc fecerit, post debitę ultionis acrimoniã, quæ contra sacrilegos depromitur, deportetur. Præscribere, id. statuere, & in scriptis redigere. Trãslationis.] idest transferendorum agrorum, idest, ut transferatur dominium in rebus ecclesiarum. Signetur. id. assignetur. Post acrimoniam. id. pœnam extraordinariam, uel excommunicationem. Erga. Idest, contra.

g ¶ Cælestium.] Idest, ecclesiarum. Vel intellige secũdum quod est extra de cen. c. 1.

h ¶ Extraordinarium.] Idest, quod repentino casu supernenit. Extraordinarium & superindictum idem est. C. de exact. trib. l. si diuina. lib. 10.

i ¶ Trãslationis.] Idest, nõ est transferẽda possessio ab eo.

¶ Omnes clerici, vel monachi tutelæ immunitatem habere debent. C. XL.

GEneraliter sancimus, omnes viros reuerendissimos episcopos, nec nõ presbyteros, siue diaconos, & subdiaconos, & præcipue monachos, [a] licet nõ sint clerici, immunitatẽ ipso iure omnes habere tutelę, siue testamẽtariæ, siue datiuæ, siue legitimæ: & non solum tutelæ esse eos expertes, sed etiam curæ, non solum pupillorum, & adultorum; sed & furiosi, & surdi, & muti, & aliarũ psonarũ; quibus tutores, vel curatores à veteribus legibus dãtur. Eos tamẽ clericos; & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, q apud sacrosanctas ecclesias, vel monasteria permanent; nõ diuagantes, [b] neque circa diuina ministeria desides: cũ propter hoc ipsum, beneficium eis indulgemus; † vt alijs omnibus derelictis, Dei omnipotentis ministerijs inhæreãt. Et hoc nõ solũ in vetere Roma, vel in hac regia ciuitate, sed in omni terra, vbicumque Christianorũ nomẽ excolitur, obtinere sancimus. ¶ *Nouarum etiam collationum, & sordidorum* [c] *munerum immunitatem acceperũt. Vnde Constantinus cunctis scribit clericis tit. eodem, lege prima.* ¶ Iuxta sanctionẽ, quam dudũ meruisse [a] phibemini, fundos, & mãcipia vestra [d] nullus nouis [e] collationib' [f] obligabit: sed vacatione gaudebitis. *Itẽ Imperator Honorius, & Theodosius eodẽ libro, titulo de sacrosanctis ecclesijs, & l. quinta.* ¶ Placet rationabilis cõcilijs tenore perpẽso, districta moderatione præscribere; à quibus specialiter necessitatibus singularũ vrbiũ ecclesiæ habeãtur immunes. Prima quippe illius vsurpationis cõtumelia depellenda est; ne prædia vsibus cęlestiũ [g] secretorum dedicato, sordidorũ munerũ fęce vexẽtur; nil extraordinariũ [h] ab hinc, super inductumve flagitetur; nulla translationis † [i] solicitudo

† al. indulgemus.

Et in cod. Theodos. lib. 16. tit. 11. c. 8. ex Constantio Aug.

& in Theod. ibidem. c. 4.

† al. translationes.] al. translationum.

a Hoc ar. nõ colligitur ex hac littera, cũ hic loquatur de absentib. ex inhonesta causa, & hic nec verbũ, diuagãtes. ar. si. ea. monachi diuagãtes. Ar. Priuilegium datum religiosis cessante religione cessat.

b Ad idẽ ex. de immu. ec cle. quia plerũq. ar. opti. ff. de li. ex hi. si quis ex li bers.

Digitized by Google

† al. ſignatur.

† al. perpetuo multetur.

ſignetur † : poſtremo nihil præter canonicam illationẽ § niſi quam aduentitiæ neceſſitatis [a] farcina repentina poposcerit, eius functionibus adſcribatur. Si quis contrauenerit; poſt debitæ vltionis acrimoniam [b], quę erga ſacrilegos promouenda eſt, exilio deportationis perpetuo † ſubdatur.

α ¶Meruiſſe.'] *In codice Iuſtiniani legitur*, meruiſtis & vos, & mancipia, &c. *In Theodoſiano*, meruiſſe perhibemini & vos, & mancipia, &c.

§ ¶Illationem, *In vulgatis codicibus ſequebatur*, niſi quam ſi aduentitię. *In codice Iuſtiniani vulgato legitur*, & quam aduentitię, *In manuſcripto, & Haloandri non eſt copula. In codice Theodoſiano*, quod aduentitiæ. *In pleriſque vetuſtis Gratiani*, præterquam aduentitiæ. *Dictio vere, ſi, abeſt ab omnibus, & ideo inducta.*

dist. 93. A ſubdiacono.

Hoc idem datur intelligi [c] *de verbis B. Siluestri, qui obedientiã minorum erga maiores aſſignans ait* [d]: [*Abbas oſtiario, monachus abbati ſit ſubditus.*] *ſupra in tractatu ordinandorum. Oſtendit ergo Hieronymus quod ſimpliciter monachis nihil liceat agere ſine conſilio presbyterorum. Nec officium docendi ſibi aſſumere liceat ſine auctoritate clericorum; niſi forte ſint diuina gratia inſtructi commoniti: ſicut beatus Gregorius refert in dialogo de beato Benedicto: qui homines mõachis Caſſini ad fidem adduxit, & Arã Apollinis, quæ erat ibi erecta, ſubuertit: & de quodam Equitio, cui Angelus in ſomnis apparuit & eum ad prædicandum miſit: qui cum de vitio lingua conquereretur; Angelus phlebotomo linguam eius tetigit, & totum illud vitium curauit. Quod vero Hieronymus ſeipſum talibus connumerat* [e]; *tale eſt, quale illud Apoſtoli ad Philippenſes*: [*Quicunq; imperfecti* † *ſumus, hoc ſentiamus*] *ſeipſum imperfectis connumerans. Hinc idem Hieronymus alibi ait*: [f] [*Natus in paupere domo, & tugurio ruſticano.*] *& infra*: [*Nos ſuffarcinati auro.*] *ſe famelicum faſtidientibus mella, pauperem diuitibus connumerans; ſupra ubi agitur de clericis, qui propria relinquere nolunt c. Gloria epiſcopi. ¶ Ecce ſufficienter monſtratum eſt, quod monachis presbyteri honore decorati, a populo electis ab epiſcopo inſtituere eadem liceant, qua & alij ſacerdotibus. Probatur hoc etiam ex ſimilitudine conſecrationis. Non enim in conſecratione eorum aliud dicitur, & aliud in conſecratione aliorum. Vtriſque enim in commune a Domino benedictionem infundit epiſcopus obnixe depoſcit. Et dum conſecrat, cunctis ſacerdotibus ſigillatim dicit: Conſecrentur, & ſanctificentur Domine manus iſte, vt quicquid conſecrauerint, conſecratum ſit; & quæcunque bene dixerint, benedicta ſint; Ecce communis eſt benedictio: unde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione, utrique communem nanciſcuntur poteſtatem; ita in inſtitutione communiter aſſequuntur poteſtatis executionem. Cæterum abſque epiſcoporum licentia non ſolum monachis, ſed etiam omnibus generaliter clericis poteſtatis executio interdicitur.*

lib. 1. dial. c. 8. lib. 2. c. 4.

Philip. 3.
† apud Apoſtolum legitur, *perfecti.*
In epiſtola ad Nepotianum.
In epiſtola ad Paulinum.
11. q. 2. gloria.

Vnde Clemens epiſt. 3.

eis, licet non ſolute tributum, ſicut fit in aliis, vt 10. q. 2. §. qui rem.

a ¶Neceſſitatis. Nec tunc per laicos, ſed p epiſcopũ petetur collatio a clericis. vt extra de immunit. eccl. non minus. 1

b ¶Acrimoniam. ,i. pœnam, quæ traditur. ff. ad leg. Iul. peculatus ſacrilegij. & 17. q. 4. per totum.

HOC IDEM. CASVS. Supra in §. illo, ſuperiori auctoritate, & in alia l. ꝙ aliter oſtendit Grat. ꝙ monachi q̃ondam nõ erãt clerici: nunc idẽ vult probare per auctoritatẽ B. Siluestri, quæ hĩ ſup. 93. d. a ſubdiacono. quibus monachis ſecũdum Hieron. prædicare non licet ſine clericorum auctoritate, niſi ſancto ſpiritu reuelante quod probat exemplo B. Benedicti, & exemplo Equitij. Sed qa hæc ſolut o videbaẽ falſa, cum Hieronymus ſacerdos ſe talibus connumeraſſet, vt 1. eo. alia ideo rõdet Grat. & dicit Hieronymus hoc feciſſe, vt alios monachos licentius redargueret. Et ad hoc probandũ indicat duas auctoritates, ſcilicet Pauli, & Hieronymi.

c ¶Datur intelligi.] quod monachi laici erant.

d ¶Ait. Sup. d. 93. a ſubdiacono.

e ¶Connumerat. 8. ead. alias licet ipſe eſſet presbyter Cardinalis.

f ¶Alibi ait.] ſu. 12. q. 2. gloria.

1 Intellige, vt habetur eo. tit. aduersus, & eod. tit. li. 6. quoniam non-nulli & male ritos de hoc etiã no. 23. q. 8. tributũ. in glo. ſi. vbi videas. Arc.

ECCE. CASVS. Cõcludit Gra. ex ſupradict. c. ꝙ monachis electis a populo & ab epiſcopo inſtituris, ſi presbyteri fuerint eadẽ liceant quæ & aliis ſacerdotibus. Nũc vero hoc idem habent rõne conſecrationis: qa ſic benedicunt monachi cu oe dinãtur ſicut & alij presbyteri ſæculares, & eiſdẽ verbis. Igitur cum commu-

iur. sit benedictio, ita videntur habere potestatem prædicandi isti sicut alij: & sicut alijs sacerdotibus sine licentia episcoporum non licet suum officium exercere, ita etiam nec monachis: & hoc probat seq. cap.

¶Sacerdotalia officia sine permissu episcoporum non agant presbyteri. C. XLI.

Bare.l.2.c.91. Iuo p.2.c.123. & p.6.c.30.

CVnctis fidelibus, & summopere omnibus presbyteris, & diaconis, & reliquis clericis attendendū est, vt nihil absque episcopi proprij [a] licentia [b] agant: non vtique Missas [c] sine eius iussu quispiam presbyterorum in sua parochia agat: non baptizet; nec quidquam absq; eius permissu faciat.

4 *De his [d] vero qui intra monasterij claustra consistūt, quibus populus ad regendum non committitur, quæritur, vtrum dare vel accipere decimas debeant. In quibus hac discretio seruanda est, vt de agris, & vineis, quæ ad proprium stipendium coluntur, decimas sibi retineant. Si enim decimæ a populo filijs Leui reddebantur pro ministerio, quo Domino deseruiebant in tabernaculo, offerendo sacrificia & holocausta pro populo; patet, quod monachi de propriis prædijs non magis, quam alij sacerdotes decimas soluere coguntur. Sed dicitur, quod prædia monachorum siue pretio sint empta, siue pro salute animarum oblata, antequam in ius eorum venirent, baptismalibus ecclesijs, siue quibuslibet alijs primitias, & decimas persoluebant: illa autem ecclesia suo iure priuari non possunt.*

Vnde in Moguntinensi concilio statutum inuenitur.

¶Qui res suas alicui delegauerit, decimationum prouentum priori ecclesiæ auferre non poterit. C. XLII.

ij SI quis laicus, vel clericus [e], vel vtriusq; sexus persona proprietatis suæ loca, vel res alicui dare delegauerit; decimationem prouentum priori ecclesię legitime assignatum inde abstrahere [f] nullam habeat potestatem. Quod si facere tentauerit, talis traditio irrita [g] prorsus ducatur, & ipse ad emendationem ecclesiastica coerceatur censura.

33.q.1.c.vlt. Burc.l.3.c.241. Iuo p.3.c.vlt.

Arelat.3.c.20.

Item ex concilio Cabilonensi.

Capit.l.2.c.36. Mogunt.3. sub. Arnulpho.c.22 & sub Carolo c.41. & in Rhemensi Trosleia no.

a ¶ Proprij. Nisi inuitetur ab alio presbytero, tunc enim pōt sine licentia episcopi, ut 7.q.1. episcopi. & 11.q.2. nullus primas 1 primapcedens hic tum etiam possunt all. s. epi nō celebrare, ut ext. de vidētur probare propositum allegantis. quoniam in episcopis loquuntur. nouiter autem quia probatur per 6. ranō, s. cunctis loquitur in simplici sacerdote parochiali, ut patet ex tex. de Fāt. quod huius e. cunctis est quod clerici nihil debent facere sine licentia episcopi. Arch.

a ¶ Ille canon nullus. &c. celebrare, ut ext. de cle. peregri. c. 3.

b ¶ Licentia.] Generali.

c Missas.] Publiniam in epi- ce.

DE HIS VERO. Hæc est 4. pars q. in qua probatur per 6. ca. quod monachi tenentur ad solutionē decimarum. Ioan. de Fant.

CASVS. Facit hic Grat. incidentē quæstionem vtrum, scili cet monachi quibus cura aiarum non cōmittitur, debeant decimas dare, vel accipere. Et de hoc ita distinguit Gra. vt de prædijs, quæ proprijs sumptibus colūt monachi, decimas, sibi retineant. quod probat exemplo filiorū Leui, qui decimas a populo percipiebāt pro ministerio. & faciebant. Et ita patet, q monachi non magis quam alij sacerdotes decimas soluere coguntur. Sed postea probat contrarium, dicens, q si prædia cum onere decimarum & primitiarum ad monachos transiuerint. inde antiquis ecclesijs illas denegare non possunt, cum suo iure priuari non debeant. & hoc probat p sequētia c. Quid iuris de hoc sit, notatur in Decretalibus in titu. de decimis.

Monachi an teneātur ad decimas de agris suis.

d ¶ De his. Hic incidenter quæritur, an monachi debeant dare decimas de agris suis? Pro regula ergo teneas, q quilibet tenetur dare decimas, nisi ostendat se exemptum esse, vt extra de deci. à nobis. & secundum hodierna iura etiam Cistercienses & alij regulares tenentur dare decimas de omnibus prædijs suis, quæ de nouo acquirunt, siue ea manibus propijs colant, siue non: extra de deci. nouer. sed secundum vetera iura ita tenebatur, quòd omnibus religiosis concessum erat non dare decimas de nutrimentis animalium suorum, & de hortis, & de noualibus, quæ propijs manibus & sumptibus excolebant, monachis vero Cistercienſis ordinis & templarijs & hospitalarijs concessum erat non teneri dare decimas de prædijs ecclesiæ suæ, sed propijs bene tenentur dare, vt inf. ea. q. c. decimas & extra eo. nouum. in fin. leprosi autem non sunt exempti à decimis, nisi tantummodo in hortis, & in animalibus suis vt extra de eccles. ædific. cap. 2.

SI quis laicus.] CASVS. Quidam laici vel clerici vēdebant prædia sua vel donabat. & decimas prioribus ecclesijs subtrahebant, quare statutum est in concilio Moguntinensi, ut nullo modo faciant, & si quis contra fecerit, irrita erit talis traditio: & vsque ad emendationē excommunicabitur.

Clericus dat decimas de propijs prædijs.

e ¶ Vel clericus.] Clericus ergo dat decimam, quod verum est de propijs prædijs.

f ¶ Inde abstrahere.] Res enim transit cum onere suo, vt extra de deci. cū non sit in homine. 2 & ff. de contrahen. emp. alienatio. ff. de dona. ad eum. §. 1. & ff. de reg. iur. nemo. ff. de distract. pig. si creditor.

2 Et ext. de pig. ex literis in fi. vbi de hoc.

g ¶ Irrita.] Pactum illud non obstat quin ab ecclesia vel alio possessore potiri pcū decimas, vt extra eo. pactorum.

Digitized by Google

¶ Antiquiores eccleſiæ nec decimis, nec vlla poſſeſſione priuentur. C. XLIII.

Deuſdedit p.3. Burc.l.3.c.9. Iuo p.3.c.12.

NVlli epiſcoporum liceat a ſubiecto ſacerdote, vel alio quolibet clerico, & pijs locis dationes vltra ſtatuta [e] patrum exigere,aut ſuper † poſita in angariis inferre.Sed cum optimus ſit perſpector, ita proſpiciat, † vt vniuerſæ ſibi oues commiſſæ a ſe maximè alantur, atque in neceſſitatibus [f] adiuuentur,non illicitis exactionibus † opprimantur, quia Dominus paſcere, & docere nos docuit, & omnibus miniſtrare, non terrenis lucris, vel auaritiis delectari.

† *in vulgatis erat] ſuppoſita.*

† *al. perſpicua.*

† *al. exactionibus.*

Item Gregorius Leoni epiſcopo Catanenſium, † lib.7. epiſt.8.

† *al. Catinenſi.*

Vſusfructus eccleſiæ reli ctus durat cẽ tum annis.

tũ ad clericos,ſecundũ qđ exponit Gra. ĩ.ea. §.ſed illud. Sed hęc veritas ẽ. q̃ monaſterijs, & piis locis p̃t dari aliqd perpetuo,vt ĩ. 2.q.2.vlt. ſis,& 12.q.1.ſi quos & c. eccleſiaſticis. Si aũt ſimpliciter dat̃ aliquid perſonæ,intelligo perſonaliter eſſe datum. ĩ. 10.q.2.hoc ius. ſi eccleſiæ dat̃, intelligo donationem eſſe perpetuam,vt ĩ.ea. c. vlt. ext.de iuſt. cũ veniſſent. nã cum res intelligatur data vſq; ad mortem hoĩs, & eccleſia non poſſit mori. 12.q.2. liberti. ſemper intelligit perpetuo eſſe datũ. q̃ eccleſiæ dat̃. Sed ſi quis dederit eccleſiæ tãtum vſum rei, non proprietatẽ: in hoc caſu vtitur eccleſia re illa vſq; ad cẽtum annos, qa hæc ætas longęui hominis eſt. ff.de vſufru. an vſusfructus. & C.de ſacroſ. eccl. l. vt inter. Sed nũquid epiſcopus ſine canonicis tẽporalem donationem facere poteſt? Dico q̃ ſic,qa tantũ perpetuæ conceſſiones ſpectãt ad alienationẽ, vt ext. de his quæ fiunt a prælа. ſine conſenſu c. tua 2 12.q.2. bonę. ſecus ſit in conceſſionibus eccleſiarum,quæ licet tẽporales ſint,tamen ſolus non conecdet,niſi hoc habuerit ex conſuetudine, vt extra de his quæ fi. a prælа. ea noſcitur.ar.tamẽ contra. 12.quæſt.1.epiſcopus, ubi nec fructus poteſt epiſcopus dare ſine conſcientia cleri ſui. Ioan.

SED ILLVD. CASVS. Quia ſup.in c. conſtitutum. facta eſt mentio de tertia quam epiſcopus debet percipere de rebus eccleſiarum: ideo idem nunc oſtendit, & de quarta.ſ.vt epiſcopi præter tertiam. uel quartam ſecundum diuerſas conſuetudines nihil auferre præſumant.

NVlli epiſcoporum.] CASVS. Quidã epiſcopi ultra quam eis a canone permittebatur clericos ſibi ſubiectos multis angarijs fatigabãt, exactiones plurimas faciendo in eos.& ideo ſtatuit Leo,vt hoc de cætero nõ faciant. ſed proprias oues alant tanquam boni paſtores. & hoc probat auctoritate Domini,qui nos docuit paſcere,& docere.

2 Ad idẽ extra lib. 6. de reb. eccl. nõ alien. dudũ vbi de hoc.

3 Et ang.10. q.3.quia cognouimus. vbi de hoc. & ext. de pœnis.in quibus in gl. verum ſum. &c.

Patronus laicus, an poſſit clericum de dilapidatione criminaliter accuſare.

a ¶ Quòd ſi amplius.] Et ſi fecerint.quaſi concuſſores ſunt in quadruplum puniendi. arg.13.d. quoniam quidem 24.q.1.militare.C.de aſſeſſo. l.3.

b ¶ Conditoribꝰ. Ideſt patronis.qui poſſunt male alienata repetere,vt inf. eod.q.7. filijs. imò quilibet de populo hic admittitur.12.q.2.non liceat. Sed nunquid patronus laicus poteſt criminaliter clericum accuſare de dilapidatione.cum ſuam iniuriam perſequatur. argu. q̃ ſic.inf.q.7.filijs.& arg.22. d.illud. Nam ipſorum intereſt.vt inf.c.q.7.quicunq;.Simili ratione videtur.q̃ quilibet de populo,quia publice intereſt ne res eccleſiæ male tractentur, vt 2.q.1. prohibentur.in fi.ſed tamen ſecus eſt,vt notaui 2.q.7. in ſumma.& c. præſumunt.Et eſt ar.ad hoc 28.d.conſulendum.

c ¶ Propinquis.] Ius.n. patronatus tranſit ad filios, vt inf.ea.q.7. filijs. etiam quamuis hæredes non ſint,arg. ff.de iure patr. filij.ff.de religio.quod patet.& ad hæredes extraneos, vt inf.quæſt.7.ſi plures. ff.de ope.lib.fabriles.& argu.contra.ff.eo.ſi operarum.& C.eo.liberti. Ioan.

POſſeſſiones.] CASVS. Epiſcopi alienabant poſſeſſiones eccleſiarum.quas quis dederat in vita, uel in morte reliquerat: ſed Papa Symmachus prohibuit, ut

d ¶ Non perpetuo. Hoc verbum perpetuo.ſpectat tan-

e ¶ Statuta. Si ergo eps aliquid exigit a ſubdito ſuo.negari poteſt ei, niſi oſtendat hoc a canone ei conceſſum eſſe.ut 18.q.2.& hoc tantum,& 9.q.3. conqueſtus. 3

f ¶ Neceſſitatibus.] A pauperibus enim nihil petet,ut

Digitized by Google

patria, si tenuis sit, potius iuuanda, quàm spoliandæ spoliãda.

21.q.2.placuit.sic dicit lex,ꝙ si patria tenuis est,potius est iuuanda,quàm spoliãda,vt C.noua vectig.inst.non pos.l.1.

AD hoc locorum.] CASVS. Leo episcopus de redditibus,vel oblationibus ecclesiæ integrã quartam canonicis suis non distribuebat, & ideo Greg. præcepit,vt illã quartã sine diminutione prout sibi visũ fuerit cũ discretione inter canonicos distribuat,qa ad hoc sũt ordinati gradus locorũ,& distincti, ne prælati opprimant iniuste subiectos;nec subiecti cõtra prælatos superbiant effrænate.

a ¶ Ad hoc.] Si.C.de Iudæ.nullus.

b ¶ Et iudicia.] sup.89.d.ad hoc.

c ¶ Vel quolibet.] Ergo non solũ de decimis, & oblationib. fiãt quatuor portiones, sed etiam de pẽsionib. & aliis redditibus 12.q.2.quatuor.

Quatuor portiones nõ solum de decimis fiũt, sed et de pensionibus, & aliis redditib.

d ¶ Visum.] Ergo epũs pro arbitrio suo pòt bona ecclesiæ diuidere.12.q.2. Vulteranæ. inf.eo. q.ꝛ. decimas.contra. Sed ibi soluitur, hoc.c. loquitur quando bona non sunt separata: alias contra. 12. q.1. §.vlt. quod potius concordat.

PRædicator.] CASVS.Quidam episcopi turpis lucri gra a subiectis suis iniustè pecuniam exigebãt sed Sexta synodus ostendit, ꝙ hoc facere non debent: quia non debẽt rcs subditorũ iniustè deperare: sed potius illos alere.Et hoc probat tribus auctoritatibus, scilicet duab. Pauli.& tertia Petri.

Prælatus a subditis autũ, vel argentum non exigat.

e ¶ Prædicator.] Probat sexta synodus auctoritate Petri,& Pauli, quòd prælatus a subditis non debet exigere aurum, vel argentum: sed potius eos erudire: nam beatius est dare quàm accipere. extra de celeb. miss.cũ Marthæ.

f ¶ Diuinus.] Quandoque ponitur in mala significatione,vt 1.q.1. nunquam.

g ¶ Immo vero.] Si iudex dicit, condemno te: immo absoluo te: ult.mo. uerbo standum est 1 de pœn.d.2. si enim.

1 Ar. ad hoc ff. de manu. reft. Stichus, ff de hær.inſti.ſi ita ſcriptum.

h ¶ Multitudini.] Arꝙ ubi præcipitur, ad omnes extenditur 61.d.miramur ;38.d. Ignorantia, & sup.d.5.ad eius vero.

i ¶ Aurum.] Verba Pauli.

k ¶ Existimans.] Verba synodi: immo uerba fuerunt Domini; ut extra de celeb. Miss.cum Marthæ.

l ¶ Ait enim.] In secunda epistola ad Corinthios.

m ¶ Thesaurizare.] Superficialis est ista argumẽtatio, quia,& filij thesaurizant parẽtibus, quia parentes succedunt eis si aliquid habent,vt sup.3.q.4. hi qui.& inf. 35.q.8.hæc salubriter. Nõ est superficialis, qa non succedunt

¶ De redditibus ecclesiæ quarta pars clericis est distribuenda. C. LXIII.

AD hoc [a] locorum gradus rationis ordo distinxit, & iudicia [b] esse constituit; vt nec præpositi in opprimendos se frustra valeant occupare subiectos;nec subiectis iterum contra suos præpositos effrænata fit resultãdi licentia. *& infra.* ¶ Volumus igitur,vt quidquid ecclesiæ tuæ ex redditu,vel quolibet [c] alio titulo fortassis accesserit,quartam exinde portionem sine diminutione aliqua debeas segregare, atque eam secundum Dei timorem presbyteris, diaconis, ac clero (vt tibi visum [d] fuerit)discrete diuidere.

Anſ.l.5.c.67.

Item ex septima synodo,c.4.

¶ Episcopus turpis lucri gratia nihil a monachis, vel clericis suis exigere debet. C. LXIIII.

PRædicator [e] veritatis Paulus diuinus [f] Apostolus, ac si canonem ponens Ephesiorum presbyteris imò vero 8 & omni sacratæ multitudini † [h] ita fiducialiter perhibuit; [Argentum, & aurum, [i] aut vestem nullius concupiui. Omnia ostendi vobis, quoniã sic laborantes oportet susc ipere infirmos,beatius existimans † [k] dare, quàm accipere.] Propter quod & nos edocti ab eo definimus episcopum nullatenus turpis lucri gratia ex cogitare [a] ad excusandas excusationes in peccatis expetere aurum,vel argẽtum,aut aliam speciem ab episcopis, vel clericis,vel monachis,qui sub ipso sunt.Ait enim [l] Apostolus; Iniqui regnum Dei non possidebunt: nec debẽt filij thesaurizare [m] parentibus, [n] sed parentes filijs.] *& infra*. Præcepit.n. & Petrus Apostolorum summus. [Pascite,qui in vobis est,gregem Dei,non coacte, [o] sed spontanee secundum Deum;non turpis lucri gratia, sed voluntariè: neque vt dominantes in clericis, sed forma facti gregis. Et cum apparuerit princeps pastorum,percipietis immarcescibilem gloriæ coronam.]

Anſ.l.6.c.167. Poly.l.4.tit.21.

Act.10.

† *al. plenitudini.* πλησόμασι.

† *existimantes.*] orig. In scriptura autem citatur tãquam sententia Domini. 1.Cor.6. 2.Cor.12.

Psal.140.

1.Pet.5.

¶ Caput hoc antea citabatur ex sexta synodo. Est autem in septima ex versione Anastasii, ex qua nonnulla hic sunt addita,empta,emendata.

a ¶ Ar. ad hoc.] Ergo prælatus a subditis non debet exigere aurum, vel argentum, sed potius eos erudire: nam beatius est dare quàm accipere. extra de celeb. miss.cũ Marthæ.

b ¶ Et iudicia.] sup.89.d.ad hoc.

c ¶ Vel quolibet.] Ergo non solũ de decimis, & oblationib. fiãt quatuor portiones, sed etiam de pẽsionib. & aliis redditibus 12.q.2.quatuor.

d ¶ Visum.] Ergo epũs pro arbitrio suo pòt bona ecclesiæ diuidere.12.q.2. Vulteranæ. inf.eo. q.ꝛ. decimas.contra. Sed ibi soluitur, hoc.c. loquitur quando bona non sunt separata: alias contra. 12. q.1. §.vlt. quod potius concordat.

e ¶ Prædicator.] Probat sexta synodus auctoritate Petri,& Pauli, quòd prælatus a subditis non debet exigere aurum, vel argentum: sed potius eos erudire: nam beatius est dare quàm accipere. extra de celeb. miss.cũ Marthæ.

f ¶ Diuinus.] Quandoque ponitur in mala significatione,vt 1.q.1. nunquam.

g ¶ Immo vero.] Si iudex dicit, condemno te: immo absoluo te: ult.mo. uerbo standum est 1 de pœn.d.2. si enim.

h ¶ Multitudini.] Arꝙ ubi præcipitur, ad omnes extenditur 61.d.miramur ;38.d. Ignorantia, & sup.d.5.ad eius vero.

i ¶ Aurum.] Verba Pauli.

k ¶ Existimans.] Verba synodi: immo uerba fuerunt Domini; ut extra de celeb. Miss.cum Marthæ.

l ¶ Non coacte.] Idest, pro lucro terreno.

n ¶ Parentibus. Etiam spiritualibus, & respexit Apostolus naturam,& uotum parentum, prout uoto parentum hæreditas filijs debetur,sed filiorum hæreditas sola pietatis causa parentibus debetur,ut ff.unde lib.scripto pro hærede.6.ult.ff.de inoffi.test. nam & si iusta illud:Ordine turbato succedis Bulgare nato.Itẽ dicit lex, ꝙ omnia quæ nostra sunt, ex uoto filijs paramus,ut ff. de bo.lib.l.pen. 1.respon. & hæreditas parentum quasi debita obuenit nobis,ut ff.pro soc. l. & qua,& filij pene ad propria bona ueniunt.ff.de succ.edi.l.1.§.pen. Et dicit Imperator,cogitare debent parentes,ꝙ & ipsi fuerant filij, & ea quæ a suis parentibus sperabant,suis filijs facere debent.in Authen.ut cum. de app. cognos.§. consideranti.coll.8.

Hæreditas parentum debetur filijs.

o ¶ Non coacte.] Idest, pro lucro terreno.

Digitized by Google

ILLVD AVTEM. CASVS. Iſte §. reſpicit illud cap. poſſeſſiones. & dicit q illud verbum temporaliter perfruatur, non refertur ad monachos, qui perpetuo poſſeſſiones illas poterant poſſidere, ſed refertur tantum ad clericos pauperes. Poſtea probat, quod graue peccatum

effuſionis, verba tamen interponuntur, quę ſunt Hieronymi, ſcilicet nunc ſequamur ordinem prophetæ, deinde exponit verba prophetæ ſecundum literam, vſque ad illud verbum: Si qs doctus, exinde ea moraliter exponit vſq; ad fi. c. & ita ſi velles caſum breuiter ponere, incipies ibi. | Procedit ergo. | Hieronym⁹.

a ¶ Excogitare.] *Verba Græca, ὁρίζουσιν μὴ ὅπως αἰσχροκερδῶς ἐπινοεῖσθαι ἐπιεικοῦς προφάσεις προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις, ἀναιτίῳ χρωτὶ. ſic clarius verterentur,* ſtatuimus ne vllo modo turpis lucri gratia in mentem veniat epiſcopo excuſanti excuſationes in peccatis poſcere aurum, &c.

Illud autem, quod in fine capituli [a] *Symmachi ponitur.* [*Hæc ipſa non perpetuo, ſed temporaliter perfruantur.*] *ad perſonales tantũ poſſeſſiones, clericorũ videlicet & pauperum, non ad monaſteriales referendum eſt.*

7 *Quam vero ſit graue apud Deum decimas, & oblationes, ac primitias ſacerdotibus non ſoluere, auctoritate Hieronymi & Auguſtini apparet.*

Malac. 3. *Ait namque Hieronymus in comment. ad c. 3. Malachiæ.*

¶ Reus apud Deum habetur, qui decimas ſacerdotibus non ſoluerit. C. LXV.

RE uertimini [b] ad me, & reuertar ad vos, dicit dominus exercituum: & dixiſtis, in quo reuertemur. [c] Si affliget homo Deum; quia vos cõfigitis me: & dixiſtis, in quo cõfligimus te? In decimis, [d] & primitijs. In penuria vos maledicti eſtis, & me confligitis gens tota. [e] [Nunc ſequamur ordinẽ prophetiæ. [Quia mihi nõ reddidiſtis decimas, & primitias; idcirco in fame, & penuria maledicti eſtis: & vos me ſupplantatis, [f] ſiue fraudatis, atq; priuatis gens tota.] Pro a gente, quæ in hebraico ſcribit, שנה annum lxx. tranſtulerunt, ἔτος pro ἔθνος, & eſt ſenſus. Ecce annus expletus eſt, [g] & nihil in meos theſauros, ſed in veſtra horrea comportaſtis; & pro decimis, & primitijs, † quæ parua erant, ſi a vobis darentur, vbertatem poſſeſſionum veſtrarũ, & omnem frugum abundantiam perdidiſtis. [h] Vt autem ſciatis me hoc iraſcẽte perfectum, quia fraudaſtis me parte mea: hortor vos, atq; cõmoneo, vt inferatis decimas in horrea, † [i] hoc eſt in theſauros templi: & habeãt ſacerdotes, atque leuitæ, qui mi

† *al. primitias.*

† *al. horrea mea.*

tum eſt decimas & primitias, & oblationes non reddere. & ad hoc inducit ſeq. c.

a ¶ Capituli.] Sup. ea. poſſeſſiones.

QVAM VERO. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat magiſter, q decimæ ſunt dandæ clericis pro labore ſuo: & qui eas non dat, peccat mortaliter, clerici autem debent eas diuidere iuſto modo cum pauperibus & religioſis & hoſpitibus, & hoc probat per 4. cap. Ioan. de Fant.

RE uertimini.] CASVS. Caſum hunc ſic attende. Iudęi decimas ſacerdotibus & leuitis non tribuebãt, propter quod penuria & ſterilitate ſunt puniti. nam in pœnam eorum cataractę cęli clauſæ ſunt, nec pluuias effundebant, & locuſtæ, brucus, & ærugo labores ſuos deuaſtabant. Hortatur itaque Malachias prophera Iudæos, vt reuertantur ad dominum, quia ſi ſoluant decimas & primitias, cataractæ cęli aperientur, & vſque ad abundantiam benedictio ſuper eos effundetur. Proceedit ergo Hiero. hoc ordine in hoc c. Primo ponit verba Malachiæ prophetæ, vſque ad locum illum, verbum

b ¶ Reuertimini.] In prima parte ponit Hiero. verba prophetæ vſq; ad illud verbũ effuſionis. In 2. parte exponit ea ad literam vſque ad illud, ſi quis doctus. Ab inde myſtice ſiue moraliter.

c ¶ Reuertemur.] Quaſi dicãt, nõ diſceſſimus. immo in hoc receſſiſtis, quia cõfluxiſtis me: hac tamen conditione, ſi homo affligit, ideſt, põt affligere Deũ, & ideo dicit c. ſi affligeret: quia naturæ Dei nihil nocere poteſt. 11. q. 3. ſecundũ catholicã, quia impoſſibilis eſt 22. q. 4. incommutabilis.

Deo nihil nocet.

d ¶ In decimis.] no. Deũ dici affligi, cũ eius ſubditi affligũtur. 3 ſi. 2. q. 5. hẽt hoc proprium. & 3. q. 1. nulli. in fi.

e Arg. ext. de prob. licet in fine.

d ¶ In decimis.] Scilicet non ſolutis.

e ¶ Gẽs tota.] i. ex toto gentiliter viuẽtes: vel alias quilibet de proprio.

f ¶ Supplantatis.] Arg. contra. infr. de cõſe. diſt. 2. panem. ſed intellige quãtũ in nobis eſt. 2 11. q. 3. inter uerba. Vel ita defraudant ſubtrahendo iſta paupertibus.

g ¶ Annus expletus eſt.] Non tñ finis anni ſpectandus eſt, ut tunc decimæ põſſentur, ſed põſtandæ ſunt cum fructus colliguntur, extra de deci. cum homines. immo ſi agerbis in anno det fructus, toties dandæ ſunt decimæ, ut extra eo. ex parte 2. hic ergo ſagillauit eos, qui tam tarde dederunt. In perſonalibus tamen decimis poſſet dici q in fine dandæ ſunt propter lucra minima: Inconueniens enim eſſet q ſcripto vel aliquis negotiator ſingulis diebus deberet decimam partem lucri dare eccleſiæ. arg. ad hoc tale quale. ext. de pig. ex literis. ibi, propter poſſeſſionum minutias: & quia talis ſolutio incommoditatem haberet, vt ff. fam. ercis. plane. idem dicendum de caſeo & lacte. Io.

Decimæ quo tempore ſint dandę.

h ¶ Perdidiſtis.] Argu. aliquem debere puniri in eo in quo deliquit. 12. q. 2. & qui humanis. & qui negat. qđ debet, negari ei debet quod ſibi debetur. ext. de vſur. quia fruſtra. C. de fideic. li. l. ſi quis in ſuo. ff. d. eſto.

i ¶ In horrea.] Arg. q ipſi ruſtici debent deferre in horrea decimas ad ipſas eccleſias, arg. inf. q. 7. decimas. C. de annonis & trib. l. pro loris. lib. 10. non ergo a clericis uel eorum nuncijs ſunt colligendæ in agris.

Digitized by Google

Effusio duo notat.

Aerugo.

Eruca.

hi ministrant,cibos,& probate me,si non tantas pluuias effudero,vt cataractæ cęli apertę esse credãtur,[Et effundam vobis benedictionẽ vsque ad abundantiam. [a]] Verbum [b] effusionis,nomen largitatis ostẽdit. [c] Sed fieri potest,vt agros, irrigantibus pluuijs, sit quidem fertilitas, verum aut locusta, aut brucus,aut ęrugo, [d] aut eruca destruãt,& labores hoium pereant. Propterea iungit,& dicit:Et increpabo pro vobis deuorãtem.] locustam videlicet,& reliqua,quæ diximus:[Et non corrumpet fructum terræ vestræ.] *& infra*. ¶ Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt mundũ; sciamus hoc ex Dei ira [e] descendere:qui in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari se loquitur: & suas [ß] [f] possessiones postulamus decimas, & primitias interpretari. [g] ¶ Si quis doctus, & eruditus legẽ Dei, põt cæteros erudire, non debet suæ assignare prudentiæ, ingenioque,quod possidet, sed gratias agat primum Deo, qui cuncta largitur: deinde sacerdotibus eius, ac magistris, a quibus [h] doctus est. Si.n.non egerit gratias; sed sibi scientiã vendicauerit, [i] in penuria maledicetur. Qđ si intelligens largitorem Deum, & agens his gratias per quos a Deo eruditus est, humiliauerit se,& in horreum Dei intulerit cibos, hoc est, scripturæ sanctæ alimenta in ecclesia populis ministrauerit; statim aperiẽtur super eum catharactæ [k] cęli & effundetur pluuia spiritualis: & mandabit Deus nubibus [l] suis, vt pluant super eum imbrem: [m] & abundantia rerum omnium perfruetur.

a ¶ Pro gente.] *Hæc usque ad vers.* Ecce annus,*addita sunt ex B. Hieronymo ad sententiæ integritatem.*

ß ¶ Et suas.] *In originali sic legitur*, fraudari se loquitur,& sua portione priuari. Possumus decimas,& primitias,& sic interpretari.*Sed ob glossam non est mutatum. Alia vero quadam emendata sunt.*

Item Augustinus, serm.219.de tempore.

¶ Quòd decimæ sacerdotibus sunt tradendæ. C. LXVI.

Anf.l.3.c.34. Poly.l.3.tit.11.

DEcimæ tributa [n] sunt egentium animarum.Quod si decimas dederis; non solum abundantiã fructuũ recipies, sed etiam sanitatem corporis & animæ consequeris.Non igitur Dominus Deus præmium [o] postulat,sed honoré. Deus.n.noster,qui dignatus est totum dare,decimam a nobis dignatus est recipere, non sibi,sed nobis sine dubio profuturam:sed si tardius dare peccatum est;

a ¶ Ad abundantiam.] inf.q.7.maiores.
b ¶ Verbum.] Hæc sunt uerba Hieronymi.
c ¶ Ostendit.] Hic, & C.de inoff.don.l.2.Quandoque etiam notat vitium.41.d.sæpe.
d ¶ Aut ærugo.] Ærugo est ros,qui cadit super teneras spicas, & ꝓpter hoc sole veniẽte marcescunt.Eruca est vermis,qui ibi nascitur ff. loca. ex cõducto.
e ¶ Ex Dei ira. Homo.n.propter peccata sua affligitur, ut 7.q.1.scisitaris.56. dist. si gens. j.13.q.4. si quos.
f ¶ Suas. Si ergo sue sunt, rei vendicatio intentabitur ꝓ eis. C. de sacrosc.eccl. ut inter.
g ¶ Interpretari.] Idest, moraliter exponere.
h ¶ A quib.] Arg.ꝙ discipuli dẽt referre gratias magistro, non tantum verbis, sed etiam rebus, ut 69.dist.ecce.
i ¶ Vendicauerit.] i. sibi adscripserit.
k ¶ Catharactæ.] Id est,fenestræ.
l ¶ Nubibus. Idest, prædicatoribus.
m ¶ Imbrẽ. Gratię, & scientię,quæ in eo augebitur,de ꝙ.dist. 3.si sermo.Io.

Decimæ sũt tributa egentium.

DEcimæ.] CASVS. Hoc diuiditur i duas partes. In prima parte docet.Aug decimas esse tribuẽdas. de militia,negotio,& artificio,& sine tarditate, & ostẽdit ex hoc triplicem sequi cõmoditatem.s.abundantiam fructuum, corporis sanitatem, & ꝓmiꝭ cęl.sus retributionẽ, quas si quis non dederit,ad decimam partem reuocabitur, & quod Christus non accipit; impius miles vsurpabit. In secunda parte dicitur, qđ decimę exigẽdo requirãtur, & qui eas non dederit,tot homicidiorũ in die iudicij reus apparebit, quot pauperes.In locis illis fame perierunt quorum poenam si vult euitare, decimam reddat, & de nouem partibus faciat eleemosynam.Seq.c.patet.

n ¶ Tributa.] Idest, debita animabus egentibus diuina gratia. Vel melius dicas, quod datur egentibus clericis, non tamen ideo manus danda sunt etsi diuites sunt, non enim intuitu personarum dantur ecclesiasticæ facultates, vt 23.q.8.nemo. & ff.de rei.vend.l.1.

o ¶ Præmium.] i.gratis vult beneficium suum concedere,non pro pretio, sed tamen in honorem vult haberi.arg.ff.mand. si remunerandi & est si. 1.q.1.iudices. vbi dicit, ꝙ non sunt dicenda munera,sed sumptus. & facit ad hoc quod dixi 32.q.2.honorantur.

a ¶ De

Digitized by Google

quanto peius eſt non dediſſe? De militia [a], de negotio [b], de artificio redde decimas. Cum enim decimas dando & terrena, & cœleſtia poſſis prȩmia ꝓmereri; quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? Hęc eſt enim Dei iuſtiſſima conſuetudo: vt ſi tu illi decimam non dederis; tu ad decimam [c] reuoceris. Dabis impio militi, quod nõ vis dare ſacerdoti. Benefacere ſemper Deus paratus eſt: ſed hominum malitia prohibetur [d]. Decimę enim ex debito [e] requirunt: & qui eas dare noluerit: res alienas [f] inuaſit [g]. Et quanti pauperes in locis, ubi ipſe habitat: illo decimas non dante, fame mortui fuerint; tantorum homicidiorum [h] reus ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia rem a Deo pauperibus delegatam ſuis vſibus reſeruauit. Qui ergo ſibi aut prȩmium [i] comparare, aut peccatorum deſiderat indulgentiam promereri, reddat decimam: etiam de nouem partibus ſtudeat eleemoſynã dare pauperibus.

¶*Caput hoc confectum eſt ex locis B. Auguſtini in ſermone 219. (qui eſt primus Dominica 12. poſt feſtum Trinitatis) & ferè verborum, & verbis ipſis ſæpe mutatis, eodemque modo apud Anſelmum habetur.*

Item Hieronymus in comm. ad c. 3. epiſtolæ ad Titũ, in fine.

¶Seipſum condemnat, qui Euangelizantibus neceſſaria ſubtrahit. C. LXVII.

APoſtolicis viris, & Euangelizantibus Chriſti in neceſſarijs [k] vſibus nolle tribuere, ſterilitatis ſeipſum eſt condemnare.

Quòd autem decimæ epiſcoporum conſenſu monachis licite tribuantur, beatus Hieronymus Damaſo Papæ ſcribit dicens.

¶Liberum eſt clericis decimas monachis concedere. C. LXVIII.

QVoniam

a ¶ (De militia.) Licita. ergo & clerici ſi militent 23. q. 1. militare. tenentur dare decimas.

b ¶ Negotio.] Dummodo licita ſit negotiatio, ut extra eod. ex tranſmiſſa. & tamen vix aliqua negotiatio ſine peccato poteſt expediri, ut de pę. diſt. 5. qualitas. dicitur

Negotiatio vix poteſt eſſe ſine peccato.

tũ & B. narrant ꝓrium per decr. illam extra de. vit. de teſtis. & per decre. extra de uſur. quanto quod concedo. I. ẽ ex omnibus quæ ex lucrativa cauſa haberentur, dabuntur decimæ, ut de donatione ex legato; ut ſi extraneus inſtituitur in teſtõ. aliud eſt ſi quis ab intellato ſuccedit, quia tali debita eſt hæreditas iure naturæ unde potius debitum de ꝙ lucrum, ut ff. unde lib. ſeripro. §. ult. idẽ dico ꝙ quaſcunque uinculum abſoluerint, ꝙ quilibet teneatur ad decimã de lucro ſuo. I Sed nunquid doctor de collecta uel aduocatus de patrocinio, uel mercenarius de eo quod meretur, dabit decimam: nõ vi, cum illud non ſit lucrum, ſed debitum. Credo tñ ꝙ ſic: quia ſerpiũ eſt: Honorabis dñm Deum tuũ de tuis uſtis laboribus, ut 1. q. 1. nõ eſt putanda. licet quia hic dicitur, de omni artificio danda ſunt decimæ, ut ext. eo. nõ eſt in poteſtate.

I Álij cõtra & melius ſecundum B. prout no. extra de deci. paſtoralis, q̃ ſinia cõmuniter approbatur, 1. ſed diſtũ Ioan. eſt iuſtus. & ibi not. Ho. Aduocatus an teneatur ad decimas de patrocinio.

c ¶ Tu ad decimã.] Ideſt, tantum decima remanebit ibi, uel dæmonib. ſociaberis, qui ſunt decima pars Angelorũ. d ¶ Prohibetur.] ff. de pœn. diſtin. 1. ſi animus. ſup. 76. diſ. ieiunium.

e ¶ Ex debito.] Ergo videtur, ꝙ actio perſonalis competat ꝓ decimis petendis.

f ¶ Alienas.] Ergo ante ſeparationem ſunt eccleſiæ, ut no. ff. e. q. moderamini.

g ¶ Inuaſit. Not. ꝙ idem eſt iniuſte detinere: quod rapere, ut hic. & ex de reſti. ſpol. ſæpe. Et idẽ eſt auferre quod non dare. 47. d. ſicut. & 12. q. 2. indigne.

h ¶ Homicidiorũ.] ſu. 11. q. 1. præcipue. & 3. 86. d. paſce.

i ¶ Prȩmium.] Inf. 17. q. 4. ſunt qui.

k ¶ Apoſtolicis. ¶ Neceſſarius.] I. eſt, in uictu & veſtitu. ut 10. q. 2. epiſcopus. Ioan.

Decimæ an ſint de illicite acquiſitis dandæ.

Iudæi tenentur ad decimas perſonales.

tamen licita quo ad laicos in quibuſdam rebus, vt 88. d. fornicari. Sed numquid de illicite acquiſitis debeant dare decimas, no. 14. q. 5. in princ. Sed nunquid de furto, vel latrocinio dandæ ſunt decimæ? Dicunt quidam quòd ſic, ne apud eos ita remaneant. ar. ad hoc 22. q. 1. conſidera, alij negant, ne eccleſia videatur approbare delictum. Sed dico, ꝙ à fure, vel a raptore bene petitur decima, non rõne negotiationis ſuæ, cũ illa ſit reprobata. ſed quia inuenitur in poſſeſſione: quia decima ſequitur quemlibet poſſeſſorem, ſiue ludæum, ſiue excõmunicatum, vt extra de deci. de terris extra de uſu. quanto. extra de ſen. exc. ſi uero alioquin eſſet prædo melioris conditionis, quàm bonæ fidei poſſeſſor: quod eſſe non debet. ut ff. de peti. hære. ſi à dño. §. ult. Item nunquid Iudæi perſonales decimas dabant? Vi ꝙ ſic. ut extra de uſur. quanto circa fi. de decr. ad audientiam, quia dicebat, ꝙ de omnibus prouentibus dabunt: quod concedo. Tã

QVOD AVTEM. CASVS. Supra dictum eſt in §. de his. monachos de propriis prædijs, quæ ad proprium uſum colunt, non debere decimas dare: nunc offendit Gratianus, ꝙ epiſcopis conſentientib. recipere poſſint.

QVoniam quidquid. ¶ CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte quæritur Damaſus à Hierony. an clerici intuitu pietatis partem decimarum ſuarum. & oblationum poſſint conferre extraneis, & xenodochijs ad ſui ſuſtentationem. & an poſſeſſiones aliquas tuas in dñium eorũ trãsferre poſſint? & rãdet ꝙ ſic. In ſecunda parte q̃ritur utrũ laici poſſint uſum decimarum, & oblationum habere. Et reſpondet, ꝙ nõ, ſed

Digitized by Google

ſi aliquando decimæ ab eis fuerunt detentæ, & conſentiente epiſcopo loci tranſierunt in vſum monachorum, conſtabunt eis firmitate perpetua. In tertia parte quæſiuit qui clerici de bonis eccleſiæ ſint ſuſtentandi. Et rñdet ꝙ pauperes, & qui parentum opibus ſuſtentari non ꝓñt. ſi vero ſunt diuites, & quod pauperum eſt, accipiũt; ſacrilegium committunt, & per abuſum talium bonorum iudicium ſibi mãducãt, & bibant. Secunda pars ibi. Qui autẽ.] Tertia ibi, Clericos. Sequẽs §. pater. a Quidquid.] Res eccleſiæ ſunt pauperum, ut 23.q.7.ꝙ autẽ. Similiter res clericorum ſunt pauperum, ut 23.q.8.cõuenior. & dicũtur eſſe pauperum quia tẽpore neceſſitatis sũt pauperibus communicandæ, ut 47.diſt. ſicut hi.

Eccleſiaſticæ res ſunt pauperum.

b ¶ Omnibus.] Not. quæ eccleſia dicatur ſufficiens ad hoc vt quis debeat eſſe contentus una, ideſt, q̃ poſſet omnes recipere, ut 42.diſt.quieſcamus. ext. de præben. de monachis. arg. cõtra. 10.q.2.epiſcop⁹. vbi dicitur quod erit contentus victu, & veſtitu.

quidquid [a] habẽt clerici, pauperũ eſt, & domus illorum omnibus [b] debẽt eſſe communes, ſuſceptioni peregrinorum, & hoſpitum inuigilare debent; maximè curandum eſt illis, vt de decimis, & oblationibus, cœnobijs, & xenodochijs, qualem voluerint, & potuerint, ſuſtentationem impendant. Liberum eſt enim monachis, & ſpiritalibus viris Deũ timentibus, & colentibus decimas, & oblationes, cunctaq; remedia concedere [c], & de iure ſuo in dominium illorum, & vſum transferre, nec tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. Quod autem beatitudo tua quęſiuit, vtrum vſus decimarũ, & oblationũ ſæcularibus prouenire poſſit; nouit veſtra ſanctitas omnino nõ licere [d], proteſtantibus hoc diuinis [e] auctoritatibus paternorũ canonũ: Quamobrem, ſi aliquando fuerint ab his male detenta, quæ diuini iuris eſſe noſcuntur, & in vſum tranſierint monachorum, & ſeruorũ Dei; epiſcopo [f] tamen loci illius præbente conſenſum [g], cõſtabunt eis omnia perpetua firmitate, & ſtabilitate ſubnixa. ¶ Clericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari, quibus parẽtum, & propinquorum nulla ſuffragantur. Qui aũt bonis [h] parentum [i], & opibus ſuſtentari poſſunt: ſi quod pauperum eſt, accipiunt; ſacrilegiũ profecto committunt, & per abuſionem talium iudiciũ ſibi manducant & bibunt.

1.q.2.clericos. In regula monachorum. ca. de paupertate habentur quædam ſimilia.

¶ *Supra etiam* 1.q.2. *clericos pars huius capitis citatur ex B. Hieronymo, in cuius quæ extãt ſcriptis nihil huiuſmodi inuentum eſt.*

De prædijs autem, quæ a colonis eorum coluntur, ſic definitum eſt in Moguntino concilio [*Queſti ſunt præterea, &c. ſupra ead.*

QVAESTIO II.

E capellis [k] *uero, quæ ab eis poſſidentur, ꝙ per eorum inſtitutionẽ a ſacerdotibus ſint gubernanda, Ioannes Papa probat ſcribens Iſaac Syracuſano epiſcopo.*

Decimæ an poſſint concedi laicis.

1 Ad hoc facit quod no. inf. ead. q.3. §. ſic ẽt. & ſupra 1.q.3. ꝙuenit ad noc. ext. de decim. quamuis. ibi videas. & j. ead. q.7. c.1. in prin.

Eccleſia de manu laici non poteſt recipi.

quid fructus decimarum poſſunt concedi laicis? ſic ad tempus, vt extra ne prælati. vices ſuas. querelam. & vſq; ad finem vitæ ipſorum. 1 arg. ext. deijs, quæ fiunt a prę lato. cum Apoſtolica. in fi. arg. contra 10.q.1.hanc.

e ¶ Diuinis. Not. generalem ſermonem non generaliter intelligendum. 88.d. fornicari 75.d.ꝙ die 76.d. ſcire. 75.d.c.1. inf. ea.q.3. dilectio & q.7. decimas Deo. 12.q.2. ſine. 14.q.2. ſuper. de conſec. diſt.2. reuera. diſt.95. ecce. arg. 10. diſt. c.1. contra. diſt. 18. propter.

f ¶ Epiſcopo. Et ſufficit auctoritas ſolius ep̃i ad talem alienationem, ut ext. de ijs, quæ fiunt a prælato. cum Apoſtolica. contra. 12.q.2. fine. Non. n. vi ꝙ ſolus ep̃s poſſit concedere ſine capitulo. Sed hoc ſoluitur extra de ijs q̃ fiunt a prælato. cum Apoſtolica. Hic ergo laicus, qui capax non eſt, facit locum capacitar. C. de natu. lib. Authlicet. ff. de iniuſto rup. teſt. l. pen. & ꝙ nullus religioſus debeat recipere eccleſiam de manu laici, eſt expreſſum extra de priuil. cum, & plantare. & 1.q.7. ſi quis.

g ¶ Conſenſum.] Arg. ꝙ ratihabitio ep̃i retrahitur: &

i ¶ Parentum.] videtur loqui de illis clericis, qui eccleſiæ non ſeruiunt. ſup. 10.q.3. cauendum ſupra 12.q.1. illi autem, infra 21.q.1. quomodo.

DE capellis.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In prima probatur per c. ſequeas. ꝙ ſi monachi habent eccleſias pleno iure, poſſunt in eis capellanos inſtituere, & deſtituere. Secunda ibi, Hac auctoritate.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2.q. qua quæritur, an capellæ, quæ conceduntur monachis ab epiſcopis, ſint per monachos inſtituendæ. Et reſpondetur, ſi pleno iure, ſcilicet quantum ad temporalia, & ſpiritualia capellæ pertinẽt ad monachos, per ipſos ſunt inſtituendæ, ut inf. c. viſis. Si vero ad ipſos pleno iure non pertinent, ſed tantum quantum ad temporalia, per epiſcopos ſunt inſtituendæ. ita tamen ut monachis reſpondeant in temporalibus. epiſcopo uero in ſpiritualibus, ut inf. ead. ſane. De hoc plenius notatur in ſumma huius quæſtionis.

K ¶ De capellis.] Hæc eſt ſecunda quæſtio, an in capellis

Monachi qd iuris habent in ſuis capellis.

pellis monachorum presbyteri ſint inſtituendi per monachos. quod vt melius pateat, videndum eſt quid iuris habent religioſi in ſuis capellis. Et no. quod duob. modis fiunt capellę religioſorum. ædificatione. ſ. & collatione. Si ædificatione, habent inſtitutionem temporalium laicum, cum inſtitutio ſit temporalis. ſuppoſitio vero perpetua. Item eſt contra eum 10.q.1.nouerint. vbi dicitur, quòd poſtquam Deo dederit, quòd nihil habet iuris in re illa patronus. Io.

¶ Presbyteri in monaſteriorum eccleſijs per abbates inſtituantur. C. I.

VIſis literis charitatis veſtræ, quib. ſatis perpenditur quanto ſtudio huic ſanctæ ſedi reuerentiam exhibetis, non modice gauiſi ſumus. Nunc itaq; ſuper ea, quæ conſuluiſtis, vt chariſſimo fratri benigne diſcretum cõſilium damus. Delegauit [a] enim nobis pia mãſuetudo veſtra, vtrum eccleſiæ pro quiete [b] monachorum a ſanctis concilijs, catholiciſque epiſcopis eis traditæ, per ſacerdotes ab eis ordinatos, & inueſtitos debeãt inſtitui. Addidit quoque fraternitas tuas litem, & ſeditionem inter clericos, monachoſq; ex hac cauſa non modicam eſſe ortam: quod inſtigatione verſuti hoſtis eſſe factum nemo ambigat. Habet enim mille nocendi modos; nec ignoramus aſtutias eius. 2.Cor.2. Conatur namq; a principio ruinæ ſuæ vnitatem eccleſiæ reſcindere, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinẽ inuidiæ felle inficere, & omnib. modis humanũ genus euertere, & perturbare. Dolet enim ſatis, & erubeſcit, charitatem, quam in corde [c] nequiuit habere, hominos cõſtantes ex lutea materia tenere in terra. Vnde oportet (quantum fragilitati noſtræ cõceditur) vt omnes aditus nocendi eius verſutiæ diligentiſſime muniamus: ne mors ingrediatur per portas [d] noſtras. Conſilio itaq; multorũ fratrum diligẽter exquiſito decreuimus, vt amodo eccleſiæ monachis traditæ [e] per

Iſis literis.] CASVS. Beneuen. hunc caſum ſic ponit, & bene. Quidã epiſcopus pleno iure quo ad ſpiritualia & tẽporalia monachis dedit quaſdã capellas poſtea inſtigãte diabolo humani generis inimico, inter monachos, & clericos eſt orta ſeditio pp inueſtituram illarum eccleſiarum, & ad ſuggeſtionem clericorum epiſcopi nitebantur inueſtituras reuocare. Propter hanc ergo altercationem Iſaac Syracuſan⁹ epũs cõſuluit Papam Io. vtrum præfatæ capellę monachorum debeant gubernari p presbyteros a monachis inueſtitos? & rñdet q̃ ſic. & hoc probatur quatuor rationib. quarum prima eſt, quia diuinę leges & ſęculares præcipiunt, ut cuius poſſeſſio eſt, eius fiat inſtitutio. Secunda eſt: quia ſicut charitas eporũ fuit facilis in dãdo, qđ maius eſt. ſ. poſſeſſiones: ſic & facilior erit in concedẽdo, quod minus eſt, ſ. inueſt ituram. Tertia eſt: quia ſua iura uel tributa monaſterio non redderentur, ſi inueſtitura per alterũ daretur. Quarta eſt: quia epiſcopus priuatur mercede, quam fuerat conſecutus, ex quo facta charitate vult reuocare quod dederit, monachis; tamen ſi ea quæ ſunt epiſcoporum, uſurpare præſumpſerint: eporum ſęlici mucrone puniãtur. Inſtitui. .i. regi & gubernari. Inſtituantur. .i. regantur & gubernentur. Vel poteſt dici, q̃ Iſaac quærebat (ut dixi Hu.) utrum capellę tales debeant inſtitui per monachos.

a ¶ Delegauit.] Ideſt, inſinuauit. Vel dic melius, ideſt, quæſiuit.

b ¶ Pro quiete.] A curis temporalibus, ut ſup. ea. q. 1. de præſentium.

c ¶ Conſtãtes.] Inf. de pœ. d. 2. principium. §. ſi uero. 7. 27. q. 2. §. ex his omnibus. contra. Sed dic, q̃ non potuit habere charitatem perſeuerantem. arg. extra de uerb. ſign. nam & ego.

d ¶ Per portas. .i. Per ſenſus corporeos, quibus mediãtibus peccatum tranſit ad nos.

e ¶ Traditæ.] Pleno iure. Idem intelligũt quidam vbi epiſcopus ſimpliciter concedit. arg. ff. de ſer. ſi cui. & ff. de vſu & hab. ſi ita. Sed contra extra de do. paſtoralis. & 1.q.1. ſunt nonnulli. cum autem monaſterio priuilegiato cum capellis ſuis habitis, & habendis cõcedit ep̃s eccleſiam, etiam pleniſſimo iure ſecundum plerosque peruenit ad monaſterium, etiam quo ad correctionem exceſſuum. ſed tamen abbas ille nõ deponet aliquẽ, nec ſuſpendet in perpetuum, niſi hoc haberet ex priuilegio aliquo, vt inf. in fi. cap. Sed nũquid epiſcopus ita poteſt eximere eccleſiam aliquam, q̃ nihil retineat in ea? Dico q̃ non; quia epiſcopus non pòt alium iudicẽ facere ordi-

liam, & epiſcopus ſpiritualium, vt infra eadem ſane, & capitu. vlt. Si autem collatione: aut collatæ ſunt eis ab epiſcopo: aut a patrono. Si ab epiſcopo, aut ſub certa forma, aut cum omni iure, aut ſimpliciter. Si ſub certa forma, non habent ibi plus iuris quàm forma contineat. Si vero cum omni iure, tunc habent, & temporalem & ſpiritualem inſtitutionem. inf. ead. viſis. Et ſic intelligitur illud: cuius eſt poſſeſſio, eius eſt & inſtitutio. 1 In hoc caſu loquitur extra de capel. mon. in eccleſijs. remanet tñ ius epiſcopale in ordinatione clericorum, iudicio, altarium conſecratione, & viſitatione. 9.qõ.3. per ſingulas. Si autem conceſſit epiſcopus ſimpliciter, quid iuris ſit, habetur extra de dona. paſtoralis. Si uero patronus conceſſit capellam domui religioſæ, non plus iuris habet acceptor, quàm dator. arg. ſ. ea. q. 1. ſi quis laicus. extra de dona. inter vir. & vxor. nuper. ff. de re. iu. nemo plus. niſi hoc factum ſit de conſenſu diœceſani epiſcopi, in quo caſu cedit in dominiũ religioſorum ext. de iure pat. quod autẽ. ext. de do. paſtoralis. Quæ autem dicta ſunt, intelligas de monaſterijs nõ exẽptis. In exemptis. n. & eorum capellis quod Principi placet legis habet uigorem. Et no. q̃ Io. de Fant. dixit q̃ eccleſia quæ nondũ eſt conſecrata: tantã in ea hẽt patronus poteſtatẽ, q̃ præter ep̃i licẽtiam põt religioſo loco concedere non ſolum iuspatronatus, ſed ẽt ipſam eccleſiam. arg. inf. ea. q. ult. nemini. Sed hæc opinio corrigenda eſt, cum religioſus locus iam ſit, maximè propter ſolennitates, quæ ibi fiunt ab epiſcopo. de conſecr. diſt. 1. nemo. Et quod religioſus locus ſit, habes extra de reli. do. ad hæc unde iam in epiſcopi poteſtatẽ cõſiſtit, cum lapis benedictus ibi iam ſit poſitus. inf. ea. q. 7. omnes. nam a laico poteſt aliquis inſtitui. inf. ead. q. ult. ſi plures, multo minus ſupponi poteſt loco religioſo per

¶ Intelligit L. cuius fuit tota iſta glo. q̃ ep̃o ſeruatur, ut ſacerdos ibi inſtituendus cui ab eo recipiat alarum, & in hoc caſu, & c. ut ſequit ſed forte non ſine cauſa. Ioan. hoc remouit. Arch.

Eps eccleſiã a ſe non põt totaliter exi mere.

1 Licet eps concedat inueſtituram: non tñ correctionẽ. ar. ff. de ſer. vrb. prędl. ſi domus ſim L.

ordinarium in diœceſi ſua: nec ita plene poſſet epiſcopus remittere ius epiſcopale, vt hic, in ſi. quia ſic poſſet a ſe reijcere iuriſdictionem epiſcopalem. nam quãtumcunq; generaliter eps eximat aliquam eccleſiam, ſemper retinet correctionem, & viſitationẽ procurationẽ, & cathedraticum, vt ext. de cenſi. cũ venerabilis. & de don. paſtoralis, nec etiã in præiudicium archidiaconi poteſt epiſcopus aliqua iura remittere eccleſiæ, vt ex. de exceſ. præl. c. 1. & 2. Si obijcis id quod eſt extra de re lig. de conſtitutus. vbi dr, q epiſcopus poſſit plene eximere aliquã eccleſiam, dicas q illa exẽptio fuit confirmata a Papa, ſicut patronus quantumcunq; generaliter remittat ius patronatus. tñ quędam iura retinet in libello. C. de bo. lib. l. ſi.

dolo ne res donata benigne, fiunda conſilio revocetur. ff. de ædil. edic. l. ad res.

HAC AVCTORITATE. Hæc eſt ſecunda pars qõ. in qua dicitur quod in §. ecce Vrbanus qui ſequitur, continetur, & probatur per conſequens. Io. de Fant.

CA-

ſuos [a] ſacerdotes inſtituantur. Diuinæ enim leges habẽt, & ſeculares, vt cuius eſt poſſeſſio [b], eius fiat inſtitutio [c]: & ſi in dando, quod maius eſt [d], facilis fuit charitas; ſit facilior in concedendo, quod minus eſt, ſancta largitas. Maius enim fuit poſſeſſionem dare, quàm ſit inueſtiturã concedere [e]. Quomodo poſſeſſoris iura cognoſcẽtur, & ſuarum † rerũ ſibi tributa reddentur, vbi quod ſuum eſt, per alterum datur; & cũ voluerit, auferetur? Humani moris [f] eſt illũ vereri, cuius iudicio § & voluntate nunc erigitur, nunc deprimitur. Vnde fit, vt in partem epiſcopi ad ſeruiendũ ſacerdos procliuior fiat: & ſic epiſcopus, qd ſancte, & religioſe dederat, quadam ſimulata auctoritate ad ſe trahat † [h]. Sic itaque priuatur mercede, quam conſecutus fuerat: tum quia ficta charitate aufert quod dederat; tũ quia prauorum ſacerdotum diſcordias, & ſciſſũras amantium, lites, & diſſenſiones inter epiſcopos ſeminantium verbis nimis factus credulus [i], quod prius fucate moliebatur lucrari, poſt detecta fraude [k] conatur quãdam uſurpatione ex toto auferre. Quorum auertentes † calliditates, & hoſtis verſuti ſuaſiones, deinceps omnib. licentiam monachis damus ſuarum eccleſiarum inueſtitores fieri: ita tamen vt iudicio ſynodi, ſi contra ſacerdotium agere præſumpſerint, multentur, & fœlici mucrone epiſcopi ſacerdotum piacula reſecentur.

† al. ſuorum ſibi.

† al. retrahat.

† al. auertentes.

¶ *Caput hoc eſt cum alijs, quæ ex antiquo codice monaſterij Populeti ſunt habita ex cuius codicis exemplo, & veuſtis Gratiani aliqua ſunt emendata.*

2 *Hac auctoritate monachis cõceditur inueſtitura ſuarum eccleſiarum. Sed videtur contrarius Vrbanus Papa ſecundus dicens.*

¶ *Poſt hæc verba in exẽplaribus, in quibus nõ ſunt palea ſequitur c. ſane. In quatuor aũt his interpoſitis paleis nihil de monachis agitur, & hæc prior eſt in conc. Mogun tino 1. c 38. & ſententia repetitur in 2. c 10. & in 3. c. 17*

PALEA. C. II.

ADmonemus, atq; præcipimus, vt decimas omnino dari Deo non negligatur, quas ipſe Deus dari conſtituit: quia timendum eſt, vt quiſquis Deo debitum ſuũ ſubtrahit †, nec forte Deus per peccatum ſuum auferat ei neceſſaria ſua.

Burc. l. 3. c. 131. Iuo p. 3. c. 197. Panu. l. 2. c. 57.

† al. abſtrahit.

[*Item Nicolaus Papa ij epiſt. vnica, c. 5.*]

¶ De eodem. PALEA. C. III.

diſt. 32. propter hoc §. deinde.

PRæcipimus, vt decimæ, & primitiæ, ſeu oblationes † viuorum, & mortuorũ eccleſijs Dei, fideliter reddantur a laicis: & vt in diſpoſitione epiſcoporum ſint: quas qui retinuerint, a ſanctę eccleſiæ cõmunione ſeparẽtur.

† al. quæcunque oblationes.

a ¶ Per ſuos.] Inf. q. [illegible] c. 1. & 18. q. 2. celſulas s. d. 54 abbati.

b ¶ Poſſeſſio.] res poſſeſſa. arg. ff. de verb. ſig. interdum.

c ¶ Inſtitutio.] i. ordinatio. nam cuiq; eſt res ſua committenda. C. de iudæ. l. nemo.

d ¶ Qd maius eſt.] Arg. q cui conceditur maius, & minus, vt 38. q. 1. præcipimus. & ext. de decim. ex parte. Item cui prohibet maius, & minus, vt 12. q. 1. penale. & 44. d. nullit. & 7. cc. q. 1. & 13. s. & c. poſtquã. ff. de adu. ne in ca. maius enim eſt dare id ad quod quis non tenetur, quam permittere vti datis, ad quod qd libet tenetur.

e ¶ Concedere.] Id eſt, permittere conceſſa uti.

f ¶ Moris.] Arg. q ut quod ſolet fieri, ut 28. diſt. de Siracuſanæ.

g ¶ Iudicio.] Sup. 8. q. 2. c. 1.

h ¶ Ad ſe trahat.] ſu. 1. q. 1. quæſitum. 7. 32. q. 2. ſacrorum. ſic C. de don. ſi quis argentum. §. ult.

i ¶ Credulus.] Arg. q imputatur alicui q nimis eſt credulus. 11. q. 3. non ſolũ 86. d. ſi quid & 23. q. 4. quam magnum. arg. contra. 22. q. 4. innocens.

k ¶ Fraude.] Immo donator cauere debet donata de CASVS. Dictum eſt ſup. in præcedenti ca. q inueſtitura ſuarum capellarum pertinet ad monachos. Nunc Gratianus vult probare contrarium. ſ. q capellæ monachorum per epiſcopos ſunt inſtituendæ.

Sane

Digitized by Google

SAne quia.] CASVS. Quidam monachi vsurpabãt inuestituras ecclesiarum, quæ ad eos pleno iure non pertinebant. & ideo quidam episcopi de hoc conquesti fuerunt Papæ Vrbano. quare Vrbanus statuit, vt ecclesiæ monachorum, quæ ad eos pleno iure non spectant.

[*Item Leo Papa.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IIII.

NVllus decimas ad alium pertinentes accipiat.

[*Item Ambrosius serm. 1. de Quadragesima.*]

PALEA. C. V.

NAm qui Deo non vult reddere decimas, quas retinuit, & homini nõ studet reddere, quod iniuste ab eo abstulit; non timet adhuc Deum, & ignorat, quid sit vera pœnitentia, veraque confessio. Ille talis homo non potest veram † facere eleemosynam.

† al. bonam.

¶ *Habetur in sermone primo de Quadragesima, cuius initium,* Ecce nunc, *qui cum aliis B. Ambrosij nomẽ præferentibus seruantur in bibliotheca Vaticana, ac monasterij Mediolanensis eiusdem B. Ambrosii.*

Item Vrbanus II.

¶ Abbates absque episcopi consilio in parochialib. ecclesijs presbyteros non ordinent. C. VI.

SAne quia monachorum quidam episcopis ius suum auferre contendunt, statuimus, ne in parochialib. ecclesijs, quas tenent, absq; episcoporum [a] cõsilio presbyteros collocẽt: sed episcopi parochiæ curam cum abbatũ consensu sacerdoti committant: vt eiusmodi sacerdotes de populi quidem cura episcopis rõnem reddant abbati vero pro rebus temporalib. [b] ad monasterij pertinentibus debitam subiectionem exhibeãt: & sic tua cuiq; iura seruentur. *Idem.* ¶ In parochialibus ecclesijs presbyteri per episcopos instituantur, † qui eis respondeant de animarum cura, & his, quæ ad episcopum pertinent.

† al. constituantur.

Item ex concilio apud Lauentium habito.

¶ Quorumcunque monachorum ecclesiæ episcoporum subdantur regimini. C. VII.

STatuendum nobis est, quatenus ecclesiæ quorumcũque monachorum in singulis parochijs sitæ, episcoporum, vt decet diuinitus subdantur regimini, [d] eiusq; debita obsequia [e] exhibeant.

Ecce Vrbanus Papa prohibet inuestituras parochialiũ ecclesiarum per monachos fieri, quas Ioannes Papa eis concessit. Sed illud [f] Ioannis Papæ intelligendum est de illis capellis, quæ cum omni iure suo ab episcopis, monachis conceduntur. Istud autẽ Vrbani intelligitur de illis, quas abbates in propijs prædijs ædificant & in villis, vel in castellis suis.

a ¶ Episcoporum.] Sup. ea. q. 2. peruenit.

b ¶ Temporalibus.] Si quæras in quo sacerdos teneatur respondere monachis de temporalibus, dico in hoc, q si ecclesiæ monachorum non sit aliquis census impositus, eum possunt monachi imponere. sed si est impositus ab antiquo, ipsi eum nõ possunt augere, vt extr. de cẽsi. proh. libemus. Item nõ potest monachis sacerdos rñdebit in temporalib. 1 sed etiã epõ: si ecclesia illa ab antiquo præstitit cẽsum. epõ, vt 16. q. 3. q. 1. in. & 2. pervenit. & 18. q. 3. c. vlt. & pe. Ioãnes. sed certe decret. dicit, q̃ census nouus imponi non pot̃ et auctoritate epi, vt extra de cẽsi. significauit. nisi fuerit ab initio impositus, vt habes extr. eo. tit. ecclesijs. 18. q. 2. Eleutherius. et auctoritate epi à principio, vt extra de censi. præterea & et postea si nunquã fuerit positus, põt imponi, vt extra de censi. cum venerabilis. & hoc cum ecclesia eximitur. 8. c ¶ Sua cuiq. 16. 22. q. 2. cũ deuotissima. d ¶ Tatuendum.] S. Regimini. Abbates enim corrigũtur ab episcopis, vt inf. 24. q. 3. abbates. e ¶ Obsequia. Sic 16. q. 7. quæsitũ. & 18. q. 2. vlt. & pe. Ioãnes. ¶ Obsequia. id. vt in cathedratico. & synodat. & in mansionaticis. & in cæteris. si quæ talia sunt præstanda. vel si quæ alia seruitia continerẽt eis exhiberi, vt in concor. hic allegat. secundum Hug.

1 Sed ecce monasterium ædificat ecclesiã in suo solo, sed non dotat, dotat tñ ab alio. Hẽbit ne monasterium potestatem ibi quo ad cõia spũalia? non H. inf. q. 4 x. in summa. & sic. & tñ cẽsus quia q̃d quid illi ecclesiæ confertur, datur & monasterio, sm eũdem. Arch.

LECE VRBANVS. CASVS. Solut nunc Gratian. supra dictã contrarietatẽ, dicẽs quod illud c. ultis. intelligatur de illis capellis monachorũ, quæ pleno iure temporali. s. & spirituali sunt eis cõcessa. Capitula vero cõtraria loquuntur de illis in quibus abbatis habent temporalia tantum.

Pinguius ius hẽnt monachum ecclesijs fundatis in solo suo, quàm laici in ecclesijs fundatis in suo.

f ¶ Sed illud.] Sup. ead. vltis.

g d Ædificant.] Et ita pinguius ius habent monachi. In ecclesijs fundatis in solo suo, quàm laici in ecclesijs fundatis in suo.

Sacerdos parochialis cui debit cẽsum.

e exhibeant.] Nota quod sacerdos parochialis debet cẽsum abbati de rebus temporalibus, & de animarum cura, & his quæ ad episcopum pertinent, respondere episcopo. & de eadem materia loquimur sequens cap. cuius casus patet.

Digitized by Google

ALes.] CASVS. Hic intitulatur quinta quæstio, qua quæritur, an abbates ecclesias in suo territorio ædificatas iure territorij sibi valeant vendicare; Et respondetur quòd non quoad spiritualia, vt infra eadem possessio. Idem est intelligendum de episcopo, qui in aliena diœcesi ecclesiam ædificat, sed in fundo suo.

a ¶ De episcopo.] Scilicet qui ædificat ecclesias in alienis diœcesibus, & in propijs prædijs. Et qa continuatur hęc materia cum præcedenti. Ideo tractatur hic quæstio quinta. Sed quare non ita fecit magister i themate? quia forte nō ita cōpetēter posset poni thema. Nota ergo q̄ si episcopus fundat ecclesiam in suo ꝓprio solo, i. in patrimoniali loco, & in alterius diœcesi: nō hēt ibi potestatem, nec quo ad temporalia, nec quo ad spiritualia. Si vero in solo ecclesiæ cui præest, & i alterius diœcesi, hēt potestatem ibi quo ad temporalia, non autem quo ad spiritualia, sicut & monachi: licet q̄dam hoc negent, dicentes episcopum, vel clericos non habere nisi ius patronatus in ecclesia, q̄ fundant in prædio propriæ ecclesiæ, & in aliena diœcesi. Si ergo legatur hoc capitu. de ecclesia fundata in proprio prędio: verbum illud circa finem, s. omnis gubernatio: intelligitur quo ad temporalia, & spiritualia. Si vero de ecclesia fundata i fundo ecclesiæ, & in alio episcopatu: dic, omnis gubernatio quo ad spiritualia tantum. nam qua ratione concederetur hoc monachis in prædijs monasterij, ea ratione, & episcopis, & clericis in prædijs ecclesiæ suæ: & hoc modo intelligitur extra de iure patron. significasti.

Epūs quod iuris hēt in ecclesia, quam fundauit.

S I quis episcoporum.] CASVS. Episcopus Boron. villam habebat in diœcesi Mutt. in qua ecclesiam volebat ædificare. quærebatur verum dedicatio illius ecclesiæ, & alia iura ad ipsum debeant spectare? & respondet ꝓ non: sed hoc de gratia sibi tanquam patrono reseruatur, vt possit ibidem clericos vndecunque voluerit repræsentare. Investitura autem, & dedicatio, & omnia iura spiritualia ad epūm pertinebunt, in cuius diœcesi est ecclesia illa. [Territorij.] i. diœcesis episcopalis, uel iurisdictio: & ita sumas semper in hoc ca.

b ¶ Territorio.] Idest, diœcesi. Quandoque accipitur pro ipsa terra, & possessione, & proprietate, vt ē. prox. §. 1. inf. q. 3. licet. Quid autem sit territorium, habes, ff. de verb. signif. pupillus. §. territorium. Territorium enim

Territorium quid sit.

QVAESTIO V.

b ¶Reddant.] Licet ad eū non peruenerit,tenetur ex maleficio defuncti.fin ca nones.ext. de pig.c. 3.12.q.2.episcopus. qui filios.arg.96. d. bene quidem. extra de rap.in literis. 1 sicut hæres defuncti tenetur condictione furtiua. ff.de condi. furti.si ꝙ fure. §.cōdictio. & ff. in bon. rap.l.2.§.ult.quia illa oritur ex maleficio, etiam si lis cum defuncto contestata non sit: immo præsumitur peruenisse ad eum, ex quo in uniuersum processerit. ar.extra de usu. tua. sed hoc ideo, quia ibi defunctus fuit obligatus ex quasi cōtractu ꝙ indebitum solutum. & bene conuenitur hæres. licet ad eum nihil peruenerit. Sed obijcitur:si pro usuris repetendis agitur actione ex quasi contractu, quid ad ecclesiam, si agitur ex contractibus ratione pacti: ergo hæres non est conueniendus? Respondeo,licet ex contractu agatur, tamen versatur ibi delictum, unde hæres potest conueniri.ut ff.de act.& obl.l.ex contractu. secundum legem autem non tenetur ex delicto defuncti, nisi lite contestata.C.ne ex delic.defun.l.1.

Hæres an teneat ex maleficio defuncti.

1 Cōcor.tex. in l. ueteris. C.de cōtrah. & committ. stip. & in l. unica. C. ut act.ab hære. & cū hære.

COgnouimus. CASVS. Quidam clerici delinquebāt, episcopi tamen non ipsos puniebant, sed eorum ecclesias suis bonis spoliabant. quare præcipit Gregorius,ut clerici delinquentes personaliter puniantur,sed a rebus ecclesiæ abstineantur[A cōmunione eius.]idest,a cōmunione rerum ecclesiæ. quæ dicuntur eius, quia sunt ei commissæ. [In eius substantiam.].i. ei commissam, uel communione,idest,participatione rerum eius, non communicemus nobis res eius, sed ipsi puniantur.

c ¶Non in ipsum.]idest,non propria,sed ecclesiæ 2 potest enim in propria puniri,2 s.q.vlt.si quis cuiuslibet, si illam pœnam plus timeat.

2 Scilicet sibi cōmissæ, & sic facit ad propositum. Grat.

d ¶A communione.] rerū eius.i.non eōicemus facultates eius nobis, sed locus, in quo acturus est pœniten-

in damnum ecclesiæ [a] non est conuertendum. Si enim, vt dicunt; Comitiolus defunctus est; ab hærede eius, quæ iniuste ab illo ablata sunt,sine excusatione reddantur [b].

Idem Petro subdiacono, lib.1.epist.42.

Ioannes diac. in vita.l.2.nu.62.

¶In personam delinquentis,non in facultates eius vltio procedat. C. IIII.

COgnouimus,quòd si quis ex familia culpam fecerit ecclesiæ α,non in ipsum † [c], sed in eius substantiā † vindicatur. De qua re præcipimus,ut quisquis culpam fecerit,in ipsum † quidem,vt dignum est; vindicetur: a communione β [d] autem eius omnino abstineatur.

Iuo p.16.c.81.
† *al.ipso.*
† *al.substantia.*
† *al.ipso.*

α ¶Ecclesiæ.] *Hæc vox abest a plerisque uetustis Gratiani codicibus,& duobus epistolarum B. Gregorij (quāuis sit in impressis) & Ioanne diacono, & Iuone.*

β ¶A communione.] *Sic etiam legitur in Frobeniana editione operum B. Gregorij: sed in cæteris editionibus, & apud Diaconum,& Iuonem,* à commodo:*quæ uox in ea epistola sæpe repetitur ad significandas facultates ipsas. Quare hæc statim subduntur,* nisi forte parum aliquid, quod in usu executoris, qui ad eum transmissus fuerit,proficere possit.

Idem in eadem epistola.

¶Res eorum,qui ex clero labuntur, simul cum ipsis monasterio tradantur. C. V.

DE lapsis sacerdotibus,vel leuitis,vel quolibet ex clero obseruare te volumus,vt in reb.eorum nulla cōtaminatione miscearis: sed pauperrima regularia monasteria require,quæ secundū Deum viuere sciūtur †; & in eisdem monasterijs ad pœnitentiā lapsos trade:ut res lapsorum in eodē loco proficiāt, in quo agere pœnitentiā

Anf.l.8.c.1.
Iuo p.6.c.380. & p. 15.c.20.

† *al.sciunt.*

23.q.4.ea uindicta.extra ut lit. non contesta. quoniam. in fi. Et intelligunt quidam hoc tantum esse de libertis ecclesiæ promotis,qui omnia,quæ acquirunt, ipsi ecclesiæ acquirunt,ut ex.de ser.non ordi.c.3. unde ne propter eorum delictum damnificetur ecclesia,statuitur hic, ut puniantur in persona, & non in rebus. Res enim ecclesiæ non possunt confiscari,ut sup.ea.q.1.in canonibus, & §.nouarum.

Ecclesiæ res non confiscantur.

DE lapsis.] CASVS. Hoc c.diuiditur in duas partes. In prima parte loquitur de clericis sæcularibus: quos præcipit G.in pauperibus monasterijs, si deliquerint detrudi ad pœnitentiā agendā,& vt res eorū eisdem monasterijs tradantur, ut monachi subditum habeant de rebus eorum,cum onus accipiāt personarum. si vero parentes habent,res eorum parentibus tradantur:ita tū ut prouideāt in necessarijs clericis retrusis ad pœnitentiā.In secunda parte loquitur de clericis regularibus, q cū delinquunt, in alijs locis religiosis debent ad pœnitentiam redigi: sed res eorum prioribus ecclesijs non subtrahantur.ita tū,ut priores ecclesiæ in necessarijs eis subueniant:ne locis,in quibus positi fuerint, sint onerosi. Secunda pars incipit ibi. [Si qui uero.] Hāc dicit ꝙ ista pars intelligitur de illis clericis, q fuerunt serui

ecclesiæ

ecclesiæ alicuius, quorum res debent dimitti illi eccle- cuius prius fuerant seruiendo. Seq. duo cap. patent, quæ ducuntur, cum inutilitas vel malitia prælati non no- ecclesiæ.

¶ Subsidium.] Arg. ad quem spectat onus, &c. 12. q. 2. 1.

latus inutilis factus est, quasi diceret, inutilitas prælati non debet redundare, &c.

d ¶ Episcopo.] ¶ Subijciat.] Cum coepiscopis. Vel secundum Hu. scilus 1 hoc faciat. 2 j. 1ª. qõ. 2. si quis abbas. arg. episcopum posse deponere abbatem: & hoc verum est ab honore, non ab ordine, sicut de monacho dicitur. 91. dist. valet. & 8. 1. q. 5 c. j.

1 Sine alijs coepis, sed nõ sine suis canonicis, ſm Hug. & hic videas: qđ legit, & not. 21. dist. submittitur, in fine.

traduntur: quatenus ipsi ex rebus illorum subsidiũ [2] habeant, qui de correctione eorum solicitudinem gerunt. Si verò parentes habent, res eorum legitimis parentibus dentur, ita tamen, vt eorum stipendium, qui in pœnitentiam dati fuerint, sufficienter debeat procurari. ¶ Si qui verò ex familia ecclesiastica sacerdotes, vel leuitæ, uel monachi, vel clerici, vel quilibet alij lapsi fuerint dari eos in pœnitentiam volumus, sed res eorum [b] ecclesiastico iuri non subtrahi. Ad usum tamen suum accipiãt, vnde ad pœnitendum † substantiæ, si nudentur, locis in quibus dati fuerint, onerosi sint.

l. pœnitentiam.

Item Leo quartus Carolo † Regi.

¶ Inutilis sacerdos ecclesiam suam dignitate non priuat.

C. VI.

p. 5. c. 21. SI fortassis (quod non credimus) apud vos inutiles iudicamur; ecclesia tamen, cui permittente Domino præsumus, non inutilis: [c] sed caput, principiumq; omnium merito simul ab omnibus vocatur.

Item in Moguntinensi concilio.

¶ Possessiones monasterij pro peccato abbatis episcopo tollere non licet. C. VII.

8. c. 88. 7. c. 106. EPiscopo non licet possessionem monasterij tollere, quamuis abbas peccauerit; sed subijciat [a] [d] eũ potestati abbatis alterius monasterij.

[2] De hoc no. 15. qõ. 7. in fum.

[a] ¶ Subjciat.] *Apud Burchardum & Iuonem legitur*, mittat eum in aliud monasteriũ in potestatem alterius abbatis.

Item Gelasius.

¶ Quę sacerdotes dederunt, subsequentes pontifices nullatenus auferre præsumant. C. VIII.

c. 172. ILlud statuendum censuimus, vt quascunq; munificẽtias clericis, aut sibi seruientibus de rebus ecclesię in vsum, [e] aut de proprijs in proprietatem præcedentes dederint sacerdotes; subsequentes pontifices nullatenus auferre [f] præsumant. Si quid tamen culpę extiterit, pro qualitate [g] personarum, vel regula præcedentium canonum in persona habeatur, non in facultate districtum.

Si ergo delictum personæ in dãnum ecclesiæ conuerti non põt, quia procurator conditionẽ ecclesiæ põt facere meliorẽ, [h] nõ deteriorem; si peccato abbatis possessiones

e ¶ In vsum.] Quique tamen res ecclesiæ dantur in proprietatem. 12. q. 2. bonæ. sed cum dantur intuitu officij, non ut hic.

f ¶ Auferre.] j. ea. q. vlt. inuẽtũ. cõtra 8. d. 74. gesta. ar. ẽ. ea. q. 1. possessione. cõtra. Sed dic nullatenus, i. vsq; ad tempus præstitutum.

g ¶ Pro qualitate.] Vide meliorẽ conditionẽ clericorũ percipientiũ aliquid in ecclesia propter obsequiũ aliquod, uel extrinsecã probitatem, quã canonicorũ: quia ob delictũ nõ amittunt illud, sed habent usq; ad obitũ suum ar. hic, & 12. q. 2. sæpe. Vel dic auferre psumãt nõ dico ei. sed ecclesiæ & sic facit ad propositum Grat. ℣ delictum personæ non redundat. &c.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex suprædictis, quòd propter delictum prælati ecclesia pati dãnum non debet; quia procurator est, & non dominus. vnde non potest conditionẽ ecclesiæ facere deteriorẽ. & soluit superiorem contrarietatem, scilicet, quia inuasor detrimentum causæ suæ sic patitur, vt clericis stantibus coram iudice pro re ecclesiastica reperenda episcopus propter inuasionem sileat, & in proprijs si quæ habeat puniatur.

h ¶ Meliorem.] Ext. de in integ. rest. requisiuit. & hoc verum

Digitized by Google

verum est, in acquisitis, secus in acquirēdis. C. de acqui. [illegible] d.ca.5.verum. Ioan. poss. ex liberis. sed si propria habet prælatus, agatur [illegible] 5. Hoc cap. diuiditur in duas partia cum. Carbut. tit. quidquid & 12.q.2. moniales. [illegible] dicitur, quod laici decimas possint receptas a quibuscunque personis petunt, non reddiderint pœnam

QVod autem.] Hæc q̄ diuiditur in 6. partes: in quarum prima dicitur & probatur, quod [illegible] oēs decimæ & ecclesiæ debent esse in potestate episcopi: & debet illas canonice diuidere, & dare ecclesias & beneficia canonice, & sine illo nullus potest ecclesias uel decimas conferre. Secunda ibi, [Quoniam in quibusdā.] Tertia ibi, [Primēitis.] Quarta ibi, [Vt ergo.] Quinta ibi, [Si quis vult.] Sexta ibi, [Constitut.] Io. de Fant.

monasterij auferri non licet; qui [illegible] episcopi, verteretur in damnum [illegible] canonū causæ suæ patiatur? Sed detrimen [illegible] non sit accipiendū, vt ecclesia [illegible] primeret [illegible] patus, quia clericis coram suo iud ce stantibu [illegible] episcopis tacebit, & pro iniuria illata mulctabitur. si propria habuerit.

QVAESTIO VII.

VIdauem ecclesias [a] de manu laicorum [b] ne abbas [illegible] ecclesiam accipere liceat, eiusdem canonū testatur auctoritas. Generaliter enim tam ecclesiæ quam res ecclesiarū in episcoporum potestate consistunt. Laici autē nec suæ, nec episcoporum auctoritate decimas vel ecclesias possidere possunt. Vnde episcopi siue beneficio, siue precio ecclesias, uel decimas laicis dederint: domū orationis, domum negotiationis, & speluncam latronum faciunt. Vnde post euersionem cathedræ a cœtu fidelium gregati æterno uerbere a Domino flagellabuntur. Matth. 21.

Vnde Gregorius VII. ait in concilio Lateranensi c. 7, lib. 6. regesti.

¶Decimæ a laicis non possideantur. C. I.

DEcimas, quas [c] in vsum pietatis concessas esse canonica auctoritas demōstrat, a laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus. Siue enim ab episcopis, vel regibus, vel quibuslibet pōnis eas acceperint, nisi eccle się reddiderint, sciant se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. Opportet [a] aūt congruentius, nos decimas, & primitias, quas iure sacerdotum esse sancimus, ab omni populo accipere: quas

Poly. l. 1. tit. 11. Ans. l. 5. c. 55. Pann. l. 8. c. 145.

Deus dedit. lib. 3.

a ¶ Ecclesias.] Hæc est 7. qō. s. an abbas possit retinere ecclesiam, quam accepit de manu laici interueniente. Postmodum consensu episcopi: Et dic. q̄ sic, vt inf. ea. l. nullus. &c. decimas. Et extendit eam magister etiam ad decimas, & omnes res ecclesiasticas, & in hunc modum eam tractat. Primo ostendit q̄d laici ecclesias uel decimas nec etiam ep̄orum auctoritate habere, uel possidere possunt: ergo nec alicui eas conferre possunt si tamē post consensus ep̄i interueniat, tenet donatio: inf. ea. s. sicut ergo &c. decimas ius autem patronatus etiam sine auctoritate ipsius conferre possunt loco religioso. extra de iure pat. illud. & c. consultationibus. Ostendit postea Gratianus 1 quid iuris in ecclesijs ab eis fundatis laici sibi ualeant uendicare. Dic ergo quod qui ecclesiam conseq̄tur a laico, ipso iure suspēsus est. Arg. inf. ea. decimas & c. constitutiones. & c. si quis deinceps nisi auctoritate ¶ Papę hēat laicus inuestituras sicut Dux Apuliæ tūc pōt dare cui vult sine auctoritatem ep̄i. inf. e. nemini.

Laici ecclesias aut decimas hēre non p̄nt.

b ¶ Laicorum.] sup. 63. dist. Hadrianus 2. contra. sed ilæ æternæ damnationis incurrem: & quod clerici tantum decimas & primitias habere debeant, probatur auctoritate prophetæ dicentis. Inferte &c. In secunda parte dicitur, quod decimæ debent esse in potestate episcopi, ita ut omnibus clericis fideliter distribuat; nec quidquam alicui personæ exhibeat: ne alij propter hoc scrupuloso corde moueantur, uel possint pati detrimentū. [In horreum.] .i. ecclesiam. Secunda pars incipit ibi. [Has uero.]

c ¶ Quas.] Videtur ergo ex hoc c. & extra de deci. cap. quamuis. & c. prohibemus & extra de præscr. causam. quod laici peccant si decimas possideant. H. dicit quod episcopus bene potest conferre laico decimas. sicut etiā posset pignori supponere uel vēdere, ut extra de pign. c. 1. sed ius spirituale non potest conferre. Alij uero dicunt, quod quocunq; modo accipiunt, peccant, per prædicta cap. & extra de deci. ad hæc. quia etiam fructibus uti prohibentur: ut 10. quæst. 1. hanc cōsuetudinē. Ego credo quod temporalia non potest habere laicus iure feudi: ut ad hæredes descendant, ut extra de deci. ad hęc quia ius spirituale, quod residet apud ecclesiam, sine temporali consistere non potest, sicut corpus sine anima, ut 1. q. 3. si quis. Itē, quia inutile esset illud ius eccle

Laici an possint sine peccato decimas percipere.

d Scilicet infra ea. c. primētis. cum &c. seq.

Digitized by Google

ſſe, ut dicit lex de vſufruct. vt inſt. de vſufruct. §. 2. Nec ob. contra de iis quæ fiunt a præla. cum Apoſtolica, quia ibi pœnus factum quàm ius tangitur. ext. de appell. ad pœnitentiam.

a ¶ In horreum.] Arg. quod non ſolum dare, ſed etiam ad domum deferre decimam debent, arg. ſup. ea. q. 1. re uertimini.

b ¶ Sub manu epi.] inf. q. nemini. contra. ſed ibidé iure patronatus agitur, quod laicus poteſt dare, & ab eo recipi, ſup. d. 32. præter, ſup. 10. q. 1. decretum eſt.

c ¶ Honorabilius.] ſup. ead. q. 1. ad hoc. Contra. ſup. 73. diſt. cõſuluit, ſup. q. 2. c. vlt. 5. 12. q. 2. Vulterranæ, in illis oĩbus dr̃, q̃ ſecundũ merita perſonarum poteſt res eccleſiaſticas dividere. Solut. hoc c. loquitur de illis clericis, quorum præbendæ non ſunt diſtinctę. Vel dico, q̃ loquitur de decimis & oblat omnib. q̃ equaliter ſunt diuidendę, pares ergo erunt redditus omniũ. q̃ ſunt in eadẽ eccleſia quo ad prębendã, vt ext. de cõſtit. cũ oẽs. & c. cũ M. & ext. de præbẽ. relatũ. ſed ſm Apoſtolum vnus nõ dẽt eſurire, & alius ebrius eſſe, & quorũdam remiſſio alijs non debet eſſe tribulatio, vt 25. q. 1. §. his ita. in fi. ſicut iniquũ eſt inter ſocios, q̃ vnus conſequatur plus quã alter, ut ff. pro ſocio. verum. §. ſi cũ tres. Vel dic quod nõ negatur hic quin ſm merita perſonarum poſſit diuidere res: ſed ſecundum carnalem affectum nõ debet eos diuidere. Ioannes.

Redditus eorum, q̃ ſunt in eadem eccleſia, debẽt eſſe pares.

d ¶ Multæ.] Quoad membra, quia ipſa eccleſia eſt una. ut 7. q. 1. Nouatianus. 24. q. 1. loquitur.

e ¶ Omnibus.] Ar. pro capellis, ut cõicentur eis decimæ, vt 70. d. ſanctorum. 5. ea. q. 1. c. decimas. 5. 12. q. 1. uidentes.

fideles Domino præcipiente offerunt, iuxta illud vaticinium Malachiæ prophetæ: [Inferte omnem decimationẽ in horreum [a] meum, vt ſit cibus in domo mea.] ¶ Has verò decimas ſub manu epi [b] fore cenſemus; vt ille, qui cæteris præeſt, omnibus iuſte diſtribuat, nec cuiquam perſonæ honorabilius [c] exhibeat, vnde alij ſcrupuloſo corde moueantur: ſed ſint omnia communia, quia in honeſtum videtur, vt alij ſacerdotes habeant, alij vero detrimentum patiantur; ſed ſicut vna eſt fides catholica, ita neceſſe eſt, vt ille, qui prouiſor eſt loci, quamuis multæ ſint eccleſiæ, omnibus [c] tamen fideliter diſtribuat.

Mala. 3.

¶ *Eſt canon ſeptimus concilij a Gregorio VII. Romæ in Laterano habiti anno Domini* 1078. *quod habetur lib.* 6. *regeſti eiuſdem Gregorij. Eundem canonem repetiuit Innocentius II. in concilio a ſe Romæ habito, c.* 9. *Vtrumque concilium extat in bibliotheca Vaticana.*

a ¶ Oportet autem. *Quæ ſequuntur vſque ad finem, in neutro concilio, neque in Polycarpo, aut Pannormia, neque apud Anſelmum habentur.*

[Vnde Vrbanus II.]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

In collect. 1. c. de capel. mona.

COngregato apud Claramontenſem vrbem multorum epiſcoporum ſynodali conuentu, propoſita nobis eſt a quibuſdam eorũ quæſtio de eccleſijs, vel de eccleſiaſticis poſſeſſionibus a clericis, vel monachis vſque in præſentiarum, inconſultis epiſcopis, acquiſitis. Nos autem vſi ſaniori conſilio eorundem epiſcoporum, condeſcendentes pro tempore, prouidenteſque eccleſiaſticę paci, vel quia aliter abſque ineuitabilis ſcandali periculo huiuſmodi quæſtio nõ poterat procedere. Apoſtolica auctoritate decreuimus, vt ea, quæ a clericis, vel monachis, vel a quibuſcumque perſonis, prout potuerint, vſq; hodie fuerint acquiſita, rata perenniter, & inconcuſſa permaneant: hoc tamen tenore, ne in poſterum in conſultis epiſcopis: talia præſumant.

¶ *Caput hoc in concilijs Vrbani non eſt inuentum. Habetur autem in* 1. *collectione Decretalium Bernardi Papiẽſis tit. de capellis monachorũ ex eodem Vrbano citatum.*

Item Gregorius VII.

¶ De eodem. C. III.

7-3. peruenit. 3. tit. 11.

PEruenit ad nos fama ſiniſtra, quòd quidã epiſcoporum non ſacerdotib. propriæ diœceſis, decimas atq; Chriſtianorum oblationes cõferant; ſed potius laicalib. perſonis, militum videlicet, ſiue ſeruitorum, vel (quod grauius eſt) etiam conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor: inter maximos hæreticos, & antichriſtos non minimus habeatur. Et ſicut Nicæna ſynodus de ſimoniacis cẽſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici, ſiue pretio, ſiue beneficio, ęterni incendij ignib. deputentur.

PEruenit.] CASVS. Quidã epi decimas, & oblationes nõ dabãt ſacerdotib. ſed potius militib. uel ſeruitoribus uel conſanguineis, q̃d cum ſignificatũ fuiſſet Gregor. ſtatuit, ut epus q̃ talia fecerit, inter maximos hæreticos, & antichriſtos cõputaretur, & epiſcopus detor-

Digitized by Google

tor.& laicus receptor deputentur pœnis æternis.

QVicunque. ¶CASVS.Statuitur in hoc c.quòd ſi quis cognouerit ſe decimas nõ fideliter perſoluiſſe, modo ſoluat ad plenum, ſcilicet de omnibus fructibus,& fœtibus,& de negotio,& etiam de venatione ſua..

a ¶ Quod minus fecit. Sed pone,q̃ aliquis diu non ſoluit decimas: nec modo poſſit ſoluere niſi vẽderet oĩa quæ habet: nunquid tenetur ea vendere? Sic, ſed eccleſia dẽt ei dimittere vnde viuat: cum hoc idem eſſet ei datura res.n. eccleſiæ omnib⁹ ſunt communicandæ.ar. ſup. ea.q.1. quoniã quidquid.nec enim ita auare ſunt omnia exterquẽda, qa habenda eſt eius ratio,ne egeat, arg.ff. de re iud.iter.§.vlt. Item patet hic,q̃ ſicut laicus non poteſt præſcribere in decimis, ſic nec iti quantitate decimarum: licet ſit ar.contra,extra de deci. in aliquibus, vbi dicit̃ q̃ decimæ, quędam ex longa cõſuetudine debentur: ſed illud poteſt intelligi ſecundum decr.ext. eod.ad Apoſtolicæ. Vel loquitur de decimis perſonalibus, quæ reddi bene debent eccleſiæ in qua recipit ſacramentũ, ſed certe iſtæ, & illæ ſimiliter lege diuina debentur 1 vt 23.q.5.dicat.Et no. quod licet non curet præſcriptio in q̃titate decimæ,tamẽ curritin quantitate cathedratici 2 ut ext.de cenſ.olim.q̃ mirum videtur: cũ clericus poſſit præſcribere in decimis, & non in cathedratico 3 cũ cathedraticũ non poſſit epiſcopus a ſe abdicare,vt extra de donat. paſtoralis.

Res eccleſiæ omnib. ſunt communicandæ.

Decimarum in quãtitate vtrum poſſit præſcribi.

1 Hoc vſ Inno.tenere,q̃ dic ut plene no. de deci. ſuper rubr.

2 Q̃ntitate. idem Card. Florẽ.in cle. 1.col.2.de iure patrona.

3 Arg. cõtra 13.quęſt.2.in fine.

b ¶ De negotio.] De hoc dixi ſup.ea.q.1. cap.reuertimini.

c ¶ Aut de ipſa. Su. 86.diſt.Eſau contra,&c.qui venatoribus, ſup. diſt. 34. quorundam contra.Solu.vbi de arenaria venatione,quę prohibita eſt:hic de ſaltuoſa,quæ quibuſdam eſt conceſſa:de qua decimatio dari præcipitur.argum.23.q.1.niſi bella.& c.noli.

OMnes decimæ.] CASVS. Statuit concilium Rothomagen.vt omnes decimę,ſiue de fructibus, ſiue de pomis arborum ſacerdotibus dentur, & ſi quis tertio commonitus eas dare noluerit, donec ſatisfaciat, anathematizetur. Quæ ſequuntur plana ſunt vſque ad c.& hoc diximus.

d ¶ Sanctificantur.]i. miniſterijs ſanctis,i.ſanctę Dei ec-

¶ *In vulgatis codicibus huic capiti erat præpoſitum nomen Paleæ: ſed habetur in omnibus manuſcriptis. Refertur autem plane eiſdem verbis ſup 1. q.3. peruenit, & de eo ibi notatum eſt. In Polycarpo eſt longe copioſius, & citatur ex concilio Africano.*

Item Ambroſius in ſermone Quadrageſimæ,cuius initium:[*Ecce nunc tempus.*]

¶ Fideliter decimas dat, qui omnium ſuorum decimas ſoluit. C. IIII.

QVicumque recognouerit † in ſe,q̃ fideliter nõ dederit decimas ſuas;modo emẽdet, quod minus fecit.Quid eſt fideliter decimas dare?niſi vt nec peius,nec minus aliquãdo Deo offerat aut de grano ſuo,aut de vino ſuo, aut de fructibus arborum, aut de pecoribus, aut de horto, aut de negotio, [b] aut de ipſa [c] venatione ſua,

† *al.recognouit.*

¶ *In ſermonib.ſæpe citatis,qui B. Amb.in ſcripti in bibliotheca Vaticana, & monaſterij Mediolanenſis ſeruãtur ſermone 1.de Quadrageſima habetur hoc capitulum.*

Item ex concilio Rothomagenſi.

¶ Excommunicentur qui ſacerdotibus decimas dare nolunt. C. V.

Bure.l.3.c.130. Iuo p.3.c.196. Pann.l.2.c.58.

OMnes decimæ terræ ſiue de frugibus,ſiue de pomis arborum,Dñi ſunt,& illi ſanctificãtur [d] boues, † [a] & oues,& capræ,quæ ſub paſtoris virga trãſeunt: quidquid decimum venerit, ſanctificabitur Domino.Nõ eligetur nec bonum,nec malum,nec altero commutabitur. Si quis mutauerit,& quod † mutatũ eſt,& pro quo mutatum eſt,ſanctificabitur Domino, & non redimetur.] Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes:ſtatuimus,vt ſecundum Domini noſtri præceptũ admoneantur [e] ſemel,& ſecundo,& tertio.Qui ſi nõ emendauerint; anathematis vinculo feriantur vſque ad ſatisfactionem,& emendationem congruam.

† *omnium decimarum bonis, & mali, &c. oñ.*

† *al. & quod mutat, & quod mutatũ eſt.*

Leuit.27.

¶ *Hic etiam auctoritate veterum codicum inductum eſt nomen Paleæ.*

a ¶ *Boues. Hæc uſque ad uerſ.* ſed quia. *in aliquot uetuſtis codicibus non habentur. Sunt tamen etiam apud cæteros collectores.*

Item ex concilio Moguntinenſi.

¶ Veterum exemplo decimæ ſoluantur. C. VI.

Bure.l.3.c.133. Iuo p.3.c.199. Pann.l.2.c.60.

DEcimas Deo,& ſacerdotib. Dei dandas Abraham [f] factis,& Iacob [g] promiſſis inſinuat;deinde lex ſtatuit,

e ¶ Admoneantur.] Trina.n. admonitio debet præcedere vindictam,argu.22.q.2.indignę ſup.5.q.2.præſenti.inf.proxi.q.4. de presbyterorum.

f DEcimas.] ¶ Abraham.] Vt 24.q.3.dicat.

g ¶ Iacob.] Cũ iret in Meſopotamiam,dixit,q̃ ſi ei de-

Digitized by Google

& omnes ſancti Doctores commemorant.

Non autem decimæ ſunt redimendæ a populo, ſi aliter dare eas noluerint.

Vnde in eodem concilio legitur.

li.5.capit.c.46.& in leg. Long. l.3.tit.de decimis.
lurc.l.3.c.134.
uo p.3.c.200.
lann.l.3.c.62.

¶ Decimæ non ſunt a populo redimendæ. C. VII.

Ij Decimas, [a] quas populus dare non vult, niſi quolibet munere ab eo redimantur; ab epiſcopis prohibendum eſt ne fiat. [b]

¶ *Burchardus & Ivo citant ex concilio Mediomatricis. Habetur in capitularibus, lib.5.c.46. & in legibus Longobardicis, lib.3.tit.de decimis.*

Item Auguſt. lib.50. homiliarum, homil.48.

¶ Quia decimæ Deo non redduntur, indictio fiſci acceſſit. C. VIII.

Maiores noſtri ideo copijs omnibus abundabant, [c] quia Deo decimas dabant, & Cęſari [d] cęſum reddebant. Modo autem, quia diſceſſit deuotio Dei, acceſſit indictio fiſci. Noluimus partiri [e] cum Deo decimas: modo autem totum tollitur. Hoc tollit fiſcus, quod nō accipit Chriſtus.

Item Origenes homil.15. ad c.21. Matthei.

16.
th.21.

¶ Columbas vendit, qui eccleſiam indiſciplinatis committit. C. IX.

Et hoc diximus ſecūdum ſimplicem intellectū. Iuxta moralem autem talia dicemus: & primum quidē de tęplo, de quo p̄ prophetam dixit Deus: [Domus mea, domus orationis vocabitur.] Ergo ſecundum corporalē circumciſionem carnis, & ſecundum corporales legis feſtiuitates & ſacrificia conſequęter & templum Dei æſtimabatur, quod ex lapidib. inſenſatis erat conſtructū; primum quidem a Salomone, [f] deinde reparatū ab Eſdra, [g] poſtea vero poſt Chriſti aduētū a Romanis [h] deſtructū; & illa æſtimabatur domus orationis: qua deſtructa [i]

a Decimas.] Ex hoc c. & illo. 1.q.1. nullus. & 7.q.1. ſancitum dicunt quidam, q̄ non licet mihi ius meum ſpirituale redimere. & exponunt finem huius c. prohibendum eſt. ſ. ęps ne fiat ab eis. ſ. vt redimāt, quia ſimo-

& eīmētes de tęplo, & oſtēdit q̄ templum dictum eſt illud qđ fecit Salomon de lapidib. inſenſatis, de quo viſibiliter eiecit Ieſus vendentes & emētes: quia fecerūt ipſum domū negotiationis, & ſpeluncam latronum. In ſecunda parte dicit, q̄ Dominus hoc fecit in figura ſpiritualiū actuū: ne. ſ. populus cum debebat facere feſtiuitates ad honorem Dei, & orationibus vacare, intenderet mundanis negotiationib⁹. In 3. parte oſtēdit quod iuxta tropologiam templum Dei dicitur eccleſia, vel congregatio fidelium, ubi uēdētes & emētes sūt mali prælati, qui ſpiritualia pro pecunia donāt, & oſtēdit q̄ Xp̄s dolet de peccatis eorum: & hoc p̄bat duabus auctoritatibus. ſ. Oſeæ, & Euangelij. In quarta parte oſtendit, q̄ per venditores colūbarum intelligūtur prælati, qui ordināt indignos, & irreligioſos ep̄os vel preſbyteros ad prælaturā eccleſiarum, qui Deo neſciunt reuerētiam exhibere. qđ probat auctoritate Hier. [Scīm ſimplicem,] i. literalem. Pro mūdanis, negotiationibus. Secūda pars incipit ibi. [Hoc ergo facto.] Tertia ibi, Nunc autem ar-

b ¶ Decimas.] Supple redemptio decimarum, & c. ſicut q̄ faber non poteſt dare pecuniam pro ſpecie, ibi. l.1.lib.11. ar. cōtra. 14.q.6. comperimus, i non recipitur pro re ſpirituali.

c ¶ Maiores.] Sup. eod. q.1. decimæ.

d ¶ Abundabant.] Sup. 12.q.1. ſi tributū. ſ. 23.q.8. cōuenior.

e ¶ Partiri.] Ideſt, decimam partem dare, & ita aliud, eſt partiri, & aliud partem dare, ff. de vſufruc. etiam partis. ff. de ver. ſig. l. nomen. 6. portionis.

ET hoc diximus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte exponit Origenes literam illam Euangelij. Intrauit Ieſus in templum, & eiecit oēs vendentes &

bitror.] Quarta ibi. [Et arbitror conuenire.]

ET HOC DIXIMVS. CASVS. Ponit Origenes auctoritatem illam, Intrauit Ieſus in templum eijciēs vendentes, &c. dupliciter eam exponens a [literam, vſque ad locum illum, [Nunc autem] deinde moraliter uſq; in finem. Sic ergo ordina literam, incipe ibi, [Et primum.] Et cum veneris ad illum locum. [Nunc aūt, repetas principium. & hoc diximus ſecundum ſimplicem intellectum. Iuxta moralem autem alia dicemus.

f ¶ Salomone.] inf. de conſec. diſt.1.c.1.

g ¶ Ab Eſdra.] Reuerſo a captiuitate Babylonica, quia Nabuchodonoſor deſtruxerat templum.

h ¶ A Romanis.] Ideſt, a Tito, & Veſpaſiano, 23.q.5. §. hinc. 76.d. ieiunium.

i ¶ Deſtructa.] Ar. q̄ eccleſia deſtructa, nō remanet locus priuilegiatus. ar. ad hoc. ext. de ver. ſig. abbate in ſi.

ſup.ea.q.1.generaliter.Argumẽtum contra 19.q.3. quę ſe tuel,ff.de contrah.emp.l.1.idem.Sed dicimus hoc verũ eſſe cum ſuperioris auctoritate eccleſia deſtruitur. arg. contra de conſe.d.1.placuit.

a ¶ Speculationis.] Ideſt,cognitionis & culturæ vnius Dei, ſicut olim dictũ eſt. 1 Notus in Iudæa Deus, &c.nõ modo vbiq. colitur.

1 Idem dicit L. cuius fuit hęc gl. & idẽ Io. de Fant.

b ¶ Secundũ legẽ.] Eam ſequẽdo ad litterã quo ad cęremonialia, vt ext.de conſti. translato.

c ¶ Eiecit.] i.oſtẽdit officio turpia & immunda eſſe eijciẽda.

d ¶ Feſtiuitates. Nõ ideo reprehenduntur,quia ad feſtiuitates veniunt,ſed quia non diuinis inſtitũt officijs,ſed turbibus cantilenis. de conſe. diſt.3.c.2.

e ¶ Pietatem.] Sup. 3.q.5. accuſatores.

f ¶ Quæ vtilitas. Cũ videat,q nõ põt proficere in eis, dicit, quare fundo ſanguinem meum?vnde dicit,in ſanguine meo effuſo propter peccata redimuenda.

g ¶ Dum deſcẽdo.] Per eos in corruptionem,ideſt, ſi iterum corrãpitur eccleſia: nec enim dabis ſanctuum tuum, ideſt, Chriſtũ, videre corruptionem, ſcilicet quãtum ad mẽbra, quia omnes corrumpuntur & inficiũtur peccatis. Vel in corruptionem.i. putrefactionẽ.ſ.corporis, vt detineret in morte ſicut cęteri. qñ.d. nulla, ſi hoc eſt. qa nulli annunciabor, nullum lucrabor.

h ¶ Dum deſcẽdo.] Per varios gradꝰ tormentorum, ſcilicet vulnerationem,verberationem,& colaphizationem.

i ¶ Per Oſeæ. In li. 12. prophetarũ,quorũ primus eſt Oſeæ, nã hoc in Michæa.7.dicitur.

j ¶ Fœtus.] i.pauper & inops, pauces acquirẽs.ſ.ad modum iſtorum, qui pauca colligunt.

k ¶ Si cognouiſſes.] ſupple fleres, vel conuerſa 2 eſſes ad fidẽ per prædicationem. & eſt ibi defectus locutionis. Et eſt argu. quod nec teſtes,nec inſtrumenta viuãtur propter defectũ iudicij ſupplent cõuerſæ, &c.

executionis.ſup.1.q.3.Saluator .& ff.de hære.inſt.l.1.in fi. l ¶ Qui tradunt.] Non ergo tantum ſimoniacis. & eſt arg.q vbi communis eſt cauſa, non refert cuius nomen exprimatur. C. de diuer.reſcrip. l.prima.argum.61. diſtinct. miramur. ,3 auctoritas enim præmiſſa tantum de

3 Ad idẽ ext. de app.c. pe. C.de na. lib. auth. ſi quis.

neceſſe eſt, vt Iudæi,quaſi non iam habentes domũ orationis,iam nõ habeant priuilegium ſpeculationis [a] Dei; nec poſſint ſecũdum legem [b] Deo ſeruire.¶Hoc ergo facto omnia Chriſtus eiecit [c] in myſterio ſpiritualiũ actuũ ſuorum;& tunc viſibiliter fecit, quod ſemper inuiſibiliter agit,eijciens vendentes,& ementes de templo,& mẽſas nummulariorum euertens,& cathedras vendentium columbas ad corruptionem populi:vt nõ pro [d] mundanis feſtiuitates [d] in nomine Dei celebrẽt,nec emptionibus, & venditionibus vacent in loco nõ competenti,in quo non debent emere, & vendere:ſed orationib. vacare,qui cõgregantur quaſi in domo orationis. ¶ Nunc autem arbitror templum Dei ex lapidib. viuis cõſtructum eſſe eccleſiam Chriſti. Sunt autem multi in ea,non,ſicut decet,viuentes ſpiritualiter, ſed ſecundum carnem militantes: qui & domũ orationis de lapidibus viuis cõſtructã faciunt ſpeluncã eſſe latronum actib.ſuis,nõ eccleſia Dei dignis ſed ſpelũcha latronũ. Qui.n.cõſiderat in multis eccleſijs talium Chriſtianorũ peccata,qui arbitrantur quæſtum eſſe *pietatem*, [e] *& cum deberent de* Euangelio viuere,ſecundum quod viuere decet ſeruos Dei, *hoc* non faciunt, ſed diuitias, & multas poſſeſſiones acquirunt, nonne dicet ſpeluncam latronum factam eſſe ſub illis eccleſiam?vt recte dicat Chriſtus ad eos propter diſſipationem eccleſiæ ſuæ: [Quæ vtilitas [f] in ſanguine meo, dum deſcendo [g] in corruptionem?] Item ipſe per Oſeæ † [h] tali modo:[Væ mihi qñ factus [i] ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe; & ſicut qui racemũ in vindemia,cum nõ ſunt † botri ad manducandũ,primogenita. Væ animæ meæ: quia perijt timoratus a terra:& q corrigat,in hoibus non eſt.] Et cũ intellexeris Ieſum dicentẽ talia,& lugentẽ peccata noſtra; aſpice ſimul & illud,qđ in Euãgelio ſcribitur: [Cum vidiſſet Hieruſalem, fleuit ſuper eã,& dixit,quia ſi cognouiſſes [k] & tu.]Et ſi rationabiliter fleuit ſuper Hieruſalem, & rationabilius flebit ſuper eccleſiam,ędificatã quidem, vt eſſet domus orationis, factam aũt propter turpia lucra & luxus quorundã (quod vtinam nõ eſſet)principium populi, ſed ſpeluncã latronum,*& infra*.¶Et arbitror cõuenire verbũ de venditorib. columbarũ eis,qui tradunt [l] eccleſias auaris, [m] & tyrannicis,& indiſciplinatis,& irreligioſis epiſcopis, aut presbyteris. Propter qđ & cathedras tãtũmodo appellauit Euãgeliſta euerſas eſſe ab Ieſu. Et vtinã audirẽt hæc cũ dicẽtis † admonitione ſcripturę,quĩ gloriant de cathedris Moyſi in quibus ſedẽt, & vendunt omnes eccleſias columbarum, & tradũt eas talibus prępoſitis,ad quos recte dicatur a Domino per Hieremia prophetam: Principes populi mei me non cognouerunt. Filij enim

Pſal.19.
† *Michæam.*] orig. & ff.
Mich.7.
† *al.ſtibuia.*] orig.
Luc.19.
Matth.21.
† *decem.*] orig.
Hier.4.

k ¶ Si cognouiſſes.] de ſimoniaco loquitur: ſed hic extendit eam etiam ad alios.Ioan.

l ¶ Qui tradunt.] Non ergo tantum ſimoniacis. & eſt arg.q vbi communis eſt cauſa, non refert cuius nomen exprimatur. C. de diuer.reſcrip. l.prima.argum.61. diſtinct. miramur.

m ¶ Auaris.] Sup.d.85.Florentium.

Digitized by Google

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſuppoſitis, duos, ꝙ cum eccleſiæ, & oblationes ſint in poteſtate epiſcoporum, tantum de manu eorum ſunt recipiendæ, quod probat per ſequentia cap. quorum primum planum eſt.

¶ Omnes.]

ſunt inſipientes, & non intelligentes; ſapientes ſunt ad malefaciendum, bene autem facere neſciunt]

a ¶ Pro mundanis.] *Apud Origenem legitur*, vt non pro mundi feſtiuitatibus in nomine Dei emptionibus, & venditionibus vacent. *Et hoc quidem propter gloſſam mutatum non eſt: multa vero alia partim ex originali, partim ex veruſtis codicibus ſunt emendata & locupletata.*

Cum ergo eccleſiæ, & oblationes earum nõ conſiſtant, niſi in poteſtate epiſcoporum; patet profecto, quòd non ſunt ab alio recipiendæ, quam de manu eorum.

Vnde in Aurelianenſi concilio 1. c. 19. ſtatutum eſt.

¶ Omnes baſilicæ ad eum pertinent epiſcopum, in cuius territorio poſitæ ſunt. C. X.

.l. 5. tit. 12. .l. 3. c. 8. 9. 3. c. 10.

OMnes baſilicæ, quæ per diuerſa loca cõſtructæ ſunt, vel quotidie conſtruuntur, placuit ſecundũ patrum canonum regulam, ut in eius epiſcopi poteſtate a conſiſtant, in cuius territorio poſitæ ſunt.

ex concilio Regenſi.

Item Calixtus † Papa.

¶ Archidiaconus, archipresbyter, præpoſitus vel decanus, nec officia, nec beneficia eccleſiaſtica ſine conſenſu epiſcopi tribuat. C. XI.

NVllus omnino archidiaconus, aut archipresbyter b ſiue prępoſitus, uel diaconus animarum curam, præbendas eccleſiæ ſine iudicio, uel conſenſu epiſcopi c alicui tribuat: immo, ſicut ſanctis canonibus conſtitutũ eſt, animarum cura, & pecuniarum eccleſiaſticarum diſpenſatio in epiſcopi iudicio, & poteſtate permaneat. Si quis vero contra hoc facere, aut poteſtatem, quæ ad epiſcopum pertinet, ſibi vendicare præſumpſerit, ab eccle-

rgeſti eiuſdẽ. ſiæ liminibus arceatur.

Item Gregorius ſeptimus in generali ſynodo præſidens dixit, c. 1. & 2.

¶ De manu laici epiſcopatus, vel abbatia ſuſcipi non debet. C. XII.

6. c. 73. edit p. 1.

SI quis deinceps e epiſcopatum, vel abbatiã de manu alicuius laicæ perſonæ ſuſceperit; nullatenus inter epiſcopos, vel abbates habeatur; nec vlla ei vt epõ, ſeu abbati audientia f cõcedatur. Inſuper ei & gratiam beati Petri, & introitũ eccleſiæ interdicimus g; quouſq; lo-

buere curam animarum, uel præbendas alicui ſine auctoritate epiſcopi: cum iſta in epiſcopi poteſtate conſiſtant: & ſi quis contra fecerit, debet excommunicari. b : Archipresbyter.] Extra de offi. Archi. cum ſatis. arg. diſt. 63. ſi in plebibus. Ar. contra 25. diſt. c. 1. Iſtud c. multum facit contra archidiaconum. Sed illi qui dicunt ꝙ archidiaconus, vel alij ꝑſbyteri ex officio ſuo poſſunt dare præbẽdas, &c. intelligunt hoc ſine licentia generali. Qui dicunt contra per hoc c. intelligunt illud, ſi in plebibus. d ſpeciali licentia: quando ſcilicet eps ſpecialiter ei concedit, ut aliquem inſtituat. de conceſ. præb. conſi-

Archidiaconus an poſſit inſtituere.

tutus. hoc enim delegari põt, ut ext. de præben. cum ſecundum niſi hoc habeat ex generali conſuetudine, uel ſpeciali. dum eſſet ꝑſcripta. ... extra de elec. cum in cunctis. extra de offic. deleg. ſuper eo. Sed illud c. ſi in plebibus, intelligunt decaniſ rurales ext. de appel. huma. c Epiſcopi. Videa pituli. cum eccleſia uacat. arg. ut. extra de hæc. dubitãdum. ... unum uniuerſitas bene poteſt conferre curam animarũ. arg. extra de conceſ. præben. nulla.

d ¶ Item Gregorius.] Hæc mutat Grat. materiam.

e ¶ Deinceps.] CASVS. Præcipit Greg. in hoc c. ut nullus clericus recipiat inueſtituram epiſcopat⁹, uel alicuius eccleſiaſticę dignitatis de manu laici. & ſi fecerit, inueſtitura nõ ualeat. nec ei audientia præbeatur, ſi cauſam aliquã uoluerit ꝓtendere, uel ſi uoluerit appellare: ſed introitus eccleſiæ ei interdicat, donec deſerat ꝙ male accepit. Laicus vero in quacunq; dignitate poſitus qui ꝓſumpſerit hoc, ſimili ſententia puniatur.

e ¶ Deinceps.] Supra diſt. 63. ſi per ordinationem.

f ¶ Audientia.] Hic excommunicato non datur audientia. ſic ſupra. 6. q. 1. §. verum. & 23. q. 5. non vos. ſup. diſt. 23. in nomine, infra. 24. q. 3. de illicita. Ioan. Hęc gl. per hoc c. non probatur. B.

g ¶ Interdicimus.] Ex hoc uidetur, ꝙ tales ipſo iure

M nes.] ¶ Poteſtate.] Supra diſtin. 61. obitum ſupra decima q. 1. c. 3. ſupra eadem quæſt. 5. cap. 1. ra 9. quæſt. 3. cap. 3. ſupra ea. q. 1. qui verè. ſupra epiſcopus. niſi in aliquo ſpeciali priuilegio ab iſdictione ſint exemptæ, extra de priuil. cum &

us.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd nullus clericus in quacunque dignitate conſtitutus debet tri-

Digitized by Google

Eccleſiã recipiẽs a laico vtrum ſit ſuſpenſus. ✠ Scilicet a facto, ſm id quod no. 63. d. ſi quis ✠ ordinationem. ibi vide.

ſunt ſuſpenſi. Sed contra videtur extra de iure patr. præterea. 1 vbi dicitur ꝙ tales ſunt excommunicandi. Ad hoc quidam dicunt. ꝙ non ſunt ſuſpenſi, 1 ſed ſunt ſuſpendiendi & exponunt interdicimus. ideſt. interdicendum dicimus. Tu potes dicere, ꝙ ſunt ſuſpenſi a canone: & ſic ſuſpẽſus a ſuo prælato poteſt abſolui. Item cum condit or canonis ſibi nõ reſeruauerit abſolutionem ext. de ſen. excom. nuper. Si autem aliquis ſub tali conditione ſuſpẽditur donec pẽniteat: tunc quàm cito pœnitet, ſtatim eſt abſolutus. ut 15 q. 4. nos ſanctorũ. 81. d. ſi quis amodo. H. ñ excipit duos caſus, in quibus talis qui recepit eccleſiam a laico, nõ eſt ipſo iure priuatus, ſcilicet cum accedit poſtea conſenſus epiſcopi, vt ſup. ea. q. 1. quoniã. & cum clericus præſcripſit, ut extra de iure patro. cura. paſtoralis. Melius põt dici, ꝙ tunc demũ eſt priuatus qñ recipit eccleſiã tanquam nolens eſſe pẽlatus: ſed ſi recipit eã quaſi proprietatem aliquam. nõ ut ibi ſit prælatus: tũc non eſt ſuſpẽſus ipſo iure. & ſic loquit illud cap. cum paſtoralis. hodie tamen non uidetur quod talis poſſit abſolui ab epiſcopo: quia intelligibilis factus eſt. ut ext. de elect. quiſquis.

cum, quem ſub crimine [a] tam ambitionis, quàm inobedientiæ (quod eſt ſcelus idololatriæ) cæpit, reſipiſcendo non deſerit. Similiter etiã de inferioribus eccleſiaſticis dignitatibus conſtituimus. *Item. c.* 2. ¶ Si quis Imperatorum, regum, ducum, marchionum, comitum, vel quilibet ſæculariũ poteſtatum, aut perſonarum inueſtituram † epiſcopatuum, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis dare præſumpſerit; eiuſdem ſententiæ vinculo ſe eſſe ſciat abſtrictum. 1. Reg. 15.

† *inueſtituras.*]ori.

[a] ¶ Sub crimine.] *Antea legebatur*, ſub crimine tam inobedientiæ, quàm ambitionis, ex qua ſcelus idololatriæ cæpit. *Emendatum eſt ex concilio ipſo & Anſelmo. Et eſt locutio valde familiaris Gregorio ſeptimo ex primo, Reg. c.* 15.

Idem ibidem, cap. 3.

¶ Excommunicationi ſubiaceat, nec inueſtituræ ſumat fructum, qui de manu laici eccleſiam ſuſceperit. C. XIII.

QVoniam inueſtituras eccleſiarum contra ſtatuta ſanctorũ patrum à laicis perſonis in multis partibus cognouimus fieri, & ex eo plurimas perturbationes in eccleſia (immo ruinam ſanctæ religionis) oriri, ex quibus Chriſtiana religio cõculcatur, decernimus, vt nullus clericorum inueſtituram epiſcopatus, vel abbatiæ, vel eccleſiæ de manu Imperatoris, vel regis, vel alicuius laicæ perſonę, viri, vel fœminę [b] ſuſcipiat. Quod ſi pſumpſerit; recognoſcat inueſtituram illam Apoſtolica auctoritate irritam eſſe, & ſe vſque ad condignam ſatisfactionem excommunicationi ſubiacere. Poly. l. 2. tit. 4. Ant. l. 6. c. 73.

Item ex canone Apoſtolorum 31.

¶ De eodem. C. XIIII.

SI quis epiſcopus ſęcularibus poteſtatibus vſus, eccleſiam per ipſos obtineat, deponatur & ſegregetur, omneque, qui illi communicant. Dist. 63. omnis electio. Decaſſedit p. 1. Burc. l. 3. c. 103. Iuo p. 1. c. 83. & p. 5. c. 119.

¶ *De hoc canone notandum eſt, ſup. diſt. 63. c. omnis electio. in ver. ſegregetur.* ●

Item ex Chronica Anaſtaſij bibliothecarij.

¶ De eodem. C. XV.

SAnè Theſſalonicenſi epiſcopo communicãte ob metum Imperatoris Anaſtaſij Timotheo Cõſtantinopolitano epiſcopo, quem † Cõcilium Chalcedonenſe anathematizauerat, quadraginta epiſcopi Illyrici, & Græcię cõuenientes in vnum per profeſſionẽ in ſcriptis factam, † qui]orig.

[b] ¶ Vel fœminæ.] Ar. ꝙ ad pſentationẽ fęminæ põt quis inueſtituram, conſequitur ext. de iure patr. ex literis.

SAnè Theſſalonicenſes.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes in prima parte dicitur, ꝙ Theſſalonicenſes epiſcopi metu Anaſtaſij Imperatoris conſenſerunt Timo-

a De hoc in gl. vlt. de renunc. ſanè. & extra vt lite pendẽ. eccleſia. in glo. eo ipſo. &c.

QVoniã inueſtituras. CASVS. Significatum fuit Greg. ꝙ quidam clerici recipiebant de manu laicorum inueſtituram dignitatum, uel eccleſiarum. quare præcipit Gregorius, ne hoc de cætero fiat. & ſi quis præſumpſerit, nec inueſtitura valebit: & ipſe vſque ad dignam ſatisfactionem ſubiacebit excommunicationi.

Timotheo hæretico patriarchæ Conſtantinopolitano, qui concilium Chalcedonenſe anathemat. zauerat, ſed xl. epi Illirici, & Græciæ facta profeſſione in ſcriptis diſcedentes ab eo adhæſerunt Papæ in ſcda parte dicitur. ꝙ Dioſcorus minor per manum regis factus eſt epus. & ideo

Digitized by Google

vt a proprio metropolitano,diſceſſerũt [a] ab eo,& Romã mittentes Romano cõmunicare in ſcriptis profeſſi ſunt. *& paulo poſt.*¶ Cum Dioſcorus [α] (*iunior*) manus impoſitionem accepiſſet; receſſerunt multitudines populorum † dicentes,quia niſi ſecundum quòd ſanctorum cõtinent Apoſtolorum canones fiat, non recipietur epiſcopus.Principes [b] enim inthronizauerant eum.

¶ Caput hoc acceptum eſt ex Chronico Anaſtaſij bibliothecarij in ijs quæ de Anaſtaſio Imperatore narrat:multaque ex ipſo originali ſunt emendata.

α ¶ Cum Dioſcorus.] *Ita ac eſt altera electio a priore,& ipſa facta non canonice,& poteſtate laicanam prior eſt Timothei ad Sedem Conſtantinopolitanam; hæc vero poſterior Dioſcori iunioris ad Alexandrinam. Vtraque vero a bibliothecario copioſe exponitur.*

Item Paſchalis Papa ij.

¶ Excommunicetur,qui per laicos eccleſias obtinet.

C. XVI.

iij SI quis clericus,abbas, vel monachus per laicos eccleſias obtinuerit;ſecundum ſanctorum Apoſtolorum canones,& Antiocheni β concilij capitulum, excommunicationi ſubiaceat.

in.Apoſt.31.

¶ *Capitis huius & ſequentis ſenſus eſt in fragmento manuſcripto concilij apud Guardaſtallũ, a Paſchali habiti anno Dñi 1116.qd in biblioth.Vaticana ſeruatur.Nauclerus ẽt Gen 36. narrat Paſchalẽ apud Trecas concilũ habuiſſe:vbi inter multa ſententiam de libera paſtorum electione.& de coercenda laicorũ in eccleſiaſticas dignitates præſumptione iuxta prædeceſſorum ſuorum decreta promulgarit.*

β ¶ Antiocheni.] *In cõcilio Antioch.nihil expreſſe ſtatuitur contra eos,qui per laicos obtinent eccleſiaſticas dignitates.Verũ c.23 præcipitur,vt in ẽpo eligendo ſeruetur ius eccleſiaſticum:nempe,vt non eligatur epũs,niſi cum ſynodo,& iudicio epiſcoporum:quibus verbis laici videntur excludi. In ſynodo autem Nicæna 2.c.3.repetitur, & confirmatur canon Apoſtolorum.*

Idem.

¶Qui per laicos eccleſias obtinet,& qui manus imponit,communione priuetur. C. XVII.

r.l.2.tit.4. COnſtitutiones ſanctorum canonũ ſequentes ſtatuimus, vt quicumq; clericorum ab hac hora in antea inueſtituram eccleſię,vel eccleſiaſticæ dignitatis de manu laica acceperit;& ipſe,& qui ei manum impoſuerit, gradus ſui periculo ſubiaceat,& communione priuetur.

Idem. ¶De eodem. C. XVIII.

NVllus laicorum eccleſias, vel eccleſiarum bona occupet, vel diſponat. Qui vero ſecus egerit, iuxta beati Alexandri γ capitulum ab eccleſiæ liminibus arceatur.

γ ¶ Alexandri. *In epiſtolis Alexandri Papæ primi nihil legitur, quod ad hanc rem pertineat. Verum in epiſtola Alexandri II. in qua ſynodũ a ſe habitã repetit (quæ epiſtola ex veruſto codice deſcripta Romã ex Hiſpania miſſa eſt)hæc inter alia habentur.*Decimæ,& primitiæ, ſeu viuorũ & mortuorũ oblationes eccleſijs Dei fideliter reddãtur à laicis:& vt in diſpoſitione epiſcoporum ſint:quas qui retinuerint,à ſanctæ eccleſiæ cõmunione ſeparentur.*quod fere eſt idem cum c. præcipimus, ſup.ea.q.2.ex Nicolao II.*

Idem.

¶ De eodem. C. XIX.

SIcut Dominii veſtimentum ſciſſum non eſt, ſed de eo ſortiti ſunt; ita

[a] & ideo populi ab eo diſceſſerũt. Impoſitionem. Id.eſt,confirmationẽ. Sequentia tria capit. plana ſunt.

a ¶ Diſceſſerut.] Supra 8.q.4. nonne cõtra.Solui.iſte inciderat in hæreſim iam damnatã. & ſic ſnia canonis erat lata in ipſum, ut 24. qõ. 1. Achatius, item talia communicatio non fuit uitioſa:& ſic nõ obſtat 11. q. 1. ſi quis clericorum.

b ¶ Principes.] Ergo canonici poſsũt recedere ab epiſcopo,quẽ Rex inueſtiuit.ꝯo. d.ſi quis per pecuniam.

SIcut dñi.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ ſicut ueſtimẽtum Jñi nõ fuit diuiſum: ita eccleſia ſcindi nõ debet, quæ tota eſt in unitate & poteſtate epiſcopi,a quo eccleſiæ debent ordinari: & ſi contra fiat, clerici & eccleſiæ interdicantur.

a ¶ Sin-

Digitized by Google

nec eccleſia ſcindi [a] debet: quia in vnitate tota conſiſtit. In poteſtatem ergo proprij epiſcopi eccleſiæ reducãtur: & ab ipſo (ſicut ſacris canonibus cautum eſt) ordinẽtur. Alioquin & eccleſiæ [b] ipſæ, & clerici earundem diuinis deſtituantur officijs.

Item Alexander Papa I I.

¶ Nullus clericus per laicos eccleſiam obtineat. C. X X.

PEr laicos nullo modo quilibet cleric⁹, vel presbyter obtineat eccleſiã, nec gratis, nec pretio. Nullus habitum monachi ſuſcipiat, ſpem [c], aut promiſſionem habẽs, vt abbas fiat. Nullus presbyter duas [d] habeat eccleſias.

¶ *Habetur in eadem epiſtola Alexandri ij. paulo ſuperius in c. nullus laicorum citata. Nam ſtatim poſt ver. ſe parentur ſequitur*, & vt per laicos. &c.

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 26.

¶ Singuli epiſcopi ſuos habeant œconomos.

C. X X I.

2 QVoniam in quibuſdam eccleſijs, vt rumore [e] cõperimus, præter † œconomos epiſcopi facultates eccleſiaſticas tractant; placuit, omnẽ eccleſiam habẽtem epiſcopũ, [f] habere œconomum de clero proprio [g], qui diſpenſet res eccleſiaſticas, ſecundũ ſententiam proprij epiſcopi: ita vt eccleſię diſpenſatio, præter teſtimoniũ [h] nõ ſit: & ex hoc diſpergantur eccleſiaſticę facultates, & ſacerdotio maledictionis [g] de rogatio procuretur. Quod ſi hoc minime fecerit, diuinis conſtitutionibus ſubiacebit.

Diſtin. 83. quia. in quibuſdam. Anſel. l. 6. c. 133. † *al. non ſer.*] διχα οικονόμων, *ſine œconom.*

a ¶ Teſtimonium.] *In vulgatis ſequebatur*, epiſcopi, *quæ vox inutilis eſt auctoritate manuſcriptorum, & originalis ex verſione Dionyſij, quæ concordat cum priſca, & Græcis verbis. Aliæ etiam nonnulla ſunt emendata.*

β ¶ Maledictionis.] *Græce eſt.* καὶ λοιδορίαν τινὲ παρασυν προφέρεσθαι. *Quod in priſca verſione vſt*, & ſacerdotali dignitati obtrectatio generetur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2. cui interfuit Iſidorus, cap. 9.

---

a ¶ Scindi.] Diuidi tamen poteſt eccleſia, ut de vna fiant dua: ſed non ita diuidi, ut una permaneat, ſup. eod. q. 1. plures. Idem eſt in præbenda, ut ext. de præben. maioribus. ſimiliter in prouincijs, ut 100. diſt. c. 1. ff. de off. acceſſo. ſi eadem.

b ¶ Et eccleſię.] Sic ergo p̃ delictum vnius hominis ſubijcitur tota terra interdicto, ut extra de delp. non eſt vobis.

PEr laicos.] CASVS. Tria prohibet in hoc c. Alexander, Primum eſt, ut nullus clericus retineat eccleſiam per laicos pretio vel gratis. Secundũ, ut nullus fiat monach⁹ ſub hac ſpe vt ipſe abbas fiat. Tertium eſt, ut nullus p̃sbyter duas habeat eccleſias.

c ¶ Spem. Hoc ſic intelligit Hug. niſi aliqua promiſſio p̃ueneritſpẽ ſuam aliàs (ut dicit) p̃ſit monachi conuenire in aliquẽ, & dicere ei. ſume habitum, uolumus te eligere in abbatem cum fueris factus monachus, & q̃ taliter poſſint cõuenire in aliquem, eſt arg. 61. d. c. bene. nam & laicus ſic poteſt poſtulari in epiſcopum, ut 61. diſt. Oſius. licite enim p̃ quis habere ſpẽ de dignitate, ut 61. diſt. quid proderit. 74. diſt. conſuluit 8. q. 1. qui eẽ parum --. diſt. c. 2. 89. d. ſi efficax. Io. Sed hoc non credo: quia neophytus non poteſt eſſe abbas, ut extra de elect. cum cauſam. & melius. extra de ele. officij. & c. cum ad noſtram B.

Laicus in eẽm poſtulatur.

d ¶ Duas.] Intitulatas niſi ſint paupetes, ut ext. de æta. & qualit. cum te. & 10. q. 3. unio. 1

2 Adidẽ 21. q. 1. c. 1. & c. relatio. H.

QVoniam.] Hæc eſt ſecunda pars q. in qua dicitur, quod nullus epiſcopus gubernare debet res eccleſiæ ſine œconomo. 1. clerico. & hoc probat per 5. cap. 10. de Fant.

CASVS. Dictum fuit in Calcedonen. concilio, q̃ epiſcopi ſine œconomis facultates eccleſiæ gubernabant: & ideo ſtatutum fuit, ut omnis epiſcopus de proprio clero habeat œconomum, qui res eccleſiæ diſpenſet ſin uoluntatem epiſcopi: & ad hoc ut res eccleſiæ non diſpergantur, & epiſcopus propter hoc non infametur. & qui contra fecerit, canonicis conſtitutionibus ſubiacebit: quia (ut dicit Beat.) deponetur.

e ¶ Vt rumore.] Et tamen non creditur, ut ext. de eo qui cognouit conſang. uxo. ſuæ, ſuper eo.

f ¶ Epiſcopum.] Similiter & aliæ conuentuales eccleſiæ habebunt œconomum, ut 9. q. 4. cum ſcimus. & q̃ſque parochiales eccleſiæ, ut extra de off. ordi. cum vos. & regulariter debet œconomus eligi per eẽm, ut 9. q. 3. cũ ſcimus. C. de epiſc. & cler. omnes 9. ſed nihilominus. niſi conſuetudo ſit q̃ capitulum eligat. de elect. cum eccle-

Vicedomin⁹ quis dicatur 2. Adde quæ ſit dif. inter œconomũ, rectorem. & ſyndicum. no. Bar. & gl. in l. actor. ff. rẽ ratam hab. De hoc no. ff. q̃ cuiuſlibet uniuerſitatis. plane in Sexto. de ſynd. ver. idẽ aũt her. &c. ibi uideas.

Digitized by Google

IN nona actione.] CASVS. In concilio Hiſpalen. fuit relatum, q̃ epiſcopi in rebus eccleſiæ diſpenſandis laicos habeant œconomos. Et ideo ſi statutum fuit, vt iuxta Chalcedon. concilium vnuſquiſque epiſcopus de proprio clero œconomũ conſtituat clericũ, & non laicũ. Et hoc

¶ Laici non ſunt conſtituendi œconomi, ſed ex proprio clero eligendi. C. XXII.

e ¶ Intra triennĩ.] Sed cum iſte ſeruus fecerit furtũ ſui corporis, qũo rem furtiuam vſucapit triẽnio cũ nec ſpatio lõgi tpis poſſit ſeruus fugitiuus præſcribi, vt C. de ſer. fug. l. 1. Rñ. Ia hoc eſt fauor eccleſiæ poſſet tamẽ

f ¶ Lõge. Ex hoc vĩ, ꝙ tñ currat iſtud triẽnium a tpe ſcientiæ. Alij dñt, ꝙ currit à tpe reprobationis, ut dixi 54. diſt. ſi ſeruus.

---

el. 5. c. 2. & Iulianum ante nouel. 123. c. 52. l. 5. c. 227. l. 8. c. 20. 7. c. 41. l. 3. c. 184.

vel colonus.

1 Iſta fuit opin. H. q dixit hoc eſt ĩ favorem religionis. vide ſup hoc illũ §. Iaur. de mona. §. de ſingulis.

Digitized by Google

rem [a] *quæritur, an poſt traditionẽ ſit ei fas cum licentia abbatis ad propria* † *redire, facile mõſtratur nõ poſſe fieri. Ipſum enim redire criminoſum eſt. Qui autem manifeſto facinori deſinit obuiare cum poteſt; conſentit. Hic autem non ſolum non obuiat, ſed etiam permittendo fautor exiſtit. Non ergo licet abbati dare licentiam alicui retro ab eundi: nec illi licet vtique retrorſum abire: quia ex quo ſemel ſe abbati ſubiecit, abſque eius permiſſione nihil agere poteſt.*

† al. prima.

a ¶ Quod autem.] Hic quęritur, an monacho recedẽti reddenda ſint quæ ſua fuerunt & dicendũ eſt ꝙ nõ. 10. q. 3. qa ingrediẽtib. & ſup. prox. q. 6. de lapſis. & in Authẽ. de monach. §. ſi vero relinquẽs. coll. 1. Si tamẽ timetur de eius ſęuitia, poſsũt monachi pmittere, vt ſua tollat, ut inf. eadẽ. q. 4. §. vlt.

QVAESTIO IIII.

Si autem ſine licẽtia abbatis de monaſterio diſceſſerit, quæritur, utrũ ſua ſint ei reddenda, an non. Sed poſſeſſiones & res eccleſiæ traditas quolibet modo alienare nec abbati, nec alicui licet.

Sicut ſine.] Hęc q̃ diuiditur i 7. par. i quarũ prima probat per quatuor cap. ꝙ illi qui recedunt a monaſterio ſuo, nõ ſunt eis ſua reddenda. Secunda ibi, ¶ Sicut antiquitus. Tertia ibi, Qui autem.] Quarta ibi, ¶ Verum ne.] Quinta ibi, ¶ Occaſione.] Sexta ibi, ¶ Etiam ſi epiſcopo.] Septima ibi, ¶ Sed notãdum.] Ioannes de Faro.

CASVS. Hęc eſt 4. quæſtio, qua quęritur an abbas reddere debeat alicui monacho recedẽti ea, quæ monaſterio dedit. Et rñdet ꝙ no. 10. q. 3. qa ingrediẽtibus & lu. pr. q. 6. de lapſis & ĩ auth. de mona. §. ſi vero relinquẽs. qa abbati non licet alienare poſſeſſiones, & res eccleſię traditas, nec etiã alicui alteri licet. ſi tñ de eius ſęuitia timeatur poſſunt abbas & monachi permittere ut ſua tollat, vt inf. ea. §. vlt.

Vnde Symmachus Papa ¶ *Poſſeſſiones quas vnuſquiſque, &c.*] *& iterum in ſynodo Romana 3. c. 6.*

sup. 16. q. 1. poſſeſſiones.

¶ Honore priuetur, qui de iure eccleſiæ aliquid alienare præſumpſit. C. I.

QVicunque epiſcoporum, presbyterorum, diaconorum oblitus Dei, & decreti huius immemor [α] in cõſtitutum [b] præſens, committens prædium [ß] eccleſiæ magnum, uel exiguum, [c] vel quidam de iure eccleſiæ alienare tentauerit: & donator, & alienator, & venditor honoris [d] ſui amiſſione mulctetur.

Anſ. l. 4. c. 30. Poly. l. 6. tit. 15.

α ¶ Immemor.] *In concilio ipſo ſequitur*, cuius Romanæ ciuitatis ſacerdotes volumus religioſis nexibus deuinci ri. *Nam, vt ſupra, 12. q. 2. non liceat dictũ eſt, in ea ſynodo Romana tantũ eccleſiæ, legum Symmachus p̃ſcripſit.*

ß ¶ Prædium.] *Hoc loco omiſſis verbis ſexti capitis eorũ loco referũtur hæc ex titulis eiuſdẽ cõcilij, omnino q. ca put hoc ex verbis illius ſynodi ſuo modo collector aptauit.*

[*Item Gregorius Anthemio ſubdiacono, lib. 11. epiſtola 31.*

extr. de præbendis. c. ratio.

PALEA. C. II.

RAtio nulla permittit, ut proprijs cuiuſquam vſibus applicetur † quod pro cõmuni utilitate datum eſſe cognoſcitur.

Anſ. l. 5. c. 38. Poly. l. 3. tit. 12.

† Cõc. text. in l. in tñ. §. j. ff. de red. & in l. quãtus. ff. de auar. leg.

Item Ambroſius lib. 2. de pœnitentia, c. 9.

¶ Qui reuocandum putat, quod eccleſiæ contulit, ſacrilegij crimen incurrit. C. III.

SVnt qui opes ſuas tumultuario mentis impulſu, non

a Ideſt, incidit in aliud conſtitutum quodcunqi ęd ſimilia ꝓhibet ſin l. & lu.

b ¶ In cõſtitutũ.] i. cõtra cõſtitutionẽ talia prohibẽtẽ.

b ¶ In conſtitutũ.] Ideſt cõtra hoc ſtatutum, vel ponitur proprię: i incidit enim in pęnã: ſed ſi ſtatim reſtitueret eccleſiæ, pœnam effugeret. extra de reb. ecc. non

& ideo ſtatutum fuit, ut qui talia nibus valde attendenda eſt conſuetudo, & lex municipalis, extra de donat. c. 3. & ff. quod ui aut clam. l. prohibere. ſ. non tantum.

d ¶ Honoris.] Ecce pœna alienantis. 12. q. 2. quiſquis.

SVnt qui opes.] CASVS. Quidam res, quas cum quodam mentis impulſu eccleſię contulerunt, reuocare nolc-

Digitized by Google

volebant. Alij erant, qui dolebant res ſuas pauperibus diuiſiſſe. De primis dicitur, quod donatio non fuit eis fructuoſa, quia iudicium non habuerunt, & poſtea ſacrilegium in auferendo committunt: De ſecundis dicitur, q̃ pœnitere non debent, nec oportet eos agere pœnitentiam.

iudicio perpetuo [a], vbi eccleſiæ contulerunt, poſtea reuocandas putauerunt. Quibus nec prima [b] merces rata eſt, nec ſecunda [c]: quia nec prima iudicia habuit, & ſecunda habuit ſacrilegiũ: Sunt quos pœnituerit opes ſuas diuiſiſſe pauperibus. Sic eos α, qui pœnitentiam agunt [d], hoc ſolum timere oportet, ne ipſius pœnitentiæ agant pœnitentiam [e].

α ¶Sic eos.] *In orginali legitur*. Sed eos qui pœnitentiam agũt, hoc ſolum pœnitere non debetne ipſius, &c. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum*.

Item Gregorius Sabino ſubdiacono, lib.8.epiſt.6.

¶Qui ſacris locis derelicta retinere contenderit, ſacrilegium committit. C. IIII.

SAcrilegium [f], & contra leges eſt, ſi quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauæ voluntatis ſtudijs, ſuis tentauerit compendijs retinere.

Item Lucius epiſcopus ad Gallie & Hiſpanie epiſcopos epiſt.1.c.6.

¶Sacrilegi iudicantur, qui eccleſiæ facultates alienant. C. V.

OMnes eccleſię raptores, atq; ſuarum facultatum alienatores a liminibus ſanctę matris eccleſię anathematizamus † g, Apoſtolica auctoritate pellimus, & damnamus, atque ſacrilegos eſſe iudicamus: & non ſolũ eos, ſed omnes conſentientes eis: quia non ſolũ qui faciunt, rei iudicantur; ſed etiam qui conſentiunt [h] facientibus. Par enim pœna & agentes & conſentientes comprehendit.

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

blicum, habes ī.j.diſt.ins publicum, largius tamen q̃ſque dicitur committere ſacrilegium qui deiurat de iudicio principis, uel cum dies ſolennis violatur, uel cum legibus ſiue canonibus reuerentia non impenditur. Cõmittitur aũt tribus modis ſacrilegiũ, uel cũ ſacrum de ſacro, uel ſacrum de non ſacro, uel nõ ſacrũ de ſacro auferetur. ut ī.e. quiſquis. Imponitur autẽ pro ſacrilegio q̃andoq; ſpiritualis pœna, ut ſi cõmittat in perſona eccleſiaſtica, qa talis eſt excõicatus ipſo iure. ī.eo. ſi q̃s ſuadente. ſed ſi in re eccleſię fit ſacrilegiũ tũc poſt trinam admonitionem excõicandus eſt, ut infra ead. quiſquis. §. item ſi quis domũ. Itẽ imponitur pœna pecuniaria quandoque maior, quandoque minor. ut ī.ea. quiſquis & c. ſi quis contumax ſecundũ leges durior pœna imponitur pro ſacrilegio. ff. ad le. Iul. pecu. ſacrilegij. Sed ſi quæras cui danda ſit pœna, quæ debetur pro ſacrilegio; dicas q̃ ſi pſonę facta eſt iniuria, ipſi pſonæ præſtanda eſt, ut ex̃ de ſen.exc. parochianos & c. grauẽ. ſi rei facta eſt iniuria; tũc ipſi rei præſtãda eſt, ut ī.ea. c. ſi quis in atrio. ext de ſimon. de hoc autem.

Sacrilegium triplicter, cõmittitur.

Sacrilegij pœna.

OMnes eccleſię.] CASVS. Lucius Papa ſtatuit & decernit, ut raptores rerum eccleſiaſticarum tanquam ſacrilegi ſint anathematizandi cum omnibus ſibi conſentientibus, qui pari pœna ſunt puniendi. [Conſentientes.] Scilicet defenſione uel cooperatione.

g ¶Anathematizamus.] Videtur hic, q̃ omnes ſacrilegi & dilapidatores eccleſiarum ſũt ipſo iure excommunicati. 11.q.3.canonica. extra de ſunt.exc. conquæſti. ar. contra inf.ea. quiſquis. & c. ſeq. ubi dicitur, q̃ ſunt excõmunicandi niſi reſipiſcant. Reſpon. violatores eccleſiarum ſunt ipſo iure excommunicati, ſed nõ alij. Vel dic, q̃ ſi in conſecratione, uel cum datur res eccleſiæ fert epiſcopus ſententiam excommunicationis, q̃ quicumque uiolentiam fecerit in re tali, ſit excommunicatus; tunc dicerem quòd ſtatim excommunicatus ſacrilegus non ratione ſacrilegij ſed ratione ſententiæ dudum latæ 24.q.1.c.1. & 2.extra de ſent.excõ. à nobis. Vel dic q̃ refert an Papa hæc uerba proferat conſtituendo, uel ſententiando: ſi proferat ea conſtituendo, tunc non eſt excommunicatus qui rapit res eccleſiæ. ſi autem ſententiando profert talia uerba, tũc eſt excommunicatus. Vel dic q̃ ſi conſuetudo loci habet, q̃ tales ſint excommunicati, tunc ita ſeruanda eſt, quia cõſuetudo eſt optima iuris interpres. extra de uerb. ſign. abbate.

Sacrilegi ſũt ſint ipſo iure excommunicati.

h ¶Conſentiunt.] Cooperando, ut extra de ſent.excõ. nuper. Sed pone q̃ aliquis percuſſit clericum, & ego ratum habeo, nunquid ſum excommunicatus? videtur q̃

Clerici percuſſionẽ ratificans, an ſit excommunicatus.

[a] ntiam: quod eſſet eis periculoſum. Sequens cap. um eſt.

Non iudicio perpetuo.] quaſi dicat, non iudicio ctionis, quia illud eſſet perpetuum. nam niſi ſit perum, nullum dicitur. de pœni.diſt.1.diuortium. & reg.iur. quidquid & 23.q.1.paratus. Et eſt hic arg. ſi aliquis emittat votum proprio quodam impetu animi, q̃ teneatur illud obſeruare. Sed ſi aliquis ter aliorum impulſum vel clamorem aliquod emi nc ſecus eſt, vt 22.q.vnuſquiſque. nam electio fa- aliorum impulſum, non ualet, ut 8.q.1.licet. & c. o. ſimiliter nec libertas. ff. qui & a quib. manu li- n li.l.ſi priuatus.

ſec prima.] Id deſt, primum factum eſt quo deenereri mercedem.

ec ſecunda.] Scilicet reuocatio.

gunt.] Id eſt, pœnitent quod dederunt.

nitẽtiã.] Quia pœnitẽt & dolẽt q̃ dederũt ponpe- & de illo dolore ſiue pœnitentia agant pœnitẽtiã.

Sacrilegium.] Quia hic fit mentio de ſacrilegio, quid ſit ſacrilegium uideamus. Sacrilegium magis uarijs modis deſcribitur. Vno modo ſic: Sacri- eſt ſacrę rei violatio, ſiue in ſe, ſiue in alio, & hoc tur ſacra res: ſiue ſit res ipſa ſacra, ſiue ipſa perleſiaſtica. 1 Alio modo deſcribitur ſic. Sacrile- ī publicis iuris tranſgreſſio, quid autẽ ſit ius pu-

Digitized by Google

sic: quia non solum in contractibus, sed etiam in maleficijs ratihabitio mandato comparatur, ut extra de reg. ispol. cum ad sedem. in fi. ff. de vi, & vi arm. l. 1. §. sed & si cū quis. nā non solum de consilio, sed ēt de uoluntate aliquis tenet. 1. q. 4. quia plulatus. imo qui pōt resistere & non restitit, excōmunicatus est ut ext. de sent. excom. quanta. Resp. si nomine meo quis petiat aliū, ibi ratihabitio mandato comparatur, alias nō. ff. de neg. gest. si pupilli. §. item quæritur. extra de sent. excom. mulieres.

Ratihabitio quando comparetur mandato.

¶Excommunicetur, qui confinia ecclesiæ frangere tentauerit. C. VI.

2 SIcut antiquitus a sanctis patribus statutum est, statuimus, vt maior ecclesia per circuitum xl. † passus a habeat; capellæ vero, vel minores ecclesiæ triginta. Qui autem confinia earum † contringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit; nisi publicus b latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.

Anſ. l. 5. c. 4. Iuo p. 3. c. 164. Pann. l. 2. c. 61.

† al. dis.

† al. contra.

Item ex concilio Triburiensi.

¶Soluatur altario, quod pro emunitate emendatur ecclesiæ. C. VII.

j SI quis in atrio ecclesiæ pugnam committit, aut homicidium facit: quidquid pro emunitate c violata emendandum est, altario d soluatur, cuiuscunque fuerit ecclesia illa.

Burc. l. 3. c. 309. Iuo p. 3. c. 115.

c ¶Emunitate.] *Sic etiam apud Burchardum. Iuo habet*, pro immunitate violata. *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus legitur.* pro emunitate ecclesiæ violatæ. *Summa autem huius capitis fere habetur in Triburiensi, quod extat, c. 4. & 6.*

Item Augustinus ad Bonifacium epist. 187.

¶Non licet alicui hominem de ecclesia rapere. Cap. VIII.

MIror, quomodo tam subito fidei murum aries d ruperit inimici. Noui enim qua religione semper sis ecclesiam Dei veneratus. Quo instigāte facere ausus es hominem de ecclesia rapuisti? Tuus si de tuo amico forte psumeret fugitiuus: posset proculdubio interfectoris causa veniam promereri. Ergo si amicus intenditur e: cur Deus offenditur? Sed si de potestate pręsumitur: Nabuchodonosor regē intende, qui cā superbiæ in bouē f est ex homine commutatus a. Non vt cōfundam te, hęc scribo; sed vt filiū charissimū moneo. Ecclesiæ igitur illęsum reuoca, quē vt irreligiosissimus rapuisti. Oblatio g

Iuo p. 3. c. 122.

1. Cor. 4.

Et nocturnus depopulator agrorum, hi soli excipiūtur secundum ius canonicum: licet leges plures personas excipiant, ut extra de immun. eccl. inter leges enim excipiunt homicidas, adulteros, raptores virginum, sed secundum canones raptores virginum tuti sunt in ecclesia, vt 36. q. 1. de rapt.

Ecclesiæ immunitate multi priuantur.

c ¶Si quis in atrio.] ¶Altario.] Hic habes, ꝙ pecunia restituitur illi loco, in cuius ignominiam data est a 27. q. 1. si quis rapuerit, & extra de simon. de hoc. & Inno. dicit ꝙ cum pęna dupli reddetur, ut extra de simo. audiuimus. & in auth. de sanct. epis. §. sed neque ꝙ ff. de calum. l. & generaliter §. illud arg. contra. de simo. veniens. Sed illud est dispensatio.

2 De hoc no. 7. ca. sacrilegium. & 7. 1. q. 3. si quis dator.

MIror.] CASVS. Quidam nomine Bonifacius hominem quendam forte seruum fugitiuum violenter de ecclesia extraxit. de quo August. cum grauiter reprehendit, & edidit quod hoc facere non debuit, quia si vt hominem quem violenter de eccl. rapuit, ad eandem ecclesiā reuocet, & donec ecclesiæ satisfaciat. & prætexit prohibet Aug. ne oblationes suæ domus suscipiant a clericis, & Bonifacio communionem interdixit. Et hæc uerba sic exponc. ¶Tuus.] Scilicet seruus tuo amico, id est, apud tuum amicum forte scilicet permanere. ordinato, id est, statuto, & præfixo.

d ¶Aries.] Idest, impetus diabolicæ suggestionis, ad similitudinem arietis instrumenti, quo frangitur murus.

e ¶Intenditur.] Idest, exauditur.

f ¶In bouem.] Idest, in bouinam mentem, ut 23. q. 4. Nabuchodonosor.

g ¶Oblatio.] Hoc est in detestationem criminis ipsius. ꝙ non solum ipse, sed etiam familia eius prohibetur a sacramentis. sic ego. dist. oblationes, & 12. q. 2. de vito. & extra de spon. non est nobis. in.

Reum.

Digitized by Google

fu-ſe

REum.] CASVS. Statutum eſt in hoc cap. vt prælatus defendat reum ad eccleſiam fugientem a pœna corporali: tamen quod abſtulit, eum pœna pecuniaria reddat.

a ¶ Vel

† al. interdim.

vero domus tuæ a clericis ne ſuſcipiatur indixi: † communionemque tibi interdico: donec peracta pro auſib. vel errore a me definita tibimet pœnitentia, & tempore ordinato † pro hoc facto corde contrito & humiliato dignum offeras ſacrificium Deo.

† al. emendauit.

a ¶ Commutatus.] *Hoc loco iſta erant interiecta*, atq; a regno ſuo profugus recedens nõ ante regnum recepit, quam conuerſus Deum prædicauit. *quæ a multis uetuſtis abſunt, & originali, & Iuone. Sunt autem inter verba Gratiani infra de pœnitentia d. 1 c. voluiſſent.*

Item ex libro capitularium 5. c. 90.

¶ Fugientem ad eccleſiam nemo audeat abſtrahere.

C. IX.

REum ad eccleſiam confugientem nemo abſtrahere audeat, neque inde donare a ad pœnam, vel ad mortem, [a] vt honor Dei, & ſanctorum eius conſeruetur: ſed rectores eccleſiarũ pacẽ, & vitam, ac mẽbra eius obtinere ſtudeant: tamen legitime componat, quod inique fecit.

a ¶ Donare.] *Sic eſt emendatum (antea enim legebatur,* damnare *) ex cap. Caroli, & concilio Moguntino, & pleriſque vetuſtis Gratiani exemplaribus & cæteris collectoribus: quamquam apud Burchardum ex cõcilio apud Theodonis uillam, & in Pannormia ex libro capitulorũ longe copioſius hoc caput referatur.*

Item Gelaſius Victori, Conſtantino, Martyrio, Faliciſſimo, Sereno, & Timotheo epiſcopis.

¶ Ab eccleſiæ arceatur ingreſſu, qui aliquem de eccleſia violenter rapuerit. C. X.

Ly. l. 7. tit. 1. & p. 3. c. 120.

FRater, & coepiſcopus noſter Epiphanius ſua nobis relatione ſuggeſſit, Benenatũ, & Maurum Beneuentanæ municipes ciuitatis, in cõtumeliam religionis acerba nimis, & plectibili cõtumacia profiluiſſe: qui confugientem ad eccleſiæ ſepta curialẽ ſuum, ne illic quidem tutũ, aut de iniuria ſua ſecurum eſſe ſiuerunt: auſi irruptione † temerariæ mentis admittere, quod nec poteſtatib. quidem vel principibus vnquã licuit perpetrare: vt hominẽ in ſanctuarijs conſtitutum (captata ſacerdotis abſentia) reluctantem, reclamantemq; violenter abſtraherẽt. Quos, quantum ſua nobis ſuggeſtione patefecit, merito indignos eſſe ſacra communione iudicauit. Et ſi reuera tanti facinoris conſtat admiſſum; noſtra etiam auctoritas in hac parte cõſentit. Nec enim [b] iure ad ſuppli candum debet admitti qui † admittere ſacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ veneration deputata vtrumq; ſibi licere exiſtimet pro ſuæ voluntatis arbitrio; vt & humilitatem ſibi vendicet, & furorem. Et ideo fratres chariſſimi ſupradictos ſi manifeſta reos facit conquęſtio, ab oibus [c] parochiarum veſtrarũ eccleſijs noſtræ præceptionis auctoritate [d] prohibete: vt non

† al. irreptione.

b. vi.

a ¶ Vel ad mortem.] Sed nunquid poterit poſtea accuſari iſte de illo crimine? ſi non poteſt, ergo crimina remanebunt impunita: quod eſſe non debet, ut extra de ſent. excom. vt famæ. & ſic ptiuilegiũ eccleſiæ erit multis occaſio delinquẽdi: pp hoc dñt quidã, q a qualibet poteſt accuſari poſtea † prẽterquam ab illo, qui promiſit impunitatẽ, ſed qui ſic reſpõdet, nititur cõtra priuilegiũ eccleſiarum: quod eſt iniuſtũ, vel hereticum. vt 22. diſtin. omnes. ad quid enim impetraret eccleſia ei uitam, ſi pro eodẽ crimine poſtea decapitaretur? Dicas ergo, q hoc eſt priuilegiũ eccleſiæ, q talis amodo nec uitam, nec membrũ perdat: ſed quod alias pecuniariter ſatisfaciat. Vel ſi hoc nõ poteſt, ſeruiat ei perpetuoquẽ ſeſit. ut 36. q. 1. de raptoribus.

† Hæc ſunt ſ. in Laur. q dicit, q bene põt accuſari poſt exitũ, & ꝓterq; &c. ut ſequitur. ſecus ſi ſemper eſſent in eccleſia. C. de his, q ad eccl. cõ. l. ul. La. ſed huic dicto obſtat 23. q. 1. de raptor. b. unde dic ut ſequitur. Arch.

FRater.] CASVS. Epiphanius epiſcop[s] excõicauit Benenatum, & Maurũ ciues Beneuẽtanæ ciuitatis, quia quendã ſuum curialẽ ad eccleſiam fugientẽ in abſentia ſacerdotis de ipſa eccleſia violenter extraxerant: qđ cum ſignificatũ fuiſſet Gelaſio, excõmunicationem illã confirmauit, & præcepit ſex epis, ut ſi illi tres excõicari puenerint ad ſuos epiſcopatus, interdicãt eis introitum eccleſiarum, ut iſtius ultionis timore alia tali pſumptione reuocent: Seq. c. patet. b [1] Nec enim. Ext. de vſu. quia fruſtra. c ¶ Ab oib. Ar. q ſacrilegus in nulla eccleſia tutus erit, cum in eccleſiam delinquat, ut inf. c. pxi. q quidã concedunt. Vñ ſi aliqs furtũ uel ſacrilegiũ fecerit in eccleſia, illã non dẽt tueri eccleſia, cũ in eccleſiã deliquerit, ut j. c. pxi. tñ dicte. ext. de immu. eccle. inter tñ duas perſonas excipit.

d[a] Auctoritate.] ſed qd operatur hic auctoritas, uel cõfirma

Digitized by Google

Cõfirmatio Papæ tria operatur.

tio Papæ,cum illud per ſe facere poſſent? Reſpon.confirmatio tria operatur:præſtat enim ipſi facto maiorem auctoritatem,vt 11.diſt.quis neſciat. Item ſi quid eſt in nullidum ſupplet eius defectum cõfirmatio, ut extra de tra.nſac.c.1. Item ꝙ ſine eius licentia nõ poteſt tractari illud,qđ ipſe confirmauit.ext. de cõfir. vtil. vel inut.c.2. Io.

SIcut.] CASVS. Hoc c.diuidit in duas partes.In j.parte dr,ꝙ ſicut iudicat ſacrilegus,qui bona eccleſiæ rapit, uel inuadit: ſic cẽſetur ſacrilegus,q Dei ſacerdotes inſequit.In ſecunda parte dr ꝙ ſicut Deus eſt maior hoſte:ſic ſacrilegium qđ in Deũ cõmittitur,maius eſt formicatione,quæ cõmittitur in hominem.

a ¶ Grauius.] Hic vr ꝙ maius ſit peccatũ ſacrilegiũ, q̃ adulteriũ:& ſic eſt ſ. 32.q. 7.quid in omnibus. ſed ibi ſolutũ eſt.Itẽ nonne homicidium maiꝰ ſacrilegium eſt? Sic; ſed intelligas ꝙ hic dicitur, in eadẽ ſpecie facti.nam homicidium quod fit in clerico, maius eſt quam illud quod fit in laico: quia vnum eſt ſacrilegiũ, aliud non. ſimiliter quod fit in ſancti moniali eſt maius, quam aliud quod fit in alia muliere.

b Maius. Sic 22.q. j.omne.& c.inouet.

ATrendendum.] CASVS Statuit Vrbanus in hoc c.vt eccleſia nõ cogatur ſoluere tributa, uel collectas de prędijs eccleſiæſt icis:ſi quis uero contrafecerit, poſt debitã pœnã ſacrilegij ſit infamis, & carceri tradatur, uel exilio perpetuo damnetur.

c¶ Poſt debitæ. hæc verba ſumpta ſunt à lege:quæ eſt 16.q 1. §.2. nouarum.

Eccleſia habet carcerẽ.

d Et carceri. Ergo eccleſia habet carcerem,& infligit pœnã relegationis 12.q. j.in primis.Item habes hic,quod diuerſæ pœnæ inflictũtur alicui pro eodẽ delicto,ut 11q.5.c.1.& 16.quæſtio.1.ſtatuimus, & eadem q.7.

2 Vide qđ le gi. & no. 3. q.4.hi qui.

constitutiones. contra illud quod eſt extra de iud. at ſi clerici.& extra vt lit.non conteſt.quoniam frequenter. in fi.& quia lex dicit, ꝙ vnum delictum non debet variis æſtimationibus coerceri,ff.de pœn.ſancto.

SI forte.] CASVS. Quæſitum fuit a Clemente, quam pœ-

ſolum hi, qui iniuriam ſanctorum locorum proſiluiſſe probantur],merito conſequantur pro facti ſui qualitate vindictam; verum etiam cæteri a tali præſumptione vltionis illius timoris reuocentur. † al.'probabuntur.

Idem Epiphanio epiſcopo.

¶Eccleſiarum non eſt dignus ingreſſu,qui eas violat. C. XI.

ADepiſcopos cæteros direximus iuſſionem, vt eos, qui eccleſias violaſſe perhibentur, acceſſu earum iudicent eſſe indignos. Iuo p.3.c.119.

Item Pius Papa epiſt.2.Italicis.

¶Qui eccleſiam Dei vaſtat, & eius ſacerdotem inſequitur,ſacrilegus iudicatur. C. XII.

SIcut qui eccleſiam Dei vaſtat,& eius prædia,& dona ria expoliat,& inuadit,ſit ſacrilegus; ſic & ille, qui eius ſacerdotes inſequitur,ſacrilegij reus exiſtit,& ſacrilegus iudicatur. *& infra*. Non ergo grauius peccatum eſt fornicatio, quàm ſacrilegium. Et ſicut maius [b] eſt peccatum, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem; ſic grauius eſt ſacrilegium agere, quàm fornicari. Poly.l.6.tit.15. Anſ.l.5.c.30. Burc.l.11.c.29. Iuo p.5.c.243. & p.13.c.39.

Item Vrbanus epiſt.ad omnes epiſcopos,c.2.

¶Qua pœna feriatur, qui eccleſiæ vſibus dedicata prędia vexare tentauerit. C. XIII. l.cap.6. c.125. & in Moguntino ſub Arnulpho.c.11.

ATtendẽdum eſt omnibus, ne prædia vſibus ſecretorum cęleſtium dedicata, a quibuſdam irruentibus vexẽtur.Quod ſi quis fecerit;poſt debitæ [c] vltionis acrimoniam(quæ erga ſacrilegos iure promenda eſt) perpetua damnetur infamia, & carceri [d] tradatur, aut ex illo perpetuæ deportationis vratur †. † al.feriatur.

Item Iginus Papa.]

PALEA. C. XIIII. Poly.l.6.c.15. Anſ.l.5.c.18. Burch.l.3.c.204. Iuo p.3.c.127. Pann.l.2.c.70.

ij SI quis eccleſiam igne combuſſerit;†quindecim annis pœniteat, & eam ſedule reſtituat; & pretium ſuum æ pauperibus diſtribuat. † al. cõburit.

¶ *Hæc palea in vno tantum Vaticano codice habetur; in quo ſicut in vulgatis,& Panormia citatur ex Igino, a Burchardo autem & Inone,ex decretis Iuly.*

æ ¶Pretium ſuum.] *Apud Burchardum, l.19. in c. de ſacrilegio ſic legitur*. Incendiſti eccleſiam,aut conſenſiſti? ſi feciſti,eccleſiam reſtitue: & pretium tuum, ideſt, vuiregeldum tuum pauperibus diſtribue, & quindecim annis per legitimas ferias pœniteas.

Item Clemens epiſtola 2. ad Iacobum.

¶Iudæ ſimilis probatur, qui ornamenta ſurripuit eccleſiæ. C. XV. Iuo p.2.c.63.& p.6. c.88.

SI forte quiſpiã presbyter, ſiue diaconus,ſacrarij ſindo-

Digitized by Google

pœnam debeat pati presbyter vel diaconus, ſi furetur ſindonem ſacrarij vel velum, & uendat. Et reſpondetur q̃ Iudæ Iſcariotis ſimilis eſt: & eius pœnam patietur. Seq. capit. planum eſt.

a ¶ Subtractum.] Tamen epiſcopus cum tali poteſt diſpen-

† *al. ſubtracta.*

nem, uel uelum ſubtractum † [a] vendiderit; Iudæ Iſcariotis ſimilis æſtimabitur. Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus; nouerit ſe ſupradicti Iudæ ſuſceptorum pœnam. [b]

[*Item ex pœnitentiali Theodori.*]

Iſid. mer. li. 4. c. 209.

¶ De eodem. PALEA C. XVI.

PEcunia eccleſiaſtica furata, uel rapta reddat in quadruplum; populi uero dupliciter. Si quis aliquid de miniſterio ſanctæ eccleſiæ furatus fuerit, ſeptem annis pœniteat, tres in pane & aqua.

[*Item ex pœnitentiali Romano.*]

¶ De eodem PALEA C. XVII.

iij SI quis clericus furtum fecerit capitale; id eſt quadrupedem, uel domum fregerit, aut quamlibet rem melioris pretij furatus fuerit; ſeptem annis pœniteat: laicus quinq;. Si quis autem de minoribus ſemel, aut bis furtum fecerit, reddat proximo ſuo; & vno anno pœniteat in pane & aqua: &, ſi reddere nõ potuerit, tribus annis pœniteat.

Similia horum leguntur apud Burchardum, lib. 11. c. 58. & Iuonem: par. 13. c. 44.

Item Anacletus epiſt. 1. c. 8.

& ī epiſt. Lucij, c. 6.

¶ Sacrilegium facit, qui pecuniam eccleſiæ rapit. C. XVIII.

QVi rapit pecuniam proximi ſui, iniquitatem operatur: qui autem pecuniam, vel res eccleſiæ abſtulerit, ſacrilegium [c] facit.

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 8.

Iuo p. 3. ca. 117. Pann. l. 1. ca. 76.

¶ Segregetur ab eccleſia clericus, qui ſeruum, aut diſcipulum ſuum ad eam fugientem uerberare præſumit. C. XIX.

ibidem ca. 11.

NVllus clericorum ſeruum, aut diſcipulum ſuum fugientem ad eccleſiam extrahere audeat, uel flagellare [d] præſumat. Quod ſi fecerit, donec digne pœniteat, a loco, cui honorem nõ dedit, ſegregetur. ¶ Si qui clerici in mutuam [e] cædem proruperint; prout dignitas [f] officiorum in tali exceſſu contumeliam pertulerit, à pontifice diſtrictius vindicetur.

Item ex concilio Triburienſi c. 20.

Et lib. 5. capit. c. 185. & in leg. Boiariorum, ti. 7.

Burc. l. 3. c. 197. Iuo p. 3. c. 114.

¶ Qui de atrio, uel porticibus eccleſiæ fugiẽtem abſtrahit, excommunicetur. C. XX.

iiij SI quis contumax, uel ſuperbus timorem Dei, uel

ſpenſare. ſup. diſt. 50. ſi quis presbyter.

b ¶ Pœnam.] Scilicet, æternam.

c QVi rapit.] ¶ Sacrilegium.] Alibi dicitur q̃ facit homicidium, vt 12. q. 2. qui Chriſti. & cap. qui abſtulerit.

NVllus clericorum.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, quod clericus, qui ſeruum fugiẽtem uel alium quem perſequebatur de atrio, uel de porticib. eccleſiæ cœmiterio deputatus violenter extra-

ſulendum, ut ff. de Carb. edi. l. 1. §. ſed ſi quis.

d ¶ Dignitas.] Quia ſecũdum dignitatem punitur aliquis vt 44. diſt. cum beatus.

SI quis contumax.] CASVS. Quæſtum fuit in concilio Triburienſi quam pœnam pati debeat, qui ſeruum fugiẽtem uel alium quem perſequebatur de atrio, uel de porticib. eccleſiæ cœmiterio deputatus violenter

[a] Sed immoderate non. ff. ad leg. Aquil. ſed & ſi. in fi. & l. ſ. q. & ff. loca. Item quæritur.

[b] Conor. tex. in l. ſed & ſi 4. fi. & ibi gl. ff. ad leg. Aqui. & in auth. de nup. cum ibi no. §. ſi uero. col. 4.

[c] In mutuã.] Hodie talẽs mittẽdi sũt ad curiam: niſi ſint impuberes vl' regulares, vt extra eo. ti. ſup eod. Vel loquit de cõmuniter uenẽtibus. quia cũ modũ nõ ex. edũt, iudicio meo poſſunt abſolui ab eo, vt ext. de vita & honeſt. cleric. & extra qui cleric' uel uo. c. 1. & extra de ſen. ex. ex tenore. in fi. vel hoc ideo q̃a cõmo materiã diſcordie generare ſolet, vt ff de le. 2. l. eũ pater. §. dulciſſimis vide abũdantius eſt illis prouidendum: quia vbi periculum maius eſt, magis eſt cõ-

[d] Hæc ſentẽtia Gof. approbatur per præd. dec. quoniam.

[e] Ad idem nota 42. diſt. quieſcamus.

Digitized by Google

extraxerit? Et respondetur, ꝙ episcopo debet nongentos solidos soluere pro cœmiterio quod fregit, & pro peccato publicè pœnitebit.

a ¶ Adhærentibus.] Eodem gaudẽt priuilegio cum sacris, ut ff. de rei uend. quæ religiosis. & est simile 44. dist. in. §. 1. Ioan.

ti noluerit ad clerũ, ut extra de sent. exc. si vero aliqs &c. in audientia. quia nec clericus potest beneficio illius canonis, si quis suadente, renunciare, ut extra de sen. exc. cõtingit. Hoc tñ intelligo qñ ex causa leuitatis induit arma, uel abiicit habitum clericalem, ut tunc non

b ¶ Cõponat.] sc. si quis in atrio. dicitur ꝙ eccl̃æ debet. Sed dic ꝙ satis dicit̃ ecclesiæ dari cũ datur plato ecclesiæ, aliæ pœnæ statuunt̃ ibi a quibus. Sed dic ꝙ pœnæ sũt arbitrariæ. Vel secundũ cõsuetudinem locorum loquuntur. Vel dic & mihi ꝙ si qs violat emunitatem, nullum damnum faciẽdo, soluit solidos nongẽtos sed si dãnũ aliqd fecerit soluet triplum ꝙ emunitate, & damnũ nouies, vt infra ead. quisquis. in fi.

Ecclesiæ emunitatem violãs qualiter punitur.

reuerentiam sanctorum ecclesiarum non habuerit, & fugientem seruum suũ, vel quem ipse persecutus fuerit, de atrio α ecclesiæ, uel de porticibus quolibet modo ecclesiæ adhærentibus [a] per uim abstraxerit; pro emunitate nongentos solidos episcopo componat: [b] & ipse publica pœnitentia iusto † iudicio episcopi mulctetur.

α ¶ De atrio.] *In duobus ueustis codicibus Gratiani legitur*: de altario: *in capitularibus vero*, de ecclesia.

† *al. iuxta iudicium.*

Sacrilegium ergo est, quoties quis sacrum violat, vel auferendo sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro, vel non sacrum de sacro. Dicitur etiam sacrilegium cõmittere; qui violentas, & impias manus in clericũ iniecerit. Porro ipsum sacrilegiũ duplicem continet pœnam, pecuniariam uidelicet, & excommunicationis. Pecuniaria eis persoluenda est; ad quos querimonia sacrilegij pertinet.

Vnde Ioannes Papa octauus scribit omnibus episcopis.

¶ De multiplici genere sacrilegij, & pœna eiusdem. C. XXI.

Anſ. l. 8. c. 40. Poly. l. 6. tit. 10. Iuo p. 3. c. 98. Pan. l. 2. c. 80. & 79.

QVisquis inuẽtus fuerit reus sacrilegij; episcopis, uel abbatibus, siue personis, ad quas querimonia sacrilegij iustè pertinuerit, triginta libras examinati argenti purissimi componat. ¶ Sacrilegium committitur, si quis infregerit ecclesiam, uel triginta ecclesiasticos passus, qui in circuitu ecclesiæ fuerint, uel domos, [d] quæ intra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, uel auferẽdo: seu qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis arma [e] nõ ferentibus, vel monachis, siue Deo deuotis, omnibusque α ecclesiasticis [f] personis, Capellæ, quæ sunt intra ambitum murorum castellorum, non ponũtur in hac triginta passum obseruatione. Similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, uel non sacrũ [g] de sacro, siue sacrum de non sacro. *Idem.* ¶ Si quis domum Dei violauerit, & aliqua sine licentia illius

su. 11. q. 3. ad mẽs. Anſ. l. 5. c. 52.

Visquis.] CASVS. hoc c. diuiditur in duas partes

in prima parte dicitur, ꝙ sacrilegus xxx. libras argenti dẽt præstare epis uel abbatibus, uel aliis personis, ad quas querimonia sacrilegii pertinet. In secunda parte dicitur, qđ ecclesiæ debent habere xxx. passus pro cœmiterio in circuitu, nisi sint capellæ castellorum, intra quos triginta passus si quis iniuriam fecerit in personis, vel inde aliquid auferendo sacrilegium committit. Similiter committitur sacrilegium auferendo sacrũ de sacro, uel non sacrũ de sacro, uel sacrũ de non sacro. Secunda pars incipit ibi. Sacrilegium committitur.

c ¶ Ad quas.] Idest, quibus competit querela & loquitur de ipsis iudicibus, & dicit ꝙ iudicibus istius querelæ tantum sint soluenda xxx. pro emunitate uiolata: nã aliam pœnam pro stabit iniuriam passo. inf. c. proxi.

d ¶ Vel domos.] Scilicet clericorum: nem alix domus non dẽnt esse intra aditum ecclesiæ, ut 12. q. 1. nulla.

Clericus arma ferens an qđat priuilegium.

e ¶ Arma.] Ergo si clericus arma ferens uiberetur, nõ incidit in canonem uerberans extra de sent. exc. cum nõ ab homine. &c. ut famæ 16. q. 1. generaliter: hoc tñ non est uerum nisi post trinam admonitionem reuer-

non statim perdat priuilegium: aliud est si penitus apostataret, ut si fiat miles. vel si uxorem ducat, tunc dico eum ipso facto perdere priuilegium: ut 84. distinct. quisquis.

f ¶ Ecclesiasticis.] Vt sunt conuersi & pœnitẽtes, templarij & hospitalarij, qui gaudent priuilegio clericali. 12. q. 1. ut lex. 11. q. 1. aliud. extra de sent. ex. parochianos. & 12. q. 1. duo sunt.

g ¶ Non sacrum.] Lex tamen dicit, ꝙ in hoc casu non committitur sacrilegium, sed tantũ furtum, ut ff. ad legem Iuliam pecul. diuus. sed illud non tenet.

SI QVIS DOMVM. CASVS. Hic §. duas habet partes. In prima dicitur, quod si quis sine licentia prælati eiusquid de ecclesia extraxerit, uel alicui ecclesiastico personæ iniuriam fecerit, sciat se communione domini priuatum donec satisfaciat si uero post trinam commonitionem coram episcopo satisfacere noluerit: anathematizatus ab omnibus euitetur. In secunda parte dicitur, quod illis, qui ecclesias frangunt inde aliquid extrahentes; pœnitentiam triplicem patientur: quia

1 Dicas ꝙ licet remittat militiã, dum mõ nõ exerceat ſæua, põt gaudere priuilegio clericali. in In. prin. t. no. ext. de apostata. c. 1. & facit ad hoc 32. dist. c. ... & qđ le. 2e no. 11. dist. ꝙ si quis postea. Arch.

Digitized by Google

rem ſubtractam reſtituent ei cuius erat, & damnum no uies; eccleſiæ vero triplũ rei ſubtractæ; & præterea pœna corporali punientur, quam habes i. ead. [illegible] vel excõicabuntur. Secunda pars incipit ibi. Idem. [illegible] a ¶ Nouies.] Quid eſt ergo quod dicitur Innoc. de act. §. omnes. vbi dicitur, quòd nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Reſpon. non debet iudex excedere pœnam quadrupli, niſi vbi iure inuenitur, quod poſſit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, ut 12. quæſt. 2. in legibus, & cap. cum deuotiſſimã. Vel ſolue, vt ibi.

cui commiſſa eſſe dignoſcitur, inde abſtulerit, vel eccleſiaſticis perſonis iniuriam fecerit; donec in conuentu admonitus legitimè ſatisfaciat; ſciat ſe communione priuatum. † Si verò poſt ſecundam & tertiam conuentionem coram epõ ſatisfacere detrectauerit, ſacrilegij periculo ab omnib. obnoxius teneatur: ita vt ſecundũ Apoſtolum nemini fidelium miſceatur. *Idem.* ¶ Si qui † monaſteria, & loca Deo dedicata, & eccleſias infringũt, & depoſita, vel alia quælibet exinde abſtrahunt; damnum nouies [a] componant, & emunitatem tripliciter, [b] & velut ſacrilegi canonicæ ſententiæ ſubigantur.

† *al. ſuæ primatum.*

† *al. Hi qui.* Simile in Meld. c. 60.

1. Lect. 5. Anſel. l. 5. c. 47. Burch. l. 11. c. 22. Iuo p. 3. c. 124. & p. 14. c. 56.

¶ *In epiſtola manuſcripta Ioannis octaui, ſcripta epiſcopis, & abbatibus per Narbonenſem, & Hiſpanicas prouincias conſtitutis, præcipitur obſeruari lex contra ſacrilegos in concilio Trecaſenſi edita coram Ludouico Imperatore, & quinquaginta trib. epiſcopis. Diuerſa aũt ſunt iſtius epiſtolæ verba ab his, quæ recitantur & a Gratiano, & a cæteris collectoribus: ſed eadem ſententia.*

a ¶ Omnibuſq; eccleſiaſticis.] *Apud Iuonem legitur:* deuotis hominibus, eccleſiaſticis perſonis. Non enim capellæ, quæ infra ambitum murorum caſtellorum ſunt, mittuntur, vel ponuntur in hac obſeruatione. *Nec multo aliter apud alios collectores.*

Simile in 8. ſynodo ſub Photio, c. 3.

Item Alexander Papa II.

¶ Niſi canonicè iudicatum epiſcopum qui comprehenderit laicus excommunicetur. C. XXII.

VSI quis deinceps priorum, [c] aut cuiuſcunque dignitatis, vel cuiuſcunq; ordinis laicorum epiſcopum comprehenderit, percuſſerit, aut aliqua vi à propria ſede expulerit, niſi fortè iudicatum [d] canonicè; auctores, & cooperatores tanti ſceleris anathematizentur, & bona eorum eccleſiæ ipſius iuri perpetuo tradantur. [e] ¶ Si vero in presbyterum, vel in quemcunque inferiorum graduum clericum hæc eadem præſumpſerit; canonicæ pœnitentiæ, atque depoſitioni [f] ſubiacebit. Si contumax fuerit, excommunicetur.

Item Nicolaus Papa Thadoni archiepiſcopo Mediolanenſi.

In chronico Mediolan.

¶ Flagellatores presbyterorum poſt tertiam admonitionem ſi non reſipuerint, excommunicentur. C. XXIII.

Iuo p. 10. c. 20.

DE presbyterorum flagellatoribus, & occiſoribus, §. omnes. vbi dicitur, quòd nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Reſpon. non debet iudex excedere pœnam quadrupli, niſi vbi iure inuenitur, quod poſſit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, ut 12. quæſt. 2. in legibus, & cap. cum deuotiſſimã. Vel ſolue, vt ibi.

Pœnam quadrupli põt iudex qñq; excedere.

Sacrilegus triplici pœna punitur.

b ¶ Tripliciter.] Ecce triplex pœna, quia punitur ſacrilegus, quia iudici dabit xxx. libras, item damnum nouies cõponet, & emunitatem tripliciter: ſimiliter corporaliter punientur, quam habes i. ead. [illegible] vel excõicabuntur. Secunda pars incipit ibi. Idem. [illegible] a ¶ Nouies.] Quid eſt ergo quod dicitur Innoc. de act. §. omnes. vbi dicitur, quòd nulla pœna debet excedere pœnam quadrupli? Reſpon. non debet iudex excedere pœnam quadrupli, niſi vbi iure inuenitur, quod poſſit excedere: quia quandoque extenditur ad decuplum, ut 12. quæſt. 2. in legibus, & cap. cum deuotiſſimã. Vel ſolue, vt ibi

& prędonibus,ſ.qui fæculari [a] brachio minimè coercentur,iuxta præceptum Domini placet; vt fraterno amore conueniantur ſecundo,ac tertio. Qui ſi te nõ audierint; conueniente eccleſia eos ſacra cõmunione priuare, atq; (ſi in ſua obſtinatione permanentes ſacerdotalia monita fortè contempſerint)ab eccleſiæ compage ſub anathematis interdictione reſecare licentiam tribuimus.¶Quos ét reſipiſcẽtes tãdem digna ſatisfactione pręmiſſa [b] in gremium ſanctæ matris eccleſiæ reuocari noueris poſſe.

[*Item ex concilio Moguntino ab Rabano,c.24.*]

PALEA. C. XXIIII.

QVi presbyterum occidit; duodecim [α] annorum ei pœnitentia ſecũdum canones imponatur: aut ſi negauerit,ſi liber eſt,cum ſeptuaginta duob. [β] iuret:ſi aũt ſeruus, ſuper duodecim vomeres feruentes ſe expurget. Cõuictus vero noxæ vſq; ad vltimum vitæ tempus militiæ cingulo [γ] careat,& abſque ſpe coniugij maneat.

¶ *Hæc Palea ĩ vno tãtũ Vaticano Grat.codice habetur.*

α ¶ Duodecim.] *Sic in codice Vaticano & cæteris locis indicatis.In vulgatis Grat. codicib. legebatur,*20. annorum pœna.

β ¶ Cum ſeptuaginta duobus.] *In concilio ipſo legitur* cum duodecim. *Burchardus tamen,& Iuo,& codex Vaticanus concordant cum vulgata lectione.*

γ ¶ Militiæ cingulo.] *Sic etiam in Decretalib. & apud Burchardum,& Iuonem. In concilio autem legitur,*cingulum deponat,*& vxorem amittat.*

ext.de pœnit. & remiſ.c.2. Burc.l.6.c.7. Iuo p.10.c.136.

[*Item ex concilio Triburienſi.*]

PALEA. C. XXV.

VT presbyteri non vadant,niſi ſtola,aut horario induti. Et ſi in itinere ſpoliantur, aut vulnerantur, vel occiduntur non ſtola veſtiti, ſimplici emendatione ſoluantur:ſi autem cum ſtola, triplici.

prima pars habetur cap.6.l.1.c.169. Burc.l.6.c.10. Iuo p.10.c.139.

[*Item ex eodem,c.5.*]

PALEA. C. XXVI.

OMnes presbyteri interfectores [δ] cõpoſitione epiſcopi,ad cuius parochiã pertinent,ſoluãtur:ita videlicet,vt medietatẽ Vuirigeldi, † [ε] eius eps vtilitatib.eccleſiæ,cui præfuit tribuat, & alterã medietatẽ in eleemoſynam illius iuſtè diſpertiat;quia nullus nobis eius hæres proximior videtur,quam ille,qui ipſum dño ſociauit.

capit.4. c.15. ext.de pœnis, c. presbyteri. Burc.l.6.c.11. Iuo p.10.c.140. Pann.l.8.c.6.

† *al. Vnirgildi.*

¶ *Hæc quoq; Palea in uno tantũ Vaticano codice habetur. Eſt aũt in capitularib.(vnde citatur in Pãnormia)li.4.c.15.& in Decretalib.tit.de pœnis.c. presbyteri.In concilio ẽt Triburienſi, quod extat,c.4. habetur quidã ſimile.*

δ ¶ Interfectores.] *Sic etiam in Pannormia. Vaticanus codex habet,*interfecti, *In capitulari legitur*, presbyteri interfecti epiſcopo, ad cuius parochiam pertinent, ſoluantur ſecundum capitulare glorioſi Caroli genitoris noſtri:ita videlicet, &c. *Verum in decretalibus, & apud Burchardum, & Iuonem hoc modo:* Presbyteri interfecti compoſitio epiſcopo, ad cuius parochiam pertinebat,ſoluatur:ita videlicet,&c.*ſimilis locutio habetur in cõcilio Triburienſi, c.4. Sed quoniam eſt initium capitis, nihil viſum eſt hic mutandum:reliqua autem ſunt emendata ex locis indicatis.*

† Et in conc. Troſleiano ca.3. & inter leges Longobar.tit. de homicid.li.hominis,l.27.

ε ¶ Vuirigeldi.] *Antea legebatur,*Renaldus. *Emendatum eſt ex cæteris locis indicatis, præterquam ex decretalibus, vnde abeſt vtraque vox: legitur tamen in prima collectione.*

Item ex lib.3.capitul.c.25. †

a ¶ Qui fæculari.] Ergo ſęcularis iudex in his enormib.criminib.primo hẽt coercionem. 1 & deinde eccleſiaſticus iudex. vt 23. q.5. ſunt quidã. Io. ꝙ falſum eſt, vt extra de iudicũ non ab hoĩe. ß. Itẽ hic patet,ꝙ ſæcularis poteſtas & eccleſiaſtica debẽt ſibi mutuũ præſtare auxilium,vt 96.diſt. eã ad verum. & 32.d. eos qui. & diſt. 17. non licuit.

1 Ad hoc facit ꝙ no. ſu. 90. diſt. placuit.

b ¶ Præmiſſa.] Arg. ꝙ excõicatus prius debeat ſatisfacere ꝙ abſoluatur.vt hic,& 11.q.3.excellentiſſimus.in fin. & 23.q. 8. ſi quis mẽbroru. & c.peſſimam.extr. de iure patr. relatũ. arg. contra extra de ſent.excõ. per tuas. Sol. aut excõicat qs pro contumacia. aut pro delicto. Si ꝓ cõtumacia, tunc pręſtita cautione abſoluetur. Si ꝓ delicto, & illud eſt euidẽs, nõ prius abſoluẽdꝰ ꝙ ſatisfecerit. ſic diſtinguĩ,ext.de ver. ſig. ex parte. Icã. Certè ſemꝑ excõicatur qs pro contumacia: ſed illa qñque prouenit ex delicto, vt innuit illa decre. ex parte. niſi ipſo iure incidat in canonem latæ ſententiæ, vt infra ea. qõ. 4. ſi quis ſuadente ß.

Excõicatus an poſſit abſolui nõ præmiſſa ſatisfactione.

Qui

Digitized by Google

a QVi ſubdiaconum.] ¶Presbyterum.] Quid de hac pœna fieri debeat, habes extra de pœn. capitu. 2.

b QVi occiderit.] ¶Publicam.] Sed qd ſpectat ad Imperatorem imponere alicui publicam pœnitentiam?

¶Pro graduum varietate mulctentur, qui clericos occidunt. C. XXVII.

Pann. l. 8. c. 7. Burc. l. 6. c. 5. Iuo p. 10. c. 9. & 134 ſimilia quædam.

QVi ſubdiaconum occiderit; CCC. ſolid. componat: qui diaconum, CCCC. qui presbyterum [a], DC. qui epiſcopum, DCCCC. qui monachum. CCCC.

Item ex lib. 6. cap. c. 90.

¶De eodem. C. XXVIII.

Iuo p. 10. c. 16. Pann. l. 8. c. 8.

QVi occiderit monachum, aut clericum; arma relinquat, & Deo in monaſterio ſeruiat cũctis diebus vitæ ſuæ, nunquam ad ſæculum reuerſurus, & ſeptem annis publicam [b] pœnitentiam agat †.

Item Innocentius Papa II. in concilio Lateranenſi, capit. 15.

† *al. gerat.*

¶Qui clericum percuſſerit, excommunicetur, & non niſi a Romano Pontifice abſoluatur. C. XXIX.

Pann. l. 8. c. 149.

vj SI quis [c] ſuadente diabolo huius ſacrilegij reatũ [a] incurrerit, quod in clericum [d], vel monachum violentas [e] manus [f] iniecerit; anathematis vinculo ſubiaceat [g]. & nullus epiſcoporum illum præſumat abſoluere, (niſi mortis vrgente periculo) donec Apoſtolico conſpectui præſentetur, & eius mandatum ſuſcipiat.

a ¶Reatum.] *Sic eſt emendatum ex codicibus huius concilij manuſcriptis, & concilio Eugenij tertij, c. 16. vbi hoc idem repetitur. antea legebatur*, vitium, vel crimen incurrerit.

3 *Qui autẽ de eccleſia vi aliquem exemerit, vel in ipſa eccleſia, vel loco, vel cultu, ſacerdotibus, & miniſtris aliquid iniuriæ importauerit; ad inſtar publici criminis, & læſæ maieſtatis accuſabitur, & conuictus, ſiue confeſſus, capitali ſnĩa a rectoribus prouinciæ feretur: ſicut in primo libro Codicis legitur, titulo de epiſcopis, & clericis, l. [Si qs in hoc genus ſacrilegij proruperit.] & in Digeſtis tit. Ad legem Iuliam repetundarũ] [h], l. vlt. Committunt etiam ſacrilegium, qui contra diuinæ legis ſanctitatem, aut neſciendo [i] cõmittunt, aut negligendo violãt, & offendut: aut qui de principali iudicio diſputãt, dubitãtes, an is dignus [k] ſit, quem princeps elegerit, vel qui intra*

† *peculatus l. ſacrilegij*, vera lectio, ut in gloſſa.

tiam? Dic q̃ Imperator inſtituit quid iudex eccleſiaſticus facturus ſit: ſicut econuerſo, ut §. q. vlt. de latori.

SI quis.] CASVS. Statuit Inno. in hoc c. q̃ ſi quis iecerit violentas manus in clericum, vel etiam in monachum, ſtatim ſit anathematis vinculo innodatus, & nullus epiſcopus eum quouis modo præſumat abſoluere, donec Apoſtolico ſe præſentet, & eius mandatum ſuſcipiat: niſi ſit in mortis articulo conſtitutus.

c ¶Si quis.] Hoc nomine, ſi quis, etiam fœminæ continentur, ut ff. de verb. ſig. l. 1. fœmina enim bene incidit in canonem hunc, vt extra de ſent. excom. mulieres.

Clerici percutiens non ſæpe incurrit excõicationem.

d ¶In clericum.] Etiam pſalmiſtam, qui clericus dicitur 21. d. cleros, & etiam in alias eccleſiaſticas perſonas, ut no. ſup. ca. quiſquis.

e ¶Violentas.] Ab hac regula multi caſus excipiuntur, vt impuberes, & qui iocoſa leuitate ſe percutiunt, & cum magiſter diſcipulum percutit, ut extra eo. c. 1. quia non ſunt huius manus violentæ. Item cum clauſtrales percutiunt ſe, ut ext. eo. cũ illorum. Item cum oſtiarius rõne officij ſui aliquem verberat. Vel cum aliquis officialis arcet aliquem a turba. Vel cum aliquis defendendo ſe percutit clericũ. Vel cum inuenit clericũ cũ vxore ſua, matre, ſoror, filia. hos caſus habes extra eo. ſi vero. Item mulieres, & debiles pſonæ excipiuntur. ut ext. eo. mulieres. Itẽ ipſi pĩati licite percutiunt clericos ſuos: uel alij clerici de mandato ipſorũ. ut ex̃ eo. ex tenore. Itẽ quamdiu habes inimicitias, ut extra eo. de cætero. Item excipiuntur illi, qui leuẽ iniuriam fecerint clerico, ut ext. eo. peruenit.

f ¶Manus. Idem ſi pedes, uel ſi ſputet, vel perfundat eum aqua aliud dico ſi rumpat ueſtimenta ſua. ſed idem credo & tunc, quia uiolentia fit perſonæ 1 & quia quæ religioſis, &c. ff. de rei uend. l. quæ religioſis.

1 De hoc nota de pœn. d. 1. ſi quis pulſatus, ibi videas.

g ¶Subiaceat.] Iſte canon eſt latæ ſententiæ, & ille extra de ſal. ad ſalſarorũ. extra de loca. ex reſcripto. & vbicumq; quis ipſo facto incidit in ſententiam, vt 24. q. 1. cap. 1. & 2. Ioan.

QVI AVTEM. Hæc eſt 3. pars q. in qua ponit diuerſos modos ſacrilegij. 10. de Fant.

CASVS. In hoc §. oſtendit G. q̃ ſit pœna ſacrilegij ſm legem ſæcularem, & dicit, q̃ ſi aliquis ſacrilegium cõmiſerit, ad inſtar publici criminis accuſatus, & conuictus, & confeſſus capituli ſententia feretur. & ad hoc probandum inducit duas leges, & hoc in 1. par. in 2. par. dicatur, q̃ ſacrilegium committitur tribus modis ſecundum legem. Primo, quando aliquis, uel neſciendo, uel negligendo legem violat. Secundo, cum aliquis diſputat, an dignus, vel indignus, ſit quẽ princeps elegerit. Tertio, quando aliquis in prouincia dignitatem gerendæ adminiſtrationis acquirit per ambitionem. Idem dicitur ſi aliquis diſputat de iudicio ſummi Pontificis. Et ad hoc inducit ſeq. cap. Secunda pars eſt ibi, [Committunt.]

h ¶Repetundarum. Magiſter erauit in nomine huius tit. ſed illud inuenitur. ff. ad leg. Iul. pecu. ſacrilegij.

i ¶Neſciendo.] Quia iuris ignorantia diuini, uel naturalis non excuſat.

k ¶Dignus.] Quem princeps iudicat dignum, & non iu-

Digitized by Google

iudicabimus. ſimile 93.d.c.1.ff.de re ind.quidam C.de aduo.diuer.iud.reſtituendæ.in fi.argu.contra,quia poſſum appellare a iudice quem ipſe ex certa ſcientia dedit 1 extra de off.dele.cum olim 1.extra de app.nouit. extra de ſent.& re iudi.cum cauſa.

a ¶ Qui intrà prouinciam. Prætor tamẽ eligendus eſt vbi iarẽ fouet,vt C.de off. præto.tres.ſimiliter defenſor de ipſa ciuitate eligẽdus eſt. in auth.de defen.ciui. §.1.& vlt. & prælatus potius de gremio proprio, q̃ de alieno,ut 61.d. nullus. & ſacerdos de propria diœceſi. 71. d.hortamur.

NEmini.] CASVS. Præcipit Nico.in hoc c.omnibus epiſcopis,vt nullus eorũ de iudicio ſedis Apoſtolicæ iudicet,uel eius ſentẽtiam, uel iudicium retractet: eo quod eccleſia illa priuatim habet, & prærogatiuam inter omnes alias eccleſias.

b ¶ Retractare.] Sed ipſemet,vel eius ſucceſſor poteſt eam reuocare, ut 35.q.9. ſententiam.

SACRILEGII. Dictum eſt ſ. quòd ſacrilegiũ ſex modis cõmittitur: nunc vero dicit Gra.q̃ ſimiliter committit quis ſacrilegium,cum Iudæis publica officia committit, & adhoc inducit ſeq.c.

CONſtituit.] CASVS. In Hiſpania publica officia cõmittebant Iudeis: & propter hoc Chriſtiani a Iudæis lædebantur,& ideo ſtatutũ fuit in conc. Tol. ne rectores prouinciarum cum epis de cætero hoc permittant, & ſi quis fieri permiſerit,velut ſacrilegus anathematizetur,& Iudæus publicis cædib.deputetur.] Cum ſacerdotibus.] i.epis.[Eorũ.] Ideſt,Iudeorũ.[Obreptiones.] ideſt,adminiſtrationes.[Relictas.] ideſt,conceſſas per obreptionem.[Suſpendant.] ideſt, remoueãt, & auferant ipſis Iudæis.

c ¶ Qui ex Iudæis.] Ideſt,de familia ipſorum,vel loquitur de Iudæis de nouo ad fidem conuerſis.

d ¶ Officia. Sup.d.54.nulla officia.

e ¶ Cẽd.b.] Nota q̃ eccleſia iudicat de his,qui foris sũt; contra id quod eſt 2.q.1.multi, hoc in pœna tpali,ſiue in pecuniaria: ſimiliter in ſpirituali,ſed indirecte,vt extra de vſur.poſt miſerabilem,& eſt ſimile 23.q.1.ſæpe.

VERVM. Hæc eſt 4.pars quæſt.in qua quæritur quid iuris ſit de ſeruis fugientibus ad eccleſiam, Ioan. de Fan.

1 Et hoc iõ q̃a appellationis remedium omnibus eſt commune. infra auth. de iudi.6.pen. Io. de Fant.

CA-

prouinciam a, *in qua prouinciales,& ciues habentur,officium gerendæ,ac ſuſcipiendæ adminiſtrationis deſiderant, vt Codicis lib.9.tit.de crimine ſacrilegij. Similiter de iudicio ſummi Pontificis alicui diſputare non licet.*

Vnde Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶ Nemini eſt permiſſum de eo, quod Papa ſtatuit, iudicare, vel eius ſentẽtiam retractare. C. XXX.

NEmini eſt de ſedis Apoſtolicæ iudicio iudicare,aut illius ſententiam retractare b permiſſum;videlicet propter Romanæ eccleſiæ primatum Chriſti munere in beato Petro Apoſtolo diuinitus collatum.

Anſ.l.1.c.21. Pann.l.4.c.10.

¶ *Epiſtola,ex qua hoc caput eſt ſumptum, non extat: aliquid tamẽ ſimile habetur in epiſtola prima ad Michaelem Imperatorem.*

Sacrilegij quoque reatum incurrit, qui Iudæis publica officia committit.

Vnde in Toletano concilio 4.c.64.legitur.

¶ Sacrilegium faciunt,qui Iudæis publica officia committunt. C. XXXI.

CONſtituit ſanctum concilium, vt Iudæi,aut hi, qui ex Iudæis c ſunt,officia d publica nullatenus appetant,quia ſub hac occaſione Chriſtianis iniuriã faciunt. Ideoque iudices prouinciarum cum ſacerdotibus eorũ ſurreptiones fraudulenter elicitas e ſuſpendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis autem iudicum hoc permiſerit, velut in ſacrilegum excommunicatio proferatur,& is,qui ſurrepſerit,publicis cędibus e deputetur.

Dist.54.nulla. Iuo p.13.c.97.

a ¶ Elicitas.] *Sic eſt emendatum ex codice Lucenſi regio: quamuis in alijs codicibus conciliorum, & Gratiani legatur,* relictas.

4 *Verum ne reuerentia religionis dominos ſuo iure fraudaret, ſi famuli ad eccleſia ſepta confugientes inde nequaquam abſtraherentur; ſacris canonibus eſt inſtitutum,vt præſtito a Domino ſacramento impunitatis,ei etiam reddantur inuiti.*

Vnde Gelaſius † Papa ſcribit Bonifacio epiſcopo.

† *al.Gregorius.*

¶ Poſt præſtitam ſecuritatem ſerui reſtituantur dominis, qui ad eccleſiam confugiunt. C. XXXII.

METuentes dominos famuli ſi ad eccleſiæ ſepta cõfugerint,interceſſiones debent quærere, nõ latebras

Iuo p.16.c.68. & p.3.c.115. Pann.l.2.c.77.& 74.

Eccleſia de his qui foris ſunt q̃ſque iudicat.

CASVS. Dictum eſt ſ.in c.ſicut antiquitus, & in c.miror & cap.rerum.q̃ nullus extrahi debet de eccleſia,ſed quia ſerui ſub hac occaſione ad eccleſias fugientes dominos ſuos iure priuabant,ideo ſtatutũ fuit, vt recepto ſacramento de impunitate, ſerui etiam inuitis dominis ſuis reddantur:quod probat per ſeq.cap.]

METuentes.] CASVS.Seruus petri viri ſpectabilis fugit ad eccleſiam ſancti Clementis: cui cum Petrus

ne hæc ipſa præſumptio tarditatis [a] temeritatem augeat renitẽdi. Filius etenim noſter vir ſpectabilis Petrus quęritur ſeruum ſuum in eccleſia S. Clementis diutius commorari, † cui cum deputaſſet ſacramenta præſtari, illum egredi nulla ratione voluiſſe. Et ideo directus ſupradictus † homo de præſenti [b] cum eo, quem elegeris eſſe mittendum, cum de impunitate eius ſacramenta [c] præbuerit; eum ſtatim facias ad dominum ſuum modis omnibus remeare: aut ſi in hac pertinacia † forte perſtiterit; poſt ſacramentum ſibi præſtitum reddatur inuitus.

† *al.commoratum.*

† *al.ſupradictis.*

† *al.pertinacia.*

Idem Ioanni epiſcopo Vienenſi. †

† *al Viennenſi.*

¶ Securitate recepta ad ratiocinia reddenda fugitiui ab eccleſia redire cogantur. C. XXXIII.

Luo p.16.c.77.

VXor Fęlicis & filiæ Romam, quia ſic oportuit, peruenerunt. Si quidem hũc ipſum primum ſe ad Barbarorum [d] baſilicam conferentem, ſeque bonas cauſas habere iactantem egredi ſub hac cõditione pręcipimus, vt ſi actus ſuos fideliter, & rationabiliter allegaret, nihil circa eum prorſus aſperum fieri, durumque pateremur. Alioqui ſi contra fidem, & vtilitatem Dominicam veniſſe probaretur; ipſe ſibimet [e] imputaret, [f] atq; † domini ordinationi congruè ſubiaceret. Qui ſuperueniente filio noſtro viro ſpectabili Orthaſio ſic eſt ad ſingula quæque conuictus vt os aperire non poſſet, & vera eſſe, quæ huic obijcerentur, voce propria fateretur: ideoque tenetur cuſtodiæ mancipatus.

† *al. atque ordinationi.*

Idem Syracuſano, & Conſtantino, & Laurentio epiſcopis.

¶ Eripiatur in libertatem ſeruus, cui Chriſtiano Iudæus ſignaculum circunciſionis impreſſit: alioquin ab eccleſia domino ſuo reddatur inuitus. C. XXXIIII.

Luo p.13.c.113.

IVdas, qui Iudaicæ profeſſionis exiſtit, mancipium ſui iuris, quod ante paucos annos [g] ſe aſſerit comparaſſe offeratur. Item habes hic, ꝙ aliquis poteſt renunciare priuilegio, quod ad honorem cœleſtem inductum eſt, contra illud extra de ſa.compet.ſi diligenti. ſimile huie dicit lex, imputet ſibi qui pro nouo beneficio uetus eligit grauamen. C. de iure delib. l. fin. §. penult.

Procurator in animã domini iurare debet ſyndicus, nec œconomus in ꝙ prium.

& ſi poſt ſacramẽtum præſtitum de impunitate ſeruus ad dominũ redire noluerit, ſibi reddatur inuitus. [De præſenti.] id eſt, in præſenti.

a ¶ Tarditatis.] id eſt, retentionis.

b ¶ De præſenti.] id eſt, in præſenti. dominus iſte poterat per aliũ iurare, ut hic patet. 100. diſtinct. optatum. & ſcias, quod procurator debet iurare in animam domini, ut 63. di. tibi domino ſancto ſed ſyndici ſiue œconomi in propriam animam, ut extra de iuram. calum. in pertractandis.

c ¶ Sacramenta.] Hoc intellige cum non eſt tanta ſęuitia domini, quin ſuo ſacramẽto poſſit credi, ut dixi 32. q. 1. de Benedicto. Io.

VXor Fælicis. CASVS. Quidam nomine Fœlix, ſeruus erat villicus uel procurator Orthaſij, cuius res male & fraudulenter adminiſtrauit. Iſte Fœlix cum dominus eum impeteret, ad eccleſiam, confugit Barbarorum. Primum eſt nomẽ, ſicut Carbonenſiũ.

e ¶ Sibimet.] ꝙ nõ petijt cautionem de impunitate.

f ¶ Imputaret.] Nota ar. ꝙ imputet ſibi qui de iure ſuo conſiſus noluit vti beneficio canonis. vnde ſi quis de iure ſuo cõfiſus incõtinenti litem conteſtẽ non petitis inducijs, bene præiudicat ſibi, .ſ. quidam hoc negẽt: 1 quia lex dicit quod lite conteſtata contra hoc indultũ habita, ꝙ nihilo habenda eſt, ut 3. q. 3. Beneficium iuris ſpernẽs ſibi dẽt imputare.

g ¶ Ante paucos annos.] ī. diſtinc. 54. cap. mancipia & cap.

1 Idẽ Alex. de Imo. ī l. j. ff. de eden. circa princ. in uer. ſecundo not.

2 Vi ꝙ bene ſm id quod not. 2. q. 1. in ſumma.

Digitized by Google

cap. nulli, & cap. fraternitatem. contra. sed aliud est dicere se uelle fieri Christianum, secundum quod illud capit. loquitur, aliud est dicere se esse Christianum, & mentiri, ut sic possit recedere a domino suo, secundum quod loquitur hic.

impunitate debet domino reddi: quem si dominus postea offenderit, debet excommunicari: si uero seruus recepto sacramento de impunitate personæ ad dominum redire noluerit, inuitus a domino occupetur. [Ita ut ei cui reus.] Idest, conuentus uel liberator. [Criminolius.] Idest,

DIffiniuit. [CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, ut nullus audeat facere violentiã in rebus uel psonis fugientium ad ecclesiã intra xxx. passus ecclesiæ, nec etiã extra xxx. passus, cum ad requisitæ naturæ usus necessarios re compellantur: ita ꝙ ad receptacula extranearum domorum, idest, positarum extra supradictum spatiũ non progrediantur: si quis uero contrafecerit, excõicatus regia sententia feriatur: si uero dato sacramẽto de impunitate personarũ sacerdos fugiẽtes non reddiderit, & postea tales fugerint: aut sacerdos eos quærere debet: aut secundũ electionem principis damnum emendet. [Absque,] Exclusiuè ponitur. [Qualiter, Idest, ut secũdm electionẽ principis, idest, ut secundum ꝙ uoluerit damnũ arbitrari.

nunc ad ecclesiam Venafranam confugisse suggessit (sicut petitorij tenor annexus ostendit) eo quòd dicat sibi ab infantia Christiano nuper a præfato domino signaculum circuncisionis infixum. Quapropter vestra diligenter inter vtrumque solicita cura rerum fideliter examinet veritatem; quatenus nec religio temerata videatur, nec seruus hac obiectione mentitus competentis iura domini † declinare contendat. † *al. dominꝝ.*

Item ex concilio Toletano 12. *c.* 10.

¶De atrio ecclesiæ (quod triginta passibus clauditur) nisi prius data securitate fugiens non abstrahatur. C. XXXV.

Iuo p. 3. c. 121. Pann. l. 2. c. 78.

DIffiniuit sanctum concilium, vt nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes inde abstrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco sancto inferre: sed esse potius his ipsis, qui ecclesias petunt, per omnia licitum in triginta passus ab ecclesię ianuis progredi: in quibus triginta passibus vniuscuiusque *ecclesię in toto circuitu* reuerentia defendatur [a]: sic tamen, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, uel longe separatis ab ecclesia domibus nullo modo abscedant: † sed in hoc triginta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progredien di † aditum obtinebunt: qualiter ad † requisitæ naturæ vsum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu necessitudinis, qui Dominicis se defendẽdos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tẽtauerit violare; & ecclesiasticæ excommunicationi subiaceat, & seueritatis regiæ feriatur sententia. Ipsos autem, qui ad ecclesiam confugium fecerunt, si iuxta priscorum canonum instituta hi qui eos repetunt, sacramenta reddiderint, & sacerdos ecclesiæ ipsius ab ecclesiæ non abstraxerit foribus: aut fuga talium, si euenerit, sacerdoti quærenda est: aut damnorum sententia secundum electionem principis [b] huiusmodi sacerdotibus irroganda.

† *al. obcelentur.*]oti.
† *al. progredientes.*
† *al. qualiter requisita natura usum debitis explerent locis.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 3. *&* 5.

¶Ante securitatem acceptam de atrio ecclesiæ fugitiuus non cogatur exire. C. XXXVI.

Raban. penit. c. 22. Burch. l. 3. c. 190. Iuo p. 3. c. 107.

ID constituimus obseruandum, quod ecclesiastici canones decreuerũt, & lex Romana constituit, vt ab ecclesiæ atrijs, vel domo [c] episcopi reos abstrahere oĩno non

[a] Defendat.] Sed quis puidebit istis interim in expẽsis. Respondeo, ecclesia, ut C. de his qui ad eccl. confu. l. pẽsenti. in fi. sicut custos carceris prouidebit: capituis. C. de episco. audi. ut iudices.

[b] ¶ Principis.] idest, iudicis i ecclesiastici, uel principalis psonæ, scilicet actoris. & sic non obst. 96. d. denique.

[c] ¶ Papæ, ut no. de cõsec. dist. 1. corpora. Arch.

ID constituimus.] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima dr, ꝙ si debitor confugerit ad ecclesiam. secundũ leges & canones non debet petenti restitui, nisi dato sacramento de indemnitate personæ, ita quod postea debitor ille satisfaciat ei cuius est debitor: si uero post datum sacramentum debitorem in persona offenderit, debet anathematizari. Si autem creditor petat & exigat a debitore ultra quàm debeat, & propter hoc debitor ab ecclesia cõfugerit: sibi imputet creditor, qui plus exigebat. In secunda parte dr, ꝙ si seruus propter culpam aliquam ad ecclesiam confugerit, dato sacramento de

Idest, obnoxius propter furtum uel rapinam, uel mutuum quod reddere nolebat, uel quod negabat. [Cui reus,] Idest, debitor. [Componi.] Idest, damnum resarciri, uel debitum reddi. [Intentione,] idest, amplificatione uel augmento pœnæ uel pecuniæ faciente: qui non opponeret nisi plus daret.

[c] ¶ Vel domo.] Quæ domus erat intra quadraginta passus, ut 41. dist. cps vilem. & de consecrat. d. 3. cps. idem tamen priuilegium habet, si esi extra i stos passus. Ioan.

a ¶ Con-

Digitized by Google

a ¶ Conſignare.] Ideſt tradere.
b ¶ Vt ei.] Ideſt cum eo.
c ¶ Criminoſus.] Ideſt, obnoxius.
d ¶ Conuiuio.] Ideſt, conſortio.

liceat: ſed nec alteri conſignare, [a] niſi ad Euangelia datis ſacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri: ita vt ei, [b] cui reus fuerit criminoſus, [c] de ſatisfactione conueniat. Quòd ſi quis ſacramenta ſua conuictus fuerit violaſſe; reus periurij non ſolum a communione eccleſię, vel omnium clericorum, verumetiam, & a catholicorum conuiuio [d] ſeparetur. Quòd ſi is, cui reus eſt, noluerit ſibi β intentione [e] faciente componi, & ipſe reus de eccleſia actus timore diſceſſerit; ab eccleſiæ clericis non quæratur. ¶ Seruus etiam, qui ad eccleſiam confugerit pro qualibet culpa, ſi a domino pro admiſſa culpa ſacramẽtum ſuſceperit; ſtatim ad ſeruitium domini ſui redire cogatur, & poſtquam dato ſacramento domino ſuo fuerit conſignatus, ſi aliquid pœnæ pro eadẽ culpa, qua excuſatur, γ probatus fuerit pertuliſſe; pro contẽptu eccleſiæ, & prævaricatione fidei, a communione, & conuiuio catholicorum extraneus habeatur. Si vero ſeruus pro culpa ſua ab eccleſia defenſatus ſacramenta domini † clericis exigentibus de impunitate percepe rit; exire nolentem a domino liceat occupari. [f]

.5. unc.l.3.c.198. 10 p.3.c.109. nn.l.2.c.73.

l. ſui domini.

α ¶ Reos.] *Sic eſt emendatum ex originali, Rabano, Burchar. & Iuone, cum in Gratiani codicib. etiam manuſcriptis legeretur,* eos.

β ¶ Noluerit ſibi.] *Antea legebatur,* uoluerit. *Mutatũ eſt ex concilij exemplarib. etiam manuſcriptis, & nonnullis ipſius Gratiani, & cæteris collectoribus, quamuis in recentiore Colonienſi editione abſit dictio,* ſibi.

γ ¶ Excuſatur.] *Sic in omnibus Gratiani, & conciliorũ codicibus impreſſis, & manuſcriptis. Apud cæteros collectores eſt,* acculatur.

5 *Occaſione namque religionis ſeruus dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere non debet.*

Vnde in Gangrenſi concilio, c.3. legitur.

¶ Religione occaſionis dominum ſuum non audeat ſeruus contemnere.

C. XXXVII.

6. c. 102. & 48.

vij SI quis ſeruum alienum occaſione religionis docet dominum ſuum contemnere, & eius miniſterium deſtituere, ac non potius docuerit eum ſuo domino bona fide, & cum omni honorificentia deſeruire, anathema ſit.

rũ carum ſyxt. Bracha.

Item ex concilio Martini Papæ, c.47.

¶ Corripiatur duriſſime, qui cauſa religionis docet ſeruum dominum ſuum contemnere.

C. XXXVIII.

.25. .43.

viij SI quis ſeruum alienum cauſa religionis doceat contemnere dominum ſuum, & recedere a ſeruitio eius duriſſime in omnibus arguatur.

ha.5. c.4.

Item ex concilio Carthaginenſi, c.26.

¶ Primati inſinuetur neceſſitas, quæ res eccleſiæ diſtrahere compellit.

C. XXXIX.

45. 153.

NVllus res eccleſiæ diſtrahat. Quòd ſi

c ¶ Intentione.] i. plus debito requirit.

f ¶ Occupari. auctoritate propria, vt videtur ext. de immu. eccl. inter licet ſit argu. contra. ſup. ea. c. proxi. in fin. & C. de his qui ad eccl. confu. l. 3. Ioan.

OCCASIONE. Hæc eſt 5. pars q. in qua probatur, q͡ ſeruus occaſione religionis non dẽt dominũ carnalẽ fugere, & hoc facit per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſup. in §. verũ. q͡ ſerui occaſione religionis dominos fraudabant iure ſuo: nunc oſtendit hoc nõ eſſe faciendum.

SI quis ſeruum.] CASVS. Dicit in hoc c. ſi q̃s occaſione religionis docet ſeruũ dñm ſuũ contemnere, & ab eius ſeruitio recedere, anathema ſit. Idem dicitur in ſeq. c. cuius caſus patet.

NVllus.] CASVS. Facta interpoſitione de ſacrilegio, reddit magiſter ad principale, q͡ poſitũ. ſ. ad tractatũ propoſitæ quæſtionis, ſ. q͡ res eccleſiæ nõ ſunt alienandæ. Eſt ergo caſus talis. Statutum fuit in Carth. conc. vt nullus res eccleſiæ ſubtrahat: ſi aũt neceſſitas immineat debiti, & eccleſia nõ habeat redditus vnde ſoluat: tunc fieri põt alienatio poſſeſſionis: ſed fiat hoc cũ conſenſu primatis, & cũ ſtatuto numero eporum. ſi vero tanta ſit neceſſitas, vt ſup hoc primas. i. patriarcha cõſuli non valeat, fiat alienatio corã duobus, vel trib. vicinis epis, & poſtea in cõcilio patriarchæ ſignificet. ſi q̃s vero cõtra fecerit, depoñ. Hoc hodie locũ, nõ habet, q̃a epi tñ de conſenſu canonicorũ poteſt alienare, vt 12. q. 2. fine exceptione.

a ¶ Red-

Digitized by Google

redditus [a] nō hēt, & aliqua nimia necessitas cogit, hāc insinuandam esse primati ipsius prouinciæ censemus, ut cum statuto [b] numero eōrum, vtrum faciendum sit, arbitretur. Quòd si tanta vrget necessitas ecclesiæ, ut non possit [c] ante † primatem consulere; saltē uicinos testes [β] conuocet episcopos, curans ad concilium referre omnē ecclesiæ necessitatem. Quod si non fecerit; reus Deo, & sancto concilio venditor honore amisso [γ] teneatur.

¶ *Hoc est c. 26. Carthaginensis vnici inserti in codice canonum, itemq; Graci quod sumptum est ex c. 4. concilij quinti Carthaginensis. In neutro tamen sunt hæc omnino verba,* nullus res ecclesiæ distrahat. *sed,* Placuit, vt rē ecclesiæ nemo vendat, *quemadmodum, & apud Iuonem.*

† *al. ante consulere.*

a ¶ Quod si redditus.] *Græcè est, ὑπερ πράγμα ἐὰν προσόδος μὴ ἔχῃ i.* Quæ quidem res si redditus non habeat.

β ¶ Vicinos testes.] *Sic in codice canonum, & fere in greco canone, & in margine recentiorum Colonienſium editionum. In contextu autem ipsarum, & vetustiorib. editionib. ac duobus, Vaticanis codicib. & apud Iuonem legitur,* saltem post factū curiositatem habeat, & vicinis epis hoc ante indicare, & ad concilium, &c. *In Sorienſi autem regio,* curet hoc statim agere, vel vicinis, &c.

γ ¶ Honore amisso.] *Verba hæc sunt in concilio inserto in codice canonum, in codice Sorienſi regio, & canone græco. Absunt autem ab omnib. editionib. concilij quinti Carthaginēſis, & duob. Vaticanis exemplarib. & Iuone.*

Item ex concilio Agathenſi, c. 56.

¶ Sine licentia episcopi quidquid abbas vendiderit, in irritum deducatur. C. XL.

IN venditionibus, quas abbates facere præsumunt, hęc forma seruetur, vt quidquid sine episcopi [d] licētia [δ] venditum fuerit, ad potestatem episcopi reuocetur. Iuo p. 3. c. 163.

¶ Mancipia vero monachis donata ab abbate non liceat manumitti. [e] Iniustum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur. supra d. 54. abbati.

δ ¶ Licentia.] *Sic est adscriptum in margine in recentioribus Colonienſib. editionibus: sed in antiquioribus, & codicibus manuscriptis, & apud Iuonem est,* notitia.

6 *Etiam si episcopo consentiente [ε] monasterij possessio ab abbate data fuerit, nullius momenti erit donatio: nisi forte in ecclesia fabricam erigendam donatio processerit. Quo casu tantum ei donare licet, quantum ecclesia parietes concludunt.*

Vnde Gregorius scribit lib. 7 indict. 1. epist. 33. Ioanni episcopo Scyllacano.

a ¶ Redditus.] id est, mobilia bona, quæ sufficiunt ad soluendum debitum.

b ¶ Vt cum statuto.] illud hodie non requiritur, qa hodie sufficit consensus episcopi, & capitulū. 12. q. 2. sine exceptione, & extra de ijs quæ fi. a præla. quanto, & c. cum Apostolica. 1

c ¶ Non possit. Arg. est hic, ꝙ si propter periculu morę non possunt absentes vocari ad electionem, ꝙ eis absentibus, & nō vocatis pōt fieri electio. 2 vt 96. d. c. 1. ver. Eulalius, & 26. q. 6. Aurelius Io.

IN venditionib.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dī, ꝙ si abbas aliqd alienauerit sine licētia episcopi, ꝛ ēpm dēt reuocari. In 2. par. dicitur, ꝙ abbas mancipia monasterio donata manumittere non dēt. ut ipsi otio potiātur libertatis. & monachi rurali opere fatigentur. Secunda pars, est ibi, [Mancipia.]

d ¶ Episcopi.] Quidam dicunt id quod hic dicit, & 12. q. 2. abbatib. hodie non tenere, per id quod est infra prox. q. 2. nullam, ubi dicitur, quod tota dispositio monasterij ad abbatem pertinet: sed eis obuiat quod est ext. de reb. eccl. nō alie. c. 1. Hoc scias ꝙ nullum prędium potest alienari inconsulto ēpo loci in cuius diœcesi sitū est prædium, ut C. de prēd. mino. l. si prędium, & ext. de foro cōp. c. fine.

e ¶ Manumitti.] qa qui manumittit mancipium ecclesię, dum dabit ecclesiæ pro illo, ut 12. q. 2. episcopus qui sed cū abbas nihil hēat. ergo nihil pōt dare, ut 54. dist. abbati. Io.

ETIAM. Hæc est 6. pars q. in qua dī, ꝙ non potest abbas ēt ēpo consentiente dare loca aliqua in damnum monasterij. Io. de Fant.

CASVS. Nūc ostendit Grat. ꝙ etiam consentiente episcopo abbas sine cōsensu monachorum, uel etiam cum consensu, si ecclesia lædatur, dederit possessionem, quòd non valet donatio nisi in fabricam ecclesiæ erigendam quo casu uasu episcopi in seq. cap. quia episcopo dedit abbas. & ipse ēps non potuit confirmare donationē sibi factam, quia nemo potest præstare auctoritatem rei propriæ, ut ext. de insti. cum ad nostram, & ff. de aucto. tuto. l. 1.

f ¶ Episcopo consentiente.] Non dicit bene, quia bene potest auctoritate episcopi; sed ideo reprobatur donatio facta ab abbate cū consensu

1 De hoc est no. 12. q. 1. c. 1. ver. ꝙ si necessitas.

2 Ad idē ext. de elect. ꝙ si cui, & c. cum inter uniuersas.

De hac materia no. 7. q. 1. Sactus. Arch.

Prædia monasterij incōsulto ēpo nō possunt alienari.

3 Die, ꝙ nō sufficit cōtensus epi, nisi cōuentus abbatu consentiant. ext. de reb. eccl. non alie. c. 1. in fi. & ext. de his q̄ fiunt a præla. c. 2. & c. ea nostri, & ext. de reb. eccl. non alien. c. ad nostrā. fm. Host. quita not. in p̄di. c. 1. de reb. eccl nō alie. Arch.

QVeſti nobis.] CASVS. Monachi cuiuſdam monaſterij ſunt conqueſti, & abbas eorum donauerat terram ſexcentorum pedum in caſtro Scyllaceno ſub prætextu eccleſiæ fabricandæ. quare Papa præcepit epiſcopo vt omnes poſſeſſiones extra muros eccleſiæ ad vſum

¶ Nullo titulo res monaſterij valent ab eius iure ſegregari. C. XLI.

QVeſti nobis ſunt prædicti monaſterij monachi, abbatem ſuum terram intra Syllacænum [a] caſtrum, quæ in DC. pedes extenditur, ſub prætextu fabricandæ eccleſiæ fraternitati tuæ, donationis titulo conceſſiſſe. Et ideo, volumus quantum parietes poſſunt ædificatæ eccleſiæ circundare, iuri eccleſiæ vendicari [a]. Quidquid vero extra parietes eiuſdem eccleſiæ eſſe poterit; ad iura monaſterij ſine difficultate aliqua reuertatur [b]: quia nec mundanorum legum, nec ſacrorum canonum ſtatuta permittunt res monaſterij de iure eius quolibet titulo ſegregari. Eapropter donationem eiuſdem terræ, quę contra rationem facta eſt, ſine aliqua dilatione reſtitue.

a ¶ Intra Scyllacænum.] *Sic eſt emendatum ex multis codicibus epiſtolarum: à qua lectione nonnulla Gratiani exemplaria parum diſcrepabant. In vulgatis erat* in Tranquillitanum caſtrum.

PALEA. C. XLII.

Inf. 18. q. 2. quã ſt. §. hanc ergo.

HAnc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni in futuro tempore a te, & ab omnibus epiſcopis firmã ſtatuimus, illibatamque ſeruari: vt & ſuæ eccleſiæ iuuante domino, tantummodo ſint iure contenti: & monaſteria eccleſiaſticis conditionibus, ſeu angarijs, ſiue quibuſlibet obſequijs ſæcularibus nullo modo ſubiaceãt, nullis canonicis iuribus deſeruiant: ſed remotis vexationibus diuinũ opus cum ſumma deuotione perficiant.

¶ *Hæc palea abeſt à vetuſtis exemplaribus, vno excepto, & hucte mere translata eſt: cum habeatur infra 18. q. 2. c. quàm ſit. § hanc ergo. vbi nonnulla notabuntur.*

7 *Sed notandum eſt, quòd aliud eſt in ſuos, vel propinquorum vſus res eccleſiæ conuertere (quam perniciosũ cupiditatem ſacri canones vbiq; prohibent, & damnabilẽ oſtendunt: aliud eſt, quod ex diſpenſatione charitatis, humanæ infirmitati conſulitur: vt quondam illi ſua reddantur, qui in ſacro propoſito manere contemnit. Quod non tam iure fori, quàm iure poli nonnullos ſanctorum feciſſe legimus. Beatus enim Ioannes Euangeliſta duob.* [c] *iuuenibus, quos pœnituerat omnia ſua pro Chriſto reliquiſſe, & pauperibus erogaſſe, aurum, & gemmas reddidit, vt cuncta, quæ vendiderant, ſibi redimerent. Sed obũcitur, beatus Ioannes non oblata reddidit, quę pauperibus iam erogata fuerant, ſed alia recompenſauit, quæ in pauperũ, vel eccleſiarum facultatibus nunquam computata fuerant. Similiter ſi abbas* [d], *vel epiſcopus aliqua habuerit, quæ in eccleſiaſticis facultatibus nondum ſunt adnumerata,*

Abdias lib. 5. hiſtoriæ Apoſtolicæ.

vſum monaſterij euocentur: quia ſecundum leges & canones res monaſterij non poſſunt ab eccleſię dominio ſeparari.

a ¶ Vendicari.] Tamẽ hæc eccleſia erit ſub alio monaſterio de cuius reb. conſtructa eſt, vt 12. q. 2. Apoſtolicos.

b ¶ Reuertatur.] Arg. q donatio pro parte eſt valida, & pro parte non, vt 12. q. 2. ſi quos. Sed nonne iſta eccleſia habebit viam, qua ibitur ad ipſam? nam qui habet hauſtum, iter debet habere, vt ff. de ſer. ruſt. prædi. item ſic. §. qui habet hauſtum. Reſp. ſic habebit: ſed monachi non cogentur gratis eam dare, cogentur tamẽ viam vendere iuſto pretio, vt ff. de relig. ſi quis ſepulchrum.

SED NOTANDVM EST. Hæc eſt 7. pars q. in qua ſolvit quæſtionem principalem. ſ. vtrum abbas debeat conuerſo apoſtatæ reſtituere ſua & dicitur q non debent ei reddi, ſed finere q recipiat. & hoc probat per æquitatem canonicam. Io. de Fan.

CASVS. Hic determinat Ora. an abbas debeat reddere ſua nacho retro abeũti, & dicit q conuertere res monaſterij in ſuos vel propinquorum vſus, eſt perniciosum: ſed ex diſpẽſatione charitatis cõſulitur infirmitati humanæ, ſi quondã ſua reddantur monacho retro abeunti, quod magis fit iure poli, quàm iure fori. Et q hoc fieri poſſit, probat exemplo Io. Euangeliſtæ: q duobus iuuenib. cuncta reddidit, quos pœnituerat ſua pro Chriſto pauperib. erogaſſe Poſtea obijcit cõtra hãc ſolutionẽ & dt q Ioan. Euangel. nõ reddidit erogata iam pauperib. ſed alia: ſic & abbas quæ ſunt inter facultates eccleſiaſticas deputata, non reddet recedẽti, ſed alia. Poſtea ſupponit exemplum Aurelij: quod magis videtur efficax quã ſupradictum eſt.

c ¶ Duob.] Tito & Eugenio. Sed nonne beatus Ioannes renunciauerat ꝓprijs? vtiq. ergo quidquid habuit, acquiſitum fuit pauperib. vel illi eccleſiæ ad quam ſe tranſtulit. Sed dic q adhuc non peruenerat ad eccleſiam illam. Vel dic quòd de virgis fecit illud argentum quod dedit.

d ¶ Si Abbas.] Sophiſtice & male reſpondet: quia quàm cito abbas habet aliquid, tam tacito fit eccleſiæ ſuæ.

e Et ideo q̃rit hic Hug. qualiter abbas poſſit habere talia: cum oĩa quę ad eũ pertinent monaſterij ſunt. ſimile inueniſ 54. di. ex antiquis. ſm Hug.

Digitized by Google

QVicumque.] CASVS. Quidam clerici cum patres iniuſte filios exhęredabant, totam hæreditatem ſibi relictam reciplebant, & filij repetentib. nihil reſtituebant: quos Auguſtini redarguit in ſermone ſuo: & docet hoc non eſſe faciendum exemplo huius Aurelij Carthaginẽ. epiſcopi, qui reddidit hęreditatem iam ſuſceptam filijs poſtea natis.

¶ Filius pro patre pōt donationē prīs reuocare.

a ¶ Non reddere.] Similе. 14. q. 6. comperimus. Sed nōne filius natus iure cōi poteſt reuocare legitimam portionē ſuam ſi pater omnia bona ſua donauit, vt C. de ioffic. don. ſi totas? Nā ſi aliquis liberto ſuo dedit bona ſua cum crederet ſe non habiturum filios, nunqd filius poſtea non totum partem, ſed etiā totum reuocabit, vt C. de reuo. donatio. ſi nunquam? Reſpō. verū eſt & qđ hic dicitur intelligendum eſt qꝙ ecclēſia nō cogitur totum reddere, ſed tantū legitimā portionem, vel eaqō corrigit legem.

b ¶ Iure fori.] Quaſi dicat, ad hoc non cogebatur iure actionis, ſed quadam naturali æquitate tenebatur. a hoc a quō. ſ. hinc colligitur.

c ¶ Non iure poſſi.] .i. quadam naturali æquitate.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex ſuperdictis cap. monachi recedẽtes, ſua reddēda ſunt: ſed poſtea dicit hanc nō eſſe veram ſolutionem: ſed aliā veram ſubdit, dicens, qꝙ licet Aurelius illi ruſtico qꝙ propriis nō renūciauit, nec habitū mutauit, ſua laudabiliter reddidiſſet: non tñ ꝓpter hoc exemplum monacho eunti in apoſtaſiam ſunt reddenda. ſed potius eſt cōpellendus vt in religione perſeueret. Veruntamen ſicut tenemur inimicis & perſecutoribus neceſſaria miniſtrare, ſic ꝓpter ſcandalū vitandum, & mortem monachorum, & incendium monaſterij recedenti de monaſterio ſua laudabiliter finantur auferri, etſi non reddantur.

1 Legitimā. hāc limitationē ad dic. l. ſi vim qꝙ ſequitur Bal. in l. 1. coll. vlt. & ibi Pau. col. 2. Arc. & alij hic. Bar. in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2. laſi. in auth. ſi qua mulier, col. 2. C. ād ſacroſ. eccl. ſed hæc limitatio eſt falſa qꝙ immo in totū reuocat, vt idem Bal. cōſuluit conſ. 215. pū. Qui li. 5. Ph. Dec. in l. licet. no. 3. i fi. C. de pact. Fran. Rip. in d. l. ſi vnquā. qō. 49. & idē And. Tiraq. charta 93.

d ¶ Vtilius.] Vt ſup. q. 5. non omnis.

Vidam abbas.] CASVS. Supra in 16 cauſa dictum eſt, quòd eccleſiæ & res eccleſiarum ſunt in poteſtate epiſcopi. & in proxima cauſa ſuperiori quæſt. 4. in illo cap. in venditionibus dictum eſt, quòd abbates non poſſunt ſine licentia epiſcopi res eccleſiæ alienare: ſed ne propter hoc viderētur monaſteria ſubiecta ex toto epiſcopis ſicut aliæ eccleſiæ ſeculares; ideo magiſter annectit hanc

exemplo beati Ioannis det illa recedẽti, oblata vero eccleſia retineat. ¶ *Sequetur* † *ergo aliud exemplum, quo cadẽ, quæ oblata ſunt, laudabiliter reddenda monſtrentur.* † *al. ſequatur*

Ait enim Auguſtinus in ſermone 2. de vita clericorum. Et ſer. 52. al. 53. ad fratres i eremo, & in conc. Aquiſgr. c. 122. Iao p. 3. c. 177.

¶ Non debet eccleſia ſuſcipere, quæ filio exhæredato ſibi offeruntur. C. XLIII.

QVicunque vult exhære dato filio hæredem facere eccleſiam; quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum: immo, Deo propitio, nullum inueniet †. Quàm laudabile factum ſanctī & venerandi epiſcopi Aurelij Carthaginenſis? quomodo impleuit os omnium, qui ſciunt, laudibus Deū? Quidam enim cum filios non haberet, neq; ſperaret, res ſuas omnes (retento ſibi vſufructu) donauit eccleſiæ. Nati ſunt ei filij poſtea: & reddidit epiſcopus, nec etiam opinanti illi, quæ donauerat. In poteſtate habebat epiſcopus non reddere [a], ſed iure fori [b], non iure poli † [c]. † *al. inueniet.* † *al. celi*

Ecce, quòd aliquando oblata iure & laudabiliter reddūtur. Veruntamen non hoc exemplo, recedenti ſua reddenda monſtrantur. Aliud eſt enim in profeſſione ſuæ vitæ perſiſtere: aliud à propoſito ſui ordinis diſcedere. Si ſanctus Aurelius degenti in laicali habitu oblata reddidit, quia poſt oblationem filios accepit; non ideo in apoſtaſiam euntibus ſua reddenda ſunt, quibus vtilius [d] neceſſaria ſubtraberentur, vt coacti redirent ad ordinem, à quo receſſerant. Sed ſicut inimicis, & perſecutoribus iubetur neceſſaria ſubminiſtrare, ſicut ab Apoſtolo monetur tempus redimere, vt expeditius orationi vacemus; ſic ne eccleſia ſcādalum patiatur, ne diſcedens in deteriora præcipitetur, ne in perniciem monachorum, aut incendium monaſterij occaſione ſuorum exardeſcat; laudabilius ſibi ſua non dico reddantur, ſed auferri ſinantur, quàm ab illo iſta inferantur. 1. Cor. 7.

CAVSA XVIII.

QVidam abbas conſecratus in epiſcopum, prius monaſterio multa contulit; poſtea in epiſcopatu plura acquiſiuit: cui cū fratres ſucceſſorem quærerent, epiſcopus loci ſemet electioni volebat inſerere, vt per ipſum abbas in monaſterio ordinaretur: fratres renitantur.

Digitized by Google

ſit cauſam, vt oſtendat in quibus monaſteria à iuriſdictione epiſcoporum ſunt exempta, quòd vt competentius oſtendat, proponit themata, duas inde elicions quæſtiones. Cæterum autem thematis per ſe patet: nec indiget expoſitione.

Prima

1 *Quæritur primo, an monaſterium poſſit petere, quæ ab epiſcopo quæſita ſunt, an epiſcopalis eccleſia poſſit ſibi vendicare, quæ monaſterio fuerunt tradita* †.

† al. contradita

2 *Secundo, an per epiſcopum abbas ſit eligendus, & ordinandus, an tantummodo à propriis fratribus ſit inſtituendus.*

QVÆSTIO PRIMA.

PRima quæſtio [2] *terminatur in concilio habito apud Alteum, in quo ſic ſtatutum legitur.*

¶ Burchardus *lib. primo, cap. 230. citat concilium apud Alsh. præſente Conrado rege, itemque. Ivo par. 5. cap. 343. ſed ex primo* Altheim. *Idem vero par. 14. cap. 116. plura de hoc concilio refert his verbis.* Regno Conradi piiſſimi, & chriſtianiſſimi regis quinto congregata eſt ſancta generalis ſynodus apud Altheim (al. Altheum) in pago Rethia, præſente videlicet domini Ioannis Papæ Apocriſario, ſanctæ Hoſtienſis eccleſiæ Petro venerabili epiſcopo.

¶ Qui de monacho epiſcopus ordinatur, quòd ante conſecrationem habuit, monaſterio; quòd vero poſt conſecrationem acquiſiuit, propriæ eccleſiæ relinquat. C. I.

c. 1. c. 131. p. 5. c. 343. STatutum eſt, & rationabiliter ſecundũ ſanctos patres à ſynodo confirmatum, vt monachus, quem canonica electio à iugo regulæ monaſticæ profeſſionis abſoluit [b], & ſacra ordinatio de monacho epiſcopum facit; velut legitimus [c] hæres paternam ſibi hæreditatem, poſtea iure vẽdicandi poteſtatem habeat: ſed quidquid acquiſierat, vel habere viſus fuerat; monaſterio relinquat, & abbatis ſui, qui fuerat ſecundum regulam ſancti Benedicti, arbitrio. Poſtquam enim epiſcopus ordinatur, ad altare, ad quod ſanctificatur, & titulatur †, ſecũdum ſacros canones, quod acquirere poterit, reſtituat [d].

imitulatur

Prima quæſtio.] CASVS. Hic intimatur 1. quæſt. qua quæritur, an monaſterium poſſit petere quæ epiſcopus poſt conſecrationem ſuam acquiſiuit, & an epiſcopalis eccleſia poſſit vendicare ſibi quæ ipſe epiſcopus potius habuerat monaſterio? & in vtraq; quæſtione certum eſt non, vt inf. probatur. c vno.

Prima quæſtio.] Certum eſt vt quamdiu eſt abbas monachus in monaſterio, ipſi acquirit: ſed] quid acquirit factus epiſcopus, acquirit epiſcopali ecclie inf. ea. cap. 1. & hoc forte obtinet cum eſt transfecte ad eccleſiam epiſcopalem, vt inf 21. q. 2. ſi à translatus. Sed quia[tantũ eſt confirmatus, tamen non eſt translatus? Videtur velle littera quòd dicitur: abſoluit, &c. quod acquirit epiſcopali: ſed illa littera, poſtquam. &c. videtur ad priorem poteſt dici cum Hug. quòd non prius ſecundæ eccleſiæ, quæ, quàm ſit adeptus corpo-

1 Ad hanc materiam facit qđ leg. & nota. extra de priui. quidã & 16. q 1. ne pro cuiuslibet.

STatutum.] CASVS. Quæſitũ fuit in cõcilio apud Alteum, quid debeat fieri de rebus, quas epiſcopus, cum adhuc eſſe monachus, monaſterio donauit: & quid de hæreditate paterna quam acquiſiuit poſtquã factus eſt epiſcop⁹. Et reſp. ead. quæ donauerat monaſterio relinquãtur arbitrio abbatis diſponendas: hæreditatem vero paternã, quam acquiſiuit poſt conſecrationem epiſcopalem, habeat epiſcopalis eccleſia'.

b ¶ Abſoluit.] Ab obedientia, quam fecit abbati. Abſoluitur enim ab obediẽtia ſua cum fit factus de filio pater. Item à monachi regula in ieiunijs, vigilijs, & modo cantand: ſilentio enim non poteſt amodo vacare [cum debeat habere turbam præconis, vt 41. diſtinct. fit rector. Iré poteſt ſibi facere cõmatres, quod prius non licuit, exemplo Gregorij, qui prius monachus factus eſt, poſtea cum eſſet diaconus Cardinalis, cõpater Mauricij Imperatoris factus eſt. De hac materia plene inuenies 16 q 1. c. 1. 2. & 3 & quæſt. 7. in noua.

c ¶ Legitimus.] Immo etiam monachus exultens legitimus hæres eſt, quam in

Monachus ius ſuccedẽdi non dat monaſterio.

d ¶ Quod acciderit per trãslationem, ad eccleſiam ſæcularem, vel aliam prælatorum. 16. q 1. ne prorſus libet. extra de electõ conſtitutis. Arch.

Digitized by Google

SEcundam vero.] ¶ Hæc qō.diuiditur in 11. partes. In quarum prima continetur quod in c.ſeq.dicitur. Secunda ibi,[Econtra.] Tertia ibi,[Ecce in Toletano.] Quarta ibi, [Hinc ēt.] Quinta ibi,[Itē sūt.] Sexta ibi, [Abbate.] Septima ibi, [Pro huiuſmodi.] Octaua ibi, [Nō ſolū.] Nona ibi,[Prohibentur.] Decima ibi,[Item sūt.] Vndecima ibi, [Viſitādi.] Duodecima ibi,[pro talibus.] Ioannes de Fant.

CASVS. Hic intitulatur,2.q.in qua quæritur an abbas ſit eligēdus, & inueſtiendus per epiſcopū, an per monachos? Et certum eſt q̄ per monachos eſt eligendus, vt inf.ea. abbatē per epiſcopum vero inſtituendus, vt infra c.1. excipiuntur monaſteria priuilegiata, vbi abbates p̄ monachos eliguntur, & inſtituūtur, vt infra ead. abbas. vel potius per Apoſtolicū, ſi immediate ſunt ei ſubiecta, vel per alium abbatem, cui immediatè ſubiectum eſt monaſteriū, inſtituitur abbas.

a ¶ Secundam vero.] Quæſtio ſecunda nō eſt dubia: quia tantum monachi eligēt, vt infra ea. abbatem. Ioan.

HOc tātum.] CASVS. Quidam epiſcopi vendicabāt in monaſterio plus q̄ canones cōcedebāt: & ideo in cōcilio Tolet. ſtatutum fuit, vt de cætero non vendicent in monaſterijs epiſcopi, niſi quod canones ſibi concedunt, ſcilicet monachos promouere, & bonum abbatem, & alios prælatos inueſtire, & maleſacta contra regulam corrigere. ſi vero vitra præſumpſerint, excommunicentur.

Ips nō plus pōt petere ab eccleſijs, q̄ qđ ex canonibus ſibi dēri probat.

b ¶ Hoc tantum.] Argu. q̄ non poteſt eps plus ab eccleſijs petere quàm quod ex canonibus ſibi deberi probat, vt 9 q. 3. conqueſtus. & 10. q. 3. quia cognouimus.

Monachorum coerciō ad quē ſpectat.

c ¶ Inſtituere.] Id eſt, confirmare. Vel dic proprie q̄ inſtituit, cum ſint negligentes, vt 9. q. 3. cum ſcimus. Vel etiam poteſt aliū inſtituere cū monachi minus idoneum volunt eligere, vt infra ea. q ſi quis abbas.

d ¶ Corrigere.] Ergo coerciō monachorum ad epiſcopum ſpectat; vt 50. diſt. accedens. inf. ea ſi qs abbas. &c. abbates. & c. cognouimus. Dicunt quidam, q̄ in minimis exceſſibus ab abbate, vel priore ſunt puniendi: ſed in maioribus ab epo, vt extra de ſen. ex com. monachi. & 90. d ſi qs monachus. & 12 q. 1. non dicatis. Sed melius dicatur, q̄ ſi ordine iuris agitur contra monachum, q̄ coram epo ſit agendum, vt 11. q. 1. de perſona. ſecus ſi non in forma iuris. extra de appel. reprehenſibilis. Ioā.

CONTRA. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probatur per 7. cap. q̄ de iure communi ad monachos tantum ſpectat electio abbatis: & ſi populum non habent non ſubſunt epiſcopo lege dioeceſana, ſed tantum lege iuriſdictionis. Io de Fan.

CASVS. Supra in hoc c. tantum dictum eſt, q̄ epiſcopi alia-

QVAESTIO II.

ECundam vero [a] *quæſtionem terminat auctoritas Toletani concilij quarti, c. 50.*

¶ Abbates, & alia officia per epiſcopos debent inſtitui. C. I.

HOc tantum [b] ſibi in monaſterio vendicent ſacerdotes, quod præcipiunt canones, ideſt monachos ad cō uerſationem ſanctam p̄monere: abbates, aliaq, officia inſtituere [c], atque extra regulam facta corrigere [d]. Quòd ſi aliquid in monachos canonibus interdictum præſumpſerint, aut vſurpare quidpiam de monaſterij rebus tentauerint; non deerit ab illis ſententia excommunicationis.

2 *Econtra Gregorius ſcribit Caſtorio Ariminenſi epiſcopo.*

¶ Congregatio monaſterij, non epiſcopus, aut aliquis extraneorum abbatem inſtituat. C. II.

j ABbas in monaſterio non per epiſcopum, aut per aliquem extraneorum ordinetur [e]; neq; ab epiſcopo Miſſa [f] ibi celebretur, vt nulli eccleſiæ ſubiiciatur [g].

¶ Huius capitis eadem eſt ſententia ac ſequentis; in qu ſunt ipſa B. Gregorij verba. Itaq; hæc videtur ſumma quædam ſequentis, & propterea in aliquot vetuſtis exemplaribus non ſunt aſſumpta.

Idem eidem Caſtorio epiſcopo, lib. 4. epiſt. 43. ſeu c. 87.

¶ De eodem. C. III.

j ABbatem cuilibet † monaſterio non alium, ſed quē dignum moribus, atque actibus monaſticæ diſciplinæ cōi conſenſu congregatio tota popoſcerit, ordinari † volumus. Miſſas autem publicas [h] per epiſcopum, vel clericos in † monaſterio fieri omnimodo prohibemus.

Anſl. 7. c. 174. Poly. l. 3. tit. 15. & lib. 4. tit. 33. Pann. l. 3. 16. 8.

† al. eidem] orig.

† al. illic] orig.

† al. volumus te ordinare] orig.

aliquid iuris ſibi poſſint vendicare. Nunc Gratianus vult oſtendere contrarium, & ad hoc inducit ſequentia cap.

A Bbas.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̄ abbas in monaſterio ordinari debet per monachos, & non per epiſcopum: nec ibi Miſſa per epm celebretur, ne per hoc oſtendatur alicui eſſe ſubiectum. Idem verē dr in duobus ſequentibus c. cuius caſus patent, & per te formabis. Aliquid tamen plus addetur in 3 cap. Et not. q̄ hoc quod ibi dicitur, intelligitur de monaſterijs exemptis.

e ¶ Ordinetur.] Id eſt, eligatur.

f ¶ Miſſa.] Publica, conuocato populo: niſi ſit de voluntate fratrum, vt infra ea. ſummoſu.

g ¶ Subijciatur.] Quoad legem dioeceſanam 1. vt 16. q. 1. cum pro vtilitate niſi in caſu, vt 12. q. 2. Apoſtolicos. eo ipſo ergo q̄ ep. in aliquo loco celebrat, præſumitur locus ei ſubiectus. arg 7. q 1. pontifices. Hoc tamē ſcias, q̄ eps pōt ſubijcere vnā eccleſiam alij, vt ext. de excel. pla. licet. & ēt aliqua eccleſia pōt ſe ſubijcere alij hoc eſt nō prēiudicat epo. extra de dom. inter dilectos.

[1] Locus quē ad legem iuriſdictionis 16. q. 1. interdicimus. inf. e. ſi quis abbas. & caſeq. de hoc not. 10. q. 1. in ſum.

h ABbatem.] ¶ Publicas.] Quibus populus non intereſt n. ſi inuitet ab abbate, vt inf. e. q. dudū. Io.

Ab-

Digitized by Google

rin. 2 ſen- A Bbatem.] ¶ Dñs.] Arg. eſt hic q̃ electio maxime prælati ſpectat etiam ad patronum. vt 16 q.5. ſiquis epiſcoporum. & q.7. decernimus. & 63. diſtin. principali, & inf. ea. q.2. Eleutherius, ſed nõ eſt ita: vt extra de iure patr. nobis. & inf. c. proxi. Sed ſolennis electio præ-

a ¶ Vel clericos.] *Verba hec non leguntur apud B. Gregorium, omninoque nonnulla videntur conſulto immutata a collectore.*

Item Pelagius Papa Mellito ſubdiacono.

¶Ille debet abbas inſtitui, quem ſua congregatio, & poſſeſſionis dominus ordinari popoſcerit. C. IIII.

luo p.7. c.24.

ij ABbatem in monaſterio illum volumus ordinari, quem ſibi de ſua congregatione, & monachorum electio, & poſſeſſionis dominus, [a] & (quod magis obſeruandum eſt) ordo vitæ, ac meritum popoſcerit ordinari.

Ja conc. Later. ſub Greg. 1. & reg. lib. 7. indic. 1. epiſt. 18. Marinano epiſcopo. Poly. l. 3. tit. 15. Anſel. l. 5. c. 58. luo p. 7. c. 11.

Item Gregorius omnibus Epiſcopis.

¶ De libertate monachorum. C. V.

QVàm ſit neceſſarium monachorum quieti proſpicere, &c. *& infra.* ¶ Interdicimus igitur in nomine Domini Ieſu Chriſti, & auctoritate B. Petri principis Apoſtolorum prohibemus (cuius vice huic eccleſiæ Romanæ præſidemus) vt nullus epiſcoporum, aut ſæcularium [a] vltra præſumat de redditib. vel rebus, vel chartis [β] monaſteriorũ, vel de cellulis [b] vel de villulis, quæ ad ea pertinent, quocumque modo, vel qualibet occaſione † minuere; vel dolos, vel immiſſiones, [c] aut uiolentias aliquas facere *& inf.* ¶ Defuncto vero abbate cuiuſquã † congregationis nõ extraneus [eligatur, † niſi de eadẽ [d] congregatione, quẽ ſibi propria volũtate concors [e] fratrum ſocietas elegerit; & qui electus fuerit, ſine dolo, vel venalitate aliqua ordinetur. Quòd ſi aptã inter ſe perſonam inuenire nequiuerint; ſolerter ſibi de alijs [f] monaſterijs ſimiliter eligant ordinandũ. *& infra.* ¶ Pariter aũt cuſtodiendum eſt, vt inuito abbate ad ordinandũ † [g] alia monaſteria, aut ad ordines ſacros; vel clericatus officiũ tolli exinde monachi non debeant. *& infra.* ¶ Nullus monachus † ſine teſtimonio, & † conceſſione abbatis ſui in eccleſia aliquem locum teneat, vel ad aliquem promoueatur honorem. ¶ Hanc ergo ſcriptorum noſtrorum paginam omni in futuro tẽpore ab omnibus epiſcopis firmam † ſtatuimus illibatamq; ſeruari, vt & ſuæ eccleſiæ, ♱ iuuante Domino, tantummodo ſint iure cõtenti; & monaſteria eccleſiaſticis cõditionibus, ſeu angarijs, † vel quibuslibet obſequijs ſæcularib. nullo modo ſubiaceant. Nullis canonicis iuribus [h] deſeruiant: ſed remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinũ opus cum ſumma animi deuotione perficiant.

¶ *Caput hoc habetur in decreto concilij Lateranenſis edito a B. Gregorio pro quiete, ac libertate monachorum: quod extat ſecundo tomo conciliorum inter decreta Gregorij primi: eiuſq; magnam partem ipſemet refert lib. 7. reg. indict. 1. epiſt. 18. Marinano epiſcopo Rauennati.*

7. q. 3. reg. ep. 7. *quibuſcunque firmam. magarijs, aut procurationi- el quibuslibet obſequijſque.*

QVam ſit.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima dicitur, quod nulli epiſcoporũ vel laicorum de cætero præſumant aliquid auferre de rebus monaſteriorum, & ſuarum eccleſiarum, vel villarum, vel fraudes aliquas eis facere. In ſecunda parte dicitur, q̃ ille abbas eligat, quẽ monachi de ſua cõgregatione elegerint, ſi ĩ ea idoneus inueniat. In tertia parte dí. q̃ p̃ter voluntatem abbatis monachi non debẽt de monaſterio ſuo ad alia monaſteria trãſire, vel ad alios ordines, vel ad aliqd officium eccleſiaſticum ordinari. In quarta parte dí. q̃ ſtatutũ illud debet ab omnibus cp̃s obſeruari. ſ. vt monaſteria nullis canonicis iuribꝰ deſeruiant, q̃bus deſeruiũt eccleſiæ ſæculares: & ep̃i ſuis eccleſijs ſint cõtẽti. Secũda pars ibi. ¶ Defuncto vero.] Tertia ibi. Pariter aut.] Quarta ibi, ¶ Hanc ergo.]

b ¶ Vel de cellulis.] Arg. q̃ capellæ parochiales habẽt idem priuilegium cũ monaſterijs. 16. q.3. inter cætera, ſed nõ eſt ita ut extr. de præb. de monachis. niſi monaſteria eſſent exẽpta tam in capite, quã in membris. 16. q.2. in ſumma.

c ¶ Vel ĩ miſſiones.] Ideſt, exactiones.

d ¶ Niſi de eadem.] Sup. d. 61. nullus inuitis. & c. obtinuit. & c. victoris.

e ¶ Concors.] Et canoni a, ut 62. d. c. 1. & inf. ea. ſi qs abb.

f ¶ De alijs.] Etiã Heremitani, ut extr. de elect. ĩ monaſterium. ar. contra inf. prox. quæſt. ult. in §. penul.

g ¶ Ad ordinandũ.] Si tamen monachus ſit neceſſarius, p ſuperiorẽ cogatur ipſum dare, ut extr. de iure patron. nullus. Sed quid ſi monachus ſit factus Papa inuito abbate: debet ne redire? Sic. & ipſe met compellat ſe redire: quia cũ teneatur de alijs iuſtitiã facere multo fortius de ſe ipſo. ff. ſi ſeruꝰ vend. l. altius.

Monachus factus Papa ne licentia abbatis redire debet.

h ¶ Iuribus.] Quantum ad legem dicecẽſanam. ut 16. q.1. cum pro utilitate, ut no. 1. q.1. in ſumma.

nda eſt principi, uel patrono, ut extra de elect. a. & c. q̃ melius eo. tit. ſacroſanctam, &c. quod 53. d. Reatina, & c. lectis.

Lvminoſo abbate.] CASVS. Luminoſus abbas conqueſtus eſt de epiſcopis Ariminenſibus, q̃ ſuo monaſterio, & alijs multa præiudicia, & grauamina inferebant: & præter uoluntatem monachorum Miſſas publicas in monaſterijs cantabant. Præcepit ergo Gregorius Caſtorio Ariminenſi epiſcopo, vt in monaſterio Luminoſi abbatis, & alijs nullã ptãtem exerceat imperandi, nec aliquam ordinationẽ & leuiſſimam ibi faciat, niſi ab abbate fuerit rogatus. Et intelligitur hoc ca. de monaſterijs exẽptis. Vel ſi intelligatur de non exẽptis, intelligitur de ordinatione officialiũ, quos inſtituit abbas, & non epiſcopus, ut dicit Hug.

a ¶ Luminoſo. Hoc capitulum loquitur de monaſterijs exẽptis, uel priuilegiatis.

b ¶ Publicas. In quibus eſt concurſus populorũ, quæ fiunt in hora tertia, *inf. de conſecr. d. ſt. 1. & hoc.* ſed publicas, id eſt, ſolennes bene cantant.

c ¶ Receſſibus. Potius ergo erunt monaſteria in ſolitudine quàm in vrbe. 16. q. 1. ſi cupis. Vel ſecundum hanc glo. expone receſſibus, i. locis ſolitarijs, vel dic. i. monaſterijs, ad q̃ monachi veniunt de ſæculari conuerſatione recedentes.

d ¶ Collocare.] Vt ibi exerceat iudicia.

e ¶ Ordinationem] *Inf. eod. conuenimus. cõtra,* ſed hic loquitur de exemptis, ibi non: uel ſi hic loquitur de nõ exemptis: tũc dic, q̃ eps hoc facere poteſt, niſi abbas negligens ſit in ordinationibus, id eſt, diſpoſitionibus, ut 9. quæſt. 3. cum ſcimus.

f ¶ Abbate. Sup. 10. q. 1. inter cætera.

PRidem. CASVS. In monaſterio S. Andreæ erat baptiſterium, cuius occaſione monachi patiebantur moleſtias, & incurſionem populorum. Quam præcepit Gelaſius epiſcopo loci, ut baptiſterium inde remoueret, & loco eius altare fundaret, q̃ quia prima uice facere diſtulit, præcipit nunc ſibi, ut ſine mora literis ſuſceptis, hoc exequatur, ne de ſua negligentia moueatur contra eum. Sequens capit. planum eſt, & per ſe patet.

g ¶ Monaſterio.] Epiſcopus ibi fecerat baptiſterium.

a ¶ Aut ſæcularium.] *Abſunt ab aliquibus conciliorum editionibus, & Gratiani manuſcriptis exemplaribus.*

ß ¶ Chartis.] *In concilio legitur,* curtis, *ſed in epiſtola, et apud Iuonem,* chartis.

γ ¶ Nullus monachus.] *Hinc vſque ad finem non habentur in epiſtola, ſed in concilio.*

δ ¶ Vt & ſuæ eccleſiæ.] *In concilio legitur,* Et ſanctæ eccleſiæ, iuuante Domino, ſuo termino, ſiue iure contentę, &c. *In epiſtola vero 43. lib 4. (vbi idem fere ſcribit Caſtorio Ariminenſi epiſcopo hoc modo,* Vt & tua eccleſia, iuuante Domino, ſuo tantummodo ſit iure contenta, & monaſterium illud, &c.

ε ¶ Iuribus.] *In concilio eſt,* curis, *in epiſtola* canonicæve iuriſdictioni.

Item Caſtorio Epiſcopo Ariminenſi.

¶ Miſſas publicas in cœnobio epiſcopi non celebrent, ne aliquod eis grauamen inferant.

Cap. VI.

LVminoſo [a] abbate referẽte plurimis in monaſterijs multa à præſulibus præiudicia, atq; grauamina monachos pertuliſſe cognouimus: Oportet ergo, vt tuę [†] fraternitatis prouiſio de futura quiete, eorũ ſalubri diſponat ordinatione: quatenus cõuerſantes in illis, in Dei ſeruitio, gratia ipſius ſuffragante mente libera perſeuerent. Miſſas quoq; publicas [b] in † cœnobijs fieri omnimodo prohibemus: ne in ſeruorum Dei receſſibus [c], & in eorũ receptaculis vlla popularis cõuẽtus præbeatur occaſio: [Vel mulierum fiat illis† introitus,] quia nõ expedit animabus eorum. Nec audeat ibi cathedram collocare [d] epiſcopus ξ, vel quamlibet poteſtatem exercere imperãdi, nec aliquã ordinationem [e], quamuis leuiſſimã, faciendi, niſi ab abbate [f] loci fuerit rogatus: quatenus monachi ſemper maneant in abbatum ſuorum poteſtate: ut remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinũ opus cum ſumma deuotione animi perficiant.

In eodem conc.

Iuo p. 7. c. 12.

† al. noſtræ, in cõc.

Ibidem inferius, & lib. 4. epiſt. 43.

[Nemus.] orig.

† *ab eo in cœnobio.* in concilij ab epiſcopo.

Ibidem inferius. ſup. c. 5.

¶ *Libro quarto regeſti eſt epiſt. 41. Luminoſo abbati & 43. Caſtorio Ariminenſi epiſcopo ſcripta; in quibus leguntur quæ ad hoc caput pertinent. Propria tamen verba vſq; ad verſ* Miſſas, *non habentur in epiſtolis illis, ſed in concilio, de quo in prox. ſuperiori capite dictum eſt, exceptis primis verbis,* Luminoſo abbate referente, *& ex eo nonnulla ſunt emendata, & addita.*

ξ ¶ Epiſcopus.] *In concilio ſequitur,* ſeu quacumque alia dignitate præditus, aut poteſtate, vel quamlibet poteſtatem imperandi, &c.

† Antea legebatur, *Gelaſius.*

Item Gregorius † *Papa lib. 2. indict. 11. epiſt. 56. Secundino epiſcopo.*

¶ Baptiſterium in monaſterio non permittitur fieri. C. VII.

Polyc. l. 2. tit. 34. Anſ. l. 5. c. 48. Iuo p. 5. c. 55.

PRidem præcepimus, vt de monaſterio ß S. Andreæ

a ¶ Altare.] Hoc idem quia locus fontium non debet pedibus conculcari, ut inf. eod. de conſec. diſt. 1. altaris. & hoc commodius non poteſt fieri, quàm ſi ibi altare ædificetur.

b ¶ Poſt ſuſceptas.] Sic extra de appel. ſuper eo. in fin. Abbas

quod eſt ſuper Maſcalas, baptiſterium propter monachorum moleſtias † debuiſſet auferri, atque in eodem loco, quo fontes sũt, altare [a] fundari: cuius rei perfectio hactenus eſt protracta. Admonemus igitur fraternitatẽ tuam, vt nullam iam moram poſt ſuſceptas [b] præſentes literas noſtras inferere debeas: ſed repleto loco ipſorum fontiũ, altare ad ſacra celebrãda myſteria illic ſine dilatione aliqua fundetur: quatenus & prędictis monachis opus Dei ſecurius liceat celebrare, & non de negligentia ueſtra cõtra fraternitatem tuam noſter animus excitetur.

† al. inſolentias.

Item ex concilio Moguntino.

¶ Cum permiſſione epiſcopi abbas locum ſuum deſerere poteſt. C. VIII.

ij. 11. c. 8. c. 86. & p. 7. c. 104.

ABbas pro humiliatione, & cũ permiſſione [c] epiſcopi locũ ſuum poteſt relinquere: tamẽ eligant ſibi fratres abbatem de ipſis: ſin autem, de extraneis.

3 *Ecce in Toletano cõcilio [d] dicitur, qđ ſacerdotes † abbates, & alia officia iſtituere debeãt. Beatus Gregorius, [e] & Pelagius prohibẽt, dicentes, abbatẽ à fratribus ſua cõgregationis eligendum, & ordinandum. Quomodo ergo hac tanta diuerſitas ad cõcordiam reuocabitur? Sed ſciẽdum [f] eſt, quoſdam monachos eſſe indomitæ ceruicis, & effrænatæ ſuperbiæ: quos dum abbates ad religionem cogere voluerint, in eorum deiectionem conſpirãt, & alium moribus ſuis conuenientem ſibi præficere cõtendunt: quales erant illi, qui in necem beati Benedicti conſpiraſſe leguntur. Pro huiuſcemodi conſtitutum eſt vt abbates, & alia officia per ſacerdotes inſtituantur.*

d. epiſcopi.

Vnde Pelagius Papa ſcribit Opilioni† defenſori dicẽs.

Apellonio.

¶ Non licet monachis abbates pro ſuo arbitrio expellere, aut alios ordinare. C. IX.

c. 185.

NVllam poteſtatem de cætero nullam licẽtiam monachis reliquimus pro arbitrio ſuo aut abbates expellere, aut ſibimet alios ordinare: ‖ quia nulla auctoritas [h] remanebit abbati, ſi monachorum poteſtati cęperit ſubiacere: ut de cætero fideliter, & ſtudioſe vniuerſa, q̃ uel ad diuini cultus reuerentiam, uel ad utilitatẽ eiuſdẽ monaſterij pertinent, abbatis ſolicitudo, ad quem poteſtas tota [i] pertinere conuenit, debeat adimplere.

a ¶ Altare.] Hoc idem quia locus fontium non debet pedibus conculcari, ut inf. eod. de conſec. diſt. 1. altaris. & hoc commodius non poteſt fieri, quàm ſi ibi altare ædificetur.

ſuperiore. Io. de Pant.

CASVS. Nunc G. repetit ſupradictam contrarietatem, & dicit qđ in quibuſdam capitulis dicitur ut abbates & alia officia per epiſcopos inſtituantur & in quibuſdam dicitur contrarium. Sed ſoluit nunc Gratianus, & dicit, quòd illud quod dictum eſt in hoc capitulo hoc tãtum, ſcilicet qđ epũs habet inſtitutionem abbatum, & aliorum officiorum, ſtatuta ſunt propter quoſdam monachos indomitæ ceruicis, qui deponebãt ſuos abbates, qui eos corrigebant, & alios pro ſua arbitrio eligebãt, quales fuerunt quidam beati Benedicti, qui in mortem eius conſpiraſſe legũtur. & ad hoc inducit ſeq. capit.

d ¶ In Toletano cõcilio.] ſup. c. 1.

e ¶ Beatus Gregorius. ſu. c. abbatẽ 1. f ¶ Sed ſciendum.] Magiſter intelligit, quod cap. ſupradicta ex cauſa data ſunt. Ioan.

NVllam poteſtatem.] CASVS. Quidã monachi pro ſuo arbitrio deponere volebant abbates, & alios qñque malos ſicut volebãt ordinabãt. Quare Papa Pelagius pcepit Opilioni defenſori, vt de cætero monachos talem licẽtiam habere nõ permittat. ſed tota poteſtas & ſollicitudo monachorũ & monaſterij ad abbatem pertinebit.

g [e] Alios ordinare.] id eſt, eligere.

h ¶ Auctoritas.] Humani enim moris eſt illũ timere, cuius iudicio nunc erigitur, nũc deprimitur. 16. q. 1. viſis. Nec ſuperiores debẽt inferioribus nimis familiares eſſe. nam ex cõuerſatione æquali naſcit cõtemptus dignitatis. ff. de offi. præſi. obſeruãdum. nec etiam debent ſubditi plꝰ eſſe ſubditi, quàm expediat. 2. quæſt. 8. admonẽdi. Ioan.

i ¶ Tota.] Ergo epiſcopus nullam habet iuriſdictionẽ in monaſterijs & ſic eſt contra 17. q. ulti. in venditionibus. 12. q. 2. abbatibus. ſed iſtud uerbum, tota, nõ excludit epiſcopũ, ſed ipſos monachos, id eſt, ita pertinet ad abbatem, q̃ non ad monachos.

1. Vnde dicebat Lau. ℣ Gratia. vult ponere contrarietatem ubi non eſt. vnde licet ita capitula omnia ſic inducat, tamen totum contrarium eſt dicendũ. ſ. ℣ loquatur de iure communi, ſecundum L. Familiaritas nimia parit contemptum.

Subditi non debent plus eſſe ſubditi, quàm expediat.

s.] Cum permiſſione.] Non enim poteſt ſine ıtia prælati ſuam deſerere eccleſiã, ut extra de monet. 16. q. ult. cap. vlt. 71. diſtin. cap. 1. & 2. .duæ. Io.

Hæc eſt tertia pars quæſtionis, in qua dicitur, nachi non poſſunt abbatem deponere ſine

Digitized by Google

HINC ETIAM. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua probat q̃ omnes monachi pertinent ad prouisionem & correctionem episcopi: & hoc probat per quinque cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Non solum constitutum est ut propter malitiam monachorum epī institutionē habeant in monasteriis, sed ēt, ut clerici singulorū monasteriorū intātum sint sub potestate epōrū. ne alicui eorū liceat absque conscientia episcoporū monasteria ædificare: quod probatur pér seq. c. a ¶ Constitutū est.] Id est, ꝓpter cām. I intelligit enim Gratianus omnia hæc c. ex causa fuisse statuta.

Hoſpitale cō ſtruc.

4 *Hinc etiam constitutum est, a ut clerici singulorum monasteriorum sint in potestate episcoporum: nec alicui liceat extra eorum conscientiam monasteria ædificare.*

Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 4. legitur.

¶ Sine conscientia episcopi, monasterium nullus ædificet. C. X.

QVidam monachorum habitu utentes indifferenter per ciuitates incedunt, nec non & monasteria, & seipsos præsumptione propria commendant. b Placuit igitur neminem aut ædificare, aut cōstruere monasteria, aut oratorij c domum sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi. *Itē, c.* 8. ¶ Clerici in prochijs, d & in monasterijs, aut oratorijs cōstituti sub potestate sint eius, q̃ in ea est ciuitate episcopus, secundū traditionem sanctorū patrū: nec per præsumptionem recedant a suo episcopo. ¶ Eos uero, qui ausi fuerint rescindere huiusmodi institutionē quocūque modo, uel si noluerint subiacere ꝓprio episcopo: si quidem fuerint clerici, pro & personarū ordinatione subiaceant condemnationibus canonū: si vero laici, uel monachi d fuerint; communione priuentur. *Item.* ¶ Clerici, γ e qui pauperum dispositioni, vel monasterio rum, uel oratoriorū præsunt; sub potestate singularum ciuitatum episcoporum secundum canonum traditionē perdurent: neque per suam temeritatem episcopi sui moderationem † declinēt. Qui autē huiusmodi dispositionem quolibet modo subuertere ausi fuerint, & episcopo suo nō obedierint; si quidem clerici fuerint, canonicæ damnationi subiacebūt; si autem monachi, uel laici sunt, à communione suspendantur.

Iuo p. 7. c. 1. Pann. l. 3. c. 74.

Iuo p. 6. c. 358. Poly. l. 4. tit. 34.

cod. c. 8. ex alia uersione.

Iuo ibid. c. 359.

† al. ordinationum.

¶ *Quoniam uersio huius capitis usque ad uersi.* Clerici. *primo, est alia ab ijs, quæ circumferuntur in conciliorum codicibus, licet apud Iuonem, & in Pannormia idem ferè sit sensus placuit asscrri uerba Græca, & nouam interpretationem.*

Οἱ ἀληθῶς καὶ εἰλικρινῶς τῷ μονάζειν μετιόντες βίον, τὴν προσηκούσης ἀξιούσθωσαν τιμῆς. ἐπειδὴ δέ τινες τῷ μοναχικῷ κεχρημένοι προχείματι, τάς τε ἐκκλησίας καὶ τὰ πολιτικὰ διὰ παραύσεως πράγματα, περιόντες ἀδιαφόρως ἐν ταῖς πόλεσιν οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ μοναστήρια ἑαυτοῖς σαγισᾶν ἐπιτηδεύοντες ἔδοξεν μηδένα μὲν μηδαμοῦ οἰκοδομεῖν μηδὲ σαγισᾶν μοναστήριον ἢ εὐκτήριον οἶκον παρὰ γνώμην τοῦ τῆς πόλεως ἐπισκόπου. *id est.*

a ¶ Qui

b ¶ Commendant.] Sed nemo debet se commendare. 11. q. 3. si quis uero. arg. cōtra. ff. de offic. proconſ. obſeruare. §. antequam uero.

c ¶ Aut oratorij.] Quibus temporibus in oratorijs fit Missa audienda, habes inf. de conſec. diſt. 1. ſi quis ēt. & die est remota. Item nec in oratorijs licitum est ponere campanas, ut extra de priuil. parentibus. Io.

d ¶ Vel monachi.] Loquitur secundum ea tempora cum monachi fuerunt laici. 16. q. 1. generaliter.

e ¶ Clerici.] Id est, prælati.

Digitized by Google

Qui verè & ſincerè monaſticam vitam degunt, conuenienti honore afficiantur. Verum, quoniam nonnulli ſpeciem monachicam præferentes, & eccleſias, & ciuilia, negocia perturbant in ciuitatibus indifferenter vagantes, ac præterea monaſteria ſibi ipſi conſtituere aggredientes; placuit neminem quidem vſpiam ædificare, neq; cõſtituere monaſterium, vel oratoriam domum pręter ſententiam epiſcopi ciuitatis.

α ¶ Prochijs.] *Sic in nonnullis vetuſtis codicib. Grat. & Vaticano cõciliorum, & verſione priſca (ex qua videtur eſſe hic verſiculus.) & eſt uox canonis Graci. In vulgatis aũt Grat. & aliquot libris conciliorum eſt* parochijs.

β ¶ Pro perionarum ordinatione. *Sic in eadem priſca, ſed in canone Graco, & in uerſione Dionyſij exigui nihil eſt, quod his verbis reſpondeat.*

γ ¶ Item clerici.] *Eſt idem, quod in proximo ſuperiore paragrapho, ſed ex alia verſione, quæ non extat in conciliorum uoluminibus, atque hanc eandem repetitionem licet animaduertere apud Iuonem par. 6. c. 358. & 359.*

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c. 97.

¶ Examinetur ab epiſcopo, qui religioſis fęminis pręponendus eſt. C. XI.

:n. l. 8. c. 76. p. 7. c. 94.

QVi religioſis fœminis præponendus eſt, ab epiſcopo loci **comprobetur.** [a]

Monaſterium quoque abſque epiſcopi permiſſione nulli incipere, aut fundare licet.

Vide in Agathenſi concilio, c. 27. legitur.

¶ Sine permiſſione epiſcopi nullus monaſterium præſumat incipere, aut fundare. C. XII.

DE monachis, α monaſterium nouum [b] (ſine epiſcopo aut permittente, aut probante [c]) nullus incipere, aut fundare præſumat.

α ¶ De monachis] *Abſunt iſtæ uoces a recentioribus editionibus conciliorum, ſed non a uetuſtioribus, & manuſcriptis codicibus, aut Iuone.*

Item ex eodem, c. 58.

Epaunenſi

¶ De eodem. C. XIII.

CEllulas nouas, aut congregatiunculas β [c] monachorum abſque epiſcopi notitia prohibemus inſtitui.

l. 8. c. 34. . c. 165. & p.

β ¶ Congregatiunculas.] *Antea legebatur*, congregantium eccleſias. *Emendatum eſt ex pleriſq. manuſcriptis, & locis indicatis.*

Item ex concilio Aurelianenſi primo, c. 24.

.c. 138. ¶ Abſque epiſcopi, vel abbatis voluntate nullus monachorum cellulam conſtruere præſumat.

C. XIIII.

NVllus monachus congregatione monaſterij derelicta, ambitionis, [c] & vanitatis † impulſu cellulam conſtruere ſine epiſcopi permiſſione, vel abbatis ſui voluntate præſumat.

ietatis.

5 *Item ſunt alij, qui pro executione diuerſarum cauſarum quoslibet admittunt qui diſtrictionem eorum ſoluant, & quietem religionis perturbent.*

De quibus in concilio Triburienſi legitur.

a QVi religioſis.] c Con probetur. Ne ſit minimus iuuenis. 1 vi 24. d. quorundam. & c. fraternitatis.

b DE monachis.] c Nouũ. Nouũ dicitur cuius facies immutat, ut ff. de noui oper. nunc. l. 1. §. opus nouum, ſi ergo totum monaſterũ ſit deſtructũ requiritur cõſenſus epiſcopi in conſtructione, ſed in reparatione nõ requiritur. ve 16. q. ult. ſi qs vult. extra de iudæ. iudæi. 2 & C. de epe. publ. l. 2. & 3. ar. c ¶ Aut probãte. Ex poſtfacto, qa ratihabitione põt cõfirmare, ut 21. q. 1. c. ult. d C Ellulas.] Aut congregatiunculas.] Noua collegia non põt quis facere, nec etiã nouas regulas, uel nouam uitã, ext. de relig. domib. ne nimia. ff. de colleg. illi. l. 3.

e NVllus.] ¶ Ambitionis.] Infirmitatis. n. cauſa põt abbas permittere monacho facere cellulam ſpecialẽ, ut 20. q. 4. c. ult.

ITEM SVNT ET ALII. Hæc eſt quinta pars q. in qua dicitur, qꝫ malus abbas non retineatur. etiã ſi velint monachi. Io. de Fant.

CASVS. Superius in c. nullã. dictum eſt. qꝫ monachi abbates deponebant, & pro arbitrio eligebant. Nunc uero dicit, qꝫ aliq erant monachi, q indifferẽter quoſlibet abbates malos, & laſciuos admittebant, ut religionis quietẽ diſſoluerent, & cauſas eccleſiaſticas tractare ualerẽt, & etiam ſæculares.

Si

1 Item qꝫ nõ ſit monachꝰ 16. q. 1. de pſcutium, *fm* Lau.

2 Et ibi Cardin. Fior. & Felinus.

Digitized by Google

Si quis abbas cautus.] CASVS. Statutum fuit in Triburiensi cõcilio, quòd si aliquis abbas inutiliter rit & inutilis, & præcepta Dei verbis & exemplis non cuſtodierit a proprio epiſcopo, & à vicinis abbatibus & cæteris Deum timentibus, deponatur, etiam ſi omnis congregatio monachorum velit eũ habere abbatem.

tes non debent vocari ad ſynodum, vt 18. diſtinct. epiſcopus 2.

e ¶ Aut peculiare.] Niſi ab abbate ei conceſſa ſit adminiſtratio, vt extra de ſtatu mon. monachi.

f ¶ Quæ acquiſierit.] Ergo fugitiui & vagabũdi acquirunt

Monachi fugitiui eccleſiæ acquirunt.

¶ Abbas, qui cautus in regimine non fuerit, a proprio epiſcopo, & à vicinis abbatibus a ſuo arceatur honore. C. XV.

Si quis abbas cautus [a] in regimine, humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, ſobriuſque non fuerit, ac diuina præcepta verbis & exemplis non oſtenderit, ab epiſcopo, in cuius territorio conſiſtit, & a vicinis abbatibus, & cæteris Deum timentibus a ſuo arceatur [b] honore: etiam ſi omnis congregatio vitijs ſuis conſentiens eum abbatem habere voluerit.

Burch. l. 8. c. 96. Iuo p. 7. c. 114. Simile 6. diſt. 61. c. in ordinatione. qđ eſt ex regula S. Benedicti.

Item ex concilio Aurelianenſi primo, cap. 21.

Et in capit. l. 6. c. 3o.

¶ In epiſcoporum poteſtate abbates conſiſtant. C. XVI.

6 Abbates pro humilitate religionis in epiſcoporũ [c] poteſtate conſiſtant; & ſi quid extra regulam fecerint; ab epiſcopis corrigantur; qui ſemel [d] in anno in loco, vbi epiſcopus elegerit, accepta vocatione [d] conueniant. ¶ Monachi autem abbatibus omni obedientia, & deuotione ſubiaceant. *Quòd ſi quis per contumaciam* extiterit indeuotus, aut per loca aliqua vagari, aut peculiare [e] aliquid habere præſumpſerit; omnia, quæ acquiſierit, [f] ab abbatibus auferantur ſecundum regulam monaſterio profuturam. Ipſi autem, qui fuerant peruagati, vbi inuenti fuerint, cum auxilio epiſcopi tanquam fugaces ſub cuſtodia reuocentur. ¶ Et reum ſe ille abbas futurum eſſe cognoſcat; qui in huiuſmodi † perſonas non regulariter animaduerterit, vel qui ſuſceperit [g] monachum alienum.

Burch. l. 8. c. 67. Iuo p. 7. c. 85.

† *al perſonis non regulari animadmiſſione diſtrinxerit.*

[a] ¶ Semel.] *Sic etiam legitur in concilijs impreſſis, & manuſcriptis, & capitularibus. Verum apud Burchardũ & Iuonem poſt verſ.* corrigantur, *eſt inſertum cap.* non ſemel, *infra eadem.*

Item ex concilio Arelatenſi. †

C. XVII.

Monaſteria, vel monachorum diſciplina ad eũ pertineant epiſcopum, † in cuius ſunt territorio conſtituta.

† *al. Aurelianenſ.*

† Scilicet in grauibus delictis exigentibus depoſitionem, ſm Pa. in c. licet, de off. ord.

Item Paſchalis Papa II.

1 Ad huius dicti declarationem uide quod leg. & not. 27. q. 1. nec aliqua, uer. quod ſi in ſi. & cap. peruenit.

Abbatem ab abbatia ſolus eps deponere.

põt deponere a dignitate abbatiæ. Sed non põt ſolus ab ordine deponere, ut 16. qõ. 7. inuentum. & no. 15. q. 7. i ſumma. & hoc ideo, qa cauſa illa non eſt criminalis, extra de accuſat. ſuper his. & de ſimo. cap. per tuas.

Prælatus negligens eſt deponẽdus.

a ¶ Cautus.] Ergo videtur, qꝑ aliqs põt deponi propter ſimplicitatẽ, ut hic, & 74. diſt. epiſcoporũ. Sed dicas, quod hic uocat illum incautum, qui negligens eſt. nam propter negligentiam deponitur aliquis, ut 81. d. dictum. Vel dic, qꝑ abbates propter modicas cauſas poſſunt remoueri, vt ext. de ſimon. per tuas.

b ¶ Arceat.] Hic patet, qꝑ epiſcopus ẽt ſine numero epiſcoporum abbatem põt deponere a dignitate abbatiæ. Sed non põt ſolus ab ordine deponere, ut 16. qõ. 7. inuentum. & no. 15. q. 7. i ſumma. & hoc ideo, qa cauſa illa non eſt criminalis, extra de accuſat. ſuper his. & de ſimo. cap. per tuas.

Abbates.] Hæc eſt 6. pars quæſtionis, in qua probat, qꝑ omnes monachi debent epiſcopo obedire, & venire ad ſynodum, & debet requirere fugitiuos: & hoc probat per quatuor cap. Ioan. de Fant.

CASVS. Hoc capitulum diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod abbates ſubeſſe debent epiſcopis, & ſi in aliquo deliquerint, debent ab eis corrigi, & ſemel in anno cũ epiſcopus eos uocauerit ad ſynodũ uadant. In ſecunda parte dicitur, qꝑ monachi debent abbatibus ſubeſſe, & eis obedientiam præſtare. & ſi quis eorum inobediens cœperit euagari, uel peculium habere, totum peculium ei per abbates auferatur ad uſum monaſteriorum. Monachus verò uagabundus cum auxilio epiſcopi reuocetur. In tertia parte dicitur, quod abbas, qui tales non punierit, uel monachos ſuſceperit alienos, reum ſe futurum cognoſcat. Secunda pars incipit ibi, [Monachi autem.] Tertia ibi, [Et reum ſe.] Sequens capit. planum eſt.

e ¶ In epiſcoporum.] Ad epiſcopum enim pertinet omnis cura diœcetis tam in monaſterijs, quàm in alijs eccleſijs, ut 9. q. 3. c. 2. & 93. diſt. nulla. Io.

d ¶ Vocatione.] Si neceſſitas magna fuerit, aliàs abbates non debent vocari ad ſynodum, vt 18. diſtinct. epiſcopus 2.

e ¶ Aut peculiare.] Niſi ab abbate ei conceſſa ſit adminiſtratio, vt extra de ſtatu mon. monachi.

f ¶ Quæ acquiſierit.] Ergo fugitiui & vagabũdi acquirunt

Monachi fugitiui eccleſiæ acquirunt.

g ¶ Suſceperit.] Sine conſenſu abbatis, ut 20. q. 4. monachum. Io.

Ab-

Digitized by Google

Abbatibus.] CASVS. Paſchalis Papa ſtatuit, ut nullus epiſcoporum epiſcopalia adminiſtret abbatibus, ut ſub nullo volunt eſſe prælato. Nam cum ſub nullo epiſcoporum ſe eſſe confiteantur, nullus epiſcoporum epiſcopalia iura eis debet adminiſtrare.

Gratianus ex ſupradictis, & pro malis abbatibus & monachis ſtatutum eſt, vt monaſteria per epiſcopos disponantur.

¶ Abbatibus.

¶Nullus miniſtret abbatibus epiſcopalia, qui alicui epiſcoporum nolunt ſubeſſe. Cap. XVIII.

A Abatibus [a], qui neque ſub epiſcopo, neque ſub metropolitano, neque ſub primate, neque ſub patriarcha ſunt, nullus prorſus epiſcoporum epiſcopalia [b] quælibet adminiſtret. Cum enim ſe nulli epiſcopo omnino ſubeſſe profiteantur: conſequens eſt, vt nullus epiſcoporum, quæ ſua ſunt, eis tanquam extraneis largiatur.

Pro huiuſcemodi ergo ſtatutum eſt, ut cauſa, & utilitatis monaſteriorum per epiſcopo diſponantur.

Vnde Gregorius ſcribit Vitali defenſori Sardiniæ, lib.7.epiſt.65.

[l.7.c.184. f.l.3.tit.3.]

¶Vtilitates monaſterij a proprio epiſcopo debent diſponi. C. XIX.

COgnouimus, quod monaſteria ſeruorum Dei, vel etiam fœminarum pro ſuo quiſque libitu, & diuerſarum cauſarum executione perturbat. Quod omnino non grate ſuſcipimus: tuamque experientiam ex hoc commonemus, ne quemquam hoc vſurpare denuo, acceptа noſtra auctoritate permittas; ſed vt epiſcopo loci illius ſub cuius moderamine degunt, curę ſit eorum cauſas, vtilitatesque diſponere. Valde enim eſt incõgruum, vt omiſſo [c] eo alius quilibet eorum ſe cauſis admiſceat: ſed ille eorum vitam competenti, regularique debet moderamine diſponere; qui pro commiſſis eorum animabus [d] compellitur reddere rationem.

7 Pro huiuſmodi etiam prohibet B. Gregorius mulieres paſſim ad monaſterium accedere, & monachorum commatres fieri, ſcribens Valentino abbati, lib.3. epiſt.40.

¶Neque commatres ſibi facere, neque ad fœminas accedere monachis licet. C. XX.

[l.7.c.183.]

[accedant.]

[accedere.]

PEruenit ad nos, quòd in monaſterio tuo paſſim mulieres aſcendant †, & (quod adhuc eſt grauius) monachos tuos ſibi commatres [e] facere, & ex hoc incautam cum eis communionem habere. Ne ergo hac occaſione, humani generis inimicus ſua eos (quod abſit) calliditate decipiat; ideo huius te præcepti ſerie commonemus, vt neque mulieres in monaſterio tuo deinceps qualibet occaſione permittas aſcendere †; neque monachos tuos commatres ſibi facere. Nam ſi hoc denuo ad aures noſtras quocumque modo peruenerit: ſi te ſeueriſſime noueris vltioni ſubdendum, vt emendationis tuæ qualitate cæteri ſine dubio corrigantur.

¶ Vtilitates.] CASVS. Pſalmodiæ ſeruitium, & diuinum officium, & ſalus animarum, quæ ſunt principalia in monaſterio, non debent impedimentum pati ex occupationibus temporalibus, quæ ſunt ſecundariæ. Ideo ſi abbas, vel alij monaſterij, monachorum, uel monacharũ, monaſteria perturbabant, quare præcepit Gre. Vitali defenſori Sardiniæ, ne hoc de cætero permittat: ſed omnia monaſteria ſint in poteſtate epiſcopi loci, ut per epiſcopum cauſæ & utilitates monachorũ & monialiũ diſponãtur. Incongruum enim eſt, ut ꝑ alios diſponantur, quàm per eum, qui pro eis redditurus eſt rationem.

c ¶ Vt omiſſo.] Arg. quod omiſſo epiſcopo non poteſt appellari ad metropolitanum, ut 6.q.3. ſcitote. Io.

d ¶ Animabus.] Arcui maius commutatur, & minus, ut 12.q.1. præcipimus. PRO HVIVSMODI. Hæc eſt ſeptima pars quæſtionis, in qua monachi prohibentur habere commatres. Io. de Fant. CASVS. Dictum eſt ã. in c. cognouimus ꝙ quidam abbates, vel monachi, clerici, uel laici monaſteria pro ſolo libitu perturbabãt: nunc vult oſtẽdere Gratianus, ꝙ propter huiuſmodi perturbationes mulieres indifferenter ad monaſteria non accedant nec fiant monachorum commatres, & ad hoc inducit ſeq.c.

PEruenit.] CASVS. Valentinus abbas ꝓmittebat indiſtincte mulieres ad ſuũ monaſteriũ accedere, & monachos mulieres ſibi facere cõmatres. & ꝓp hoc Greg. ſibi præcepit, ut hoc de cætero fieri nõ permittat, qđ ſi fecerit, ſic eum puniet, ut eius pœna cæteri terreantur.

Monachi leuando compatres fieri nõ poſſunt, ſed bene baptizando.

bbatibus.] ſup.93.diſt.nulla ratione.

piſcopalia. Licet abbas ſit exemptus: tamen poteſt petere iure epiſcopalia ab epiſcopo loci, niſi malitioſe deneget ea.

O HVIVSCEMODI. CASVS. Concludit

e Commatres.] Sed nonne per baptiſmum contrahitur compaternitas? Sic, vt 30.q.1.omnes: ſed monachi poſſunt baptizare, ut 16.q.1.doctos. ergo poſſunt fieri compatres. Rñ. poſſunt fieri compatres baptizando, ſed non leuando, quia in illo maior cõtrahitur familiaritas. Io.

NON

Digitized by Google

NON SOLVM. Hæc eſt octaua pars quæſtionis, in qua mandatur, q̃ manaſteria monachorum, & monialium non ſint duplicia: & hoc probatur per quatuor cap. ſo. de Fant.

CASVS. In ſuperiori cap. prohibiti ſunt monachi a communione mulierum ſæcularium, nunc ꝓhibentur a communione, & cohabitatione monialium, et ad hoc inducit ſeq. c. Gratianus.

DIffinimus. CASVS. Hunc casũ ſic ponũt Bar. & Bene. Antiquit⁹ duplicia erãt manaſteria, in quibus monachi & monachæ ſimul, vel alternatim cõueniebãt in eodẽ choro ad officiũ faciendũ: ſed quia poterat hoc multis eſſe occaſio fornicandi: ideo ſtatutũ eſt in ſexta ſynodo ut de cętero duplicia monaſteria nõ faciant, & q̃ hactenus fuerint duplicia, diuidantur: ita .ſ. vt monachi a monialibus diuidãtur. Et quando aliqui cũ conſanguineis conuiuari voluerint, uiri uadant ad monaſteria uirorum: fœminæ uero ad monaſteria monacharũ, & quando a parte monachorum ad moniales cibaria deferũtur, ſuſcipiat abbatiſſa extra portam cum quadam vetula monali. Et ſi ꝙpinquæ ſuæ monachus loqui voluerit, in p̃ſentia abbatiſſæ loquatur, & hoc cito. ſ Cum cognatis.] Hanc literam ſic intelligit. Abrenuncia re voluerint rebus. ſ. cognatis, ideſt, rebus & cognatis, quod facere debet quicumque tranſit ad religionem, vt 12. q. 1. cui portio. [Intercipit.] ideſt, arripit, & inuadit.] Cohabitationem.] ideſt, cohabitantes. Si eſt in litera cohabitatio, tũc dic intercipit, ideſt, incurrit adulteriũm. Sequentia duo cap. patent.

8 *Non ſolum autem incauta familiaritas aliarum mulierum eis inter dicitur, verumetiam a ſanctimonialium † habitatione prohibentur.* † al. monialium.

Vnde in vij. ſynodo, c. 20. legitur.

¶Cum ſanctimonialibus, monachis habitare non licet. C. XXI.

DIffinimus minime duplex [a] monaſterium fieri, quia ſcandalum id, & offendiculum multis efficitur. Si vero aliqui cum cognatis [b] mundo abrenunciare, & monaſticam vitam ſectari voluerint; debent quidem viri virorum adire cœnobium; fœminæ vero mulierum ingredi monaſteriũ. In hoc enim placatur Deus. Quæ autem hactenus fuerunt † duplia: ſecundum regulam ſancti patris noſtri Baſilij, & ſecundum præceptionem eius ita formentur. Non habitent in vno manaſterio monachi [c], & monachæ. Adulterium enim intercipit [d] cohabitationem [α]: ſi habeat aditũ monachus ad monacham, vel monacha ad monachũ ſecreto ſingulariter ad collocutionem. Nõ cubet monachus in mulicbri monaſterio: neq; ſingulariter cum monacha conuiuetur: & quãdo neceſſaria vitę a parte virorum ad regulares deferuntur; extra portam hęc ſuſcipiat abbatiſſa monaſterij fęminarũ cum aliqua vetula monacha. Porro ſi contigerit, vt aliquam propinquam ſuam videre voluerit monachus; in præſentia abbatiſſæ huic confabuletur per modica & compendioſa verba [β], & in breui [e] ab ea diſcedat.

[a] ¶Duplex.] In quo ſunt monachi, & monachæ.

[b] ¶Cognatis.] Nam qui ſeculo vult, & rebus renunciare, renunciabit, & cognatis. 12. q. 1. cui portio.

[c] ¶Monachi.] Immo nec clericus nec laicus dẽt viſitare monaſterium monialium, vt extra de vita, & honeſt. cler. monaſterio.

[d] ¶Intercipit.] ideſt, intercipere ſolet, qa ex cohabitatione præſumitur varijs modis contra aliquem, & pro aliquo ex cohabitatione, ex loco, ex ſingularitate, ex ſocietate, & breuitate temporis, quæ omnia iudex diſcretus conſiderabit, ut 23. q. 8. occidit, & 81. d. in omnibus. ſ. de pæd. 1. aut facta. ext. de reſt. cum cauſam.

[α] ¶Cohabitationem.] *Sic eſt emendatum ex pleriſque manuſcriptis Gratiani, & duobus codicibus uerſionis Anaſtaſij cuius tamen hæc non eſt ipſa omnino uerſio. Ante legebatur*, cohabitatio *Græce eſt*, μοιχεία γὰρ μᾶλλα ἀεὶ τὴν συνδιαίτησιν.

[β] ¶Et in breui.] *Hæc non ſunt in canonum græcorum vulgata editione, ſed apud Balſamonem habentur.*

Item in regeſto Gregorij.

Apud Iulianum ante c. nouella 123. ca. 34.

¶Monachi, & monachę in nullo ſimul cohabitent loco. C. XXII.

INN nullo loco monachos, & monachas permittimus vnum [f] monaſteriũ habitare; ſed nec ea, quę duplicia vocãt. Et ſi quod tale eſt, religioſus epiſcopus mulieres quidem in ſuo loco manere ſtudeat; monachos aũt aliud monaſterium ędificare cogat. Si autem plurima ſint talia monaſteria; ſeparentur in alijs monaſterijs monachæ,

Burc. l. 8. c. 65. Iuo p. 7. c. 83. Poly. l. 4. tit. 34.

Moniales viſitare non licet.

[e] ¶Et in breui.] Hic manifeſte perperditur, quòd præſumitur varijs modis contra aliquem, & pro aliquo ex cohabitatione, ex loco, ex ſingularitate, ex ſocietate, & breuitate temporis, quæ omnia iudex diſcretus conſiderabit, ut 23. q. 8. occidit, & 81. d. in omnibus. ſ. de præd. 1. aut facta. ext. de reſt. cum cauſam.

Præſumptio contra aliquem, & ꝓ aliquo ex multis ſumitur.

[f] INN nullo loco.] ¶In vnum.] Ferre eadem verba ponuntur in auth. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. ſi quis autem ad monaſticam vitam. coll. 9.

a ¶Iu-

Digitized by Google

& in alijs monachi;res autem,quas habent communes,ſecundum iura [2] eis competentia diſtribuantur.

¶ *Burchardus autem & Iuo Gregorium cisans : apud quem nonnihil habetur ad hanc rem faciens lib.1.reg. epiſt.48. & lib.7.indic. 2. epiſt. 38. Verbatamen ipſa leguntur apud Iulianum anteceſſ. nouella* 123.c.54.

Item ex concilio Agathenſi, c.28.

¶ A monaſterio monachorum longius conſtruantur monaſteria puellarum. C. XXIII

Iuo p.3.c.158. MOnaſteria puellarum longius à monaſteriis monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter obloquutiones hominum collocentur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2.c.11.

¶ Puellarum monaſteria monachorum præſidio, & miniſterio regantur. C. XXIIII.

† *al. vndecima*] orig. IN decima † actione communi conſenſu decreuimus; vt monaſteria virginum in prouincia Bætica monachorum adminiſtratione,ac præſidio gubernentur. Tunc.n. ſalubria Chriſto dicatis virginibus præbemus †; quando eis patres ſpirituales eligimus, quorum non ſolum gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificari poſſint: ea tamen circa monachos cautela ſeruata, vt remoti ab earum familiaritate †, nec vſque ad veſtibulum habeant acceden di familiare permiſſum. Sed neque abbatem †, vel eum, qui præficitur, extra eam [b], quæ præſt, loqui virginibus Chriſti aliquid,quod ad inſtitutionem [a] earum pertineat, licebit: neque cum ea ſola, quæ præſt, frequenter eos loqui oportet; ſed ſub teſtimonio duarum [c] vel trium ſorotum: ita vt rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio.

† *al. prouidemus* Burc.l.8.c.53. Iuo p.7.c.71.

† *al.peculiaritate al.abbati vel*

[a] ¶ Inſtitutionem.] *Sic legitur in veteſtis Gratiani codicibus, & in antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis: in recentioribus autem Colonienſibus,* quod ad inſtitutionem morum non pertineat.

9 Prohibentur etiam ſanctimoniales propria receptacula habere.

Vnde Innocentius ſecundus in concilio Romæ habito, cap.26.& 27.

¶ Sanctimonialibus receptacula, ſeu domicilia priuata habere non licet. C. XXV.

PErnicioſam, & deteſtabilem conſuetudinem quarundam mulierum (quæ licet neque ſecundum regulam Beati Benedicti, neque Baſilii, aut Auguſtini viuant; ſanctimoniales tamen vulgo cenſeri deſiderant) aboleri decernimus. Cũ enim iuxta regulã degentes in cœnobiis, tam in eccleſia, quã in refectorio, atq; dormitorio cõiter [d] eſſe

1 ¶ Iura.] Fortè pro numero perſonarum, cum enim collegium ſeparatur, pro numero perſonarum diuiduntur bona, vt ſi de colle.illi.l.1. in fi. Vel fortè ſecundum quòd quilibet dedit monaſterio. arg.12. q.4.c.1.

IN decima.] CASVS. Statutum fuit in concilio Hiſpalen.

& in alijs monachis; res autem, quas habent communes, ſecundum iura eis competentia diſtribuantur.

¶ *Burchardus autem & Iuo Gregorium cisans : apud quem nonnihil habetur ad hanc rem faciens lib.1.reg. epiſt.48. & lib.7.indic. 2. epiſt. 38. Verbatamen ipſa leguntur apud Iulianum anteceſſ. nouella* 123.c.54.

Item ex concilio Agathenſi, c.28.

¶ A monaſterio monachorum longius conſtruantur monaſteria puellarum. C. XXIII

MOnaſteria puellarum longius à monaſteriis monachorum, aut propter inſidias diaboli, aut propter obloquutiones hominum collocentur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2.c.11.

¶ Puellarum monaſteria monachorum præſidio, & miniſterio regantur. C. XXIIII.

IN decima † actione communi conſenſu decreuimus; vt monaſteria virginum in prouincia Bætica monachorum adminiſtratione, ac præſidio gubernentur. Tunc.n. ſalubria Chriſto dicatis virginibus præbemus †; quando eis patres ſpirituales eligimus, quorum non ſolum gubernaculis tueri, ſed etiam doctrinis ædificari poſſint: ea tamen circa monachos cautela ſeruata, vt remoti ab earum familiaritate †, nec vſque ad veſtibulum habeant acceden di familiare permiſſum. Sed neque abbatem †, vel eum, qui præficitur, extra eam [b], quæ præſt, loqui virginibus Chriſti aliquid, quod ad inſtitutionem [a] earum pertineat, licebit: neque cum ea ſola, quæ præſt, frequenter eos loqui oportet; ſed ſub teſtimonio duarum [c] vel trium ſorotum: ita vt rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio.

† *al. vndecima*] orig.

† *al. prouidemus* Burc.l.8.c.53. Iuo p.7.c.71.

† *al.peculiaritate al.abbati vel*

[a] ¶ Inſtitutionem.] *Sic legitur in veteſtis Gratiani codicibus, & in antiquioribus conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis: in recentioribus autem Colonienſibus,* quod ad inſtitutionem morum non pertineat.

9 Prohibentur etiam ſanctimoniales propria receptacula habere.

Vnde Innocentius ſecundus in concilio Romæ habito, cap.26.& 27.

¶ Sanctimonialibus receptacula, ſeu domicilia priuata habere non licet. C. XXV.

PErnicioſam, & deteſtabilem conſuetudinem quarundam mulierum (quæ licet neque ſecundum regulam Beati Benedicti, neque Baſilii, aut Auguſtini viuant; ſanctimoniales tamen vulgo cenſeri deſiderant) aboleri decernimus. Cũ enim iuxta regulã degentes in cœnobiis, tam in eccleſia, quã in refectorio, atq; dormitorio cõiter [d] eſſe

b ¶ Extra eã.] Id eſt præter conſcientiam abbatiſſæ.

c ¶ Duarum.] Hic patet q; ſi clericꝰ accuſetur, qui deliquerit cũ moniali, vel cũ alia poteſt ſe expurgare cum mulieribus. ad gd.n. vocarẽtur iſtę, ſi non poſſent eſſe teſtes? Cum enim clericus repellat à dignitate obtinenda propter teſtimoniũ mulierum, vt extr.de teſtibus tã ex litteris. multo potius per eas expurgare ſe poteſt. vnde ſatis admitti poteſt, q; ſi clericus non poteſt habere alios compurgatores clericos, q; per honeſtos laicos poteſt ſe purgare, vt 2. q.5.ca. omnibus. in fi.81.diſtinctio. clerici 2. & fic 12.q.1.cap.1. & in authen. de monach. §. cogitannum. colla.1.

Mulieres & pro clerico, & cont. cleri cum poſſunt teſtificari.

2 Vbi de hoc & ext. de ſ-ſumpt. cũ in iuuẽtute. in fi. ibi vide. Arch.

PROHIBENTVR BTIAM. Hæc eſt 9. pars quæſtionis ſecũdum Io. de Fant. CASVS. Non ſolum prohibentur moniales eſſe cum monachis, ſed etiam prohibentur propria receptacula habere.

PErniciosam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q; quædam moniales propria habẽt receptacula, & proprias cameras, in quibus ſub ſpecie hoſpitalitatis recipiebant hoſpites minus honeſtos: quare Iuno. ſecundus eas reprehẽdit, & prohibet ne hoc de cætero faciãt: ſed in eodem refectorio, & dormitorio cõiter viuant. In ſecunda parte dicitur, q; moniales ſimul cum monachis, & canonicis in choro non veniant ad pſallendum. Secũda para

3 Niſi eſſent q. iã à cõmune ad meliora exepti: vt eſſent anachoritæ, & ita excluſa Camaldul. ſed dicit, q; nõ dẽt inter ſeculares, &c. quia ne ſoli, &c. ext. de teſta. mona. monachi ſm L.

d ¶ Communiter.] Ideo communiter omnia faciunt, vt ſibi inuicem ſint teſtes & honeſtatis, & caſtitatis, vt in auth. de mo. §. cogitandum. coll. 1. §.

ITEM

ITEM SVNT. Hæc eſt 10. pars q. in qua probatur, q̃ clerici ſeculares non debent eſſe abbates in monaſterijs, & hoc probatur per duo c. Ioan. de Fant.

CASVS. Hactenus probauit Grat. q̃ quædam monaſteria ſunt in potestate epiſcoporum propter diſſolutionem, & malitiam monachorũ. Modo probat contrarium: ſcilicet, q̃ quædam ſunt exempta ꝓpter auaritiam eporũ: qui ſalutem animarũ negligentes, monaſteria ſuis bonis ſpoliant: & tales erãt clerici Rauennatis eccleſiæ: qui monaſterijs prẽhici cupientes, in eccleſiaſtica militia remanere volebant, vt infra cap. 1. & 2.

PEruenit.] CASVS. bene. ſic ponit caſum. Significatum fuit Grego. q̃ in archiepatu Rauen. quidam clerici monaſterijs prẽponebãtur, quorum occaſione monaſteria hebãt habitacula laicorũ. quare prẽcepit Greg. Ioanni archiepo Rauenn. vt hoc mendare feſtinet. H. vero hũc caſum ſic ponit. Erant quidam clerici Rauennates, q̃ ſub obtẽtu religionis monaſterijs præeſſe volebant: ſed primas eccleſias non dimittentes, monaſteria vltra modũ grauabant: & ea quaſi communia habitacula habebãt etiam laicorum. propter quod Greg ſcribit archiepo Rauen. vt talia prohibeat, & de cætero fieri non permittat.

a ¶ Fingunt.] Tales ſunt cogendi, vt vel veri clerici, vel veri monachi fiant, vt extr. de reg vt clerici.

b ¶ Prẽponi.] De talibus nouiſti. 16. q. vl. ex p. 3.

c ¶ Deſtruantur.] Id eſt, conuertantur in aliam formam, vt infra cauſa proxi. q. 3. §. quæritur.

DVdũ.] CASVS. Caſum iſtum ſic pone. Grego. præcepit Ioanni Rauẽnati archiepiſcopo, vt clericos ſeculares, q̃ monaſterijs prẽficiebantur, quorum occaſione monaſtica regula diſſoluebatur, & monaſteria grauabantur, ab ipſis monaſterijs remoueret. quod quia morte præuentus facere non potuit: ideo idem Grego. præcepit Marinano eius ſucceſſori, vt hęc adimpleret: qui cum in hoc negligens extitiſſet, ſcripſit ei Gregorius. unde mandans ei, vt omni mora, omnique excuſatione remota ita faceret monaſteria releuare à gra-

debeant; propria ſibi ædificant receptacula, & priuata domicilia, in quibus ſub hoſpitalitatis velamine paſſim hoſpites, & minus religioſos contra ſacros canones, & bonos mores ſuſcipere nullatenus erubeſcũt. Quia ergo omnis, qui male agit, odit lucem, ac per hoc ipſæ abſconditæ in iuſtorum tabernaculo ſe opinantur poſſe latere oculos iudicis cuncta cernentis, hoc tam inhoneſtum, deteſtandumque flagitium, ne vlterius fiat omnimodis prohibemus, & ſub pœna anathematis interdicimus. ¶ Simili modo prohibemus, ne ſanctimoniales ſimul cum canonicis, vel monachis in eccleſia in vno choro conueniant ad pſallendum. Ioan. 3. In conc. c. 27.

a ¶ Regulam] *In vulgatis ſequebatur*, S Benedicti: *cum tamen paulo ſuperius aliarum etiam regularum ſit facta mentio. Quare inducti ſunt iſti voces auctoritate vetuſtorum codicum, & ipſius concilij: ex quo etiam alia nonnulla ſunt emendata.*

10 *Item ſunt alij, quos epiſcopi prægrauantes, ſalutem ipſarum animarum negligũt, quibuslibet* † *occaſionibus bona monaſteriorum diſtrahere cupiunt. Tales erãt quidã clerici Rauennatis eccleſiæ: qui ſimulata religione monaſterijs cupiebant præfici, non tranſeuntes ad monaſticum habitum, neque renunciantes eccleſiaſticæ militiæ.* † *al. quibuslibus vero*

De quibus Gregorius ſcribit Ioanni Rauennati epiſcopo, lib. 4. epiſt. 1.

¶ Monaſteria, clericorum, aut laicorum habitacula fieri non debent, C. XXVI.

ij PEruenit ad me, quòd in eccleſia fraternitatis tuæ aliqua loca dudum monaſterijs conſecrata, nũc habitacula aut clericorum, aut etiam laicorum facta ſũt: dumque hi, qui ſunt in eccleſijs, fingunt [a] ſe religioſè viuere; monaſterijs præponi [b] appetunt: & per eorum vitam monaſteria deſtruuntur. Nemo enim poteſt eccleſiaſticis officijs, &c. *& infra.* ¶ Proinde fraternitas tua, hoc, quolibet in loco factum ſit, emendare feſtinet: quia ego nullo modo patior, vt ſacra loca per clericorum ambitum deſtruantur [c]. Anſil. 5 c. 64. Iuo p. 1. c. 18. Poly. l. 3. tit. 15. fin. 16. q. 1. nemo.

Idem Mariniano epiſcopo Rauennati, lib. 6. epiſt. 40. ſiue cap. 204.

¶ Qui in ſacro ordine ſunt conſtituti, in monaſterijs nullam habeant poteſtatem. C. XXVII.

DVdum ad nos multorũ relatione peruenerat, monaſteria in Rauennæ partibus conſtituta omnino clericorum veſtrorum dominio prægrauari: ita vt occaſione quaſi regiminis ea (quod dici graue eſt) velut in proprietate poſſideant. Quibus non modicum condolentes deceſſori veſtro epiſtolas miſimus, vt hoc per omnia emendare debuiſſet. Sed quoniam vitæ eſt termino citius occupatus; ne hoc onus monaſterijs remaneret, fraterPoly. ibidem. Anſil. 5. c. 65.

graui amine clericorum, ut de cętero in eis nullam habeant licentiam accedendi, niſi cauſa prædicandi, vel

Digitized by Google

nitati veſtræ hæc eadem nos ſcripſiſſe recolimus. Et quia, vt comperimus, in huius rei hactenus correctione ceſſatũ eſt; hæc ad vos iterum præuidimus ſcripta dirigere. Hortamur ergo, vt omni mora, omnique excuſatione ſubmota, ita monaſteria ipſa ab huiuſmodi ſtudeatis grauamine releuare; quatenus nullam deinceps in eis clerici, vel ij, qui ſunt in ſacro ordine conſtituti ob aliud (niſi hortandi [a] [b] tantummodo cauſa) accedendi habeant licentiam; aut ſi forte ad peragenda ſacra Miſſarium fuerint inuitati [c] myſteria. Sed ne [d] pro cuiuſlibet monachi, aut abbatis promo
16.q.1.atmo tione, &c. *& infra.* ¶ Nec illi vlterius habeat poteſtatem aliquamine monaſteria huius occaſionis velamine ea, quæ prohibemus §, ſubſtinere onera compellantur. Hæc itaq; omnia vigilanti cura emendare iam ſecundo commonita ſanctis veſtra non differar: ne ſi poſt hæc negligentes vos eſſe (quod non credimus) ſenſerimus; aliter monaſteriorũ quiete proſpiſcere compellamur. Nam notum vobis ſit, quia tantæ neceſſitati ſeruorum Dei congregationem amplius ſubiacere non patimur.

a ¶ Hortandi.] *In originali impreſſo, & manuſcripto legitur*, orãdi. *Sed ob gloſſam, & quia in ſequenti capite eſt vox*, Exhortandi. *non eſt mutatum. Alia vero ſunt emendata.*

§ ¶ Prohibemus.] *In vulgatis ſequebatur*, ſimul cum canonicis, & monachis in eccleſia, *quæ ſublata ſunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

Idem eidem lib.7.ind.1.epiſt.18.

¶ Cauſa viſitandi, & exhortandi monaſterium epiſcopus adire poteſt. C. XXVIII.

p.7.c.14. II VIſitandi, exhortandique gratia ad monaſterium, quoties [e] placuerit ab antiſtite ciuitatis accedatur: ſed ſic charitatis officium illic epiſcopus impleat, vt grauamen [f] aliquod monaſterium non incurrat.

Item ex concilio Aurelianenſi.

¶ Frequenter epiſcopi monaſteria viſitent, & quæ corrigenda ſunt corrigant. C. XXIX.

c.1.8.c.62. p.7.c.85. NOn ſemel, ſed ſæpius in anno epiſcopi viſitent monaſteria monachorum: & ſi aliquid corrigẽdum fuerit, corrigatur.

¶ *Hoc caput apud Burchardum, & Iuonem eſt inſertum capiti, abbates, ſup.ea.vt ibi notatum eſt. ſimile quiddam habetur in Pannormia ex concil. Rothomagenſi, lib.3.c.215.*

12 *Pro talibus §, qui animarum curam non habentes*

1 Ad idẽ 11. q.1 q̃ periculoſũ. ſm La.

Vſitandi.] Hæc eſt 12.pars q.ſecundum Io.de Fant.

e ¶ Quoties.] Cum vtilitas, vel neceſſitas exigit; alias ſemel tantum in anno poſſit epiſcopus, vt notaui 10.q.1. decreuimus. videtur tamen, q̃ hodie bis in anno poſſit ex officio ſuo viſitare, vt extra de cenſi. cum venerabilis. in fi.

Bis qñ viſitet monaſteria.

f ¶ Vt grauamen.] .i. vt nõ exigat enormẽ & immoderatã procurationẽ, vt 10.q.3. illud. ſed ſm q̃ taxatur, ex. de cenſi. cum Apoſtolus & hoc intelligat cum epiſcopus accedit ad eccleſiam propter vtilitatem eccleſiæ. Sed ſi cauſa proprij negotij accedit, non tenetur et monaſterũ prouidere, vt 10.q.1. relata, & c. placuit. 12.q.2. charitatẽ. ext. de cenſ. cũ venerabilis. ibi, cũ cauſa correctionis, &c.

Procuratio non ſemper eſt debita epiſcopo.

NOn ſemel.] PRO TALIB. Hæc eſt 12. pars q. in qua probat, q̃ licet monaſteria lege diœceſana non ſubſint epõ ſi non habẽt populum: tamen in fundatione, ſiue dedicatione monaſterij, ponitur aliquid de penſione, quod exigi poteſt. Io. de Fan. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, dicens q̃ pro talibus epõs, qui curam animarum negligentes monaſteria ſuis bonis ſpoliabant. & ea in vſus ſuos conuertebant, ſtatutũ fuit, vt à monaſteria ſit libera a dãno, & prãte eporum, & poſtea oſtendit, & q̃ licet dicatur ſup. e. in c. quã ſit. vt monaſteria nullis canonicis iurib. ſint ſubiecta: non ita tamen intelligendum eſt, vt monaſteria non debeant aliquid dare epõ in ſignum ſubiectionis aliqua die ſtatuta. [eulogia.] Eulogia dicit quod ſolet aſſignari epiſcopo tempore conſecrationis, & illud quod ei offertur in ſynodo, & proprie quod ei gratis datur aliter tamen hic accipitur.

g ¶ Pro talib.] ſcilicet epõs: eis.n. non ſubſunt monaſteria quo ad legem diœceſanam. 10.q.1. in ſumma. Ioã.

Et ita ex cã oia illa c. ſm G. exaudi. ſm L.

Digitized by Google

ſi à monachis fuerint inuitati: ne ſi aliter fiat, compellatur Greg. aliter monaſterijs prouidere cũ diu hoc ante non velit. Ab illo tamen loco, [Niſi aliter fiat.] ſic poſuit Bene. caſum, ideſt, ne ſi aliter fiat, in ſe patiatur diſtrictionem hortandi, ideſt admonendi, vel præcan-

d ¶ Sed ne.] 16.q.1. ne pro cuiuſlibet.

e ¶ Quoties.] Cum vtilitas, vel neceſſitas exigit; alias ſemel tantum in anno poſſit epiſcopus, vt notaui 10.q.1. decreuimus. videtur tamen, q̃ hodie bis in anno poſſit ex officio ſuo viſitare, vt extra de cenſi. cum venerabilis. in fi.

f ¶ Vt grauamen.] .i. vt nõ exigat enormẽ & immoderatã procurationẽ, vt 10.q.3. illud. ſed ſm q̃ taxatur, ex. de cenſi. cum Apoſtolus & hoc intelligat cum epiſcopus accedit ad eccleſiam propter vtilitatem eccleſiæ. Sed ſi cauſa proprij negotij accedit, non tenetur et monaſterũ prouidere, vt 10.q.1. relata, & c. placuit. 12.q.2. charitatẽ. ext. de cenſ. cũ venerabilis. ibi, cũ cauſa correctionis, &c.

a ¶ Hortandi.] *In originali impreſſo, & manuſcripto legitur*, orãdi. *Sed ob gloſſam, & quia in ſequenti capite eſt vox*, Exhortandi. *non eſt mutatum. Alia vero ſunt emendata.*

b ¶ Hortandi.] Ideſt, prædicandi.

c ¶ Inuitati.] Sup. ea. luminoſo. lo 2.

d ¶ Sed ne.] 16.q.1. ne pro cuiuſlibet.

§ ¶ Prohibemus.] *In vulgatis ſequebatur*, ſimul cum canonicis, & monachis in eccleſia, *quæ ſublata ſunt auctoritate originalis, & duorum Gratiani exemplarium.*

¶ *Hoc caput apud Burchardum, & Iuonem eſt inſertum capiti, abbates, ſup. ea. vt ibi notatum eſt. ſimile quiddam habetur in Pannormia ex concil. Rothomagenſi, lib.3.c.215.*

12 *Pro talibus §, qui animarum curam non habentes*

di. Alia littera habet, [Oriãdi. & hæc littera plana miniſter ſcripſit. duo ſunt plana ſunt & per te videbis.

ſacerdotari.] Sed nunquam aliquid præcipitur, ſubaudi. ſic quòd præceptum ſit prædeceſſori: ad hoc ceſſor teneatur, vt ſic ibi vt nulli iudi. § & hoc iubemus, cetera 9 licet aliud ſit in mandato quia illi extinguitur tantũ, vt extra de offi. delegat. gratum. aut quidam ſunctis præceptum, ſiue mandatum: modo expreſſis nominib. ſcribatur, ſemper expirat

catur ſup. e. in c. quã ſic. vt monaſteria nullis canonicis iurib. ſint ſubiecta: non ita tamen intelligendum eſt, vt monaſteria non debeant aliquid dare epõ in ſignum ſubiectionis aliqua die ſtatuta. [eulogia.] Eulogia dicit quod ſolet aſſignari epiſcopo tempore conſecrationis, & illud quod ei offertur in ſynodo, & proprie quod ei gratis datur aliter tamen hic accipitur.

g ¶ Pro talib.] ſcilicet epõs: eis.n. non ſubſunt monaſteria quo ad legem diœceſanam. 10.q.1. in ſumma. Ioã.

Elec-

E Leutherius.]CASVS. Mater Eleutherij epiſcopi fecit Cardellum epiſcopum dedicare quoddam monaſteriũ,qđ ipſe ædificauerat in diœceſi ſua in caſa,quę dr caſtellum, & tempore dedicationis conuentio facta eſt inter eſpm & ipſam,vt de oblationibus,quæ offerun-

quam fecit tempore conſecrationis.

d ¶ Debeat.]Conſiderata conſuetudine aliorum monaſteriorum,vt ext.de cen.ſuper e.10.q.3. nec numerus. in fine. Ex hoc cap.patet,q̃ monaſteria non ſunt penitus exempta à lege diœceſana. tenentur enim ei ad eulogias.

Monaſteria à lege diœceſana nõ ſũt prorſus exempta.

tur in die dedicationis, vel in die natalis martyrum,quorũ ibi ſunt reliquiæ,medietatem hæret monaſterium, & medietatem altam epiſcopus haberet. contra quã conuentionem Marius presbyter ſciente eſpo, vel forſitan neſciente veniebat, & monachis vel presbytero, qui ex eis erat, moleſtias, & grauamina iferebat & fere presbyterum nomine Gaudentiũ verberauit,nec eum ibi Miſſas celebrare permittebat,niſi aliquid vltra cõuentionem prædictã redderet nomine pẽſionis ipſi epiſcopo dandũ. Sed cum epiſcopus Eleutherius vice matris ſuper hoc cõquereretur, Gelaſius Papa commiſit cauſam cuidam, & mandat ei, vt ſi inuenerit,q̃ ita facta fuerit conuentio tempore dedicationis,illam faciat obſeruari. Si vero nulla conuentio facta fuerit,eo mediante inter eſpm & monachos faciat aliqd aſſignari ipſi epiſcopo in ſignum ſubiectionis, eo ſaluo, vt presbyter Gaudentius in monaſterio Miſſas celebrare à nullo prohibeatur. Seq.c.patet.

bona tamen monaſteriorum in ſuos vſus conuertere cupiebant;ſtatutum eſt, vt monaſteria cum ſuis rebus penitus ſint libera à poteſtate & dominio epiſcoporum. Quod aũt nullis canonicis iuribus monaſteria dicũtur eſſe ſubiecta, non ita intelligẽdum eſt,quin ipſi epiſcopo aliquid nomine eulogiæ,vel in die dedicationis,vel in natali† ſanctorum, quorum nomine ipſum monaſterium dedicatum eſt, debeat offerri.

† al.natalitijs

Unde Pelagius a Papa ait.

a ¶ Pelagius.]*Ante legebatur*, Gelaſius. *Mutatum eſt ex Polycarpo,& quia ſupra diſt.91.c.Eleutherius,alia pars huiuſmet epiſtolæ citatur ex Pelagio:& Anſelmus,qui hæc & illud caput coniunctim affert,Pelagio tribuit.*

¶ Non debet epiſcopus aliquid à monaſterio exigere prẽter conditiones,quæ dedicationis tempore conſtitutæ ſunt. C. XXX.

Anſl.9.c.145. Poly.l.4 tit.17.

E Leutherius frater,& coepiſcopus noſter quæritur, q̃ mater eius in caſa,quæ caſtellum dicitur, oratorium conſtruxerit, ac dedicauerit, & in eodem loco monachos conſtituerit, ex *quibus vnus eſt* presbyter. Hoc autem tempore dedicationis inter epiſcopum Cardellum (cuius ipſa diœceſis eſt) & matrem ſuam aſſerit conueniſſe [a], vt quidquid dedicationis,vel natalis martyrum die,quorum in eodem monaſterio reliquiæ ſunt, per fidelium oblationes intrauerit;medietatem quidem habeat ipſum monaſterium,medietas autem epiſcopo offeratur. Contra quam conuentionem Marium presbyterum(ſiue ſciente,ſiue neſciente epiſcopo) monachis ipſis,vel presbytero,qui ex eis eſt,vim dicitur intuliſſe,& frequenter moleſtias generare, ita vt memoratum presbyterũ prope cæciderit, & Miſſas eum facere nullo modo permittat: dicens,vt quaſi penſionis [b] nomine aliquid ſtatuere debeat. Hæc igitur omnia diligenter te examinare iubemus:& ſi apud te cuidenti ratione † conſtiterit;quia tempore,quo dedicatum eſt ipſum monaſterium, conditiones ſuperius poſitæ conuenerint; ſeruari eas ex noſtra auctoritate præcipimus: nec aliquid amplius exinde ab aliquo exigatur †.Si vero nil tale conſtiterit †;mediante te quid epiſcopo ipſi nomine eulogiæ [c] offerri debeat [d],inter ipſos monachos,& presbyterum volumus definiri:Saluo tamen eo, vt presbyter Gaudentius, qui etiam monachus eſt,Miſſa in monaſterio ſuo, ſicut cõſueuit facere,à nullo vlterius debeat prohiberi.

† al. veritate

† al. tenetur exigere

† al. tenuerit

Item Urbanus ſecundus.

¶ Conſueta ſeruitia epiſcopis monaſteria exhibeant. C. XXXI.

S Eruitium [e] quod monaſteria, aut eorum eccleſiæ à

Pactio in ſpiritualib. an interuenire poſſit.

a ¶ Conueniſſe.]Ar. q̃ pactio põt interuenire in ſpiritualib. vt 10.q.3.c.vlt.& ca. nec numerus. & 1.q.3.quæritum.vt no.3.quæſt.5.in ſumma ſed huic c.obſtat. 1.q.2.c.1.& 1.q.1.c.ſtatuimus.& q.4.eccſia.& inf.de conſt.d.1. ſi qs baſilicam.Sed dicas, q̃ hoc non pro vere dr pactũ:quia & ſine pacto tenetur eccſia aliquid dare epo in ſignũ ſubiectionis, vt hic dr in fi. Item

1 Etiam hic videas qđ no.21.q.2.c.2. in gloſſ.ſi quæras.

& auctoritate epiſcopi poteſt aliqd conſtitui patronor, vt extra de iure pat.præterea.

b ¶ Penſionis.] Vltra id quod conuenit in principio.

c ¶ Nomine eulogiæ.]Ideſt,in ſignum prædicationis, gias ſicut hic dr.Itẽ tenet ad ꝓcurationẽ, quæ dẽtur rõne viſitationis,vt ext.de præſcrip.cum ex officij.Item.ſi quid ex conſuetudine debent, vt inf.c. proximo.

e S Eruitium.] Et tamen vix fuerunt xxv. anni à tempo-

Digitized by Google

tempore Gregor. vſque ad tempus Vrbani.

a ¶ Vſque ad hoc tempus.] Ergo conſuetudo inducit annuas præſtationes. nam & dat iuriſdictionem, & dat priuilegium, vt no. 9. q. 3. conqueſtus in fi. & dat ius eligendi. extra de conſuetu. cum dilectus. in fi. Item, & inducit

tempore Gregorij ſeptimi vſque ad hoc tempus [a] fecerunt, & nos concedimus.

iſt. 11. epiſc. non ebet.

Canonica ergo iura, quibus monaſteria ſubiecta non ſunt, ſynodales exactiones intelliguntur. Non enim cogendus eſt abbas (ſicut in concilio Turonico ſtatuitur) ad ſynodum ire, niſi aliqua rationabilis cauſa exiſtat. Sunt etiam quædam ſeruituris officia, vt angaria operũ, crebræ receptiones, annuæ exactiones, mulctationes peccantium, a quibus omnibus monaſteria libera ſunt.

CAVSA XIX.

Canonica.

DVo clerici ad monaſterium tranſire voluerunt: vterque licentiam abepiſcopo ſuo petijt: vnus relicta eccleſia propria, eo inuito, alter dimiſſa regulari canonia, † cœnobio ſe contulit.

1 *Modò quæritur, ſi epiſcopus debeat permittere, ut relicta propria eccleſia, clericus monaſterium ingrediatur.*

2 *Secundo, quæritur, ſi epiſcopus licentiam dare noluerit, an eo inuito, monaſterium poſſit adire.*

3 *Tertio, ſi contigerit ipſos regulares canonicos fuiſſe, vtrum concedendus eſſet eis monaſterij ingreſſus.*

QVAESTIO I.

QVod epiſcopus [b] licentiam clericis adeundi monaſterium dare debeat, in Toletano 4. concil. præcipitur, in quo cap. 49. ſic ſtatutum legitur.

Conſuetudo & p̃ſcriptio differunt.

Conſuetudo pr̃ſcripta & præſcriptio qũo differãt

Ad probandam conſuetudinẽ multa requiruntur.

CANONICA. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradictis, dicens q̃ canonica iura a quib. monaſteria ſunt libera, ſunt ſynodales exactiones, angariæ, crebræ receptiones, & annales exactiones, & indictiones pœnarum.

DVo clerici.] CASVS. Dictum eſt ſup. in cauſa proxima. quæſt. 2. cap. abbates. in fin. q̃ nullus abbas debet recipere monachum alienum: ſed quia forte idem putaretur de clericis ſæcularib. & canonicis regularib. ideo ſupponitur hic decimanona cauſa, in qua quæritur, an clerici ſæculares, & canonici regulares inuitis prælatis ſuis poſſint ad regulam arctiorem tranſire: q̃d ut melius pateat, thema proponit, de quo tres elicit quæſtiones.

QVod epiſcopus.] CASVS. Hic ponitur prima quæſtio, qua quæritur an epiſcopus debeat dare licentiam clerico ſuo nolenti ad religionem tranſire, & certum eſt, quod ſic, ut infra cap. 1.

b ¶ Quod epiſcopus.] Dubitatio harũ trium quæſtionum ab eodem fonte procedit. unde una ſolutione terminatur. Hug. dicit quòd clericus ſæcularis inuito epiſcopo poſſit tranſire ad monaſterũ, ut j. ea. c. 1. & inf. e. q. 2. dux. Sed nec monachus, nec regularis canonicus, põt inuito abbate tranſire ad locum aliũ, ut inf. e. q. 3. c.

eruitutem. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. ulti. & l. 2. ff. l. venditor. Item conſuetudo obligat ſicut ius ſcri ut 11. d. eccleſiaſticarũ. Et q̃ ex tempore aliquid nitur debitum. ſunt arg. multa. ff. de uſu cũ de in l. qui ſemiſſes, & l. cũ quidã §. 1. & C. de fideic. r. contra iſta, ext. de conſue. c. 1. & ext. de cen. ſciẽ peruenit. & 1. q. 1. nullus. & 10. q. 3. q̃a cogno- & ff. de oper. li. operis. & C. de pac. l. ſi certis. & cauſa poſſ. cum eccleſia. Item quia ex curſu tẽ ulla oritur obligatio, cum nec tollatur tẽpore, act. & obl. obligationum. §. placet. Sed uarij uaſis dixerũt de hac materia. ſed omiſſis illis, dico iam ex cõſuetudine ſola (licet eſſet præſcripta) tod ſit quæſitũ. 1 niſi forte ſit tanta, cuius me on eſſet, ut ff. de aqua quoti. & æſti. hoc iure. §. quæ, & ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. ult. ſed ſolummodum, & ius poſſeſſionis quæſitum eſt ex dine. Poſſeſſor enim nihil tenetur probare de ſed aduerſarius probabit eſſe indebitum. unde eſt quæſtio, an talis præſtatio ſit debita. ſemoſſeſſor in poſſeſſione, ut 16. q. 4. uolumus. expenden. a memoria. ff. de aqua quotid. & æſti. na, & hoc eſt uerum cum allegat aliquam con s cauſam: & tunc cauſa allegata, & conſuetu-

1.& c.statuimus.sed eius opinio corrigitur extr.de reg. & transeun.ad relig.licet. vbi habes.q̄ quilibet pōt trā sire ad arctiorem religionē.petita tamen licentia, licet non obtenta: sed ad parem religionem nemo pōt transire,vt extra de reg.sane. Ioan.

Transitus ad religionē arctiorē pmissus est, non ad parem.

CLerici. CASVS. Statuitur i hoc c.vt epi debeant hīē tiā dare clericis volentibus ad monasteria transire,cum ipsi eligant meliorem vitam.

¶ Non debet negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt. C. I.

CLerici,qui monachorum propositum appetūt (quia meliorem [a] vitam sequi cupiunt)liberos eis ab episcopis in monasterijs largiri oportet ingressus:nec [α] interdici propositum eorum,qui ad contemplationis desiderium transire nituntur.

Poly.l.3. tit.15. & l.4.tit.34. Burc.l.8.c.21. Iuo p.6.c.371.

a ¶ Meliorē.] Hæc cā est sufficiēs.q̄ de minori ad maiꝰ trāseundum est. 03. d. legimus. in fin. sed nō ad parem, & extr. de reg.sane. & tñ dicit c. sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis 16.q. 1.sic viue. Io.

α ¶ Nec interdici.] *Hæc vsque ad finem absunt a manuscriptis:sunt tamen in concilio.*

QVAESTIO II.

In conc.Aquisgr. c.58.

† Antea legebatur. Episco Narbon.

NVito vero episcopo clericum eius a nullo esse suscipiendum Leo episcopus restatur, scribens Anastasio † Thessalonicensi episcopo,epist.82.al.84.c.9.

¶ Inuito episcopo eius clericum nemo suscipiat. C. I.

Anſ.l.6.c.161. Burc.l.2.c.42. Iuo p.6.c.69.

ALienum clericum, [b] inuito episcopo ipsius, nemo suscipiat.

Sed subaudiendum est, nisi ad propositum melioris vita transire voluerit. Tunc enim liberum est illi etiam, episcopo contradicente,monasterium ingredi.

Vnde Vrbanus Papa II.in capitulo S. Ruffini. †

† al.Ruff.

¶ Qui monachorum propositum appetit, etiam inuito episcopo suscipiendus est. C. II.

Poly.l.4.tit.31.

DVæ sunt inquit,leges; vna publica,altera priuata. [c] Publica lex est, quæ a sanctis patribus, scriptis est confirmata:vt est lex canonū,quæ quidem propter transgressiones † est tradita:Verbi gratia,Decretū est in canonib. clericū non debere de suo episcopatu ad alium transire sine commendatitijs [d] literis sui episcopi:quod propter criminosos [e] constitutū est:ne videlicet infames ab aliquo episcopo suscipiantur personæ. Solebant.n.officia sua, cum non poterant in suo [f] episcopatu, in alie-

Gal.3. † al.transgressores.

Obligat̄ ne qui rem vitiosam commendat.

datitijs literis, cum quilibet possit commendare rem etiam vitiosam:Nam quæ commendandi animo dicuntur,neminem obligant,vt ff.de contrah. empt.ea.quæ. Sed dicas quod si quis commendat rem in genere, non obligatur:sed si in specie,obligatur. ff.de ædil.edic.scīē dum. sed nec in genere licitum est commendare ex certa scientia rem vitiosam, vt ext.de scrut. c. vnuo. alioquin de dolo tenetur, vt ff. de dolo, quod venditor.

c ¶ Propter criminosos. Licet propter criminosos fuerit constitutio data,tamen extenditur etiam ad non criminosos:quia nullus recipitur sine commendatitijs literis sui episcopi.vbi.n.aliquid statuitur propter impulsiuam causam, causa cessante, non ideo cessat constitutio: sed vbi aliquid propter finalem causam est statutū: ibi si cesset causa,cessat constitutio. Sic distinguunt.ff.de don.l.2.§.vlt.

f ¶ In suo. Sup.7.q.1.si quis presbyter.

a ¶ Si

Digitized by Google

a ¶Si quis horum.] Maxime quia idem eſt in alijs. 61. dist. 4. hic omnibus.

b ¶Si afflatus. Sed qualiter poteſt aliquis clericus inuito ep: ſcopo transire ad religionem, cum ei forte curatus ſit, & obediens ſuus ſit, & crimen idolatriæ ſit nolle

ta lex publicæ, nam mulier, licet ducatur lege Dei, non poteſt inuito viro intrare religionem. 27. q. 2. ſi quis cõiugum. nec impubes inuito patre 20. q. 2. puella. nec epiſcopus inuito Papa. extra de reg. c. licet. non fallit regula intelligentes. Ioan.

bus videtur præiudicare publicæ.

no celebrare: quod iure præceptis, & ſcriptis deteſtatum eſt. ¶Lex vero priuata eſt, quę inſtinctu ſancti ſpiritus in corde ſcribitur: ſicut de quibuſdã dicit Apoſtolus. [Qui habent legem Dei ſcriptam in cordibus ſuis.] & alibi. [Cum gentes legem non habeãt, ſi naturaliter ea, quę legis ſunt faciunt, ipſi ſibi ſunt lex.] Si quis horũ [a] in eccleſia ſua ſub epiſcopo populum † retinet, & ſæculariter vi nit, ſi afflatus [b] Spiritu ſancto in aliquo monaſterio, vel regulari canonia † ſaluare ſe voluerit; quia lege priuata ducitur: nulla ratio exigit, vt a lege publica conſtringat. Dignior [c] eſt enim lex priuata, quam publica. Spiritus quidem Dei lex eſt: & qui ſpiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis eſt, qui Spiritui ſancto poſſit digne reſiſtere? Quiſquis igitur hoc ſpiritu ducitur: etiam epiſcopo ſuo contradicente, eat liber noſtra auctoritate. Iuſto enim lex non eſt poſita: ſed vbi ſpiritus Dei, ibi libertas: & ſi ſpiritu Dei ducimini, non eſtis ſub lege.

c. licet extra de regular.
Rom. 2.
Ibidem.

† *proprium*] Polycarpus.
† *al. canonicã*
Rom. 7. 8. 9.

Tit. 2. c. 1. l. 1.

QVÆSTIO III.

Anonicos autem regulares ad monaſteriũ tranſire multis auctoritatibus prohibetur. Vnde in concilio Eduenſi congregato ſub Gregorio VII. legitur.

¶Regulares canonici, monachi fieri non debent.
Cap. I.

NVllus abbas, vel monachus [d] canonicos regulares [e] a propoſito profeſſionis canonicæ reuocare, & ad monaſticum habitum trahendo ſuſcipere audeat, vt monachi fiant, quamdiu ordinis ſui eccleſiam [f] inuenire quierint: in qua canonice viuendo, Deo ſeruire, & animã ſuam ſaluare poſſint. Quòd ſi temerario auſu id agere tentauerint; anathematis vinculo obligentur.

Item Vrbanus Papa II.

¶De eodem. C. II.

MAndamus & vniuerſaliter interdicimus, ne quis canonicus regulariter profeſſus, niſi (quod abſit)

1. tit. 31.

re, vt 8. q. 1. ſciendum. & video q̃ peregrinari eſt ſine licentia epiſcopi, 1 ut de conſecr. dist. 5. rtet, & ſæpe bonum omittendum eſt propter obedientiæ, ut 11. q. 3. quid ergo. cum etiam lum ſit, licet iniuſte aliquid præcipiatur, ut uid culpatur. Item cum clericus non poſſit alie eccleſiæ ſuæ, ergo multo potius ſeipſum non cnare cum perſonę digniores ſint rebus, ut 12. ipimus & maior eſt alienatio perſonæ, quòd n q. 1. c. 3. ſed dic. q̃ excuſatur a delicto inſtinctu ar cti, ſicut alij, ut extra de diuor. gaudemus. xit.

or.] Tamen in tribus caſibus præiudicat priua-

priores, qui præſunt monaſterijs. extra de ſtatu monacho. monachi.

e ¶Regulares.] Similiter clericus in qua eccleſia eſt ſemel intitulatus, in ea perpetuo perſeueret, ut 70. dist. ſanctorum. & 71. dist. clericos. ut enim ait Apoſtolus. In ea uocatione, in qua quis uocatus eſt, in ea permaneat, ut 21. q. 1. c. 1.

f ¶Ordinis ſui eccleſiam.] Si. extra de vi. & hone. cler. Deus. extra de relig. do. inter quatuor in fi.

MAndamus.] CASVS. Statuit Vrbanus in hoc c. vt canonicus regularis monachus nõ fiat, niſi publice delinquat. ſi uero contrafecerit ad canonã redeat & vltimus memorialem cucullam deferat.

Anonicos. hęc q. diuidit. tur in quatuor partes: in prima quarum probatur, q̃ canonicus regularis ſine licentia non dẽt fieri monachus: & hoc probatur per tres auctoritates. Secunda ibi. [Quæritur ſi monaſteria.] Tertia ibi. [Quæritur de his.] Quarta ibi. [Quæritur ſi ingreſſus.] Ioan. de Fant.
CASVS. Hic ponitur 3. q. vbi quæritur an canonicus regularis poſſit ad monaſteriũ tranſire. Et rñdetur quod ſic. de licentia prioris. vt j. ead. cap. ſtatuimus. idẽ eſt in monacho, vt j. 20. q. 4. monachũ. ſed eis inuitis nõ. vt j. c. 1. & 2. q. libet tamen ſecundũ iura hodierna põt ad regulã arctiorẽ trãſire, petita licẽtia a ſuo ſuperiore, & ẽt ſi non habeat licentiã ab eo. ut ext. de reg. licet. Et procedit hoc ordine Gra. Primo probat. q̃ canonici regulares ad monaſterium trãſire nõ poſſunt. poſtea probat contrarium.

NVllus. CASVS. Quidam abbates vel monachi ſuis ſuggeſtionib. ad monaſteria canonicos regulares pertrahebãt: & ideo ſtatuit Greg. ſeptimus. q̃ qui de cætero talia temere attẽtauerit, excommunicetur.

d ¶Monachus.] Vt

Digitized by Google

publice lapsus [a] fuerit, monachus [b] efficiatur. Quòd si decreto nostro contraire præsumens id agere tentauerit, ad ordinem canonicum præcipimus vt redeat; & deinceps memorialem † [c] cucullam deferat, & vltimis in choro maneat.

Subaudiendum vero est, nisi cum patris sui licentia religionis propositum induerit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit abbati sancti Ruffini †.

† *al. memoriale suæ præsumptionis cucullam.* Poly.
† *al.* Ruffi.

¶ Patris sui concessione regulares canonici, monachi fieri possunt. C. III.

STatuimus, ne professione canonicę quispiã, postquã Dei vice supra caput sibi hominẽ imposuerit, alicuius leuitatis instinctu, vel districtioris [d] religionis obtentu ex eodem claustro audeat sine patris *a*, & totius congregationis permissione recedere. Discedentem vero nullus abbatum, vel episcoporum, nullus monachorum sine communi literarum cautione suscipiat.

a ¶ Patris, &c.] *In tribus vetustis codicibus legitur*, patris totius congregationis: *apud Iuonem*, sine abbatis, totiusque congregationis.

2 *Quæritur* [e], *si monasteria, quæ semel dedicata sunt, possint transire in clericorum, vel sæcularium habitacula. Quod in Chalcedonensi concilio omnibus modis prohibetur, c.* 24.

¶ Quæ semel sunt dedicata monasteria, semper monasteria perseuerent. C. IIII.

QVæ semel dedicata sunt monasteria cum consilio episcoporum; maneant [f] perpetuo monasteria: & res, quæ ad ea pertinent, monasterijs reseruari oportet, nec posse ea vltra fieri sæcularia habitacula. Qui vero permiserint hoc fieri; subiaceant his cõdemnationibus, quæ per canones constitutæ sunt.

¶ *Hæc versio parum discrepat a Dionysiana, quam afferunt Burchardus, & Iuo, c.* 22.

Item in synodo septima, c. 13.

Poly. l. 3. tit. 15.
Ant. l. 5. c. 60.
Burc. l. 3. c. 19.
Iuo p. 1. c. 17. & 22.
Fann. l. 2. c. 15.

a ¶ Lapsus.] Tunc enim posset, immo cogeretur, vt 20. q. 1. sicut. Io.

b ¶ Monachus. Hoc consueuit intelligi cum causa leuitatis transit ad asperiorem vitam: tamen bene cogitur ibi stare, ut extra de reg. licet. Sed manifeste obstat, extra de statu mona. cum nobis. sed hęc est remota. vnde satis credo, qđ si non petijt licentiam, cogitur redire [1] nec obstat extr. eadem, sanè: quia ibi dicit: permittas, & sic est dispensatio.

1 Vide Pan. conf. 93. l. 1.

c ¶ Memorialẽ.] Nõ qp sit monachus, sed ratione prioris malefici, vt sup. 93. d. præcipimus, sed maritus qui trãsiuit ad religionem, reuocatus ab vxore sua, nõ fert cucullam, vt 33. q. 5. quod Deo. & sic quandoque potest esse dispar habitus in eodem choro.

Dispares habitus qñque possunt esse in eodem choro.

SVBAVDIENDVM. CASVS. Est probatum s. qđ canonicus regularis ad monasteriũ transire non põt. nunc dicit Gratianus, quòd est intelligendũ nisi de sui superioris licentia hoc faciat. Et ad hoc inducitur sequens cap.

STatuimus.] CASVS. Abbas sãcti Ruffini quęsiuit ab Vrbano, vtrum monachi possint recipere canonicos regulares sine permissione & licẽtia prioris, & fratrũ? Et ridetur, quod causa leuitatis, vel causa arctioris religionis nõ debet canonicus regularis de canonia sua recedere, nec aliqs debet eum recipere sine literis capituli sui.

d ¶ Vel districtioris. Infr 20. q. 4. virgines, contra. ext. de reg. c. 1. sed hæc dict. o. leuitatis, solvit contrarium, & c. fi. C. de offi. ma. mili. l. penult.

QVÆRITVR. Hæc est secunda pars quæst. in qua quæritur, si monasteria possint redire ad humanos vsus. Dicitur quod non. & hoc probat per duo capit. Io. de Fant.

CASVS. Hic mouet Gratianus quandam incidentem q. scilicet, vtrum monasteria possint fieri clericorum, vel laicorum habitacula, & respodetur qp non. ad quod inducit sequentia capitula.

e ¶ Quæritur. Incidentem quæstionem ponit magister: & illa dupliciter potest intelligi. Vno modo sicut de monasterio possit fieri sæcularis ecclesia? Vel sic, an monasterijs possint præfici sæculares clerici? Dicas ergo, quod de monasterio nunquam potest fieri sæcularis ecclesia. vt hic dicitur, nisi enormiter viuant. tunc possunt monachi remoueri & institui sæculares canonici: tamen cum auctoritate Papæ, ut extra ne cleri. vel mona. relatum. 2 Vel nisi ita sit quod non inuenãtur aliqui de ordine illo, per quos possit locus ordinari, ut extra de reli. do. inter. Vel nisi ita sit qp aliter non

2 In hoc e. no. Ala. Tã. & Be. quod hoc potest epus auctoritate ppria. & idẽ sentit ibi Goffred. de hoc etiã no. 12. q. 2. si eps, sed Io. de Fant. hic sentit cũ Io. & etiam Hi. idem tenet.

f ¶ Maneant. Similiter nec hospitale potest conuerti ad alium vsum, vt extra de relig. do. ad hæc. sed nec permutari possunt mancipia ecclesiæ. extra de rerũ permu. mancipia dati tñ possunt priuato, vt 12. q. 2. ecclesiasticis. sic. domus Imperatoris non põt conuerti ad alios vsus. C. de pala. & do. l. 1. sed quid si monasteriũ destruitur nunquid potest locus ille vel ædificia monasterij ad aliam

Quæ ad aliã vsum cõuerti non possint.

non possit reformari locus ille, quàm per canonicos, vt extra de statu mona. cum nobis. quæ est remota. Econtra videtur quod episcopus licite possit de sæculari ecclesia facere regularem. vt extra de eccle. ædifi. ad audientiam. & 16. q. 7. si quis vult.

QVæ semel sunt dedicata.] CASVS. In concilio Chalcedonen. fuit statutum, ut monasteria semel dedicata, perpetuum sint monasteria, & in suo statu permaneant, & non fiant habitacula sæcularia, ne res eorum inde remoueantur. si quis autem hoc fieri permiserit, canonicè puniatur.

Digitized by Google

um vſum conueni ? ſic. poſſunt enim de lignis bene ædificare dormitorium, vel alium honeſtum locum: & etiam poſſunt in eis coquina ſua comburere. de conſ. d. 1. ligna. ſed ad priuatos vſus non poſſunt conuerti: locus autem remanet ſacer, licet diruatur ædificium

¶ Qui loca ſacra communia diuerſoria fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. C. V.

QVoniam a quibuſdam viris quædã venerabiles domus ſurripiuntur [a] tã videlicet epiſcopia, quã monaſteria, & facta ſunt cõmunia diuerſoria: ſiquidem voluerint hi, qui hęc retinent, reddere ea, vt ſecundũ antiquitatẽ reſtaurentur; bene, & optime eſt: alioqui ſi de ſacrato catalogo fuerint; hos deponi [b] præcipimus: ſi vero monachi, vel laici, excõicari; quos nimirum conſtat condẽnatos eſſe a Patre, & Filio, & Spiritu ſancto; & deputentur vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur: quia voci Dñi aduerſantur, qui dicit, [Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.]

vtq. in Iſa. 66. 2.1.

¶ *Initium huius canonis in ſynodo ſeptima ab Anaſtaſio uerſa ſic habet.* Quoniam propter calamitatem, quæ pro peccatis noſtris eccleſia facta eſt, ſubreptæ ſunt a quibuſdam viris quædam venerabiles domus, tam videlicet, &c. *Ex eius autem uerſionis duobus manuſcriptis exemplaribus nonnulla ſunt in hoc capite emendata.*

3 *Quæritur de his, qui ad conuerſionem ueniunt, quo tẽpore debeant tonſurari.*

De his ita ſcribit Gregorius Fortunato epiſcopo Neapolitano, lib. 8. epiſt. 23.

¶ Antequam biennium in conuerſione compleuerit, aliquis tonſurari non debet. C. VI.

MOnaſterijs omnib. fraternitas veſtra diſtrictius interdicat: vt eos, quos ad conuerſionem † ſuſceperint, priuſquam biennium [c] in conuerſione † cõpleant, † nullo modo audeant tonſurare: Sed hoc ſpacio vita, moreſque eorum ſolicite comprobentur: ne quis eorum aut non ſit [d] contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. Nam dum graue ſit inexpertos hominum ſociari obſequijs; quis poſſit dicere, quàm ſit grauius ad Dei ſeruitium improbatos applicari. [e] Miles, [c] vero ſi cõuerti voluerit; priuſquam nobis renuncietur, nullus eum ſine noſtro [ß] conſenſu qualicumque præſumat ratione ſuſcipere.

l. 7. c. 719.
, conuertendum.
, conuerſione.
, compleuerint.

e ¶ Improbatos applicari.] *Antea legebatur*, Improbos applicare. *Emendatum eſt ex originali impreſſo, & manuſcripto.*

ß ¶ Sine noſtro.] *Hoc præcepit eo tẽpore B. Greg. ne omnino uideretur contemnere legem, quam Mauritius Imperator tulerat, ne milites ante completum tempus militiæ in monaſterijs recipi poſſent: quam legem idẽ Greg. lib. 11. epiſt. 61. ipſi Mauritio ſcribens uehementer reprehendit: quod auctor gloſſæ non uidetur attendiſſe.*

4 *Quæritur, ſi ingreſſis monaſterium ultra relinquatur* vel monaſteria: & fecerunt ea communia diuerſoria: quare ſtatutũ fuit in ſeptima ſynodo, vt ſi inuaſores voluerint ea reſtituere, in antiquum ſtatum reformẽtur: alioquin ſi clerici ſunt, deponantur: ſi laici, vel monachi, excõicentur: cum ipſi aduerſentur Deo dicenti. Nolite facere domũ patris mei, templum ædificatum nominis eius, domum negotiationis.

a ¶ Surripiuntur.] Ideſt, inuaduntur: nã furtum nõ fit in re immobili. inſtit. de vſuca. §. abol. ita.

b ¶ Deponi.] Et hoc cum pœna incipit a crimine: ſecus ſi cõtumacia: quia tunc primo eſſet ſuſpendendus, vt 81. diſt. dictum Io.

QVAERITVR. Hæc eſt tertia pars quæſt. ſecundũ Io. Faut. & quæſtiò incidens.

CASVS. Hic mouet Gratian⁹ incidentẽ quæſtionem, ſ. quo tempore debeãt tonſurari qui conuertũtur ad religionem. & reſpõdetur quod poſt biennium, ut probatur ſeq. cap.

MOnaſterijs.] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ duas pãrtes. In prima parte dicit Greg. ꝙ ſi aliquis vult monach⁹ fieri, ꝙ non dẽt niſi poſt biennium tonſurari, vt hoc tẽpore diſcutiatur utrũ bonus ſit, an malus. Nam cum graue ſit inexpertos hominũ obſequijs ſociari: multo grauius eſt improbos ad Dei ſeruitium applicare. In ſecunda parte præcipit, ut nullus ſine licentia ſua ſuſcipiat militem ad monachatũ. Secunda pars incipit ibi, [Miles vero.]

c ¶ Biennium.] Dicitur ſup. 17. q. 2. Gonſaldus, &c. ſi quis incognitus.

d ¶ Aut non ſit.] Simile 61. d. miramur in fin. ff. nauta, cauſta. l. vlt. §. hoc aũt.

e ¶ Miles.] Forte loquitur de militibus Apuliæ, quę tota eſt patrimonium beati Petri. ut 94. diſt. valde. & 10. q. 1. relatum. Vel de illis, qui facti fuerant irregulares: ſic 53. d. legem. Io.

Apulia eſt patrimoniũ S. Petri.

de contrah. empt. xde ſacra. Io.

iam a quibuſdam.] CASVS. Quidam prædones per violentiam invaſerunt epiſcopia.

QVAERITVR. Hæc eſt quarta pars quæſtio. in quã

Digitized by Google

quæritur, ſi monachus poſſit condere teſtamentum, & dicit quòd non. ſi iam profeſſus eſt: heremita tamen poteſt. & ſic intelligas ſequentia. Io. de Fan.

CASVS. Adhuc mouet Grat. quandam incidentem quæſtionem, vtrum liceat monachis condere teſtamẽtum? Primò probat q̃ nõ, poſtea probat contrarium. & ſoluit. inf. ea. e contra.

QVia ingredientibus.] CASVS. Ianuarius Carolitanus epũs quæſiuit a Greg. vtrum monacho liceat condere teſtamentum de rebus, quas monaſterio dedit? Et reſpondet quod non.

a ¶ Cõuertendi.] Dupliciter. n. põt aliqs intrare religionem. Poteſt enim intrare uel cauſa probandi, uel cauſa conuertendi, & proteſtari debet qualiter intret, ut extra de reg. conſulti ſumus. & c. poſtulaſti.

b ¶ Teſtandi.] Quia enim in poteſtate alterius eſt, nõ põt teſtati inſti. quib. non eſt pmiſſum fa. teſt. in princ. donare tamen põt mortis cã de conſenſu patris. ff. de don. filiusfamilias. & etiam inter uiuos. ff. eo. ſi cũ filius. clericus tamen in poteſtate conſtitutus poteſt teſtari. C. de epiſco. & cler. auth. presbyteros.

c ¶ Eiuſdem.] Cum nõ habeat filios, ut inf. ea. ſi qua.

d ¶ Decretum eſt.] C. de epi. & cler. authen. ingreſſi.

PErlatũ.] CASVS. Mulier quędam nomine Petronilla exhortatione Agnelli epiſcopi facta eſt monialis: & licet in ipſo ingreſſu omnes res ſuæ monaſterio competerent, ea tamen ſpeciali titulo donationis monaſterio contulit. quam donationẽ Gregor. habuit ratam.

e ¶ Per exhortationem.] Non tamen illectam, ut 15. q. 3. conſtituit.

f ¶ Omnes.] Diſtinguitur tamen an ſana, an infirma det, ut ext. de ſepul. de his.

ECONTRA. CASVS. Nunc probat Grat. contrarium, quòd monacho licet condere teſtamentum: quod probat exemplo Pauli heremitæ, qui colobium. i. dalmaticam, & tunicam in teſtamento reliquit: poſtea ſoluit dicens: q̃ licet Paulus fuerit heremita, nõ tamen fuit monachus: & ideo potuit condere teſtamentum.

g ¶ Heremita.] Heremitæ ergo habent propria: qđ uaſi ad ea quæ notaui. 16. q. 1. qui uere.

SI qua mulier.] CASVS. Lex iſta diuidit in quatuor partes. In prima parte dicitur, q̃ ſi aliqua mulier ſine liberis monaſterium intrauerit, omnes res eius ſtatim in ipſo ingreſſu competunt monaſterio. In ſecũda parte dicitur, q̃ ſi liberos habet, & monaſterium ingrediatur, liceat ei poſtea res ſuas inter liberos diuidere, legitima nulli diminuta, & quod eis non dederit, totum penes monaſterium remanebit. In tertia parte dicitur, q̃ ſi omnes res ſuas voluerit inter filios diuidere, tantũ remaneat pro monaſterio, quantum dederit cuilibet filiorum. In quarta dicitur, q̃ ſi moriatur poſt ingreſſum antequam inter filios diuidat, filij habebunt tantum legitimam, reliqua ſubſtantia ad monaſterium pertinente. Secunda pars incipit ibi. [Sed ſi perſona.] Tertia ibi. [Sed ſi omnem. Quarta ibi. [Sed ſi poſt.]

h ¶ Non extantibus.] Sed quid ſi habet aſcendentes? idem videtur: quia æque ſuccedunt aſcendentes, licet

licentia teſtandi. Hoc Gregorius prohibet ita ſcribens Ianuario Caralitano epiſcopo, lib. 7. ind. 2. epiſt. 7.

¶ Poſt monaſterij ingreſſum nulli relinquitur licentia teſtandi. C. VII.

QVia ingredientibus monaſterium cõuertendi [a] gratia vlterius nulla ſit teſtandi [b] licentia, ſed res eorum eiuſdem [c] monaſterij iuris fiant; aperta legis definitione decretum eſt [d].

Ext. de teſt. ca. quia Anſ. l. 7. c. 182.

Item Gregor. Papa Cypriano diacono, lib. 3 epiſt. 6.

¶ Poſt monaſterij ingreſſum eidem monaſterio omnia ſunt conferenda. C. VIII.

PErlatum eſt ad nos Petronillam nomine de prouincia Lucania genitam, per exhortationem [e] Agnelli epiſcopi fuiſſe conuerſam; reſque ſuas omnes [f], quas habere potuit, licet ſibi iure potuiſſent competere, tamen eaſdem monaſterio, quod ingreſſa eſt, etiam ſpecialiter donationis titulo contuliſſe.

Econtra Paulus primus heremita [g] in teſtamẽto [α] colobium ſuum Athanaſio Alexandrino epiſcopo reliquit: tunicam vero B. Antonio. Sed aliud eſt de his, qui in monaſterium ingreſſi ſe & ſua tradiderunt: aliud de his, qui ſolitariam vitam ducentes ſe nulli eccleſiæ tradiderunt [β]. Illi ſemel tradita nulli tradere poſſunt: iſti nulli oblata libere teſtari poſſunt.

Religio intratur dupliciter.

Filiusfamilias teſtari non poteſt.

Heremitæ habẽt propria.

α ¶ In teſtamento.] *Longe aliter B. Hieronymus in uita Pauli. Scribit enim beatum Antonium pallio, quod ei donauerat Athanaſius Pauli corpus inuoluiſſe, et addit,* ne quid pius hæres ex inteſtati bonis non poſſideret, tunicam eius ſibi vendicauit, quam in ſportarum modum de palmæ folijs ipſe ſibi contexuerat.

β ¶ Tradiderunt.] *Sic emendatum ex pleriſq; manuſcriptis. Antea legebatur,* tradere poſſunt.

Item in authenticis, conſtitutione 9.

Cap. IX.

SI qua mulier, aut vir monaſticam elegerit vitã, & intrauerit monaſterium, liberis non extantibus [h], monaſterio, quod ingreditur, res eius competere iubemus.

Cod. de ſacroſ. eccleſ. auth. ſi qua mulier. Apud Iulianũ. anteceſſ. nouel. 123. c. 36. Coll. 9. ti. 15. §. ſi qua.

cet ordine turbato. ff. de inof. teſt. nam & ſi. & qa aſcendentem non poteſt quis exhæredare, niſi commiſerit eaulam ingratitudinis, ut auth. ut cum. de app. cog. coll. 8. §. 2. ad idem C. de ap. & cle. authen. presbyteros. in fi. ſed aliud eſt hic ratione monachatus, & fauore religio-

¶ Sed ſi perſona liberos habens, antequam de rebus ſuis inter eos diſponat, monaſterium intret: licet ei poſtea inter eos diuidere [a] legitima † non diminuta: [b] & quod eis non dedit, monaſterio competet. ¶ Sed ſi omnem ſubſtantiam inter filios diuidere voluerit; ſua perſona filijs connumerata partem ſibi retineat, quæ monaſterio competere [c] debet. ¶ Sed ſi poſt ingreſſum moriatur, antequàm inter eos diuidat. filij legitimam percipiant, reliqua ſubſtantia monaſterio competente. *In authenticis de mona. conſtit. 5. in collatio. 1.* ¶ Nunc autem cum monachus factus eſt, hoc ipſo res ſuas obtuliſſe videtur, ſi prius teſtatus nõ fit: & exinde iudicio eius ceſſante; [d] lege diſponit, ut ſi liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit; eatenus ſubſtantiæ monaſterio deſtinatæ detrahatur: ne quid contingat circa liberos iniquum.

† *al. legitima portio ius ſuum.*

Item ex nouella 123.

C. X.

NOn liceat parentibus liberos, uel liberis parentes ab hereditate repellere monachos factos: quamuis dum laici fuerant, in cauſam ingratitudinis [e] inciderint. ¶ Item non liceat parentibus liberos ſuos ad ſolitariam uitam tranſeuntes abſtrahere de monaſterijs.

¶ *Hoc caput exp̃ſſe habetur apud Iulianũ anteceſſorem, nouella 123. c. 59. In quo aliqui Gratianum reprehendẽt, qui hanc Iuliani epitomen videre minime potuerãt.*

a ¶ Diuidere.] Sed qualiter teſtatur, vel diſponit iſta ꝑſona. de rebus alienis, cõtra illud inſtit. quibus non eſt permiſſa. teſt. in prin. Sed dic quod hoc ex quadam benignitate ꝑmittit a iure, ne eccleſia videat aliquẽ velle circumuenire ꝙ res ſuas præterea video quod quãdoque aliquis diſponit de rebus alienis, ut mater, quæ trãſit ad ſecũdas nuptias, teſtari põt de reb. prio rum filiorum, & diſponere inter ipſos, vt C. de ſecũdis nup. fœminæ. §. vlt.

b ¶ Legitima nõ diminuta.] Id eſt, Tertia vel medietate ſecundum numerum filiorũ. C. de inof. teſta. authen. nouiſſima.

c ¶ Competere.] Ne ſit oneroſus monaſterio, 16. quæſt. 6. de lapſis.

NVNC AVTEM. CASVS. Dicit ꝙ eo ipſo quod aliquis efficitur monachus res ſuas monaſterio cõfert, ſi ipſe non fecit teſtamentum prius: & ideo ceſſante poſtea iudicio eius teſtamentario, ſi filijs nihil uel minus legitima contulerit, legitima eis per legem ſupplebitur, ne quid circa eos contingat iniquum.

d ¶ Ceſſante.] Ideſt, ſi ceſſauerit iudicium: quia morte prævenitus eſt: & ſic non obſtat ſupra eod. l. proxi. quidam tamen intellexerunt, quod hic dicitur, cum uere factus eſſet monachus: proximam legem intelligunt, cum adhuc eſt in probatione. Ioan.

NOn liceat.] CASVS. Hęc conſtitutio nouellæ diuiditur in duas partes. In prima dicitur, ꝙ parentes non poſſunt exhæredare filios ingratos, ſi poſt ingratitudinem monachi fiant. Idem iuris eſt de filijs contra parentes. In ſecunda parte dicitur, quod parentes non debent filios reuocare ad monaſterium tranſeuntes, Secunda pars eſt ibi [Item non liceat.]

e ¶ Ingratitudinis.] Ecce quod ingratitudo aboletur per ingreſſum monaſterij; ſimiliter irregularitas, ut 56. diſt. cap. 1. cum enim alias monachus ſit perfectus, non requiritur in eo omnimoda regularitas, ut 16. q. 1. legi. monachatus enim omnem maculam abſtergit. in authen. de mona. in princ. colla. 1. argumen. tamen eſt, quod non tollatur irregularitas. 55. diſt. priſcis 1. q. 7. c. 1. 10. 2

Irregularitas tollitur per monachatum.

2 Dic de hoc ut plene no. extra de apo. cap. 1. in glo. ex hoc uidetur. q̃ fuit gl. L.

ais. Itẽ adhuc huic obſtat. in auth. vt nul. iud. col. c. vbi pater habet tertiam partem bonorum filiæ, etruditur in monaſterium: ſed hoc ideo eſt, quia o inuito fuit monacha. Sed quid ſi primo facit teſtum? Videtur quod per ingreſſum monaſterij tur quaſi per poſthumi agnationẽ, eccleſia enim tratur poſthumo, ut extra de probat. in præſenauth. de ſan. epiſ. §. ſed & hoc præſenti addimus ni ff. de iniuſt. rup. teſt. filio. Item per capitis dionẽ rumpitur teſtamentũ. inſti. qui. mo. rumſta. §. 2. Item iſte diminuitur capite: quia tranterius poteſtatem. 2 ecõtra videtur ꝙ teneat teſtum: quia pro mortuo habetur: ſed in morte atur teſtamentum. Item legatum non perit per liminutionem, ut ff. de capi. dimi. legatum. Ad e quod rumpitur teſtamentum niſi prius aliliquerit monaſterio. ſi ergo inſtituerit monaante ingreſſum monaſterij in uno denario, porumpitur teſtamentum. H. tamen & Io. cõtraunt. Sed nunquid monaſterium ipſo ingreſum eſt poſſeſſionem rerum illius? Videtur qđ admodum adoptans adipiſcitur poſſeſſionem ff. de preca. ſi adoptauero. quod concedo. Sed grediens monaſterium habuit uſumfructum : nunquid monaſterium poteſt uti fructib.

Digitized by Google

VO pueritiæ.] CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de adultis monachis factis: nunc vero supponit causam vigesimam Grāt. vbi tractatur de impuberibus. de quibus. ut melius pateat quid iuris sit, proponit Gratia, de quo quatuor elicit quæstiones.

QVod intra annos.] Hæc quæstio diuiditur in 5. partes. In prima probat speciliter per quinq; c. qñ puer à patre traditur monasterio, cogitur ibi semper esse. quod tamen nō est uerum, nisi usque ad ætatem legitimā. Secunda ibi. [Ex his auctoritatibus.] Tertia ibi, [Velamē.] Quarta ibi. Tēpus quoque. Quinta ibi, [Quamuis.] Io. de Fian.

CASVS. Hic ponitur prima q̄stio. in qua queritur utrum pueri traditi monasterijs a parentibus ab annis pueritiæ, cogātur in monasterijs permanere. Et certū est, q̄ usque ad annos pubertatis i monasterijs permanere coguntur: sed cū puenerint ad ætatē legitimam, si ibi q̄manere noluerint, recedere p̄nt ut infra ead. q. illud. ad insta: sponsalium, ubi maior tenetur expectare minorem usq; ad legitimam ætatē, ut extra de despō. impub. de illis. Hug. tñ dicit, q̄ si sint doli capaces compelluntur ibi morari, si non contradicunt. Alij uero contra. & procedit hoc ordine Gratianus. primo probat, q̄ in arbitrio puerorum est recedere, uel stare, cum ad annos pubertatis peruenerint. postea probat contra. sed tu stabis illi capitulo, illud.

Monasteriū ingressus ante perfectam ætatem an possit postea exire.

a ¶ Quod intra annos.] Aut est adultus qui intrat monasterium: aut impubes. Si adultus est. & sponte intrat. exire non poterit, vt inf. ea. q. 1. puellæ. & q. 2. c. 1. & 2. inuitus intrat, exire potest, ut infra. ea. q. 1. sicut. nisi p̄ter aliquam culpam inuitus intret, vt no. dist. 5. ille & 21. q. 2. placuit. Si impubes intrat, aut ſ ab alio ponitur in monasterio, aut per se intrat. si ab alio ponitur in monasterio. & ipse nō consentit, potest egredi, quando voluerit, ut inf. ea. q. puellæ & q. 3. p̄ceptis. si uero cōsentit, cū ab alio ponitur in monasterio, tenet: licet consensus ille qui fit ante annos discretionis non teneat: inde tñ exire non potest priusquam ueniat ad legitimā ætatem. 1 ad instar carnalis matrimonij, ut extra de despō. impu. de illis & infra ead. q. illud. sed q̄ cito peruenerit ad perfectam ætatem, potest egredi, ut infra ea. q. 3. p̄ceptis. & extra de reg. cum scimus. licet quidā dixerint, q̄ i impubere sufficiat sola parentis oblatio, ad hoc ut monachus sit. arg. eius quod est extra de reg. c. significatum. & inf. e. c. 1. & 2. Sed contra eos est apertè ext. de reg. cum virum. & c. cum simus. Si uero in. p. ſ. propria auctoritate intrat, potest extrahi a parte, uel autore, ut inf. ea.

1 De hoc If. ea. q. c. illud & ff. de posſ. l. si quis in rem.

CAVSA XX.

VO pueritiæ annos agentes à parentibus monasterio traditi sunt; unus inuitus, alter ſponteneus cucullam induit. Ad annos pubertatis uenientes, inuitus ad ſæcularem militiam redijt, ſpōtaneus monasterium diſtrictius petit.

1 *Nunc primum queritur, ſi pueritiæ annis traditi cogantur religionis propoſitum tenere.*

2 *Secundo, ſi præter uoluntatem parentum tonſuram, uel religionis veſtem quis in pueritia accipiat, an poſſit ſi bi derahi, an non.*

3 *Tertio, qui præter propriam voluntatem cucullam induerit. an cogatur eam retinere an non.*

4 *Quarto, ſi ab uno monaſterio in aliud diſtrictius liceat alicui tranſire.*

QVAESTIO I.

VOdintra annos a pueritiæ traditi, cum adulti fuerint, liberum habeāt arbitrium manendi, uel diſcedendi, probatur auctoritate nonæ ſynodi.

a ¶ Nonæ.] *In nonnullis uetuſtis exemplaribus eſt, Octauæ. Verum in octaua ab Hadriano II. habita non habetur, ſed in libro B. Baſilij de inſtitutis monachorum. Ruffino interprete, c. 8. Similia etiam ſunt apud eundem B. Baſilium in regulis fuſius diſputatis, c. 15.*

¶ Viriginitatis profeſſio quo tempore firma eſſe incipit. C. 1.

FIrma aūt tunc erit profeſſio virginitatis, ex quo adul-

Puer nouennis nutricē grauidauit. Voto nemo obligatur ante legitimā ætatem.

Digitized by Google

a ¶ Cæpe-

a ¶ Cœperit.] Non intelligas cum cęperit attingere xiiij.ann. maſculus, vel fœmina xij. annum: ſed cum iam eſt in fine xiiij. annorum, vel xij.

SI VIRGINITATIS. CASVS. Dicit hic Grat. ꝙ c. firma intelligitur de illa profeſſione, quæ proprio fit ar-

ta iam ætas eſſe cęperit; [a] & ea quæ ſolet apta nuptijs deputari, ac perfici. [a]

a ¶ Ac perfecta.] *Hæc non ſunt in eo B. Baſilij loco.*

Si virginitatis profeſſio tunc incipit eſſe firma, cum ætas cœperit eſſe adulta, & religionis profeſſio tunc demum debet eſſe firma, cum ad adultam ætatem pervenerit. Sed hic de illa profeſſione agitur, quæ in annis pueritiæ proprio arbitrio Deo offertur, quam non confirmat parentum conſenſus. Cæterum, quæ a parentibus Deo offertur profeſſio, inuiolatam ſeruari oportet.

Vnde Gregorius ſcribit ad Auguſtinum Anglorum epiſcopum.

¶ *Sic etiam citat Iuo. Extat in epiſtola quarta Gregorij tertij ad Bonifacium legatum Germaniæ: & ſimile habetur in concilio Vuormacienſi, c. 22.*

¶ Non licet de monaſterio egredi, quem pater, vel mater intra annos infantiæ fecerit ordinari.

C. II.

) p. 7. c. 15. A Ddidiſtis [b] adhuc, quòd ſi pater, vel mater [c] filiũ, filiamve intra ſepta monaſterij in infantiæ [d] annis ſub regulari tradiderint diſciplina, vtrum liceat eis poſt quam pubertatis † annos impleuerint, egredi, & matrimonio copulari: Hoc omnino deuitamus: [f] quia nefas eſt, vt oblatis a parentibus Deo filijs voluptatis † frena laxentur.

d. adpubertatis.

t. voluntatis.

Item ex concilio Toletano 4. c. 48.

¶ Aut propria profeſſio, aut paterna deuotio monachum facit. C. III.

.l. 4. tit. 34. l. l. 8. c. 189. & .6. h. l. 8. c. 6. .7. c. 30. MOnachum aut paterna deuotio, [g] aut propria profeſſio [h] facit. Quidquid horum fuerit, alligatum β tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad ſæculũ interdicimus regreſſus.

β ¶ Alligatum.] *In duobus Vaticanis conciliorùm codicibus, & Lucenſi regio legitur,* allegatum.

Item Iſidorus.

¶ In monaſterio perpetuo maneant, qui a parentibus traditi ſunt. C. IIII.

QVicunque a parentibus proprijs in monaſterio fuerit delegatus, nouerit ſe ibi perpetuo permanſurũ. Nam Anna Samuelem puerum natum & ablactatum [i] Deo cum pietate obtulit: qui & in miniſterio templi,

b ¶ Addidiſtis.] Hæc tria c. 1 intelligas de illis, qui poſt adultã ætatem conſenſum accõmodauerint: ſed H. intelligit de doli capacibus.

c ¶ Mater.] Vt ergo ꝙ mater poſſit tradere filiũ ſuũ religioni, vt j. eo. quicunq; quod nõ vi, cũ non habeat ipſum in poteſtate, vt Inſtitu. de adop. §. fœminæ. legas ergo vel. pro &.

d ¶ Infantię.] Ideſt, pueritiæ.

e ¶ Pubertatis.] Supra 28. diſtin. de his contra. ſed loquitur de ſæcularibus.

f ¶ Deuitamus.] Ex his c. ſumunt quidã ſchiſma erroris ſuiſſe & dicũt ſufficere ſolam oblationem patris, ad hoc vt quis monachus fiat, vt extra de reg. ſignificatum, & c. ad hęc. ſed eis obuiat j. e. illud, & ext. eo. cũ ſimus. ſed intelligas iſta c. qñ in adulta ætate conſenſerunt: & ſic interpretatur c. Cęleſtinus, extra eo. cũ uirum.

g ¶ Monachum.] ¶ Deuotio.] Et filij ſpõtanea profeſſio ſupple.

h ¶ Profeſſio.] Per ſe.

QVicunque.] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ quicunque fuerit a parentibus monaſterio deputatus, ꝑpetuo dẽt ibi morari: & hoc ꝓbatur exemplo Samuelis, qui oblatus ab Anna, cũ iam eſſet ablactatus a matre, in ſeruitio Dei permanſit. Sequens cap. planum eſt: & intelligitur hoc cap. de illis, qui poſt legitimam ætatem cõſenſerunt, nel qui tẽpore oblationis erãt doli capaces.

i ¶ Ablactatum.] .i. ſola oblatio nõ ſufficit, nel puella ſine patris, nel matris aucto quæ cum peruenerit ad pubertatem, exire nalet: a parente offeratur monaſterio: quia tunc exire let. & ad hoc inducit ſequentia capitula.

lidiſtis.] CASVS. Quæſitum fuit a Gregorio, rũ poſſint exire de monaſterio, & matrimonio

a pitero, nel puella ſine patris, nel matris aucto quæ cum peruenerit ad pubertatem, exire nalet: a parente offeratur monaſterio: quia tunc exire let. & ad hoc inducit ſequentia capitula.

lidiſtis.] CASVS. Quæſitum fuit a Gregorio, rũ poſſint exire de monaſterio, & matrimonio

feciſſet, niſi ipſe poſtea ratum habuiſſet. Sed quare in baptiſmo cogitur ſeruare factum parentum, & non in uoto? Reſponde, quia ibi recipit ſacramentum: unde illud cogitur ſeruare, ut 45. diſt. de Iudæis. Item quia in baptiſmo poteſt puer per alium obligari, ut de conſecr. diſt. 4. baptiſmi uicem.

Obligant parentes in baptiſmo, ſed nõ in uoto.

Quem

Digitized by Google

quo a matre fuerat deputatus, permansit; & vbi constiturus est, deseruiuit.

¶ *Hoc non est inuentum in libris B. Isidori: sed Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti c. 59. hoc idem ex ipso Isidoro refert.*

Item ex regesto Gregorij, li. 1 epist 48 ad Anthemiū.

¶ De eodem. C. V.

QVia autem dura est in insulis cōgregatio monachorum; etiam pueros in eisdē monasterijs ante xviij. annorum tempora suscipi prohibemus: vel si qui nunc sunt tua eos prouidentia auferat, & in vrbem Romanā transmittat. Hoc & in Palmaria, alijsque insulis te per omnia volumus custodire. Extra de regu. c. 1.

Item ex concilio Triburiensi.

¶ Qui a progenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi non licet. C. VI.

QVem progenitores ad monasterium tradiderunt, & in ecclesia cœpit[a] canere, & legere; nec vxorē ducere, nec monasterium deserere poterit: sed si discesserit, reducatur; si tonsuram dimiserit, rursus tondeatur: vxorem si vsurpauerit, dimittere compellatur. Burch. l. 8. c. 97. Ivo p. 7. c. 115.

[*Item ex pœnitentiali Theodori.*]

PALEA. C. VII.

INfans pro infante potest dari in monasterio: quamuis alter vocatus † sit. Tamen melius est votum soluere. Similiter & pecora æquali pretio (si necesse est) sunt redimenda. † *forte*] votus.

a *Ex his auctoritatibus colligitur, quòd paterna professio pueros tenet obligatos, nec licebit eis a proposito discedere, quod paterna deuotione in puerilibus annis susceperunt.*

Sed obijcitur illud Leonis Papæ, epist. 90. ad Rusticum episcopum, c. 13. & 14.

¶ Non licet puellis nuptias eligere, quæ spontanea voluntate virginitatis susceperunt propositum.

C. VIII.

PVellæ, [b] quę non coactæ parentum imperio, sed spōtaneo iudicio virginitatis propositum, atq; habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt, prævaricantur, & si consecratio non accessit, cuius vtique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ambigi verò non potest crimen magnum admitti, vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta non possunt impunè calcari, [c] quid eos † manebit, qui corruperint fœdera diuini sacramenti? Barch. l. 8. c. 2. Ivo p. 7. c. 20. Poly. l. 4. tit. 35. † *al.* de vi.

Cum ergo in principio huius capituli dicatur: [*Puellæ, quæ non coactæ imperio parentum,*] *datur intelligi, quod si coactæ habitum virginitatis sumpserint sine prævaricatione ipsum deserere possunt. Sed puella hic nubilis intelligitur, cuius (vt in sequentibus demonstratur) post duodecimum annum est liberum arbitrium, nec in electione propositi cogitur sequi parentum imperium.*

Sic & illud intelligendum est, quod est Statutum in Synodo habita ab Eugenio Papa II. c. 32.

a Vide quod leg. & not. 27. qō. 1. c. 1. & cap. vidua ibi videas.

a Quem progenitores.] ¶ Cœpit.] Arg. q̄ præiudicatur alicui per factum sicut p̄ dictū: & q̄ non refert an factis vel dictis declaret quis voluntatē suā, vt ext. de appel. dilecti & 22. q. 5. cauete. sic extr. de reg. vidua & 27. dis. quod interrogasti. 1

EX HIS. Hæc est 1. pars qō. in qua p̄bat magister, q̄ non compellitur puer re manere nisi velit in ætate legitima: & hoc probat per tria cap. 10. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, quod pueri ex oblatione paterna intantum sūt obligati, q̄ a monasterio recedere non possunt. Sed huic conclusioni obijcit postea Gratia. per sequens cap.

PVellæ.] CASVS. Puellæ quædam non coactæ ab corū parentibus, sed spontè habitū monachalem susceperunt: postea matrimoniū cōtraxerūt. Quæsitum fuit a Leone Papa, vtrū cōtra professionem suā possint venire. & respondet q̄ non, etiam si nondū velum consecrationis susceperint. Et hoc probat exemplo contrahētium, qui contra sua pacta impunè venire non permittuntur.

b ¶ Puellę.] Adultę. Sed *fm* H. doli capaces. Cœlestinus tamen videtur intelligere hoc cap. de adultis, extra de reg. eum virum.

c ¶ Calcari.] Si. 27. q. 1. cap. 2.

CVM ERGO IN PRINCIPIO. CASVS. Concludit hic Gratianus ex supradicto cap. a cōtrario sensu, q̄ si a parentibus coactę fuerūt habitum recipere, ipsum deserere p̄sit. Postea soluit dicēs, quod cap. illud, puellę, loquitur de puella nubili, quæ post xij. annum a patre cogi non potest mo

nastę-

Digitized by Google

ſtetum ingredi, & ſi coacta fuerit, habitum ſeruare
n cogitur, & ad hoc induxit ſeq. c. ſed ſi eſſet innubi-
ſecus eſſet. ſed hoc eſt allegatio.
[cut qui.] CASVS. Statuit Eugenius in hoc c. ꝙ ſicut
illi, qui ſponte ingrediuntur monaſterium recedere
b

aliquis cogeretur manere cum ea, qui nunquam deliberauit. nam etiam in illicitis datur alicui dilatio mentis. ut 1. q. 1. conſtat. decretalis tamē videtur eis dare triduum. vt extra ead. ad noſtram. Vel ſaltem communes induciæ deberent eis dari ad loquendū cū amicis, & cōponēdas ſarcinulas, vt ff. ex qui. cau. ma. ab hoſt. lib. §. vl. Ecōtra uidetur, ꝙ nihil tēporis habebit. nā canon cōparat contractū quo quis obligat̄ homini, obligationi diuinę, ut 27. q. 1. c. 2. ſed in ꝺctu humano non licet etiā incontinenti reſilire, ut C. de tranſact. quamuis. ergo. nec in hoc. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ ſi ante xiv. annos fecit profeſſionē, ſtatim cum per unū diem fuerit poſt annos 14 in monaſterio, eſt ei factum præiudicium: ſecus ſi non fecit: per id quod eſt extra de regu. ad noſtram. Melius a eredo eſſe dicēdum, ꝙ ſi ante annos pubertatis habuit diſcretionē tantā, ut per ſe, uel p alios ſciuiſſet, ꝙ ſtatim eſſet obligatus, vt tunc ſtatim poſt annos xiv. ſit obligatus, ſi non contradicat. Sed ſi nec p ſe, nec p alios potuit ſcire aliquid de obligatione iſta, tūc in xxv. anno ſit inquirendum ab ipſo an velit ſtare, an non. ab alijs. n. non

¶ Extra voluntatem propriam retruſi in monaſterijs non teneantur. C. IX.

SIcut, qui monaſteria elegerunt, a monaſterijs egredi non permittuntur: ita hi, qui inuiti ſine iuſtæ offenſionis [a] cauſa ſunt intromiſſi, niſi volentes, non teneantur: quia quod non petunt, non obſeruant. Ideoq; tales conſiderandi ſunt magis † peccata committere, quam plangere, ſicut in decreto ſanctiſſimi Leonis Papæ manifeſtiſſime continetur.

maxime.

[Vnde Marcellus Papa.

PALEA. C. X.

vel.

ILlud autem ſtatuendum eſſe cenſemus, vt ſi in minori ætate filij monaſterio oblati fuerint, & † ſacrā tonſuram, vel velamina ſuſceperunt: dignum quidem duximus, vt xv. [b] anno a prælatis moniti † inquirantur, vtrum in ipſo habitu permanere cupiant, an non. Si vero permanere profeſſi fuerint, vlterius pœnitendi locū minime amplecti poſſunt. Sin autem ad ſæcularem habitum reuerti voluerint; redeundi licentia nullo modo denegetur; quia ſatis inutile eſt, ut coacta ſeruitia Domino præſtentur.

uniti uelis.

¶ *Notatur nomine palea etiam ab auctore gloſſa: ſed extat fere in omnibus vetuſtis, & ſine palea nomine.*

3 *Velamen [c] autem non licet imponere virginibus, niſi certis diebus.*

Vnde Gelaſius Papa ad epiſcopos per Lucaniam, cap. 14. & 15.

2 Quidquid hic dicatur: hodie teneas vt dr̄ ex. lib. 6. de reg. iuris qui. c. non ſolum. c. conſtitutionem. & de hoc Inno. notat ſatis, ext. eod. tit. cap. 1.

iſſunt: ita hi qui ſunt inuiti miſſi ſine iuſtę offen
auſa permittuntur abire, quia timendum eſſet,
i magis peccata committerent, quàm plangerēt.
obatur per decretum Leonis. [Maxime.] ideſt.

enſionis.] Propter delictū enim cogitur quis in-
onaſteriū, vt 16. q. 6. de lapſis 50. d. ſi ille. & 81.
m. & c. ſi quis clericus. & 33. q. 2. admonere. Et ſi
tempus ei non præfigitur, nunquid perpetuo ibi
t? Videtur ꝙ ſic, vt 81. d. ſi quis clericus, & ſer-
i ſine præfinitione tēporis in vinculis ponitur,
io ibi eſſe videtur, ut C. de pœ. ſeruus. Arg. cōtra
n primis. 1

autem.] CASVS. Hoc c. palea eſt: ſed tamen me-
eſt quolibet præmiſſo a G. & cōcordat cum illo
. Eſt ergo caſus huius c. Statuit Martinus Papa.
j intra pubertatis annos a parētibus offeruntur
erijs, & tonſuram, uel uelamen ſuſceperunt in
,,ab abbatibus, vel alijs ptælatis debent inquiti-
velint in ipſo habitu permanere, & ſi conſenſe-
ra non erit pœnitentiæ locus: ſi autem negauerunt ad ſæcularem uitam reddire, quia coacta
Deus non diligit.

.] Videtur ergo quod habeat xv. annum pro de-
one an uelit remanere, an recedere. Nam ante
tuit deliberare, cum nec ante habuit diſcretio-
ideretur enim eccleſia circumuenire homines, ſi

eſt hoc inquirendum niſi ab illis, qui per ſe nō poſſunt hoc ſcire: nec ab alijs hoc didicerunt. Itē nunquid poteſt aliquis petere in integrum reſtitutionē, qui in xv. anno intrauit religionem. Arg. ꝙ ſic. extra de reg. ad noſtram? Reſpon. non, quia non eſt deceptus, qui Chriſto ſe contunxit. præterea quia in talibus cenſeretur maior. ſimiliter in matrimonio. extra de reſtitu. ſpoliato. ex parte.

VELAMEN. Hæc eſt 3. pars quæſtio. in qua queritur quando ſunt uelandæ virgines. Et eſt dicendum quod in xxv. ann. & hoc probat per cap. ſeq. Io. de Fant.

Velū eſt qua druplex.

CASVS. Supra in præcedenti c. facta eſt mentio de ſacro uelamine: non oſtendit Gratianus, ꝙ ſacrum uelamen non eſt imponendum uirginibus, niſi certis diebus, quod probat per ſeq. cap.

3 Aliqū inue nitur velum cōuerſionis. vt 1. 27. q. 1. viduas. q̄ ibi n. q̄ ſit illud uelū, & quæ ſit dr̄a inter velum cōuerſionis, & profeſſionis notare vt Io. in glo. ibi in ſi. Archid.

c ¶ Velamen.] Hic agitur quo tempore virgines ſunt velandæ, vel conſecrandæ. Eſt autem quadruplex velum. ſ. uelum profeſſionis, conſecrationis, ordinationis, prælationis. 1 Velum profeſſionis imponitur tam virgini quàm uiduæ: dum tamen ſit xij. annorum, ut inf. q. 2. puella. Velum conſecrationis eſt quod tātum uirginib. imponitur in xxv. anno. ut inf. ea. q. placuit & 77. d. placuit. Velum ordinationis quod olim imponebatur diaconiſſis in xl. anno. ut inf. ea. ſanctimoniales. Velum prælationis eſt quod in lx. anno. datur abbatiſſæ, ut inf. eo. iuuenculas. 31. q. 1. quomodo uirginibus, & per hāc d. multa ſedantur contraria. Ioan.

De-

DEuotis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ sacrum velamen nō debet virginibus imponi, nisi in die Epiphaniorum, vel in albis Paschalibus, & in natalibus Apostolorum, vel nisi essent in articulo mortis: sicut de baptismo contingit: ne sine hoc munere recedant a sęculo. in secunda parte dī, ꝙ episcopi viduas velare non debent. Secūda pars est ibi, [Viduas autē.] Et intelligitur hoc de velo consecrationis, quod tantū virginibus datur, vt 26. d. acutius. Quod aūt sequitur vsque ad §. quamuis, planū est, & satis patet.

Velum quibus dieb. imponi debet.

a ¶Epiphaniorum.] Honestum est quod in talibus solēnitatibus tantū imponatur: pōt tamen quolibet die Dominico imponi. ext. de temporibus ordi. c. 1.

b ¶In albis.] idest, in tota septimana paschali.

c ¶Pontificum nullus.] sed ipsamet ab alteri recipiat, vt 27. q. 1. viduas quę. Vel recipiat a sacerdote, vt j. ea. vidua. Quidā tamen ex hoc c. dicebant ꝙ nec ēps, nec presbyter potest imponere uelum uidux. Nec ob. ext. qđ tactus cau. perlatū. nam ibi nō dicitur, ꝙ uelum imposuit, sed, ꝙ imponere simulauit. Similiter nō ob. extra, qui clerici, uel uouen. consuluit. nā intelligūt illud de uelo, idest, de ueste, qđ ex hoc apparet id, quod dī in ead. decre. ꝙ non fuerit professa, cum tamen per illud uelum intelligatur qs profiteri, cum fit uelum professionis. Ioan.

d ¶Vuenculas.] Sexagenariā.] Apostolus enim dicit, Vidua nō eligat minor lx. annorū. 31. q. 1. quamodo. Pōt tn hoc intelligi, ꝙ sit sexagenaria nō ætate, sed perfectione continentię. 2. q. 7. Paulus. ideo autē est virgo, quia aliter non posset esse

Abbatissa dēt esse sexagenaria.

exhortatrix uirginitatis, ut 26. dist. una.

e ¶Sanctimoniales.] ¶Non uelentur.] Velo ordinationis, ut fit diaconissa. non ad ordinem, sed ad quoddam ministerium Euangelicū in matutinis lectionibus nunciandi. Ioan.

f ¶Placuit.] ¶Non salutent.] Solemniter dicendo. Dominus nobiscum. Ioan.

Virgi-

¶Non nisi certis diebus velamen imponatur virginibus. C. XI.

DEuotis Deo virginibus, nisi aut Epiphaniorū [a] die, aut in albis [b] Paschalibus, aut in Apostolorum natalitijs sacrum velamen minime imponatur†: nisi forsan (sicut de baptismate dictum est) graui languore correptis, ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur. ¶Viduas autē velare pontificum nullus [c] attentet.

Poly. l. 4. tit. 35. Anſ. l. 7. c. 190. Burc. l. 8. c. 15. † *impetrant* orig. Iuo p. 7. c. 36. Pann. l. 3. c. 189.

4 *Tempus quoque consecrationis earum similiter obseruatur.*

Vnde Gregorius in regesto, lib. 3 epist. 11.

¶Ante sexagesimum ætatis suæ annum virgines non consecrentur. C. XII.

IVuenculas fieri abbatissas vehementissime prohibemus. Nullā igitur fraternitas tua, nisi sexagenariam [d] virginem, cuius vita † hoc, atq; mores exegerint, velari permittat.

NEcesse est, vt male [d] iurans dignam pœnitentiam agat: eo quòd nomen Domini contra præceptum illius sumpsit in uanum: quia in Exodo scriptũ est: [Nec enim insontem habebit Dominus eum, qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra.

¶ *Verba propria huius, & ſequentis capitis non ſunt in canone ſecundo concilij Toletani octaui: ex quo tamen citant Rabanus in lib. pœnit. cap.21. & Burchardus lib. 12. capitulo 29 continuate enim hoc affert cum iis, quæ in ſecundo illo canone ſequuntur. Idem vero Burchardus capitulo 7. citat ex Toletano capit. 9. Iuo autem ab olim ex Toletano. Sunt q; apud ipſos hæc duo capita cõiuncta,*

a [Cogitaui.] id est, videor cogitasse.

b [Magnæ.] [Reuocare.] i. nõ adimplere: i nec dicere fallax: ſi ad rei veritatem reuertitur, xxii.q.i.apud.

c [Vno.] Sup.c.q.i. & vlt.ẽ 6.q.1.quicũque. ibi imponitur ſeptennis pœnitentia pro periurio: ſed ibi loquitur cũ quis transgreditur licitũ iurauentum: hic loquitur cum quis temere iurat. Sed nonne qui temere iurat rem illicitam, mortaliter peccat: ergo ſeptennis pœnitentia debet ei imponi, ut 22.q.2. hoc ipsũ? Reſpon. regulariter imponitur ſeptem annorum pœnitentia. ſed ex cauſa diminuit vel augetur illud tẽpus 26. q. 7. tempora. tamen hic non negat quin per ſeptẽ annos debeat pœnitere: ſed hoc ſolum dicitur, quod a communione corporis Chriſti vno anno ſeparatur. Vna ex cauſa minuitur vel augetur.

d [Male iurans.] Diſtinguitur tñ an ſolemniter

Digitized by Google

quemadmodum, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, sine voce ista, Item.

Leuit. 19. [*Item & in Leutico.*

C. XV.

NOn peierabis in nomine meo: nec pollues nomen Dei tui: ego Dominus.] Malum tamen, quod factu rum se sacramento deuouerit; omnino non faciat: quia stulta vota frangenda sunt.

Item ex decreto Soteris Papæ, c.3.

¶ *Ita et cæteri collectores. Sed sup. ea. cap. si aliqd iisdē verbis affertur ex Beda, apud quē habetur, ut ibi ē indicatū.*

Sup.e.si aliquid. Poly.l.6. tit.11. Ans.l.11.c.73. Iuo p.12.c.75. Pann.l. 8.c.118. ¶ Iuramentum, quo malum incaute promittitur, non est seruandum. C. XVI.

SI aliquid forte incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum; illud consilio salubriore mutandū nouerimus: & magis instante neces sitate peierandum † nobis, quam pro facto a iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.

† al. peieran dum.

† al. Hibernens.

a ¶ Pro facto.] *Apud Iuonē, & in Panormia legitur*, pro vitādo periurio, *vt sup. ead. c.6. in Polycarpo aūt*, profecto in aliud. *Anselmus habet quemadmodū Gratianus.*

Item ex concilio Eliberitano, † c.1.

¶ Temeritas emendatur, cum incauta diffinitio soluitur. C. XVII.

Burc.l.12.c.15. Iuo p.12.c.80. DIffinitio [a] incauta laudabiliter soluenda est: [b] nec est prævaricatio, sed temeritatis emendatio. [c]

¶ *Iuo citat vt Grat. Burchar. aūt ex concilio Hibernēsi, & sic ē i manuscripta collectione canonū icerti auctoris.*

Item.

¶ Illicitum iuramentum non est seruandum. C. XVIII.

Sent.3.dist.19. Iuo p.12.c.15. Pann.l.8.c.98. 100. ACtione quarta septimę synodi β] Ioannes Apocrisarius orientaliū sedium dixit. Significat sermo patris nostri Sophronij, q̄ melius sit iurantem peierare, [d] quam seruare sacramentum in fractione sacrarum imaginum. Hoc autem dicimus: quia sacramento quidā se excusant. Tharasius patriarcha dixit. Quia pater γ Sophronius noueret bonitatem Dei; propterea trāsgredi voluit impium iuramentū. *Item paulo post.* ¶ Tharasius patriarcha dixit. Herodes seruauit iuramētum & perijt: Petrus vero negauit cum iuramento, & cōuersus fleuit, & saluatus est. Omne [e] enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pęniteat. Sācta synodus dixit. Sic nos docet sancta scriptura. Item Leontius † episcopus Phoceæ dixit: Scriptum est: [Iuramentum mendax ne diligatis.] Qua de causa iuramentum nostrum mendax dissoluatur, quasi nullam virtutem habens.

In Liminario c. 17.

† al. Leo. Zach. ep.

β ¶ Actione quarta septimæ synodi.] *Hæc verba in vno vetusto Gratiani codice sunt titulus (quemadmodum & apud Iuonem) initium vero capitis est*, Ioannes, &c. *& versio hæc non est Anastasij bibliothecarij.*

γ ¶ Quia pater.] *Aliter hēr locus ille synodi. Ibi.n.ex Limonario, seu horto spirituali cuius auctor est Sophronius, refertur consilium abbatis Theodori Aeliotæ datum incluso; vt iuramentum diabolo præstitum de non adorāda imagine Virginis Mariæ Iesum infantē gestantis nullo modo seruaret.*

Item Isidorus.

a ter iuret, an incon su verborū. Sicū incursu verborum, tūc venialiter p[eccat]. ut 25. dist. §. alias.

a Diffinitio.] Idest, affirmatio.

b ¶ Soluenda est.] Idest, frāgenda est.

c ¶ Emēdatio.] Nō enim peccat frangēdo tale votū, sed in hoc peccat q̄ temere iurauit, vt 22.q. 5. vna. Sed numquid tale iuramentū est temerarium est, i. de re illicita factū, inducit depositionem vel infamat? Arg. q̄ sic 6.q.1. qui cum quisquis. & c. infames. & in fi. c. q.5. si quis coniunctus. & ext. de iureiur. querelā. Sed contra ext. de iureiur. c. sicut. Ego non credo tale iuramentū infamare, nel impedire electionē faciam, nel faciendā. De hac materia not. 85. d. archidiaconū. Ioan.

Iuramentū de re illicita factum non infamat.

ACtione CASVS Quidam epi iurauerūt se fracturos imagines saluatoris & sanctorum, q̄ in ecclesijs erāt: quare quæsitū fuit quarta die: septimæ synodi: an illud illicitū iuramētum esset seruandum. & respōdetur q̄ nō. & ad hoc probandum inducit auctoritas Sophronij. s. si quis vult illicitum iuramentū seruare, perdit sicut Herodes. si q̄s uero nō seruat, indulget sibi Deus sicut Petro indulsit. Sequēs cap. per se patet.

d ¶ Peierare. Quoad similitudinē facti.

e ¶ Omne.] Nisi q̄ peccatū in spiritum sanctum, ita quod sit impœnitens.

2 ¶ Si

Digitized by Google

a ¶ Si quis præuentus.] Idest, deceptus.
b ¶ Vt definiat. Idest, intendat.

TRIEVS. CASVS. Docet Hier. in hoc c. qꝑ tribus modis potest quis contra suum iuramentum venire. Primo cum quis scienter male iurat. Secundo cum incaute iurat, nō putās esse peccatum quod iurat. Tertio cū pueri, vel puellæ intra pubertatis annos i domo parentum se obligant sacramento: qꝑ parentibus contradicentibus potest irritari.

c ¶ Soluenda sunt.] Idest, irritanda.
d ¶ Male iurat.] Scienter.
e ¶ Incautè iurat.] Ignoranter.
f ¶ Cōtradicentib.] Intra tenum, ut 20. q. 2. puellas.

Ecclesiæ est 2. pars q. in qua probatur qꝑ si aliqs venit contra proprium iuramentum in malum qd mutatur ad bonū, tunc non peccat: si autem vt conuertatur ad peius, tūc peccat dupliciter. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, dicens quod illicita iuramenta nō sunt seruanda: immo laudabiliter dissoluuntur, cū illicita iuramēta deserunt, ideo vt ad bonum redeatur. sed si sacramenta illicita deserūtur, vt in aliud malum transeatur, damnabiliter seruantur: sed damnabilius contēnūtur. quod probat per seq. cap.

¶ Non obseruentur iuramenta, quæ fiunt contra diuina mandata. C. XIX.

SI quis præuentus [a] fuerit, vt definiat [b] agere aliquid eorum, quæ non placét Deo; pęnitentiam agat: & qd contra mandātum Domini statutum est, in irritū reuoce tur. *Item Hieronymus in libro de natura rerum*. ¶ Trib. siquidem modis iuramenta contracta soluenda sunt. [c] Primo, cum quis male iurat. [d] Secundo, cum quis incautè iurat, [e] non putans hoc esse peccatum. Tertio, si pueri vel puellæ in domo parentum se iuramento cōstrinxerint patribus, † postquam audierint, contradicentibus. [f] ¶ *In libro de institutis monachorum B. Basilij Rufino interprete hæc leguntur*, Si quis præuentus fuerit, vt diffiniat agere aliquid eorum, quæ nō placent Deo. *In responsione vero subijcitur*, pęnitentiam debet agere, *& postea* oportet irrita reuocare, quæcunque ex præsumptione cōtra mandatum Dei statuuntur.

† *al. parentibus.*

2 *Ecce, quod iuramenta illicita laudabiliter soluuntur, damnabiliter seruantur. Quod iunc intelligendum est; quando iuramentum illicitum deseritur, vt ad bonum redeatur. Caterum, si propterea deseritur, vt in aliud malum transeatur, illicitum sacramentum damnabiliter seruatur, sed damnabilius contemnitur.*

Vnde Augustinus de bono coniugali, c. 4.

¶ Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum adhibetur. C. XX.

SI ad peccatum faciendū fides adhibetur; mirum, si fides appellanda est. Veruntamen [g] qualiscunque sit, si & contra ipsam fit; peius fit: nisi cum propterea deseritur, vt ad veram fidem, legitimamque redeatur: idest, ut peccatum emendetur voluntatis prauitate correcta, tanquam si quis cum homine nō possit; inueniat socium iniquitatis, & cū eo pacisc atur; vt simul id faciant, spoliumq; partiātur: quo facinore commisso totū solus auferat: dolet quidē ille, & fidē sibi nō esse seruatā cōqueritur. [h] Verū in ipsa sua querela cogitare dēt

Iuo p. 12. c. 14. Pann. l. 8. c. 96.

¶ Si ad peccatum.] CASVS. Quidam cū non posset solus spoliare viatorem, sortū sibi quæsiit, cui iurauit se redditurū medietatem de spoliis, quo spoliato totum sibi retinebat consocius. quare super hoc tres quæstiones fiūt. Prima est, an fides appelletur cum iurat partiri spolia viatoris? Et respondet Aug. mirum est, si fides dicatur. Secunda est, si faciat contra fidem sibi retinendo totum. & an sit peius iuris? Et respondetur qꝑ sic. Tertia est, si nil dat socio, sed reddat cui abstulit: vtrū peccat? Et respondetur qꝑ non. Vnde datur intelligi, qꝑ si fidem debet seruare suo complici: multo magis humana societati. Vtrobique. i. in eo qꝑ iurauit partiri spolia, & in eo qꝑ totum sibi retinuit. Vel vtrobiq;. i. quia rapuit, & ipse fidem non seruauit, sed totum sibi retinuit.

g ¶ Veruntamen.] Sed quæro qualiter possit quis fidē frangere in malefitijs societē nec in illis possit cōtrahi societas, ut ff. pro soc. quod autem, & in d. seq. nec ius opinionem, vt si quis credat se teneri ex tali iuramento, si non satisfaciat erroneæ conscientiæ, mortaliter peccat. ut extra de simo. per tuas 2. Et ita potius fides appellatur quantum ad errantis opinionem: & ita quandoq; consulitur alicui adimplere tale iuramentū ad quod tamen non tenetur: & hoc idem ut satisfaciat conscientiæ ipsius: & sic intelligo illud, quod legitur extra de sponsa. commissum.

h ¶ Conqueritur.] Nō potest in iudicio conqueri: quia ex improbitate nemo cōsequitur actionē, ut ff. de furt. itaque fallo. nec iudicium communi diuidundo locum habet inter prædones. ut ff. communi diuidundo. l. cum communi diuidundo. §. inter prędones. nec pro socio. vt ff. pro soc. nec præermittendum. immo si quis ratione illicitæ

Actio nō datur ex improbitate.

Digitized by Google

iuramenti aliquid petit præſtabit alteri ro. libras auri in auth.coll.5.ſecnicas non ſolum,&c.

a ¶ Potius.] i.q̃ potius debet fides. in bono ſeruari.

b ¶ In bona uita.] Id eſt, in bono.

c ¶ Si ſentit.] Id eſt, intelligit.

d ¶ Quam

potius [a] in bona vita [b] ipſi humanę ſocietatis fidē fuiſſe ſeruandam;ne præda iniqua ex homine fieret; ſi ſentit, [c] quàm iniquè [d] ſibi in peccati ſocietate ſeruata non fuerit. [e] Ille quippe vtrobique perfidus, profecto ſceleratior iudicandus eſt.

Idem ibidem.

¶ Si propterea fides nõ ſeruatur, vt ad bonum redeatur, non ideo violari dicitur. C. XXI.

Iuo ibidem. Pann.l. 8.c.97.

MVlier, ſi fide cõiugali violata fidem ſeruet adultero,vtiq.mala ē;ſed ſi nec adultero, [f] peior eſt.Porro ſi eam flagitij pęniteat,& ad caſtitatem rediens cõiugalem,paćta, ac placita adulterina reſcindat; miror ſi eā fidei violatricem uel ipſe adulter putabit.

Ex his itaque apparet, quod ſi quiſpiam,vt diximus, illicitum iuramentum nõ ſeruauerit, ut in aliud malum pernicioſum declinet; tanto grauius delinquit, quanto dammabilius accumulantur peccata peccatis. Si autem propterea deſeritur, vt ad bonum redatur: nihil culpæ pro tali periurio contrahitur, potius deflendum eſt, ſi in aliquo illius iuramenti occaſione nos deliquiſſe contigerit. Vnde Auguſtinus ſcribit Seuero Mileuitano epiſcopo conſulenti de quodam Hubaldo, qui à conſanguineis cuiuſdam, pellicis coactus fuerat iurare ſe illam ductugum in coniugem,nec matri ſuæ,nel fratribus ulterius neceſſaria ſuministraturum.

Reſcribit ergo B. Auguſtinus, vt diximus. Seuero Mileuitano epiſcopo ita dicens.

¶ De quodam Hubaldo, qui iurauit ſe non miniſtraturum neceſſaria matri,& fratribus. C. XXII.

INter cętera, ut rogaueras, a patre noſtro Ambroſio q̃ſiui;quid tibi chariſſime agendum ſit de Hubaldo parochiano tuo,qui captus, & timore neſcis impulſus ſuæ concubinæ iuramento firmauit ipſam in cõiugem ſuſcipere, propriamque matrem cum fratribus de domo expellere,nihilque eis alimoniæ vnquam impendere.Quia vero,quam prius concubinam habuerat, non eſt peccatum in coniugem ſuſcipere? matrimonium ſit in Deo firmum; & ſtabile. Porro iuramentum non ob hoc malum tranſeatur,pernicioſum eſt: quia peccata peccatis accumulantur. ſi vero deſeritur vt ad bonum redeatur,bonum eſt, & non malum: ſed potius flendum eſt ſi occaſione illiciti iuramenti aliquid mali perpetrauimus,quod probat per ſeq.cap.

INtercętera.] CASVS. Quidã nomine Hubaldus captus cum concubina ſua cõpulſus eſt iurare conſanguineis eius eã ſuſcipere in uxorem: matrem vero cũ fratrib.de domo expellere: iurauit etiã quòd nihil eis impẽderet pro alimonia: quare Mileuitanus epiſcopus rogauit Aug.vt ab Amb.q̃reret qd de Hubaldo eſſet faciendum: qđ & factum eſt.Reſcribit ergo Aug. ut Hubaldus habeat illam in coniugem, quam iurauit:matrem uero & fratres nõ expellat de domo: ſed eis præbeat alimenta,& ſi occaſione illius illiciti iuramẽti aliquid eis hactenus defuit, per pęnitẽtiam emẽdet: nec vllam infamiam ex illo iuramẽto facto per compulſionem contrahit: quia illi potius infamiam,& reatum periurij cõtraxerunt, qui eum iurare coegerunt.

Matrimonium utrum per coactionem impediatur.

g ¶ Matrimonium.] Videt ex loco iſto, q̃ coactio cõditionalis nõ impediat matrimoniũ: ſicut nec impedit alia ſacramẽta,nec impedit ſacramẽtum baptiſmi,ut 45.diſtin.de ludæ 5. nec ſacramẽtũ ordinis,ut 74. diſtin.ubi iſta.Itẽ alia ratione, quia hoc ſacramẽtũ ſeruari pòt ſine interitu ſalutis ęternę,ergo eſt ſeruãdũ, ut extra de iureiu. ſi vero. Sed cõtra matrimonia debent eſſe libera; & ibi animus debet gaudere plena libertate,vt extra de ſpon. requiſiuit.&c.cũ locum. Ad hoc dicunt quidam, q̃ talis eſt cogendus ducere mulierem quam coactus deſponſauit. ſi tamen nullo modo uoluerit, ceſſare debet eccleſia à coactione. Alij dicunt, quod omnibus modis eſt cogendus. & quod dicitur in illa decret.requiſiuit. quod ſit potius monenda,quam cogenda, exponunt, potius. id eſt, prius. ſic exponitur 23. q.4.non inuenitur, in fin. Vel intelligunt quando tales fuerunt perſonæ, q̃ uehementer præſumebatur q̃ deberet ſequi homicidium. Sed iſtis obuiat extra de ſpon. uenens. Sed probabiliter poteſt dici, ſi placet, q̃ in quatuor caſibus non tenet iuramentum per coactionem extortum, ut in noto, ut.

¶ Ad hoc extra de ſpon. ex litera.

extra

d ¶ Quam iniquè.] Ideſt, quam iniquum ſit non ſeruare fidem in illicitis.

e ¶ Non fuerit.] Societas,uel fides.

MVlier ſi fide.] CASVS. Quædam mulier iurauit ſe ſeruaturã fidem adultero: & q̃ alteri ſe nõ ſupponeret:poſtea uolebat alteri adhęrere,uel ad legitimum ritum redire: quæſitum fuit ab Aug. utrum peccet? Et reſpondet, ſi ſeruat fidem adultero male facit: ſed ſi alteri ſe ſubijciat, deterius facit, ſi uero ad maritum redit,nullo modo delinquit.

f ¶ Si nec adultero.] Ita q̃ cõtrahat cum adultero tertio:& tunc peccatum accumulat peccato.

EX HIS.CASVS. Concludit Grat.ex ſupradictis dicens, quod ſi iuramentum illicitum deſeritur, vt in aliud

Digitized by Google

extra ꝙ met. ca. perlatum. In traditione rei eccl'asticæ 15. q. 6. auctoritatem &c. ſ. quin dote. ut ff. quod met. cau. ſi mulier. §. des. In matrimonio. ut extra de ſponſ. cũ locum. &c. requiſiuit. Quod autem dicit ut hic matrimonium ſit. &c. iſtud, ſit, nõ ponitur præceptiue, ſed hortatiue; vl loquit in eo caſu cũ poſt coactionem cõmixtus eſt ei carnaliter, vt extra de ſponſ. veniens. 2 Vel loqtur quãdo leuis fuit coactio. illa enim non impedit matrimoniũ. ff. de ri. nup. ſi parte cogente. B.

a ¶ Vinculũ.] Arg. ꝓ opinione illorũ, qui dicũt ꝙ iuramentũ per metum exortũ nõ tenet 31. q. 2. Lotharij. & 15. q. 6. c. I. Sed itelligas hoc ad hũc caſum ſpectare, quem hic ponit. De hac materia notaui 15. q. 6. c. 2.

Necat qui non alit.

b ¶ Vel matricidij.] Videt enim necare illum cui nõ præſtat alimenta 12. q. 1. q. abſtulerit. & 86. di. non ſatis ff. de lib. agno. necare.

c ¶ De grãdinabit.] .i. grandine pœnæ æternæ flagellabit.

d ¶ Foueat.] Argu. ꝙ iuramẽtũ ꝓ parte tenet, & ꝓ parte non, vt 11. q. 3. anteceſſor. & 12. quę. 2. ſi quos de ſeruis. & 17. q. 4. quæſti.

e ¶ Matrẽ.] Ad hoc enim tenetur, vt ; o. d. c. 1.

f ¶ Ad opprobriũ.] .i. ad infamiam, non enim dicit ad peccatum quia reuera peccauit quando iurauit: quia potius debuit omnia mala pati, quam malo conſentire. 32. quæſt. 5. ita ne. & ſic nõ obſtant contraria. inf. de cõſtit. diſtinct 4. eos quos. & inf. ca. q. 5. c. 1. & 3. Ioan.

SED CVM HIS. Hęc eſt 3. pars qõ in qua quæritur, vtrum peccaſſent filij Iſrael. qui propter iuramentum pepercerunt Gabaonitis. & dicitur quod non Ioan. de Fan.

CASVS. Supra oſtenſum eſt, quod illicita iuramenta non ſunt ſeruanda. Nunc uero probat contrarium exẽplo Ioſue: qui licet contra Domini præceptum firmaſset pacem cum Gabaonitis, tamen ſacramentum ſuum non violauit; ſed ſeruauit illæſum: & hoc ideo, quia ſeniores Iſrael neſcierunt iuramentum illud eſſe illicitum, quia neſciebant illos quibus iurauerant, eſſe inolas terræ ſibi promiſſæ, & ad hoc inducit ſequens capitul.

¶ Quædam licet a Deo prohibeantur, tamen iuramento firmata non ſunt euitanda. † C. XXIII.

† Sic in vetuſtis, nã vulgatis erat] *ſeruanda.*

INno-

fuiſſe inſtitutum inuenitur, vt eſſet vinculum [a] *iniquitatis, vel matricidij* [b] *vel fratricidij, ſeu cuiuſcunq; criminis. Nec credo ſacramentum ad hoc debere fieri, vt in iuſta iuratio ſuorum bonorũ ſit iniuſtè iurantibus expoliatio, & accipiẽti æterna damnatio. Periurij namq; percutitur pœna, & velut homicida in extremo examine a iuſto iudice degrandinabitur,* † [c] *per quem ſacroſanctũ Euangelium ad miuſtum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quaſi teſtimonium iuſtæ, & humanæ petitionis adducitur. Fõueat* [d] *itaq; Hubaldus matrem,* † [e] *& fratres: & lugeat, ſi coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui vero eum iurare coegerunt quod non debuit reatu periurij impliciti teneantur. Iniuria quippe iniuſtè irrogata, eius eſt infamia, qui facit. Nec. n. vllo modo ad opprobrium* [f] *coactæ volũtatis trahitur, quod illicita conditio neceſſitatis extorſit.*

† *al. degradabitur*] *al. condemnabitur.*

† Adde quia alet illũ qui hẽt prẽm & filium, non. C. ꝙ. in l. 1. 2. & 3. C. d alẽ. li. & Bart. l. pen. ff. de li. agno.

3 Sed cum his omnibus illicita iuramenta non ſeruanda probentur, opponitur, quod Ioſue Gabaonitas contra præceptum Domini non deleuerit, quia ſeniores Iſrael iuramento cum eis pacem firmauerant. Sed notandum eſt, quod ſeniores Iſrael, etſi ſcirent a Domino eſſe imperatum, vt delerent gentes terræ promiſſionis, decepti tamen a Gabaonitis neſciebant eos eſſe incolas terræ ſibi promiſſæ. Venerũt enim (vt hiſtoria refert) attritis calceamentis, & cum aridis panibus dicentes. Viri pacifici, venimus de terra longinqua: calceamenta ſunt attrita in pedibus noſtris: panis defecit in ſitarcijs noſtris: audiuimus Dominum eſſe nobiſcum, & venimus componere pacem. Quod verbum placuit ſenioribus Iſrael: & fecerunt pacem cum eis. Poſt diem uero tertium cum filij Iſrael approquinquarẽt Gabaonitis occurrerunt eis, quibus iurauerant ſeniores Iſrael. Illi autem videntes ſe eſſe deceptos, uoluerunt delere eos: ſed pepercit eis Ioſue propter iuramentum ſeniorum Iſrael. Ioſue 9.

Vnde Ambroſius in libro officiorum tertio, c. 10.

diuinitus fuit eis inſpiratũ, ‡ ꝙ deberent eis parcere: ſed tñ iuram fuit illicitum, vt extra de elec. venerabilem, in fi. Vel dic ꝙ ſatis impleuerũt præceptum Dñi: quia ſatis vñr fuiſſe interfecti, cum redegerint eos in ſeruitutem. Nam ſeruitus morti comparatur. ff. de reg. iur. ſeruituterq. non obſtat dolus illorum, quia iſte dolus fuit pro vita conſeruanda: licitum * eſt. n. reo corrumpere aliquem pro vita conſeruanda, vt 2. q. 3. c. ſi quem pœnituerit, §. notandum in fin.

‡ Hoc eſt uerum ſm L. vt dicã if. c. prox. & idẽ nor. hic Hu. * *Reuiciuum eſt ſecundum iura ciuilia non canonica corrumpere aliquem pro vita conſeruanda. Vide gl. in eo. c. ſi quem pœnituerit. in verb. in animam.*

INnocens.] CASVS. Oſtendit Ambr. in hoc c. quod non eſt vituperandum ſi alicui creditur ignoto, etiã ſi ab eo decipiatur: & hoc probat exẽplo Ioſue, qui Ga-

Digitized by Google

Gabaonitis fingentibus ſe de longa terra venire credidit,& cum eis pacem firmauit,& ſocietatem . poſt tertium vero diem cum populus Iſrael ad Gabaon. ciuitatem ueniſſet,& ſe circumſcriptũ eſſe indignaretur,non permiſit Ioſue pacem reuocari ,quia firmata erat religione

cens [a] , credit omni verbo.] Non vituperanda facilitas: ſed laudanda bonitas. Hoc eſt innocentem [b] eſſe,ignorare [c],quod noceat,& ſi circumſcribitur ab aliquo;de omnibus tamẽ bene iudicat [d],qui [e] fidem [f] eſſe in omnibus arbitratur . Hac igitur mentis ſuæ deuotione inclinatus Ioſue,vt crederet Gabaonitis;teſtamentum diſpoſuit,pacem dedit;cũfirmauit [g] ſocietatem. Sed vbi in terras eorum ventum eſt;deprehenſa fraude, quod cum eſſent finitimi,aduenas ſe eſſe ſimulauerant , circumſcriptum ſe populus patrum indignari cœpit ; Ioſue tamen pacem quam dederat,reuocandã non cenſuit , quia firmata erat ſacramenti religione : ne dum alienam perfidiam redargueret † , ſuam fidem ſolueret . Mulctauit tamen eos vilioris obſequio miniſterij . Clementior [h] ſententia,ſed diuturnior.

†al. Arguit.] orig.

Illicitum ergo iuramentum, quod ſeruari prohibetur, intelligendum eſt,quod ſcitur eſſe illicitum,dum iuratur. Si aũt neſcitur illicitum eſſe ; ipſa ignorantia excuſat: ſi putetur licitum eſſe,non ex ignorantia iuris [k], ſed facti. Aliud n. eſt, ſi alterius copula credatur eſſe licita , quia neſcitur eſſe conſanguinea , uel quia creditur eſſe vidua: aliud, ſi ideo putatur licita,quia conſanguinearum coniunctio,uel relictarum copula nullo iure credatur eſſe prohibita . Hic.n.eſt ignorantia iuris, quæ neminẽ excuſat;

poſt trãslationem . in princ. Et de hoc notaui plura. 23.8. q.1. licet. Itẽ habes hic ꝙ licite cõmutatur vna pœna in aliã, 2 vt 5.5.q.6.qa iuxta & 82. d. presbyter. & 36. q.1. de rap. Ioan.

II.LICITVM.CASVS. Iſte §.diuiditur in tres partes.In prima parte concludit Grat.ex ſupradictis, ꝙ illud iuramẽtũ illicitum ſeruari non debet , quod ſcitur eſſe illicitũ cum iuratur.ſi autem neſcitur eſſe illicitum, ꝓpter ignorantiam excuſatur , quod probat Gratia.duobus exemplis,ſcilicet conſanguineę,& repudiatę quas ſi quis in coniuges ducit, ignorãtia facti excuſatur . quia neſciebat eam conſanguineam, vel repudiatam eſſe, ſed ſi ſciret conſanguineam,vel repudiatã eſſe. & crederet coniunctionem talium licitam eſſe tunc nõ excuſaret. Iudæi ergo non ignorabant ius , ſcilicet Gabaonitas eſſe delendos, ſed ignorabant factum , ſcilicet Gibaonitas eſſe incolas terræ promiſſionis , & ideo quod iurauerant, ſeruare debuerunt . In ſecunda parte oſtendit , ꝙ illud iuramentum illicitum , quod ſeruari prohibetur, non eſt intelligendum de omni illicito iuramento.nam cum ſacramentum tres habeant comites, veritatem,iudicium,& iuſtitiã, ubi hæc tria defuerint, iuramentum reputatur illicitum : non tamen vbicunque defuerit aliquod iſtorum,ſeruari prohibetur,quod probat duobus exemplis , ſcilicet exemplo eius , qui poſt votum ſimplex iurauit aliquam in vxorem ducere,& exemplo eius,qui temeritate iurauit ſe manducaturum. In tertia parte oſtendit,quod iuramentum tripliciter dicitur illicitum. Primo ſi licet ex eo quod iuratur,quod eſt malum . Secundo ex cauſa extra uenienti. Tertio ex modo iuramenti,& hoc probatur per exẽpla , quæ ſatis patent in litera . Secunda pars incipit ibi , [Iuramento namque .] Tertia ibi , [iuramentum itaque.]

Pœna una in alia commutatur.

2 Etiam vbi datur pœna mortis,vthic & 23.q.5.c.1. & hoc verius eſt ante ſniam latã a iudice poſt ſniam autẽ non pũt hoc iudex niſi ſit Papa vel Imperator ſm H. de hoc le. & no.2.q.3.§.notandum in gl. at inf. &c. Archa.

Iuramẽtũ illicitum tripliciter.

gione iuramenti.

Innocens ꝓ ſtulto qãq; ſumitur.

a ¶ Innocens.] Ideſt,ſimplex & iuſtus Salomon tamen ſumit hoc verbum,innocens,pro ſtulto, vnde hoc ſumptum eſt,& ſic ſancti viri idem verbũ retorquent,quandoque ad contrarios intellectus . Sed nonne æque reus eſt ille qui de facili credit,ſicut ille qui mentitur, vt 11.q.3.non ſolum.& nimia facilitas credendi vituperatur, 86.d. ſi quid uero? Sed illud intelligas de iudice qui in præiudicium partis alterius non debet de facili credere ſecundum verba alterius partis 3.q.9.c.1.2.& 3.

b ¶ Innocentem.] i. talem qui non nocet,nec nocere uelit.6.q.1.oues,& c.ſapiens.

Spũalis iudicat oĩa, &c.

c ¶ Ignorare.] Per experientiam facti.nam ſcriptum eſt, Scientia malorum bonus obeſſe non debet.

d ¶ Iudicat.] Deceret aliquis, quomodo poteſt eſſe bonus,qui non habet diſcretionem , & iudicium, ex quo decipitur: cum Apoſtolus dicit, Spiritualis iudicat,omnia,& ipſe a nemine iudicatur?ideo dicit,iudicat de omnibus etiam de ignotis,in his , ſcilicet quæ ſpectant ad ſalutem,quia ſi quis deciperet in talibus , ibi non eſſet minus periculum falli quam fallere,ut 16.q.1.ſi cupis. Tunc enim de ignotis nõ debemus aliquid præſumere, nec de bonis malum,nec de malis bonum,ut 46.d. ſunt nonnulli.in fin.Vel die iudicat,ideſt,præſumit bene de quolibet.

Iurm illicitũ an ꝓpria auctoritate poſſit infringi.

e ¶ Qui.] ideſt,quia ipſi.

f ¶ Fidem.] ideſt,uerborum ueritatem.

g ¶ Confirmauit.] Argu. eſt hic,ꝙ qui iurat rem illicitam,propria auctoritate non poteſt uenire contra iuramentum illud . ¶ ut extra de elect.ſenerabilem , in fi. Nam illicitum eſt remouere curam paſtoralem, & tamen iurans tenetur illud ſeruare,ut 85. diſtinct. Florentinum archidiaconum.ſimile extra quod metus cauſa. ad

Arg. cõtra 5.eo.q facto vbi de hoc ſatis dixi in fi. Archid.

h ¶ Clementior.] Arg.quòd ſi iudex facit aliquid,quod non multum differt a mandato,ꝙ non dicitur exceſſiſſe fines mandati.ſi enim mandat aliquibus, ut eligant, poſſint poſtulare,ut extra de elect.in cauſis, & de poſt.

k ¶ Iuris ſupra.] 1.q.4.in fi.

a ¶ Cui

Ius ignorare quibus permittitur.

niſi cui permittitur a *ius ignorare: ibi vero ignorantia facti qua quiſque vere* † *excuſatur. Seniores autem Iſrael non ignorabant gentes terræ promiſſionis ex precepto Domini eſſe delendas: ſed ignorabant Gabaonitas eſſe in colas terræ promiſſionis. Ignorabant ſi quidem factum: ſed non ignorabant ius facti: atque ideo etſi illicitum eſſet quod iurauerunt; tamen licite ſeruari* b *debuit quod iuramento firmauerunt. Quid autem illicitum iuramentum ſeruari prohibetur; non eſt generaliter intelligendum. Iuramentum namque (vt Hieronymus teſtatur ſuper Hieremiam) debet habere tres comites, veritatem, iudicium, & iuſtitiam: vbi autem iſta defuerint; non eſt iuramentum, ſed periurium. Vnde datur intelligi illicitum eſſe iuramentum, cui aliquod iſtorum defuerint: non tamen cuicumque contigerit aliquod iſtorum deeſſe, prohibetur ſeruari. Aliquando namque iuramento deeſt iuſtitia: veluti cum quis priam poſt votum caſtitatis ducit uxorem, iuramento firmans nunquam* c *ſe ab ea diſceſſurum, quod quamuis illicitum ſit, quia iuſtitia ſibi probatur deeſſe; tamen auctoritate Auguſtini ſeruari præcipitur. Hoc autem ſi quis contendat prærogatiua coniugij, non propter religionem iuriſiurandi ſeruari; animaduertat Gabaonitas ob ſolam religionem* d*, contra Domini imperium reſeruatos. Cum ergo omne Domini præceptum iuſtum ſit; patet ei iuſtitiam deeſſe, quod eius precepto contrarium inuenitur: Iudicium quoque aliquando iuramento conſtat deeſſe: veluti cum propria temeritate aliquis ductus iurat ſe manducaturum, & bibiturum. Hoc quamuis leuitate indiſcreta illicitum probetur; non tamen ideo uiolari iubetur. Iuramentum itaque multipliciter illicitum intelligitur. Eſt enim illicitum aliquando ex eo quod iuratur: aliquando ex cauſa extra uenienti: aliquando ex modo iurandi. Ex eo quod iuratur, tunc eſt illicitum iuramentum, quando id quod iuratur, in ſui natura vitioſum eſt, vel vitam adimens, ut adulterium, homicidium, & his ſimilia; vel reparari non permittens, veluti cū inimico ad pacem non redire, indigenti miſericorditer non ſubuenire. Iſta, quia perſpicuā in ſe habent iniuſtitiam & ſi iuramento firmentur: tamen ſeruari non dēnt. Circa hæc utique* † *iuramenta, intelligenda ſunt quæ de illicitis iuramentis non obſeruandis ſupra ſtatuta legūntur. Quiſquis ergo ſe iuramento firmauerit aliqd facturum, quo uel corporalis, uel ſpiritualis ſalus adimatur, uel ſine quo utraq; ſalus reparari, uel confirmari non poſſit; fidē promiſſā ſeruare prohibetur: quorū exēpla præmiſſæ auctoritates ſubiciunt, dū eum, qui homicidiū facere, uel alimenta matri, & fratrib. non ſubminiſtrare, in adulterio perſeuerare, uel ad pacem cum aduerſario non redire, iuramentū preſtādo promiſerit; ſalubriori conſilio illicita uota obſeruare non permittunt. Eſt etiam id, quod iuratur aliquando uitioſum: non natura ſui, ſed ex cauſis, extra uenientibus: veluti cum aliquis poſt votum caſtitatis iurat alicui ſe habiturum eam in coniugem, ¶ Coniugem namque habere, in ſeipſo malum non eſt; tamen huic ex uoto pernicioſum eſt. Hoc autem iuramentum, etiam ſi illicium ſit, non tamen ſeruari prohibetur; ſed de uiolatione voti pœnitentia ſibi iubetur indici. Ex modo iurandi tunc eſt illicitum iuramentum; quando inconſiderate, & incircumſpecte aliquid iuratur, quo nec corporalis, nec ſpiritualis ſalus adimitur, & ſine quo utraque ſalus reparari, & vita conſeruari valet, veluti dum aliquis a parentibus coactus, vt clericatus tonſuram, vel religionis veſtem ſuſcipiat, ſe neutrum facturum iuramento firmauerit. Hoc quamuis aliquibus uideatur reprehenſibile, quia opus charitatis iuramento ſe non facturum promiſit, nulla*

a ¶ Cui permittit.] & c. ut militib. mulieribus, ruſticis, & minoribus. ff. de prob. cum de indebito. §. ſi autem is. 1. q. 4. §. notandum.

b ¶ Seruari.] Hęc nō eſt ratio ſufficiens.

c ¶ Nunquam.] Non bene dicit, quia ſi ille qui vouit ſimpliciter poſtquā duxit vxorem, iurat qđ nō dimittet eam, illud iuramentum licitū eſt: ſed ſi prius vouit quàm ducat vxorē, tunc potius ſeruabit votum quàm iuramētum, ſequens, vt extra qui cle. vel vo. iurſus.

d ¶ Ob ſolam religionem.] Non eſt hoc verum. Io.

Quòd

† al. ſeru.

ſup. q. 3. animaduertendum.

† al. itaque.

Digitized by Google

Qvòd autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima ponit quæ pœna imponatur periuris compulsis vel voluntarijs, & qualiter puniuntur qui alios iurare faciunt falsum. & hoc probat per 7. cap. Secunda ibi, [Item qui audit.] Tertia ibi, [Quæritur de eo.] Quarta ibi, [De ætate.] Quinta ibi, De forma. Sexta ibi, [Vt itaque.] Septima ibi, [Iuramentum. Io. de Fant.

tamen auctoritate seruari prohibetur: quia etsi nunquã clericatus tonsuram, vel religionis vestem suscipiat; non tamen ideo minus salutem promereri valet; cum nonnulli in laicali habitu sanctissimi, & Deo dilecti inueniantur. Quo exemplo euidenter datur intelligi, quoties aliquis iurat se non facturum aliquid, quo expeditior sibi via præparetur ab beatitudinem, dummodo sine eo ualeat salutem inuenire: quod iuramentum non prohibetur seruare. Vnde cum iuramus nos non daturos aliquid alicui sine quo utraque solus eius potest esse incolumis, etsi aliqua ex eo sibi commoditas præstaretur; nullatenus auctoritate iuramẽtum seruare prohibemur, dũmodo sit nobis alia uia necessitatibus eius subueniendi.

QVAESTIO V.

Vòd autem [a] quinto loco queritur, si licitũ esset, quod archidiaconus iurauerat, an episcopus esset reus periurij, qui ad peierandum archidiaconum cogebat, facile potest discerni. Si enim consentiens pari pœna cum faciente puniendus est, multo magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur.

Vnde Pius Papa ait.

¶ Qui peierare compellit, & qui compellitur, periurus vterque probatur. C. I.

Qvi compulsus a domino sciens † periurat; vtrique sunt periuri, & dominus & miles: [b] dominus, quia præcepit: miles quia plus dominum, [c] quàm animam dilexit. Si liber est, [d] quadraginta dies [e] in pane, & aqua pœniteat, & septem sequentes annos: [f] si seruus eiusdẽ, tres quadragesimas, [g] & legitimas [h] ferias pœniteat.

¶ Anselmus hoc citat ex pœnitentiali Theodori, quemadmodum Burchardus, & Iuo seq. c.

Item.

¶ Pœnitentia eius, qui in manu episcopi, aut in cruce consecrata peierat. † C. II.

Qvi peierat seu in manu episcopi, aut in cruce cõsecrata; [i] tres annos pœniteat: si vero in cruce non consecrata, annum vnum pœniteat. Qui autem coactus fuerit, & ignorans [k] peierauerit, † postea cognoscit; tres quadragesimas pœniteat.

Item ex pœnitentiali Theodori.

† al. sciens se.

Anſ.l.11.c.63. Burc.l.12.c.4. Iuo p.12.c.61.

† al. periurat.

Poly.l.6.tit.11. Anſ.l.11.c.64. Burc.l.12.c.5. Iuo p.12.c.62.

† al. periurauerit.

† al. Romanæ.

[a] Vtrũ autem.] Hic q. ponit, an peccet mortaliter qui alium cogit peierare: & videtur quòd non, quia ille qui iurat, non facit nisi quod alter mãdat, ergo non peccat. Item ille qui iurat, non peccat, quia non facit nisi quod alter mand

fuisset ignorantia facti, nullũ esset peccatum, nisi ignorantia fuisset crassa, quæ neminem excusat. C. de reicindenda vendit. quisquis. 1

g ¶Infamia.] An iuramentum infamet. uel non no. 2 6. q. 1. quicunque. sed coacti si iurassent. non infamarentur, ut 5. proxi. inter cætera.

¶Qua pœna sit feriendus, qui necessitate coactus periurat. C. III.

ITEM

j SI quis coactus pro vita redimenda, [a] vel pro qualibet causa, vel necessitate periurat, quia plus corpus, quàm animã dilexit, tres quadragesimas pœniteat. Alij [b] verò iudicant tres annos, vnum ex his in pane, & aqua. *Item Gelasius Papa.*

Poly. ibidem. Burch. l. 12. c. 6. Iuo p. 12. c. 63.

¶Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna sit feriendus. C. IIII.

ij SI quis peierauerit, † & alios sciens in periuriũ duxerit; quadraginta dies pœniteat in pane & aqua, & septem sequentes annos, & nunquã sit sine pœnitentia; [c] & alij, si conscij fuerint, similiter pœniteant.

Poly. l. 6. tit. 11. Ancel. l. 11. c. 67. Burch. l. 12. c. 9. Iuo p. 12. c. 66.

† *al periurauerit.*

¶*Polycarpus tribuit hoc Pio: cæteri vero indicati collectores Pelagio.*

Item August. in sermone de decollatione S. Ioannis, [idest serm. 11. de Sanctis.

¶Homicidam vincit, qui sciens ad periurium hominem compellit. C. V.

ILle, qui hominem prouocat † ad iurationẽ, & scit eum falsum esse iuraturum; vincit[d] homicidam: quia homicida corpus occisurus est, ille animam, immo duas animas, & eius, quem iurare prouocauit, & suam. Scis verum esse quod dicis, & falsum esse quod ille dicit; & iurare compellis? Ecce iurat, ecce peierat, ecce perit. Tu quid inuenisti? immo & tu peristi, qui de illius morte te satiare voluisti.

Sent. 3. dist. 89. Iuo p. 12. c. 28. Pann. l. 8. c. 108.

† *præcauendo.*

Idem in serm de periurijs, [idest, in sermone de verbis Apostoli 30. al 28.

¶Non peccat, qui iuramentum exigit ab eo, quem nescit falsum iurare. C. VI.

QVi exigit iurationem, multũ interest, si nescit illum falsum iuraturum, an scit. Si enim nescit, & ideo dicit, iura mihi, vt fides ei fiat; non est peccatum: [e] tamen humana [e] tentatio † est. Si autem scit eum feciſſe, nouit feciſſe, videt feciſſe, & cogit iurare; homicida est. Ille enim suo se periurio perimit: sed iste manum interficientis, & impressit, † [f] & pressit.

Sent. Ibidem. Iuo p. 12. c. 30. Pann. l. 8. c. 110.

† *al. consentit.*

† *al. expressit.*

[a] ¶Non est peccatum.] *In originali est*, non audeo dicere non esse peccatum. *Sed ob casum non est mutatum.*

Item ex concilio Matisconensi primo, c. 17.

¶Vsque ad exitum vitæ non communicet, qui alios ad periuria trahit. C. VII.

iij SI quis conuictus fuerit alios ad falsa [β] testimonia, vel periuria attraxisse, vel quacunq; corruptione solicitasse; ipse quidem vsque ad exitum vitæ non communicet: ij verò, qui ei in periurio consensisse probantur; postea ab omni testimonio sunt remouendi: † & secundum legem infamia [g] notabuntur.

Burch. l. 16. c. 8. Iuo p. 12. c. 16.

† *al. prohibendi.*

β ¶Falsa.] *In concilio ipso Matisconensi (restituta enim est citatio ex manuscriptis, cũ antea citaretur Magguntinense) legitur*, falsum testimonium, vel periurium.

1 De hoc no. 38. d. in sum. quod dicit de ignorãtia facti, nõ vr bene dictũ: quia factum suum nemo dẽt ignorare. arg. ff. loca. sed addes, §. 1.

a SI quis.] ¶Redimenda. Licet enim timore mortis iurauerit, tñ peccauit, vt 32. q. 5. ita nesed ratione coactionis mitigatur pœnitẽtia, vt exẽ qđ met. cau. facris. non est ꝺ 15. q. 6. c. 1. ibi enim non absoluuntur a peccato, sed a iuramento. Io. de Fant.

b ¶Alij.] Ergo illa q̃ minor est. imponenda, ut 50. distin. capeos vero.

c SI quis.] ¶Sine pœnitentia.] Interiori, ut 6. q. 1. quicunque. Ioan.

ILle qui.] CASVS. Dr in hoc ca. ꝙ si qs cõpellit aliquẽ, vel prouocat ad iuramentum, quem scit falsum iurare, magis peccat q̃ homicida. quia iste corpus interficit: ille vero animã suam, & alienã. d ¶Vincit.] Non intelligas. ꝙ plus peccat periurus, q̃ homicida: immo ille plus peccat, vt 23. dis. c. 1. sed dr eum vincere: quia maius damnũ facit, quia maius damnũ est, in amissione vnius animæ, quàm mille corporum, ut 24. q. 3. si habes. Ioan.

Aſr unius ꝑ ditio est grauior q̃ mille corporum.

QVi exigit.] CASVS. Dr in hoc c. ꝙ si aliquis cõpellit aliquẽ ad iurm, quem scit falsum iurare, peccat: si autem nescit, non peccat.

e ¶Humana.] Idest, de humana infirmitate procedit. ut sup. ead. q. 1. non est.

f ¶Impressit.¶ Multipliciter cogendo. Io.

SI quis cõstrictus.] CASVS. Quidam traxit aliũ ad falsum testimonium dicendum, uel ad aliud periurium. Quæritum fuit quam pœnam uterq; pati debeat? Et respõ. quòd qui fieri fecit, donec vixerit debet cõmunione priuari: qui vero fecit, ab omni testimonio repellatur, & sit infamis.

g ¶Infamia.] An iuramentum infamet. uel non no. 2 6. q. 1. quicunque. sed coacti si iurassent. non infamarentur, ut 5. proxi. inter cætera.

2 De hoc ẽt no. ext. de iureiur. querelam. & 23. q. 5. res debet.

Digitized by Google

ITEM QVI AVDIT. Hæc eſt ſecunda pars quæſtio. in qua quæritur.cui debet dicere ſi uidet quis quod aliquis uult falſum iurare, & quid iuris probatur inf.cap. prox. lo.de Fant.

a ¶ Falſum.] Supple niſi indicauerit,portabit iniquitatem

Gloſſ.ord.initio ca. quinti Leuit.

2 *Item, qui audit aliquem falſum* a *iurare, & tacet; delinquit. Vnde Auguſtinus ait in quæſtionibus Leuitici.q.1.ad c.5.* [*Anima, quæ audierit vocem iurantis falſum &c.*]

¶ Cui ſit indicandum falſum,quod ab aliquo iuratur. C. VIII.

Tuo p.12.c.29. Pann.l.8.c.109.

HOc videtur dicere peccare hominem, quo audiẽte iurat aliquis falſum,& ſcit eũ falſum iurare, & tacet.Tũc aũt ſcit;ſi ei rei,de qua iuratur; teſtis fuit, b aut vidit,aut conſcius fuit,ideſt aliquo modo cognouit, aut oculis ſuis conſpexit,aut ipſe,qui iurat,illi indicauit.Ita .n.potuit eſſe conſcius.Sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum nõ parua exiſtit † plerumq; tentatio.Poſſumus.n.paratum ad periuriũ admonendo, uel prohibendo a tam graui peccato reuocare: ſed.ſi nõ audierit,& coram nobis de re, quam nouimus, falſum iurauerit, c utrũ prodẽdus ſit,ſi proditus ẽt periculum mortis d incurrat; difficillima quæſtio eſt. Sed qa non expreſſit,cui hoc indicandum ſit,utrum illi,cui iuratur,an ſacerdoti cuipiam, † qui nõ ſolum eum perſequi non poteſt irrogando ſupplicium, ſed etiam orare pro illo poteſt;uidet mihi, qꝫ ſe homo ſaluat a peccati vinculo; ſi † indicet talib.qui magis poſſunt prodeſſe, e quàm obeſſe periuro,ſiue ad corrigendum eum, ſiue ad Deum ꝑ illo placãdũ; ſi & ipſe cõfeſſionis adhibeat diſciplinã.

† *al.exit.*

† *uel cupiam.*] orig. & Iuo.

† *al.etiamſi.*

Si ergo iſte,ut ſupradictum eſt, qui audit falſum iurare, & tacet, delinquit: multo magis ille reus eſt, qui ad peierandum aliquem compellit.

3 *Quæritur de eo qui verborum calliditate ſe circumuenire putat illum, cui iuramentum defert, an ſit reus periurij niſi ſeruauerit, quod iuraſſe creditur.*

De hoc ita ſcribit Iſidorus ſententiarum,lib.2.c.31.

Denũciatio alia Euãgelica, alia canonica.

eaſu ſit verũ vt ar. 35. q. 6.de parẽtela.&c.cp̃s.ã tñ ex hoc loco hĩ põt. Teſtimoniũ ã auditu qñ proprie ſit.

tem ſuam.Ioan.

HOc videtur.] CASVS. Legitur in Leuitico. Omnis qui audierit vocem iurantis falſum,teſtiſque fuerit nũ indicauerit,portabit iniquitatem ſuam. Propter hanc literam dubitauerunt quidam quid eſſet in hoc caſu faciendum,quia ſi ſciebant aliquem peierare,& nõ indicabant,incurrebant peccatum ex ſilẽtio, ſi uero indicabant, incurrebat peierans periculum mortis, quæſitum fuit ab Auguſtin.quid de hoc eſſet faciendum? Et reſpondet quod ille qui falſum iurat, debet admoneri,ſi uero non audierit,talibus perſonis eſt dicendum quæ potius poſſunt prodeſſe, quam obeſſe. ideſt ſacerdotibus, qui non ſolum illum corrigere poſſunt, ſed etiam orare pro illo, & ita ſe expedient a uinculo peccati.' Hic,' ideſt i Leuitico.' Expſiit,' ſcilicet Moyſes.

b ¶ Fuit.] ideſt, talem habuit inde notitiam, quòd huius rei potuit eſſe teſtis, & quod ſequitur, eſt expoſitio.

Teſtimoniũ de auditu, ſi uerũ ualeat.

c ¶ Indicauit.] Videtur ergo qꝫ ualeat teſtimonium de auditu,ut hic 1.& 15.q.5.preſbyter.& 26.q 6.qui receſſant. & 2. q. 1.multi. nam & teſtes intelliguntur ſcire quæ acta ſunt a teſtatore, ſi priores teſtes eis hoc dixerunt,vt C.de teſta.cum antiquitas. 1 in fi.1.reſpõ.arg. cõtra.3.quæſt.9.teſtes.5.q.2.relatum eſt. Ad hoc dicas. Dicit Hugo. licet in hoc ſe,non dicitur predere,ut 2.q.1.ſi peccauerit.

SI ERGO. CASVS. Concludit Gra.ex ſupradictis dicens.ſi quis audit aliquem iurare falſum,& tacet,delinquit: multo magis ille reus eſt, qui compellit aliquem ad periurium.

QVÆRITVR. Hæc eſt 3.pars q.in qua quæritur qualiter Deus intelligit iuramẽtum,ſi aliquis iurat in fraude, uel decipit in fraudem, qꝫ ſicut ille qui ſane intelligit,ſiue ſit dãs iuramentum, ſiue accipiens,& hoc probat per 5.c.Io.de Fant.

CASVS. Quærit hic Gra.incidenter,an ille,qui ſub calliditate uerborum iurat,ſit reus periurij,niſi ſeruauerit quod creditur iuraſſe. Et reſpõdetur, quod ſic, & adhoc induxit ſeq.c.

Iuramenta qualia ſunt intelligẽda.

g ¶ Quæritur.] incidentem ponit hic quæſtionem,qualiter iuramenta ſunt intelligenda, & diſtinguitur: aut vterque habet rectum intellectum, aut uterque doloſum, aut alter tantum habet rectum. ſi ab vtroque interponitur dolus,tunc eſt intelligendum ſecundum cõmunẽ ſignificationẽ uerborum, ut ext.de ſpon.ex literis.ſi a neutro intereuenit dolus,tunc interpretãdum eſt ſm intellectum utriuſq; ſi uerba poſſint utriq; intellectui adaptari.ext.de teſt.cum tu.ſi ab altero tantũ,tunc intelligendum eſt ſm eum,qui recte intelligit.ſic uidetur

Digitized by Google

tur distinguit in rea.§.ex his. In stipulationibus, & alijs cõtractibus contra stipulantem. & uẽdentem interpretãdum est: sed in iudicijs pro actore, 1 vt ff. de uer. obl. inter stipulantem. §.1. ff. de contrah. emp. l. Labeo. Lo.

1 ¶ Quod dicit no. ext. de re. spol. cum ad finem. in gl. hic ergo.

QVacumqi.] CASVS. Dicit Isid. in hoc c. ℣ quacũque arte uerborum quis alicui iuret, ita Deus intelligit sicut ille cui iuratur, & talis dupliciter peccat. s. quia nomen Dei sumit in vanum, & quia proximum dolo capit.

a ¶ Intelligit.] i. intelligere dẽt, & est simi. inf. de consecr. d. 4. non illud.

ADDITIO. Not. tamẽ, ℣ nemo per iuramẽtum vel pactũ propriũ obligatur, nisi ille consentiat cui fit pactũ, vel iuramentum argu. opti. extra de iureiu rand. sicut.

BCee.] CASVS. Reprehẽdit hic Augu. parochianos suos, qui cum super librum iurare debebãt, lapidem aliquẽ supponebãt eos decipiendo quib. iurabant; nec putabãt se teneri cum super lapidem iurarent, sed Augu. dicit quod tenentur, & si nõ seruant, quod iurauerint, periuriũ incurrent: quia nõ lapidi, sed homini iurant ante Deum.

b ¶ Super lapidem.] forte copertum ab aduersario, vt credãtur esse Euangelia.

SED OBIICITVR. CASVS. Supradictã est, ℣ Deus sic accipit iuramentũ sicut ille cui iuratur intelligit. Nunc vero probat contrarium, & ad hoc inducit seq. cap.

HVmanę aures.] CASVS. Dicit in hoc c. ℣ homines, & maxime simplices, & ideo non curant talia verba iudicãt, qualia foris ꝓferunt: Deus vero talia foris audit, qualia ex intimis proferuntur, vnde discretus homo, uel iudex qui interpretatur intẽtionem iurantis alteri, considerare debet, ℣ verba debent deseruire intentioni, non intentio verbis. Et qualitercũque casus iste positus fuerit a Bene. & ab aliis, ego tamen hunc casum per literam intelligere sic potui: licet de hoc c. sæpe dubitauerim. Bar.

Verba bona ꝙque mala intẽtione ꝓferuntur.

c ¶ Verbis.] Quæ ille protulit, & vult ea aliter interpretari, prout uerba sonare videntur, quod semper non est faciendum, cum sæpe bona uerba mala intentione proferantur, & econuerso, ut 5. q. 5. non omnis, & c. nõ osculatur, ut 23. q. 1. paratus.

d ¶ Verba.] Arg. potius esse cõsiderandam mentem alicuius, quam ipsa uerba, ut 1. q. 1. Marchion. & de consec. dist. ℣ uerba attẽdi debet.

Mẽs potius

¶ De eo, qui calliditate uerborum iurat. C. VIIII.

Sent. 2. d. 39.
Ans. l. 11. c. 76.
Poly. l. 6. tit. 12.
Burc. l. 12. c. 10.
Iuo p. 12. c. 36. & 67.
Pann. l. 8. c. 112.

QVacumque arte uerborum quisque iuret; Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille, cui iuratur, intelligit. a Dupliciter autem reus fit, quia † & Dei nomen in uanum assumit, & proximum dolo capit.

† al. qui.

Item ex sermone sancti Augustini trigesimo de uerbis Apostoli.

¶ Periurus est, qui super lapidem falsum iurat. C. X.

Iuo p. 12. c. 34.
Pann. l. 8. c. 116.

ECce dico charitati uestræ, & qui super † lapidem b falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico? quia multi, & in hoc falluntur, & putant, quia nihil est, per quod iurant, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per id, quod sanctum nõ putas, α falsum iuras. Si tu β illud sanctum non putas: sanctum puta γ cui iuras. Non enim quando iuras, tibi iuras, aut lapidi iuras: sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem: sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem: sed punit te Deus fallentem.

† per] uera lectio.

α ¶ Non putas.] *Sic etiam Iuo in originali est siue negatione, & forte legendum*, putat.

β ¶ Si tu illud.] *In codicibus Augustini impressis, & uno Vaticano legitur*, sed ego illum sanctum non puto. *In altero vero etiam Vaticano, & apud Iuonem.* sed ego illum sanctum non puto.

γ ¶ Puta.] *Sic in codicibus impressis B. Augustini: sed in uno Vaticano, & apud Iuonem, & Pannormiam, & in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus*, putat.

Sed obijcitur illud Gregorij. 26. lib. moralium, c. 7.

¶ Apud Deum uerba nostra non ex ore, sed ex corde procedant. C. XI.

Huiusq; B. Greg. eo loco.

HVmanæ aures uerba nostra talia iudicant, qualia foris sonant: Diuina uera iudicia, talia ea audiũt, qualia ex intimis proferuntur. ¶ Certe nouerit ille, qui intentionem, & uoluntatem alterius uarijs explicat uerbis, c quia non debet aliquis uerba d considerare, sed uoluntatem, & intentionem, quia non debet intentio uerbis deseruire, sed uerba intentioni:

Si ergo diuina iudicia uerba nostra talia foris audiũt, qualia ex intimis proferuntur, si intentio non dẽt seruire verbis, sed uerba intentioni; patet, ℣ Deus non accipit

c ¶ Verbis.] Quæ ille protulit, & vult ea aliter interpretari, prout uerba sonare videntur, quod semper non dist. 4. retulerunt. extra de uerb. sig. præterea. &c. Intelligẽtia, 23. q. 1. imperatus. in prin. ff. de in ius uo. l. quãuis. 2. Sed hoc verũ est cum cõstat de intellectu. alias in dubijs a uerbis non est recedendum. ff. de lega. 3. nõ aliter, ff. de exer. l. 1. §. fi. 18 qui nouem. ext. de sponsa. ex literis.

2 Ad idem 38. d. sedulo. 92. d. c. 1. fuca. q. 2. is autem.

SI ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis dicens, ℣ si Deus ita accipit uerba foris, qualia ex intimis proferuntur, etsi uerba debent deseruire intentioni,

Digitized by Google

tioni, & non econuerso, apparet quòd Deus non sic accipit iuramentum, sicut ille, cui iuratur intelligit: sed potius sicut ille, qui iurat.

ITEM OBIICITVR. CASVS. Adhuc obijcit Grat. & probat in hoc §. seq. quòd iuramentum debet intelligi secun-

fic iuramentum, sicut ille cui iuratur; sed potius, sicut qui iurat, intelligit: cū recipienti non ex intimis, sed ex his, quæ proferuntur foris uerba nostra sonent. ¶ *Item obijcitur, qui iurat super lapidem putans se iurare super sacrosancta Euangelia, perinde tenetur, ac si super Euangelia iurauerit; licet ille cui iurat, ideo super lapidem illum iurare fecerit, ne non seruando quod promittit, reatu periurij teneatur.* ¶ *Item obijcitur de ciuibus, qui credunt se iurare obedituros consulibus suis in omnibus, quæ sibi imperata fuerint pro honore suæ ciuitatis: ne uero obedientiam recusantes, reatu periurij illaqueentur; supponitur breue iuraturis, in quo aliud continetur, quam se iraturos arbitrentur; videlicet ne Padum in Nilum conuertant, uel aliquid huiusmodi faciant: Si ergo contra hoc, quod iurasse crediderant, consulibus suis obedientiam denegarent; nunquid secundum intentionem recipientis, an potius secundum intentionem iurantis iuramentum Deus illud acciperet?* ¶ *Item, si innocens de adulterio, uel furto impetitus innocentiam suam uellet asserere. iuraret autē se ab obiectis sic esse immunem, sicut in breui illo continētur quod manibus suis se scripsisse arbitratur, continetur autem in illo, hunc reum esse obiectorum; nunquid à Domino periurus reputabitur? aut nunquid poterit argui se iurasse, adulterij, aut furti reatum incurrisse? Non.*

Hinc etiam Chromatius a *in c. 5. Matthæi.*

a ¶ Chromatius.] *Antea citabatur*, Chrysost. *cui errori occasionem dederat similitudo primarum literarum.*

¶ Inter iuramētum, & locutionem fidelium nulla debet esse differentia. C. XII.

IVramenti hæc causa est: quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, ut quod verum est, eloquatur. Et ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram, nullam vult esse distantiam: [b] quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in uerbis nostris nullum debet esse mendacium: quia utrumque & periurium & mendacium diuini iudicij pœna damnauit, dicente scriptura, [Os quod mentitur, occidit animam.] Quisquis ergo uerum loquitur, iurat; quia scriptum est, [Testis fidelis non mentitur.]

Sap. 1.

Prouerb. 14.

Idem †.

† *al. Item.*

¶ Antequam aliquis iuret, peierat, si contra conscientiam iurare parat. C. XIII.

QVi peierare paratus est, antequam iurat, iam periurus esse uidetur: quia Deus non ex operibus [c] iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.

Ex his omnibus colligitur, ꝙ iuramenta secundum

ITEM SI INNOCENS. CASVS. Adhuc probat in hoc 3. §. quod secundum intentionem iurantis debet intelligi iuramentum. Ego accusatus de crimine scripsi super aliquam chartulam, qualiter iurare uolebam me esse immunem à delicto, sed aduersarius meus uolens me peierare, surripuit illud breue, qđ scripsi, & supposuit aliud in quo continebatur me crimen cōmisisse. cum ego iurassem sicut ī illo breui continebatur, arguebat me periurij: & dī hic, ꝙ ego non sum periurus.

IVramēti CASVS. Adhuc probat Gratia. per hoc capit. ꝙ iuramēt debet intelligi secūdum intētionem proferentis. Dicit ergo Chromatius, ꝙ quicūque iurat, iō iurare debet, vt verum loquatur. vnde Deus inter iuramentum: & cōmunē loquelā differentiam nō facit quia sicut in iuramento non debet esse perfidia, ita nec in loquela nostra. & si quis contrafecerit, pœna d uini iudicij damnabitur. & hoc probat auctoritate Domini dicētis: Os quod mentitur, &c. Seq. c. per se patet.

a ¶ Ad hoc iurat.] id est, iurare debet.

b ¶ D stātia. Quātum ad hoc, cū mortaliter peccat q simpliciter dicit falsum sicut q sub iuramēto dicit falsum, magis tamē peccat peierando quàm mentiēdo. Solidius subsistit vbi iuramentū interponit, ut sup. ea. q. 1. c. 1. sed tamē plus operatur sacramētum, quam simplex ꝓmissio. ut extra de iureiu. debitores. Ité hic est arg. ꝙ ex nudo pacto oritur actio, ut 12. q. 2. quicunque suffragio. & q. 5. quia Iohānes. Io.

c ¶ Vi peierare.] Nō ex operibus. Deus potius cōsiderat animū q̄ factum. ut 15. q. 6. c. 1. & Deus interrogat cor, & non manum. 14. qō. 5. qd sic. 22. quæst. 5. propositio.

Iuramētum plus operatur, q̄ simplex promissio.

Die ergo ꝙ licet D.ꝰ nō faciat dīam inter loquelā & iurām, ecclia tñ facit. q. mendax simplex non patit pēnam quo ad infamiam & repulsionē testimonii, vel quin possit promouerī: sed secus in mendace iurō. & hoc intellige as, ex quo simpliciter mēdax est de crimine emēdatꝰ, sm Doc. ext. de test. testimonium. secundum H.

secundum intentionem iurantis, & non eius, cui iuratur. & hoc probat per duo exempla in illis posita.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Gratia. ab illo §. [Sed obijcitur.] quod iuramēta iudicātur

Digitized by Google

à Deo ſm intentionem facientis, & non recipientis. & poſtea ſoluit prędictam ꝓpietatem, dicens ꝙ ſimplicitas qñque eſt ex parte faciẽtis, qñque ex parte recipientis, & ſimiliter dolus qñque eſt ex parte faciẽtis, qñque ex parte recipientis. ex quacumque ergo parte eſt, Deus videt cordis ſimplicitatẽ ſic accipit ſicut illa pars intelligit, q̃ę ſimpliciter intelligit: atq̃ enim verborum Deus ſemper aſpernatur & odit.

intentionem præſtantis, non recipientis a Deo iudicantur. Quomodo ergo ſecundum Iſidorum quacumque arte uerborum quis iurat; Deus ſic accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit? Sed ſicut aliud eſt callida arte uerborum iurare, aliud ſimpliciter intentionem ſuam iurando enunciare: ſic aliud eſt ſimplici intentione iuramentum factum recipere: aliud in recipiendo calliditate uti: quia ſicut quiſquam apud Deum non ualet aliquem lædere, ſic nec præter eius intentionem ualet quis alicui ſubuenire. Deus autem duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionem utriuſque conſiderat, & tam ex parte recipientis, quam ex parte præſtantis uerborum artem aſpernatur & odit.

4 *De ætate uero iurantium quæritur: qua ætate quiſque ad iurandum debeat cogi.*

De quo in primo libro capitularium, c.63. ſic inuenitur definitum.

¶ Ante rationabiles annos, aliqui non cogantur iurare. C. XIIII.

PAruuli, qui ſine rationabili ætate ſunt, non cogantur iurare, [a] ſicut Gunebodigni faciunt. α Et qui ſemel periuratus fuerit; nec teſtis ſit poſt hoc, nec ad ſacramẽtũ accedat, nec in ſua cauſa [b] uel alterius iurator exiſtat. α ¶ Sicut Gunebodigni faciunt.] *Addita iſtæc ſunt ex originali.*

Iuo p.12.c.23. Pann.l.8.c.103.

Item ex concilio Eliberitano.

¶ Ante quatordecim annos nullus iurare cogat. C. XV.

PVeri ante annos quatuordecim non cogantur iurare, Puella [c] quoque, ſi in puerili ætate ſita in domo patris, illo neſciente, iuramento ſe conſtrinxerit, & pater eius, ut audierit, ſtatim [d] contradixerit; uota eius, & iuramenta irrita erunt, & facilius emendabitur.

Burch.l.12.c.26. Iuo p.12.c.81. Pann.l.8.c.104.& 105.

¶ *Burchardus hoc citat ex concilio Hiberneſi: ut alia, quæ concilio Eliberitano tribuuntur.*

Capit.l.1.c.63.

Item Cornelius Papa.

PAruuli.] CASVS. Quæſtium fuit ī qua ętate paruuli cogantur iurare. Et reſpondetur, cum ſunt in ætate rationabili, & ſi quis cũ iurare poteſt, ſemel peierauit, de cætero teſtis eſſe non poteſt: nec ī ſua vel alteri⁹ cauſa erit iurator. Quæ antẽ ſequuntur, planã ſunt uſque ad §. de forma.

Impuberes an poſſint iurare.

a ¶ Iurare.] Nec teſtis eſſe põt, vt 4.q.3.c.1. Et iõ hoc eſt, quia iuramẽto dẽt adeſſe iudicium: ſed hæc ætas neſcit quid agat, vt C. d fal. mo. l.1. Itẽ qui impubes non poteſt peierare, vt ff. de iureiuran. l. qui iuraſſe. unde ſacramentum calumniæ præſtare nõ poteſt, poſſet tamen dici. ꝙ ſi eſt doli capax, 1 ꝙ tunc calumnioſe petere poteſt. vt extra de delic. puer. cap.1. & ſi nouerit ueritatem, ꝙ bene præſtabit ſacramentum calumniæ. arg. C. de iureiur. propter calumniam. l.2.§.1. Sed de ueritate dicenda bene poteſt iurare. Nam ab impuberibus & timidis ſumitur initium quæſtionis, ut ff. de qõ. unius in prin. Item impubes ferula percutitur pro ueritate dicenda, ut ff. ad Sylla. l.1.§. impubes, & tenet confeſſio quam facit, licet contra eam poſſet reſtitui. ut ff. de confeſſ. l. certum. §. penul. Ioan. quod falſum eſt, niſi ſit doli capax cum hoc c. contradicat B. hoc autem certum eſt, quod ſi aliquis ſponte receperit iuramentum minoris, bene ualet. & tenet tale iuramentũ, ut ff. de iureiu. l. qui iuraſſe. Item in hoc caſu poteſt qs conuenire ratione iuramenti quod præſtitit dum eſſet impubes. ut ſi impubes iurauit ſe præſtiturum operas, ipſe pubes factus bene conuenitur de hoc iuramento, ut ff. de l. b. cauſa, l. ult. in fine.

1 Dicit Azo. ꝙ hoc no eſt uerum. q̃uis ſit doli capax. ar. C. de iura. cal. l.2. §.1. ſed de ueritate dicẽ di. bñ. ff. de cõfeſſ. certũ. §. iuniore. arg. ff. de admin. tut. l.1. in fi. ſm L. & hoc ẽ qd ſequitur.

2 Ad hæc ꝙ periurus re-

b ¶ Cauſa.] Sed 2 nõne ſi agere vult periurus ī propria cauſa auditetur, quia nulli prohibetur agere in propria cauſa. vt 4.q.3. omnibus ſed agere nõ poteſt niſi præſtet ſacramentum. Item nonne iudex vel altera pars poteſt ei deferre ſacramentum? Ad hoc dicas. ꝙ hæc lex ſumpta eſt de Lombarda, ſecundum quam non iuratur de calumnia. patet ergo ꝙ loquitur hic de alio iuramento: & poteſt dici ꝙ loquitur hic de iuramẽto purgationis. id eſt, ut nec ſe nec alios poſſit expurgare. ex hoc ſequitur ꝙ ſi ſuſpicio aliqua eſt contra periurium, ſtatim habetur pro conuicto. cum ſe expurgare non poſſit. & imputet ſibi, qui in talem caſum incidit, quia culpa ſua illud ſuſtinet. ut 15.q.1.ſi quis inſaniens. ex quo enim ſemel peierauit, præſumitur ꝙ ſemper debeat peierare. ut 2.q.7. non poteſt. unde amodo non eſt ſacramento ſuo credendum. ut extra de præſump. literas. ea tamen iuramenta quæ oneris ſunt potius quam honoris, bene pſtabit. ut iuramentum calumniæ. ſimiliter dominis ſuis iurabit in cauſa feudi, contra 47.diſt. quantumlibet, extra de re iudic. in cauſis.

c PVeri.] ¶ Puella.] Idem eſt in puero, ut ī. ead. q. 1. tribus.

d ¶ Stat. in.] Filij iuramentum debet pater reuocare, quam cito ſcit, 3 vt hic dicitur: ſed uotũ religionis nõ tenetur ſtatim reuocare cum ſcit, ſed uſque ad annum & diem contradicere poteſt, ut 20.quæſt.2. puella. alias ex-

periat ab agẽdo. intelli ge uerum qñ uenit contra ſẽtiam iuſo celebratã ſuper actione alias intẽtata. ut hic, alias aũt non reperit ꝙ periturus repellat ab agendo, ut not. Doc. in c. dilecti, de except. & Ant. de But. in c. ītelleximus. ext. de iudi. Itẽ etiã adde ꝙ ſemel periturus ꝓdit priuilegium probãdi impedimẽtum. conc. Alex. de Imo. in l. nõ exigim⁹. §. quod dixi mus. ff. ſi qs cau. & pe. & qui iurat. C. de bo. auth. iud. poſſ. ibi in fine princ.

3 Ad idẽ cõcord. H. qui exponit ſtatim id eſt ex quo ſciuit & potuit.

Digitized by Google

tamen est sup. distinctum, scilicet 20. q. 2. in princ.

a HOnestum. Hoc ieiunus. Similiter testimonium debet dicere ieiunus, ut extra de testib. placuit. Quæ a ieiunis fieri debeant, no. de consecr. distin. 1. sacramenta. tamen quod hic dicitur, magis est honestū, quàm

¶De eodem, & vt a ieiunis iuramenta præstentur. C. XVI.

Iure. l. 12. c. 12. Iuo p. 12. c. 69. & 55. Pan. l. 8. c. 120.

HOnestum etiam videtur, vt qui in sanctis audet † iurare, & hoc ieiunus [a] faciat cum omni honestate, & timore Dei: & vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare.

¶*Ceteri etiam collectores citant ex decretis Cornely Papæ. Extat autem lib. primo capitularium, c. 63. nonnulli præterea verbis interiectis. Et inde refert primam huius capitis partem Iuo c. 33.*

Simile quiddam in schedis capitulariū è Gallia missis.

Præterea sunt quædam tempora, quibus iurare prohibemur.

Vnde in concilio apud sanctum Medardum habito.

¶Quibus temporibus iurare prohibemur. C. XVII.

DEcreuit sancta synodus, vt a Septuagesima [b] vsque in octauam Paschæ, & ab aduentu Domini vsque in octauam Epiphaniæ, nec non & in ieiunijs Quatuor temporum, & in **Litanijs maioribus** [c], & in diebus Dominicis, & in diebus Rogationum (nisi de concordia & pacificatione, nullus super sacra Euangelia iurare præsumat.

Iuo vsib. feudorum, lib. 2. tit. 6.

5 *De forma vero fidelitatis, & quid quisque debeat domino, vel econuerso; sic inuenitur in epistola Fulberti episcopi.*

¶Quę in fidelitate sunt obseruanda. C. XVIII.

Iuo p. 12. c. 75. Pan. l. 8. c. 122.

DE forma fidelitatis aliquid scribere monitus, hæc vobis, quæ sequuntur breuiter ex librorum auctoritate notaui. Qui domino suo fidelitatem iurat; ista sex semper in memoria debet habere; incolume, tutū, honestum [d], vtile, facile, possibile †. Incolume, videlicet; ne fit in damnum domino suo de corpore suo, Tutū; ne sit ei in damnū de secreto [e] suo vel de munitionibus [f], per quas tutus esse potest. Honestum; ne sit ei in damnū de sua iustitia, vel de alijs causis, q̄ ad honestatē [g] eius pertinere videnť. Vtile; ne sit ei in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile; ne id bonū qd̄ dominus suus facere leuiter poterat, faciat ei difficile, neve id q̄ possibile erat

† Adde. q̄ simile obsequium debet clericus ecclesiæ. l. 2. & ibi Alber. de Ro. de ad uoc. diuers. iud.

quàm iniustum. Ioan.

b DEcreuit.] ¶ Vt a septuagesima.] In his etiam diebus causæ exerceri non debent. 15. q. 4. c. 1. & 2. huic tamen cap. & præcedenti obuiat consuetudo præscripta. Ioan.

c ¶ In litanijs maioribus.] Vt in festo sancti Marci.

DE FORMA. Hæc est 5. pars q. in qua dicitur quod in sequenti c. continetur. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta est mentio de iuramento: sed quia fidelitas fit iureiurando: ideo nunc ostendit Grat. quod fidelis domino. & econuerso debeat facere.

DE forma.] CASVS. Quidam rogauit Fulbertum epiſcopum vt scriberet sibi quot debeant contineri in iuramento fidelitatis, quam faciat vasallus domino: qui rescripsit sex debere ibi contineri, scilicet incolume, tutum, honestum, utile, facile, possibile: quæ vasallus pōt accusare dām: Non, ut hic pōt colligi; nisi prosequatur suam iniuriam. alioquin si accusat perdit ius feudi: sicut patronus, qui accusat libertum perdit bonorum possessionē. ut ff. de bo. lib. qui cū maior nec ēt testimoniu pōt cōtra ipsum ferre, nec in criminali causa, nec etiam pro ipso, ut extra de offi. deleg. causam.

e ¶ De secreto.] Ille qui prodit secreta alicuius, capite punit. ut ff. de re milit. omne §. 3. & C. de cōmer. & mer. l. 2. & sic potest quis iurare ne prodat secreta alterius. arg. tamen est contra 22. dist. nerui.

f ¶ Munitionibus. Qui munitiones cedit hostibus, vel literas, uel nuncium uel aliqd̄ signū eis mittit, incidit in crimē læsæ maiestatis. ut ff. ad le. Iul. maie. l. 2. & 3.

g ¶ Ad honestatem.] Vt nec cum vxore, nec cum filia commisceatur: nec aliquid in honesti faciat in domo domini, ut de præn. dist. 5. consideret.

d ¶ Honestū. Sic ergo honestas & pulchritudo in omni iuramento sunt intelligenda, ut sup. ea. q. 4. vnusquisque. & extra de iureiur. quemadmodum, sed illud sacramentum præstant archiepiscopi Romano Pontifici, vt extra de iureiur. ego. & sub hu. finis epistolæ, vt 22. dist. quam; quā. & Imperator Papæ 63. dist. tibi domine. & licet generaliter iuret vasallus domino, scilicet q̄ in omnibus causis iuuabit ipsum & contra quemlibet tamen ꝫ propriam patriam nō iuuabit ipsum, vt ff. de reli. minime. nec contra Papā, ut extra de iureiur. venientes. Sed q̄d si dominus vult filiū vasalli impetere. nunquid iuuabit ipsum contra filium videtur q̄ non: quia nec contra filiū excōmunicatum iuuabit. 11. q. 3. quoniam multos. & arg. ad hoc ff. de reli. minime. Contrarium tamen dicat lex feudi in titu. quemadmodo feu. amit. dicitur. n. ibi, quod vasallus obligatus est filio suo tantum vinculo naturę: sed domino suo obligatus est vinculo iuramenti. Itē nō tenetur ipsum iuuare si iniuste imperet aliū: nec enim opem fert qui ad peccādū nes adiuuat. vt 14. q. 6. si res. Item, nunqd vasallus pōt accusare dām: Non, ut hic pōt colligi; nisi prosequatur suam iniuriam. alioquin si accusat perdit ius feudi: sicut patronus, qui accusat libertum perdit bonorum possessionē. ut ff. de bo. lib. qui cū maior nec ēt testimoniu pōt cōtra ipsum ferre, nec in criminali causa, nec etiam pro ipso, ut extra de offi. deleg. causam.

Imperator iurat Papæ.

Vasallus dominum non accusat.

Secretorum proditor capite punit.

℣missiones negatiuæ ad duã obligãt.

reddat ei impoſſibile. Vt fidelis hæc nocumẽta caueat iuſtum eſt. Sed quia nõ ſufficit [a] abſtinere a malo, niſi fiat id, quod bonum eſt †; reſtat, vt in eiſdem ſex ſupradictis cõſilium [a], & auxiliũ dño ſuo fideliter pręſtet: ſi beneficio dignus [b] videri vult, & ſaluus eſſe de fidelitate, quã iurauit: dominus quoq; fideli ſuo in his omnibus vicem reddere debet. Quod ſi non fecerit; merito cenſebitur malefidus; ſicut ille qui in eorum [β] præuaricatione; vel faciendo, vel conſentiendo deprehenſus fuerit perfidus, & periurus.

† Concor. l. iuſtitia. §. iuris præcepta cũ gl. in ver. tribuere. ff. de iuſtit. & iu. & inſtit. eo. tit. & §. in glo. ſuper verbo ius ſuum.

¶ *Epiſtola hæc Fulberti miſſa eſt è Gallia, deſcripta ex uetuſto codice eccleſiæ Balluacenſis: cuius hic eſt titulus;* Glorioſo duci Aquitanorum VV. Fulbertus Carnotenſis epiſcopus orationis ſuffragium.

[a] ¶ Sed quia non ſufficit.] *In ipſa epiſtola legitur*: Sed nõ ideo caſamentum meretur: nõ ei ſufficit. *Apud Iuonem uero*, Sed ideo caſſamentum † meretur. Non enim ſufficit, &c.

† al. *canſamentum*.

[β] ¶ Qui in eorum.] *In epiſtola legitur*, ſi mox præuaricatione, *apud Iuonem*, ſi in eorum præuaricatione, *In Pannormia uero ut apud Gratianum.*

Auguſtinus.

¶ De eodem. C. XIX.

Anſ. l. 11. c. 74. Poly. l. 6. tit. 19. Barch. l. 12. c. 21. Iuo p. 12. c. 78.

SI quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi, & domino ſuo iurat, & poſtea peruersè, & doloſè eius regnum tractauerit, & in mortem ipſius aliquo machinaméto inſidiatur; quia ſacrilegium peragit, in Chriſtum Domini manum mittens; anathema ſit, niſi per dignã pœnitentiæ ſatisfactionẽ emendauerit, ſicut cõſtitutum a ſancta ſynodo eſt; ideſt, ſæculum relinquat, arma deponat, in monaſterium eat, & pœniteat omnib. dieb. vitæ ſuæ: verumtamen cõmunionem in exitu vitæ ſuæ cum Euchariſtia percipiat. Epiſcopus vero, presbyter, diaconus, ſi hoc crimen commiſerit, degradetur.

¶ *Caput hoc in melioribus Gratiani codicibus non habetur. Bruchardus & Iuo citant ex dictis Aug. Simile aũt habetur in concilio Toletano 16. c. 8. ex Hiſpania miſſo.*

6 Vt itaque ex præmiſſis apparet, mendacium nec ſimplici ſermone debet proferri, nec iuramento firmari. Mendacium autem non ſolum in uerbis, ſed etiam in ſimulatis operibus eſſe probatur.

Vnde Ambroſius ait in ſermone habito in Dominica de Abraam.

¶ *Initium huius ſermonis eſt.* Scitote fratres.

¶ Mentitur qui profeſſionem ſuam operibus non oſtendit. C. XX.

Pann. l. 8. c. 227.

CAuete fratres mendacium, quia oẽs qui amant mendacium, filij ſunt diaboli [a] & *inf.* ¶ Non ſolum in falſis verbis, ſed etiam in ſimulatis operib. [d] mẽdacium eſt. Mendacium namq; eſt, Chriſtianum ſe dicere, & opera Chriſti non facere. Mẽdacium eſt, epiſcopum ſacerdotẽ, vel clericum ſe ꝓfiteri, & cõtraria huic ordini opari.

a ¶ Conſilium.] Vide quomodo interpretatur hoc iuramentum. Ego iuro ꝙ nullum faciã tibi damnũ. i. ego iuro ꝙ nec ego faciam. & etiam ꝙ alios facientes prohibebo. ſic interpretat lex tale pactum, ut ſi aliqs fecit pactũ, quod filiam non cederet, vel vreret, eã cuſtodire teneẽ ne alius urat, uel cedat. ut ff. loc. l. in lege. idem vr in omnib. negatiuis promiſſionibus, ut cũ dicitur; ℣mitto quod nõ faciam: non ſolum teneor non facere. ſed etiam curare debeo ne fiat, vt ff. de verb. ſig. facere & de ver. obl. in illa ſtipſone.

b ¶ Dignus. Ergo ſi clericus præſtat patrociniũ ꝓ eccleſiam ſuam, uel epiſcopum ſuũ, poteſt priuari biſficio ſuo 96. diſt. ſi Imperator. & ext. de poſtu. c. ſi. Ioan. 1

c ¶ Vicem. Et ſic eadem fide teneẽ quis ſubdito ſuo ſicut ſubditus dño, ut 95. diſt. eſto ſubiectus. & ex de iureiur. peruenit & 32. q. 6. nihil iniquius. & ſi non fecerit, priuatur illo, vel dño, quod habet in uaſallo, & trãſit feudũ ad ſuperiorem, ut in li. de feu. quẽadmodũ feu. amit.

VT ITAQVE. Hęc eſt ſexta pars q. in qua dicitur, ꝙ non ſolum uerbis mẽtimur, ſed etiã factis. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Gratia. ex ſupradictis, dicẽs ꝙ mendaciũ nec ſimplici loquela, nec iuramento eſt aſſumendum. Poſtea oſtendit ꝙ mẽdaciũ & uerbis & factis fieri põtꝙ per ſeq. c. probat.

CAuete fratres.] CASVS. Ambroſius monet fratres ſuos ut mendaciũ vitẽt: oſtẽdẽs ꝙ mẽdaciũ fit duob. modis, .ſ. verbis & factis. Nam ſi quis dicit ſe Chriſtianũ & clericũ, & non facit opera Chriſtiani, uel clerici, mendax eſt in operibus ſuis.

d ¶ Operib. Arg. ꝙ factis mentimur, ſicut verbis, & factis negamus Chriſtũ, ſicut verbis. 11. q. 3. æſtimant. & factis appellamus. ext. de appell. dilecti 1 & factis prædicamus 43. diſt. ſit rector.

Factis mentimur, ſicut verbis.

1 Adde pro hoc tex. in l. alia cum nota. C. de his qbus indig. Bal. & glo. in ver. non euitabit. in cap. 1. verſic. ſed & qui delator. quæ ſupri. cau. bene. ami.

Digitized by Google

QVoties vero.] CASVS. Docet Hieron. in hoc cap. ꝙ si quis non congruo tempore, & loco, & quod non conuenit audientibus loquatur: potius destruit audientes quam ædificet. Vnusquisque enim considerare debet quod vel quando loquatur: quia pro quolibet verbo otioso reddituri sumus rationem. sequen. §. per se patet.

a ¶ Audientibus.] Forte instituit rudes magna. & subtilia, quod esse non debet. simi. 8. q 1. oportet. & 43. dist. cap. 1. Ioan.

a ¶ Diaboli.] *In codice Vaticano, vbi hic sermo habetur, sequuntur hæc,* quia non solũ mendax est, sed ẽt, & pater, & inuentor ipsius mendacij est. Omnis. n. simulatio, & omnis duplicitas mendacium est. Ergo non solum, &c.

Item Hieronymus in c. 4. epist. ad Ephesios.

¶ Quoties sermo malus de ore nostro procedit.

C. XXI.

QVoties uero loquimur, aut nõ in tempore, aut importuno loco, aut non vt conuenit audientibus, [a] toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum qui audiunt. Cõsideremus itaq; quid loquamur: quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die iudicij.

7 *Iuramentum vero clericus laico præstare non debet. Vnde in Rhemensi concilio legitur.*

¶ Cuiquam laico clericus nihil iurare præsumat.

C. XXII.

Burc. l. 2. c. 118. Ivo p. 6. c. 233. Pann. l. 5. c. 11. NVllus ex ecclesiastico ordine cuiquã laico, [b] quidquam super sacrosancta Euãgelia iurare præsumat: sed simpliciter cum veritate, & puritate dicat, est, est, non, non. Sed si est aliquid, quod sibi obijciatur, ß prout iudicauerint, qui eiusdem ordinis sunt, aut corrigatur, aut expurgetur.

ß ¶ Obijciatur.] *Apud Burchardum, & Iuonem sequitur,* ad episcopũ in cuius territorio est, deferatur, & iuxta id, quod illi, qui eiusdem sunt ordinis, dijudicauerint, aut corrigatur, aut expurgetur.

Episcopo similiter clericus iuramentum præstare nõ debet, nisi forte is, cui ecclesiæ procurationem cõmittit.

Vnde Vrbanus II. ait.

Ext. de iureiur. c. nullus. ¶ *In aliquot vetustis exemplarib. finis huius causæ est in ver.* expurgetur. *absunt aũt hæc verba, & sequens caput,* nullus. *In vno autem non modo ista habentur, sed ẽt cap. primũ de iuramento calũniæ, & cõstitutio noua tr ẽrici.*

¶ De eodem. C. XXIII.

NVllus episcopus clericos suos, nisi forte, quibus ecclesiasticarum rerum dispensatio commissa fuerit, sibi iurare compellat.

CAVSA XXIII.

Vidam episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sũt circũadiacentes catholicos minis, & cruciatibus ad hæresim compellere cæperunt: quo comperto Apostolicus catholicis episcopis circumadiacentium regionum, qui ab Imperat. ciuilem iurisdictionem acceperant, imperauit, vt ca-

IVRAMENTVM. Hæc est 7. pars q. in qua dicitur, ꝙ clericus non debet iurare laico, nec episcopo huiecausa. Io. de Fant.

NVllus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Rhemẽ. vtrum clericus accusatus coram laico iudice, possit præstare iuramẽtum calumniæ, vel innocentiæ ad se purgãdum. Et respondetur ꝙ non: sed corã ecclesiastico iudice corrigatur vel expurgetur: sed corã laico iudice dicat, est, est, non, nõ. Quæ autem postea sequuntur patent.

b ¶ Laico.] Hoc c. intelligas de iuramẽto expurgationis i ꝙ clericus nõ dẽt facere corã laico, sed tñ coram episcopo vel eius delegato. nisi hoc fiat auctoritate Papę, ut 2. q. 5. Mẽnã. si. n. clericus peteret aliquid coram laico, bene teneẽ ibi præstare iuramentũ calumnię. Vel dic ꝙ sine licentia ẽpi nullum dẽt facere iuramentum laico. Imperatori tñ iurãt episcopi fidelitatem.

Iurm expurgationis non dẽt clericus præstare coram laico.

1 Ista fuit sẽtentia. & B. fm L. & ꝙ hoc casu intelligatur c. patet ex fin. fm H. sed ut iget illa lĩa. quidquam.

QVi.dã cpi.] CASVS. Supra tractatũ est de catholicis, & dictũ est, ꝙ non sunt cogendi ad malum. Nũc uero subnectit Grat. 23. q. 4. cãm in qua de hæreticis tractat, quęrens an episcopi sint cogendi ad bonum. Item quæritur an militare sit peccatum, & quod bellum debeat dici iustum. & quod iniustum. & an vindicta sit inferenda, & an peccatum sit iudici malos occidere, condemnando scilicet. Sed ut hæc, & alia competentius faciat thema proponit, de quo octo elicit quæstiones.

Digitized by Google

Vod militare.] CASVS. Hic ponit prima q. in qua quærit an militare sit peccatū. Et rñdet q̃ nō, vt inferius militare, & hoc verū est, si bellū a principe indicat, vt j.e. q.2. iustū. similiter p̃ defensione sua, vel patrie uel legū paternarum vt j.q.8. si nulla clericis arma mouere nō p̃nt, ut j.ea. q.8. clericis. &c. quinq. Et p̃cedit Grat. hoc ordine in hac cōe, primo probat. q̃ militare sit peccatum, postea in §. his itaq; rñdet allegatis, & p̃bat p̃mum. in ult. §. concludit, uerū ponens solutionē, scilicet q̃ præcepta patientiæ in præparatione cordis sūt seruanda, nō in effectatione corporis. Est ergo casus, §. breuis. p̃bat Gra. ex auctoritatibus militare esse peccatum, quas per se facile videbis si diligenter inspexeris.

Bella an sint permissa, & quibus.

a ¶ Quod militare.] Hic q̃rit an militare, seu bellare sit peccatū. & dicendū est, q̃ nō, vt j.e. militare. & hoc verū est si a principe indicatur bellū, ut j.e.q.2. iustū. Similiter, p̃ defensione suā, uel patrię, vel legū paternarū, ut j.e.q.8. si nulla clerici autē in sacris ordinib. constituti nō p̃nt mouere arma vt j.e.q.8. clerici. Similiter vt. q̃ nec in minoribus ordinibus constituti et uxorati possunt mouere arma: quia sub regula ecclesiastica debent uiuere, ut 32.d.si qui. & 20. q. 3. eos, q̃ concedo si volunt gaudere priuilegio ecclesiastico. ar. ad hoc ext. de cle. coniu. Io. de Fant.

b ¶ Propulsandam.] Qui repellere possunt iniuria m, & qualiter possit repelli, & an tantum persone iniuria uel etiam personæ. & terum possit repelli uidendum est 1. Et quidem uidetur q̃ non solum laici, sed etiam clerici possunt repellere iniurias, & rerū, & personæ, ut extra de rest. spol. olim. & extra de sent. excom. si uero ex tenore, & sup. d. 1 ius naturale. & ff. de iustit. & iure, ut tum. Econtra uidetur q̃ clerici non possint, ut extra de homicid. suscepimus. 26. d. de dictionaries. Ad hoc dicunt quidā, q̃d nulli licerum repellere repercutiendo, seu nō impediendo. Alij dicunt q̃d licet laicis repercutere: clericis nō. Ego credo quòd & clericis & laicis licet repercutere: dist inguitur tñ, quia aut uis infertur persone, aut rebus, si persone, tunc est uis repellenda prius quam sit illata. sed quidā dixerūt q̃d nullus uim repellere debet, nisi illata sit. immo insidiante licitē est occidere, & cum qui vult occidere. ut ff. ad l. Aquil.

Iniuria an possit repelli, & a quib.

1 Adde pro hoc glo. 2. & ibi Bart. & l. ut uim. ff. de iust. & iur. idem Bart. in l. si quis in seruitute. ff. de iur.

2 Et incontinenti repelli dēt. sed ex intervallo re-

l.a. & 5. si tamen aliquis uim factū repellat, potius præsumi debet q̃ defendēdi causa fecerit id. ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. & hoc si primus percussor uolebat percutere denuo: alioquin si nolebat denuo percutere. & aliter repercussent, potius pelli: pōt impune: ec lect. s. f. an is & ij. citius pōt. ff. d ac q. possi. q̃ inco, t. & l. ea, §. q ad nundines. est iniuria illata persone q̃a tunc præsumitur uitio rum Ioan. de Fant.

tholicos, ab hæreticis defenderent, & quibus modis posset eos ad fidei veritatem redire compellerent. Episcopi hæc mandata Apostolici † recipientes, conuocatis militibus, aperte, & per insidias cōtra hæreticos pugnare cœperūt. Tandē nonnullis eorum necatis, traditis, alys, rebus suis, uel ecclesiasticis expoliatis aliys, carcere, & ergastulo reclusis ad unitatem catholicæ fidei coacti redierunt.

† al. apostolica.

1 *Hic primum quæritur, an militare peccatum sit.*
2 *Secundo, quod bellum sit iustum, & quomodo a filijs Israel iusta bella gerebantur.*
3 *Tertio, an iniuria sociorum, armis sit propulsanda.*
4 *Quarto, an vindicta sit inferenda.*
5 *Quinto, an sit peccatū iudici, uel ministro reos occidere.*
6 *Sexto, an mali sint cogendi ad bonum.*
7 *Septimo, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi. & qui possidet ab hæreticis ablata, an dicatur possidere aliena.*
8 *Octauo, an episcopis, vel quibuslibet clericis sua liceat auctoritate, uel Apostolici, uel † Imperatoris præcepto arma mouere.*

† al. sine Imperatoris.

QVAESTIO I.

Quod militare [a] alienum uideatur ab Euangelica disciplina, hinc uidetur posse probari: quia omnis militia uel ob iniuriam propulsandam [b], vel propter uindictam inferendam est instituta: Iniuria autem uel a propria persona, uel a socio repellitur: quod utrumque Euangelica lege prohibetur cum enim dicitur: [Si quis te percusserit in unam maxillam, præbe ei & alteram.] & iterum: [Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo duo millia [d].] Item cum Apostolus dicat: [Non nos defendentes [c] charissimi, sed date locū iræ,] quid aliud p̃hibemur, quam propriæ personæ iniuriā repellere? Item, cum Petro gladio magistrū defendente, Christus dixerit; [Conuerte gladium tuum in uaginam, an putas, quia nō

Matth. 5.

Rom. 12.

b ¶ Propulsandam.] Qui repellere possunt iniuria m, & qualiter possit repelli, & an tantum persone iniuria uel etiam personæ. & terum possit repelli uidendum est 1. Et quidem uidetur q̃ non solum laici, sed etiam clerici possunt repellere iniurias, & rerū, & personæ, ut extra de rest. spol. olim. & extra de sent. excom. si uero ex tenore, & sup. d. 1 ius naturale. & ff. de iustit. & iure, ut tum. Econtra uidetur q̃ clerici non possint, ut extra de homicid. suscepimus. 26. d. de dictionaries. Ad hoc dicunt quidā, q̃d nulli licerum repellere repercutiendo, seu nō impediendo. Alij dicunt q̃d licet laicis repercutere: clericis nō. Ego credo quòd & clericis & laicis licet repercutere: dist inguitur tñ, quia aut uis infertur persone, aut rebus, si persone, tunc est uis repellenda prius quam sit illata. sed quidā dixerūt q̃d nullus uim repellere debet, nisi illata sit. immo insidiante licitē est occidere, & cum qui vult occidere. ut ff. ad l. Aquil. tius est uindicta, quàm repulsio iniuriæ: & sic intelligo quod dicitur iniuriā incontinenti posse repelli. & requiritur ergo quod defendendo repercutiat. non ulciscēdo, ut infra eadem, quod ulpatur. & ff. d. c. qui scientiam. & cum moderamine se defendat, ut ext. de rest. spol. & cu olim causam in fi. si quis tamen moderamen excedit, & non ex proposito. non tenetur. ut ff. ad l. Aquil. si ex plagis. §. tabernarius. licet illa decret. olim causam. uideatur contradicere. Item incontinenti debet uim ut repellere, ut ff. de ui. & ut arti. 3. §. cum igitur. Si autem uis infertur rebus, & illatam, & interendam licitum est repellere: sed potius illatā, quam inferendam.

2 Et incontinenti repelli dēt. sed ex intervallo re-

a ¶ Præbe.] Illud intelligatur de cordis præparatione, ut inf. ca. paratus, uel etiam agitur de fide.

d ¶ Duo millia.] Vbi est quarto fidei.

c ¶ Defendentes.] Ex odio, uel die ex intervallo: uel non seruato moderamine.

a ¶ Non.

Digitized by Google

Matth.18. poſſum [a] rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi plus quã duodecim legiones Angelorũ?] deniq; ſicut de B. Andrea legitur, cũ fieret concurſus populorum, vt de manibus iudicis eum eriperẽt, & ab iniuria mortis illum defenderẽt; ipſe econtra & exẽplo & verbo patiẽtiam docens, rogabat eos, ne ſuum martyrium impedirent quid aliud monemur: quam ſicut proprias, ita & ſocionum iniurias patiẽter tolerare, nec ad arma concurrere, ſed eorum exẽplo ad ſimilia ferẽda animum præparare? ¶ Itẽ cum ĩ prouerbijs [c] dicatur, [Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.] ¶ Itẽ, cum in Euangelio dicatur, [Nolite iudicare, [b] & non iudicabimini,] Item, cũ

Matth 21. paterfamilias dicat ſeruis volẽtibus colligere zizania, [c] Sinite vtraq; creſcere vſq; ad meſſem: & tunc dicã meſſoribus, colligite zizania, & alligate in faſciculos ad cõburendum. ¶ Item cum rex ille, qui nuptias fecerat filio ſuo, miſſis exercitibus ſuis angelorum videlicet, dicatur perditurus homicidas prophetarum, & Apoſtolorum, q̃ vocati ad nuptias venire contẽpſerunt credendo. Itẽ cum Paulus apoſtolus dicat in epiſtola ad Romanos,] Nolite

Rom.14. iudicare inuicem,] Item [Tu quis es, qui iudicas alienũ ſeruum? Suo domino ſtat, aut cadit: Sine ergo nimirum ſiue morimur Dñi ſumus. In hoc.n. Chriſtus mortuus eſt, & reſurrexit, vt & vivorum, & mortuorum dominetur;] In his oĩbus quid aliud præcipitur, quam vt iudicta delinquentium diuino reſeruentur examini? Cum ergo, vt ſupra dictum eſt militia videatur inſtituta vel ob iniuriam propulſandam, vel ad vindictam inferendam, vtrumque autem lege Euangelica prohibeatur, apparet, quod militare peccatum eſt.

[a] ¶ In prouerbijs.] Sunia iſta ſolet quidem prouerbij loco vſurpari: ſed nõ habetur in lib. Prouerbiorum. Affertur a B. Paulo ad Rom. c. 12. (coniunctẽ cum alia ſententia ex c. 25. Prou.) & ad Hebr. 10. Deuter. c. 32. In cantico ſic ſubſcriptum eſt, Mea eſt vltio, & ego retribuam.

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Bella carnalia bellorum ſpiritalium figuram gerunt.

C. I.

Origenes homil. 15. ſuper Ioſue. NIſi bella iſta carnalia figuram bellorum ſpiritaliũ gererent; nunquam, vt opinor, Iudaicarum hiſtoriarum libri diſcipulis Chriſti, qui venit pacem docere, legendi in eccleſijs fuiſſent ab Apoſtolis [d] traditi. Quo enim eis bellorum proficeret iſta deſcriptio, quibus dicitur ab Ieſu: [Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis?] & quibus per Apoſtolum iubetur, & dicitur

Ioan.14. [Non vosmetipſos vendicantes, [e] ſed magis iniuriã accipite, & magis fraudem patimini?] Vnde denique ſciens Apoſtolus nulla nobis iã ultra bella eſſe carnaliter peragenda; ſed animæ certamina contra ſpiritales aduerſarios deſudanda, velut magiſter militiæ, præceptũ dat militibus Chriſti, dicens: (Induite vos armaturam Dei, ut poſſitis ſtare aduerſus aſtutias diaboli.

2.Cor.6. His ita reſpondetur. Præcepta patientiæ non tam oſtentatione corporis, quam præparatione cordis ſunt retinenda.

Vnde Auguſtinus ait in ſermone de puero Centurionis.

a ¶ Nõ poſſum.] Et tũ noluit rogare vt præberet ex copia humiliatis alibi tñ dicit, ſi fieri poteſt tranſeat a me calix ille, ꝛc. d. habeo.

b ¶ Iudicare.] Inuite. Vel loquitur de ijs, qui non habent iuriſdictionem in.

c ¶ Zizania.] 11. q. 3. nolite. Ioan.

Nili bella. CASVS. Quæſtum fuit a Grego. quare bella Iudæorũ [gãtur in eccleſia. Et reſpondet q̃ non ob aliud, niſi ut per ipſa doceamur ſpiritualiter pugnare cõtra vitia & dæmones. Et ad hoc probãdũ inducit 4. auctoritã. quarum vna eſt Chriſti. reliquæ sũt Apoſtoli Pauli.

Libri Iudæorum ſunt legẽdi ex præcepto Apoſtoli.

d ¶ Ab Apoſtolis.] Ergo non tñ ex præcepto vel cõſtitutione eccleſiæ legimus libros Iudæorũ: ſed ẽt ex præcepto Apoſtoli. Sed quæro vbi hoc præcepit Apoſtolus? Dic q̃ loquitur præſumendo. quod enim vniuerſalis eccleſia tenet, ꝛc. dicẽdũ eſt hoc ab Apoſtolis eſſe inſtitutũ. 11. d. eccleſiaſticarum.

Eccleſia a Iudæis quod tenuit. hoc tenendũ eſt ab Apoſtolis et inſtitutum.

e ¶ Vindicantes.] Ideo enim iudiciorũ vigor in medio poſitus eſt, ne qs ſibi vltionẽ ſumere præſumat C. de Iudæ. nulli. 9. 16. q. 1. ad hoc lo.

HISTA. CASVS. Dictum eſt in 6. 1. q̃ militare eſt peccatum quia patientiã habere debemus. Et ad hoc inducit q̃ttuor capitula. Nec vero dicit Gratia. q̃ illa patientiæ præcepta non tãtum ſunt in corporis oſtẽtione retinẽda quantũ in cordis præparatione: quaſi dicat, interius dẽt eſſe homo patiẽs. ſed extra debet corrigere delinquẽtes. quod probat per ſequens cap.

Para-

Digitized by Google

PAratus.] CASVS. Ostendit Grat.in hoc c.q̄ præcepta patientiæ magis inducenda sunt ad præparationem cordis, & animi benevolentiam, quam ad opera exteriora: quibus delinquentes inultos possumus corrigere, & castigare, pauentia, uel benevolentia animum interius obserua[1].Et hoc q̄bat quique exēplis scilicet Christi, Pauli, & Petri, & Reipublicæ. Ioannis Baptistę Primum exemplum ici dit ib.: Hinc liquido.] Secundum ibi,] Nec Paul⁹. Tertiū ib.: Agenda sunt.] Quintū ibi. A per h.c.: Quantum ibi,] Item pulso post.] a ¶ In aperto. Arg. q̄ nō semp per exteriora comprehendantur interiora. 1 5.q.5.non omnis & c. non osculatur.

b ¶ Prodesse.] Sic ergo prodesse dicimur illi, quē verberam⁹. vt 45.di. & qui emēdat. Ioan.

c ¶ Si uerba.] Argu. quod non debemus inhærere uerbis, sed potius mēti. ut dixi 22.q.5.humanę. 26. q.5.nec mirum. uerba.n.in rescriptis posita, vel in lege, conformare dēmus eq̄tati: & licet uerba hoc nō patiant, ext. de rescrip. causam & extra de cōsue. cū dilectus. & ff. de lus vo. l. quāuis. & ff. q̄ prut. l. ult. Arg. contra 19. distin. in memoriam. & ff. qui & a quib. manumis. l. prospexit. ubi dicitur, sufficit ita scriptū, esse. & si illud durum est.

d ¶ Quia nesciunt.] Pro illis, qui ex ignorantia hoc fecerunt rogauit. 1. q. 1. §. cū ergo.

e ¶ Secundū legem.] Index sua leges addicabit: & nō tam motum animi sui, ut extra de constit. cap. 1. & 11. q. 3. sanè nonpere aliquin puniet vt saltim. ut ff. ad le. Corne. de fal. l. 1. §. 1. f ¶ Et cōtra legem.] Lex.n. dicit, quod liber homo nō debet uerberibus cædi. ut C. de repud. cōsentiunt. ultra medium, nisi in casu, ut no. 5. q. 5. illi, qui & no. 15. q. 6. in summa.

g ¶ Destruendum.] Dixit cum nō esse principem: quia non erat apud cū duraturus principatus ut extra de uer.

Homo liber verberari nō debet.

signi. nam & ego. & infra de pœn. dist. 1. diuortium.

h ¶ Nescire. Arg. quod non potest quis se excusare. 2 prætexu ignorātiæ de re.j̄ dā. si inter uicinos fines ut extra de præsumpt. quotidiani. & c. quanto. 34. dist. & nulli & 12. q. 2. qui. & humanus. similis præsumptio est. C. de

Vicinorum facta præsumuntur scire. 2 Inē Alc. de Imo. in l. bā ad cognitionē colla. 5. ff. si cer. pe. & Bal. ī l. de tut. C. de in integ. restit. quę ibi sequit Sal. & Pau. de Cas.

¶ *Sic etiam citat Anselmus; Poly. non affert auctorem. Habetur autem in epist. 5. Aug. ad Marcellinum.*

¶ Præcepta patientiæ uirtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt. C. 11.

PAratus debet esse homo iustus, & pius patiēter eorū malitiam sustinere, quos fieri bonos quęrit, ut numerus potius crescat bonorum, non ut pari malitia se quoque numero addat malorum. Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere q̄ ad opus, quod in aperto[a] fit (ut teneat⁷ in secreto animi patientia cum benevolentia; in manifesto autem id fiat, quod eis uidetur prodesse[b] posse, quibus bene uelle debemus;) ¶ Hinc liquido ostenditur: quod ipse Dominus Iesus exemplum, singulare patientiæ, cum percuteretur in faciem; respondit, Si male dixi, exprobra de malo: si autem bene, quid me cedis?] Nequaquam igitur præceptum suum, si uerba[c] intueamur, implevit. Neque.n. præbuit, percutienti alteram partem; sed potius prohibuit, ne, qui fecerat iniuriam, augeret. Et tamē paratus uenerat nō solum percuti in faciem, uerū etiam pro his quoque, à quibus hæc patiebatur, crucifixus occidi; pro quibus ait in cruce pendens, [Pater ignosce illis quia nesciunt[d] quid faciunt.] ¶ Nec Paulus apostolus præceptum Domini, & magistri sui videtur implesse, ubi etiā ipse percussus in facie, dixit principi sacerdotum:] Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secundum legem: [e] & contra legem[f] iubes me percuti? Et cū à circumstantibus diceretur: [Iniuriā facis principi sacerdotum;] irridens † eos admonere voluit, quid dixerit ut qui saperent, intelligerent iam destruendum[g] esse aduētu Christi parietem dealbatum, hoc est, hypocrisim sacerdotij Iudęorum. Ait quippe. [Nescivi fratres, quia princeps est: Scriptum est enim principi populi tui, no male dices:] cum proculdubio, q̄ in eodem populo creverat, atque † in lege fuerat eruditus; illum principem sacerdotum nescire[h] non posset, nec eos, quibus ita notus erat, vllo modo falleret, quod nesciret. Sunt ergo ista præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retinenda, ipsaque benevolentia, ne reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. ¶ Agenda sunt autem multa etiam cum inuitis benigna quadam asperitate pietatis: quorum potius utilitati consulendum est, quam voluntati. [i] *& infra.* ¶ Nam in corripiendo filio qualibet asperè, nunquam profectò amor paternus amittitur. Fit tamen, quod nolit, & doleat, qui etiam[k] inuitus uidetur dolore sanādus. ¶ Ac per hoc, si terrena

Poly. l. 7. tit. 7. Aut. l. 13. c. 13.

Non erat hic faciēdum initium noui paragraphi cohærēt .n. hæc cum antecedentibus.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Act. 23.

Exo. 22.

1 *al. incidenter*] *al. arridenter.*

† *al ibi.*

2 Arg. cōtra 31. q. 2. c. 1.

a ¶ Re-

Digitized by Google

a ¶ Reſpublica.] Id eſt, aliquis gerens Rempublicam. Ioan.
b ¶ In Euangelio.] Ioannis.
c ¶ Concuſſeritis.] Concutere eſt aliquid petere vltra debitum ratione alicuius officij, ut j. e. q. quid culpatur. dici-

Concutere quid ſit.

† al. ſid vt.

iſta Reſpublica, [a] præcepta Chriſtiana cuſtodiat; & ipſa bella ſine beneuolentia non gerẽtur: ut † ad pietatis, iuſtitiæque pacatam ſocietatem uictis facilius cõſulatur. Nam cui licentia iniquitatis eripitur, utiliter vincitur: quoniam nihil eſt infœlicius fœlicitate peccãtium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala uoluntas, uelut hoſtis interior roboratur. *& paulo poſt.* ¶ Nam ſi Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet; hoc potius militibus cõſilium ſalutis petentibus in Euangelio [b] diceretur, ut abijcerent arma, ſeque militiæ omnino ſubtraherent. Dictum eſt autem eis: [Neminem cõcuſſeritis: [c] nulli calumniã feceritis; ſufficiãt vobis ſtipendia veſtra.] Quibus proprium ſtipendium ſufficere debere præcepit, militare utique non prohibuit.

Fann. l. 8. c. 42.

Luca 3.

a ¶ Nulli] *Repoſitus eſt integer locus Euangelij, ut eſt ĩ ipſa epiſtola, & libro 22. contra Fauſtum, cap. 74. Antea erat,* Contenti eſtote ſtipendijs veſtris.

Item eiuſdem ad Bonifacium, epiſt. 207.

¶ In bellicis armis milites Deo placere poſſunt.

C. III.

NOli exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui in armis bellicis militat. In his erat ſanctus Dauid, [d] cui Dominus tam magnũ peribuit teſtimonium. In his etiã plurimi illius tẽporis iuſti. In his erat, & ille Cẽturio, qui Domino dixit: [Nõ ſum dignus, vt intres ſub tectum meum. *& infra.* ¶ Hoc ergo primum cogita, quãdo armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipſa corporalis donũ Dei eſt. Sic enim cogitabis & de dono Dei nõ facere contra Deum. Fides enim quando promittitur, etiam hoſti [e] ſeruanda eſt, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur? Pacem habere debet uoluntas, bellum neceſſitas, vt liberet Deus à neceſſitate, & conſeruet in pace. Nõ enim pax quæritur, ut bellum excitetur; ſed bellum geritur, ut pax acquiratur. Eſto ergo etiam bellando pacificus: ut eos quos expugnas, ad pacis vtilitatem vincẽdo perducas. [Beati enim pacifici (ait Dominus) quia filij Dei uocabũtur.] Si autem pax humana tam dulcis eſt pro tẽporali ſalute mortalium: quanto eſt dulcior pax diuina pro æterna ſalute Angelorum? Itaque hoſtem pugnantem neceſſitas perimat, non voluntas. Sicut rebellanti, & reſiſtẽti uiolẽtia redditur; ita uicto, uel capto miſericordia iam debetur, [f] maxime in quo pacis perturbatio non timetur.

Poly. l. 7. tit. 13. Anſel. l. 7. c. 4. Iuo p. 10. c. 126.

Matth. 8.

¶ al. nunitatem.

& ¶ Sic enim cogitabis. ' *Antea legebatur,* Si enim cogitabis de dono Dei, non facies cõtra Dominum. *Emendatum eſt & hoc, & multa alia ex originali.*

Item eiuſdem contra Manichaos; [id eſt lib. 22. contra Fauſtum, cap. 74. & 75.]

1 Vide quod leg. & not. ſ. 1. q. 1. concluſionis.

dicitur autem concutere, qui per oppreſſionem & minas extorquet pecuniam, ut ff. de concu. l. 1. & 3. 1 Ioã.

dum tamen nõ timeatur periculum incurrere ex hoc, 3 vt inf. eod. q. 4. eſt iniuſta. Ioan.

Quid

NOli exiſtimare.] CASVS. Hoc cap. diuidituri tres partes. In prima parte diſ. q Bonifacius q̃situr ab Auguſt. an aliquis poſſit Deo placere in armis militaribus. Et reſpõdet q ſic. Si uir autem corporalẽ putat eſſe donum Dei, & hoc probatur exemplo Dauid. & aliorũ patrũ veteris teſta. & exẽplo Cẽturionis. In ſcda parte q̃situr vtrũ fides ſit amico ſeruanda pro quo pugnat. rãdet q nõ ſolũ amico, ſed etiã hoſti eſt ſeruãda. Tertio q̃ritur ex qua cauſa bellũ quis ſumere debet. Et rõdet q cauſa neceſſitatis tantũ, ad hoc ſolum vt pax & ſalus acquiratur, uel conſeruetur. unde cũ aliquis uincit hoſtes, non interficiat eos: ſed ad uitã reſeruet, & ad pacẽ perducat. Secunda pars incipit ibi. [Fides enim ... Tertia ibi. [Pacẽ habere.] d ¶ Sanctus Dauid.] Si aliqs exiſtẽs ſanctus poteſt vti armis in bello: quare ergo prohibetur pœnitẽtib⁹ uti armis. vt 33. q. 2. admoneret? Reſpondeo: ideo, quia pœnitẽtes uiuũt ſub regula eccleſiaſtica, ut 11. quæſt. 1. aliud. Vel ideo quia arma poſſunt dare occaſionem peccandi.

Pœnitẽtes armis uti non poſſunt.

e ¶ Hoſti.] Hoſti ergo fides ſeruanda eſt ut hic. 22. q. 4. innocens. Argum. contra 22. q. 2. utilem quidem uerum eſt ſi ipſe nobis ſeruat fidem, 2 alias nõ tenemur ei ſeruare. 95. diſt. eſto ſubiectus, extra de iureiuran. peruenit. 28. q. 1. ſi infidelis. ff. loc. quarto. ff. iter. C. de tranſact. l. cum proponas. in fi. arg. contra. 11. quæſt. 3. inter uerba. in fi. & 33. q. 5. quod Deo.

Fides hoſti ſeruãda eſt.

2 Adde de hac u. latè p Legiſtas l. cũ proponas, & ibi Cy. C. de pactis. & ibi gl. Bal. in l. vt reſponsũ. C. de uãiaſt.

f ¶ Iam debetur.] Arg. miſericordiam eſſe dbitã. & ita hic argum. q diſpẽſatio poteſt peti tãquam debita. ut 50. diſt. domino ſancto in fi. & 86. diſt. nõ ſatis. in fi. Item habes hic, q aliqs tenetur parcere hoſti ſuo. ut 2. q̃ſtio. 5. quanto. in fi.

3 Nã ſi timeretur & deſperareẽ de eius correctione, non eſt eius miſerendũ, ut in hoc cap. hic alleg. eſt iniuſta, ſecundum Hug.

Digitized by Google

Quid culpatur.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima dicitur, ꝙ Manichæi reprehendebant bella quia homines ibi morte bãtur. Sed Aug. dicit quod hoc timidorum eſt, & non religioſorum ſcilicet reprehendere bella propter morituros. Sed hæc ſunt in bellis reprehẽdẽda, ſcilicet, nocẽdi cupiditas, vlciſcẽdi crudelitas. & libido dominãdi. & his ſimilia. In ſecunda parte dicitur ꝙ propter talia vitia punienda ſiue Deo iubẽte, ſiue aliquo principe ſæculari, iuſte pugnãt milites Chriſtiani. qd probat auctoritate Ioannis, qui milites à bello non prohibuit: & auctoritate Chriſti qui tributa Cæſari reddi præcepit, ex quibus ſtipẽdia militibus erogãtur. In tertia parte dicitur, quod auctoritas ſuſcipiendi belli penes principes conſiſtit, quibus obediẽdum eſt niſi præcipiant contra Deum. Si autem incertum eſt vtrum ſit contra Deum, debẽt ipſi milites obedire nec propter hoc puniẽtur: princeps autẽ propter humanã cupiditatem quã habent, à Domino punientẽ. Secunda pars Icipit ibi. [Quæ plerũque.] Tertia ibi, [Ordo autẽ.] Quæ plerumque] ſ. vitia. a ¶ Quandoque.] Certe hæc ratio non eſt ſufficiens nam ſi quis hominẽ interficiat etiã mortifere vulneratũ, nihilominus tenetur, vt ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in princ. & eſt ſimilis ratio inf. 24. q. 3. ſi hẽs ff. ad leg. Rhod. de iac. q leuã de & l. nauis §. ſed ſi nauis. & ff. ꝙ ui aut clã ſi alius. §. eſt & alia.

¶ Quæ ſint in bello iure reprehendenda. C. IIII.

Quid culpatur in bello? An, quia moriuntur quãdoque [a] morituri, ut dominentur † [b] in pace victuri? Hoc reprehendere timidorum eſt, non religioſorũ. Nocendi cupiditas, ulciſcẽdi crudelitas, impacatus, atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia hæc ſunt, quæ in bellis iure culpãtur. Quæ plerumque ita culpãtur, vt etiam iure puniantur, aduerſus uiolentiam reſiſtentiũ (ſiue Deo, [c] ſiue aliquo legitimo imperio iubente (gerenda ipſa bella ſuſcipiuntur a bonis: cum in eo humanarum rerum ordine [d] inueniũtur, vbi eos uel iubere tale aliquid, vel in talibus obedire iuſtè ordo ipſe conſtringit. Vnde neque [e] Ioannes ab armis iubet diſcedere milites: & Chriſtus tributa [e] Cæſari monet reddi: quia propter bella neceſſario militi ſtipendium præbetur. Ordo tamen ille naturalis mortalium pacì accõmodatus hoc poſcit; vt ſuſcipiendi belli auctoritas, atque cõſiliũ apud principes [f] ſit. *& infra.*

¶ Sed ſi humana cupiditate bellũ geritur, nõ nocet ſanctis, in quos non habet quiſquam poteſtatem niſi. deſuper datam. Non enim eſt poteſtas, niſi à Deo, ſiue iubẽte, ſiue ſinente. [g] Ergo uir iuſtus; ſi forte ſub rege homine etiam ſacrilego [h] militet, recte poteſt illo iubente bellare, ſi uice † pacis ordinem ſeruans, quod † ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt, vel, vtrum ſit, certum non eſt: ita ut fortaſſe reum faciat regem iniquitas [i] imperandi: innocẽtem autem militem offendat ordo ſeruiendi.

a ¶ Vnde neque.] *Hinc uſque ad uerſ.* ordo, *Gratianus ſummatim retulit ſententiam B. Auguſtini, quæ ab eo copioſius, & clarius exponitur: ſicut etiam a uer.* Sed ſi humanę. *uſque ad uerſi.* Non enim.

Item eiuſdem in libro de uerbis Domini tractatu, ſiue ſermone 19.

¶ Militare non eſt peccatum. C. V.

Militare non eſt delictũ; ſed propter prædam militare peccatum eſt; nec rem publicam gerere crimino ſum eſt: Sed ideo gerere † rẽ publicã, ut rẽ familiarẽ potius augeas, [k] videtur eſſe dammabile. Propterea enim ꝓuidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia cõſtituta;

Obediendũ eſt etiam in dubijs.

† *al. dimerentur*

Pann. l. 2. c. 45. *Luc. 3.* *Matth. 22.*

Ioan. 10. *Rom. 13.*

† *al. ciuica? orig.* † *al. cui quid iubetur.*

Beda & gl. ord. Luc. 3.

Iuo p. 10. c. 129. Paun. l. 8. c. 60.

† *agere.*] orig.

h ¶ Dominentur.] Scilicet victores.
c ¶ Siue Deo.] i. diuina reuelatione. inf. ead. q. 2. Dñs.
d ¶ Ordine.] Id eſt poteſtate.
e ¶ Tributa.] Vt infra ea. q. 8. tributum.
f ¶ Principes.] Vt infra ead. q. 2. iuſtum. Nullus ergo bellare põt ſine auctoritate principis, ut hic. & C. ut armo. uſus l. 1. libro 11. ſimiliter princeps eccleſiaſticus poteſt indicere bellum, ut infra ead. q. 8. igitur. &c. omni. &c. ſeq.
g ¶ Sinente.] ut 8. q. 1. audaſter.
h ¶ Sacrilego.] 11. q. 3. Iulianus Imperator.
i ¶ Iniquitas.] Hic habes ꝙ licet dominus peccet præcipiendo, tñ ſubditus non peccat obediendo, ut 100.

¶ Nõ tñ excõicato. & ſic non ob. 11. q. 6. nos excommunicatorum.

ſponſal. innenis & 14. diſt. c. ultimo.

Militare.] CASVS. Beneuenta. hunc caſum ſic ponit Oſtendit Aug. quod militare non eſt peccatum niſi propter prædam militetur. & ut milites prædam non faciant ſtipendia ſunt eis cõſtituta, ultra quæ ſi aliquid exterſerint, tanquam columniatores & concuſſores dãnabuntur & ad hoc probandum inducit duas auctoritates, Chriſti. & Ioãnis: quod non eſt tantum intelligẽdum de militibus ſæculi: ſed etiam de militib. eccleſiæ. Sequens cap. planum eſt [interrogauerunt.] in Euãgelio Luc.

k ¶ Augeas.] Scilicet iniuſte. licitum eſt etenim augere diuitias. 30. diſt. 1. §. hæc ſcripſimus.

a ¶ Trx-

[1] Nam ritu hans A ignorante habendus eſt. C. de cõd.id.l.vlt. ff.de lib. ho. exhib. l.1.§. his qui. arg. 14. q.2. cũ p bellicã extra de ſecũ.nup. dñs. ſm Th. Goſſ. 3.

[a] Nec.] CASVS. Hoc c. idem dicit cũ illo c.T.e.ecce.q eodem modo formabis caſum. Hug. vero dicit,quod iſte caſus cuilibet patet.

QVam magnum. CASVS. Vincentius Donatiſta,contra quem loquitur Auguſtin. & alij hæretici, dicebant econtra dicit, pp malos boni non ſunt deſerendi, ſed potius mali ſunt tolerãdi propter bonos, & hoc probatur tribus exẽplis, ſ. Prophetarum Dñi, & Apoſtolorũ.

a ¶ Demonſtrari.] Ideſt,probari.

b ¶ Non poſſunt.] i.non debent. nã bene debemus de quolibet credere, ut 22.q.4.innocẽs. 11. q.1.in cũctis. Et ita eſt hic arg.q nõ ſtatim pp ſimplicẽ denunciationẽ dẽt hĩe aliquis fidem cõtra eũ etiam 1. de eo q ſibi denunciatur, ut ext.de cle.exc. min. illud imõ imputat alicui, q nimis credulus, vt 11.q.1. in cũctis. &c. nõ ſolũ. 86. diſt. ſi quid. art. 3. ff.de eo per quem fac.erit.l.1.§.1.ff.q cũ fal. tut.l.2. extra de coniu.ſer.propoſuit. ext. de ſecund. nup. dominus.& extra de elect. venerabilem. vltra mediũ. in parte deciſa. ff.de pet.hær.itẽ veniunt §.a quo autem.

c Mali.] Arg. malũ tolerari ratione connexi boni,ut 81.diſ. cum omnib⁹. & 11. q.3.nolite.ibi,finite vtraque.

FOrte.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. parte dicitur,q quidam nolebant communicare in ſacramentis Chriſti cum auaris,& raptoribꝰ, quia putabãt ſe peccare Aug. uero probat tales nõ bene facere, ſed potius peccare. Nã cum talibꝰ cõmunicare non eſt peccatum, nec ulla contrahitur macula ſi corrigi non pñt & hoc probat duabus auctoritatibꝰ Apoſt. In 2.parte dr, q iudex apud quem peccator accuſatur, & inſtrumentis, uel teſtibꝰ conuincitur,debet illũ coercere,excõicare, & degradare. [f] Corripere]. ſe verbis coercere, [g] factis, ſcilicet aliqua pœna ſuſpenſionis uel interdicti.

d ¶ Vocatur.] Ar.q nominatio ſola nõ ſufficit.2.q.1. multi C. de proba.non epiſtolis. arg. cõtra,32. q.4.dicat.

Iuo p.2.c.94. [f] Talis es, & forte] Brig.

[1] Et bonos deſerendos eſſe propter malos. Auguſt. uero

[e] ¶ Pellere.] Sine ſcandalo.

a ¶ Aditum.] Idest, potestatem.
b ¶ Non tibi.] Arg. quod de vno dicitur, de alio negatur, vt 45.d. disciplinas, 25. dist. qualis.
c ¶ Accusatur.] i. denunciatur. nam si accusatus esset, statim esset deponendus, ut extra de accusat. super his.
d ¶ Coerce.] Admonendo.
e ¶ Corripe.] Suspendendo.
f ¶ Excommunica.] Propter contumaciam.
g ¶ Degrada.] Propter inobedientiam. Alius ordo traditur extra de iud. cum non ab homine. sed ibi loquitur cū pœna incipit a crimine: & cum directe est conuictus hic penam infligit propter contumaciam.

non habes aliquem aditum [a] castigando, & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere; Vnusquisq; proprium onus portabit. *Item inf.* ¶ Quomodo (inquis) terrebam, quem noui malum? nonne melius ipsum ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo ferres †: attende Apostolum dicentem: Vnusquisq; proprium onus portabit.] Liberet te ista sententia. Non enim cum illo communicares auaritiam; sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid ibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit; [Qui enim manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit.] sibi, non tibi [b]. Sane, si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula, si apud te [c] accusatur [d] si veris † documentis, testibusq; conuincitur coerce [d], corripe [e], excommunica [f], degrada [g].

Gal.6.

† *al. ferres si extenderes*, orig.

1.Corint.11.

† *al. innumeris.*

Est & alia distinctio tolerandorum, & cauendorum quam ex verbis Augustini licet colligere, dicentis serm. 49 de verbis Domini.

¶ Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus. C. XII.

TRes personas dixit Dominus (& debemus illas inuestigare) in Euangelio, pastoris, mercenarij, & furis: *& paulo post.* ¶ Pastorem dixit animam suam ponere pro ouibus suis, & intrare [h] per ianuam [i]. Furem dixit: & latronem [k] ascendere per aliam partem [l]. Mercenarium [m] dixit, lupum vel furem si videat, fugere; quia non est illi cura de ouibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per ianuam, quia pastor est: ille ascendit per aliam partem, quia fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oues, timet, & fugit; quia mercenarius est: quia non est illi cura de ouibus mercenarius est enim. Si inuenerint tres istas personas; inuenit sanctitas vestra, & quos diligatis, & quos toleratis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus [n] est latro.

Ansel.l.6.c.148. Ioan.10.

Luc 9. Matth.26.

k ¶ Et latronem.] *Hæc duæ voces non sunt in originali: Anselmus tamen illas habet.*

Ecce quòd mali tolerandi sunt: nec corporali, sed spirituali vindicta sunt puniendi. Vnde cum discipuli non recepti a Samaritanis ignem cœlitus super eos deducere voluerunt, dicentes magistro; [Vis dicamus, descendat ignis de Cœlo, & consumat eos?] audierunt: [Nescitis cuius spiritus estis?] item: [Omnis, qui gladium acceperit, gladio peribit.

Hinc etiam Hieronymus ait in comment. epistolæ ad Gal. cap. 4.

1 De hac no. 74. d. honoratus. in fi. ibi uideas 29.q.3. qũ.

2 Adde Bal. in l. si qs nõ dicam tepese. C. de epi. & cler.

T ¶ Res personas.] CASVS. Ostendit Aug. in hoc cauctoritate Euangelij, quòd tria sunt genera prælatorum, scilicet pastor, fur, & mercenarius, inter quos differentiã assignat. Nam pastor est, qui per ianuã intrat & ponit animam suam pro ouibus suis. Fur uero non intrat per ianuam, idest, non canonice eligitur, & rapit, & dispergit oues. Mercenarius ingreditur per ianuã idest, canonice eligitur: sed si videt lupum uel furem uenientẽ, timet, & fugit, quia non est illi cura de ouib. Pastor ergo est diligendus, mercenarius tolerãdus, fur autem est cauendus.

h ¶ Et intrare.] Secũdũ canones hoc ipso est aliquis fur, qui nõ intrat per ostium, vt hic, & de pœn. d. 1. si propterea, & c. seq. secundum leges nõ est statim fur, licet clam introierit furandi causa: ut ff. de fur. vulgaris. §. qui furti.

i ¶ Per ianuam.] Id est, per canonicam electionem.

K Latronem.] i. tyrannum.

l Partem.] Per simoniam.

m ¶ Mercenarium.] qui causa lucri recipit dignitates. ad hoc facit 8. q. 1. sunt in ecclesia.

n ¶ Cauendus.] Argum. quod aliquis non debet recipere ordinem ab eo, quem scit simoniacum; ut dixi 1. q. 1. si quis a simoniacis.

ECCE. CASVS. Concludit Gratianus ex su prædicta dicens, quod mali sunt tolerãdi, & non puniendi; quia corporalia: quod probat duabus auctoritatibus Christi. &

Digitized by Google

QVi ſecundum carnẽ.] CASVS. Docet hic Hieronymus, quod malos emitare non debemus, licet nos perſequantur. Et hoc probat exemplo Iſaac, qui fratrẽ ſuum Iſmaelem non expellebat, nec corporaliter perſequebatur, licet Iſmael ipſum infeſtaret. ita & boni tolerant.

¶ Spiritualis numquam carnalem perſequitur, ſed econtrario. C. XIII.

QVi ſecũdum carné natus erat, [a] perſequebatur ſpiritalem; [b] nunquam enim ſpiritalis carnem perſequitur; ſed ignoſcit ei, quaſi ruſticano [c] fratri. Scit eum poſſe proficere per tempus: & ſi quãdo Aegyptiæ [d] filiũ viderit iraſcentẽ; recordatur unius patris, qui boues [e] creauit, & culices: [f] & in magna domo [g] non ſolum eſſe vaſa aurea [h] & argentea, ſed & lignea [i] & fictilia.

a ¶ Boues.] *In codicibus B. Hieronymi impreſſis legitur*, qui lucem boues, *verum in codice Vaticano horum commentariorum habetur*, qui lucam bouem: *Significat autem elephantem.*

Item Auguſtinus in libro quarto de baptiſmo, c.12.

¶ Boni à malis nunquam in hac uita penitus poſſunt ſeparari. C. XIIII.

QVãtus arrogantiæ tumor eſt; quanta humilitatis, & lenitatis obliuio: arrogãtiæ quanta iactatio; ut quis aut audeat, aut facere ſe poſſe credat; quod nec Apoſtolis conceſſit Dominus, [k] vt zizania [l] a frumẽto putet ſe poſſe diſcernere.

¶ *Verba ſunt Cypriani libro 4. epiſt. 2. ad Antonianũ citata ab Auguſt. lib. 4. c. 12. de baptiſmo contra Donatiſtas.*

Item Gregorius homilia 38. Euangel.

¶ Præſens eccleſia ſimul recipit bonos & malos. C. XV.

HAec autem uita, quæ inter cęlum [m] & infernũ ſita eſt, ſicut in medio ſubſiſtit; ita utrarumq; partiũ ciues communiter recipit: quos tamen ſancta eccleſia, & nũc indiſcrete [n] ſuſcipit, & poſtmodum in egreſſione diſcerne: Si ergo boni eſtis: quamdiu in hac vita ſubſiſtitis, æquanimiter tolerare malos debetis. Nã quiſquis malos non tolerat; ipſe ſibi [o] per intolerantiam ſuam teſtis eſt; quia bonus non eſt. Abel enim [p] eſſe renuit, quem Cain militia non exercet.

2 *Ex his omnibus colligitur, quod malorũ uindicta a Deo reſeruanda eſt; nec ſunt corporaliter puniendi; ſed crebra admonitione, & charitatis beneficio ad correctionẽ inuitandi. Vnde Chriſtus in Euãgelio ait* [*Audiſtis, quia dirant malos, credentes ꝙ poſſint quandoque redire ad Deum.* [Aegyptię, id eſt, Agar, cuius filius Iſmael fuit, per quem mali deſignantur. [Recordabitur.] ſcilicet Iſaac.] Boues, id eſt, bonos. [Culices.] Id eſt, malos.

a ¶ Qui ſecundum carnem natus erat.] ſcilicet Iſmael, tangit id quod legitur in epiſtolis Pauli ad Galatas, c. 4.

b ¶ Spiritalem.] Iſaac. 1

c ¶ Ruſticano.] Argu. ruſticitati parcendum, ut 2. q. 7. ſancta.

d ¶ Aegyptiæ.] ſcilicet Agar.

e ¶ Boues.] Id eſt, bonos.

f ¶ Culices.] Id eſt, malos.

g ¶ Domo.] Id eſt, eccleſia.

h ¶ Vaſa aurea.] Id eſt, bonos.

i ¶ Lignea. Id eſt, malos.

QVantus.] CASVS. Oſtendit Auguſt. in hoc ca. eſſe impoſſibile ut gemine taliter i hac vita mali diſcernãtur a bonis. hoc enim Apoſtolis nõ cõceſſit Dominus. ita poſuit H. caſum. ¶ Quantus.] admiratiue dicit: quaſi nalde magnus eſt. [Zizania. Id eſt occultos peccatores.

k ¶ Dominus. Cũ dixit: Sinite utraq; creſcere, ut 11. q. 3. nolite.

l ¶ Vt zizania.] Id eſt occultos peccatores. Ioan.

HÆc autem uita. CASVS. Beneu. caſum hunc ſic ponit dicens. ꝙ tria ſunt loca, paradiſus, mũdus, & infernus, in paradiſo ſunt tãtũ boni, in inferno tãtum mali, in mũdo uero qui medius eſt inter infernũ, & paradiſum, boni ꝙ manent. ſimul cum malis, ꝙ æquanimiter ſunt tolerandi, quod ꝙ non fecerit, ipſe ſibi teſtis eſt ꝙ bonitate caret. m ¶ Quæ inter cęlũ.] Hic nigri quod infernus ſit ſub terra in eo loco, ubi nullus ſplendor ſolis peuenire poſſit, 2 & paradiſus in cœlo ſit: tamen. Auguſt. docet ſe debere ſub. animæ defunctorũ requietãt. 83. quæ. 2. tempus. Vel nõ appellatur hic medius ratione loci: ſed rõ dicitur medius, quia partim conformat ſe cœlo, ſcilicet ex eo, quod habet bonos, partim inferno. ſcilicet ex eo, ꝙ hẽt malos. 1. q. 1. multi.

Infernus & Paradiſus vbi ſunt.

2 Ad hoc 35. d. cœc.

n ¶ Indiſcrete.] Id eſt, indiſtincte.

o ¶ Sibi.] Id eſt, contra ſe.

p ¶ Abel enim.] Hoc expoſitum eſt ſupra 8. q. 1. §. cum autem.

EX HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat, quod multi in ueteri lege puniebantur, ſed hodie tolerandi ſunt, niſi a iudicibus, qui eos punire poſſunt, & hoc probat per 4. cap. Io. de Fan.

CASVS. Hic §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit G. ex ſupradictis dicens, ꝙ uindicta malorũ Deo eſt reſeruanda, nec ſunt a nobis corporaliter puniendi, ſed benigne ad correctionem inuitandi.

Digitized by Google

quod probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli apostoli. In secunda parte assignat differentiã inter vetus testamentum & nouum. Nam in veteri testamento terror fuit & timor, & pœna corporalis statuta fuit: in nouo vero testamento mansuetudo & misericordia: quod multis auctoritatibus probat. Et ad hoc inducit sequẽs capitulum. Secunda pars incipit ibi, ¶ In lege enim veteris testamenti. [Abba.] Hebraicè, Latinè dicitur pater.

a ¶ Pro oculo.] Hoc enim modo nõ licet, nisi auctoritate iudicis, vt inf. eod. cum in lege.

b ¶ Diligite.] Hoc tenemur facere quantũ est in nobis, ut 11. q. 3. inter uerba.

c ¶ Cuba. Dũ tamen ratione cibi nõ negligat, ut 5. q. 5. non omnis. Item si potest laborare, & se inficeret eleemosynis redigendus est in seruitutẽ. C. de mẽd. valid. l. vna lib. 11.

d ¶ In filios. Imitatione, non sanguine, vel intelligas de consensu, de locatione, & opere. sup. d. 6. sed pensandum.

e ¶ In pædagogum.] Id est, in magistrum. sicut. n. per magistrũ aliquis coercetur, ita ipse per legem.

f ¶ Spiritum.] Id est, seruilem timorem.

g ¶ Adoptionis.] Id est, filialem timorẽ, id est, amorem Iudæorum inf. ea. q. 6. §. ex his.

CVm in lege.] CASVS. Gregorius exponẽdo illud Euãgel.] : Simile factum est regnum cœlorum homini regi, q fecit nuptias filio suo. ubi fecit mentionem de tauris, & altilibus, ostẽdit differentiam inter patres veteris, & nouæ testamẽti. nam patres veteris testamẽti g tauros significãtur: qa sicut tauri se defendendo alios cornibus percutiunt: ita & patres nec. test. pernitiosum fuit, ut ad uerſarios suos uirtute comprimerent, & iure i gladij ferirent. Per altilia uero pa-

tres noui testamenti figurantur: quia sicut anes penna cõtẽplationis terrena contemnendo ad cœlestia sublimantur.

h ¶ Et odio.] Sed nonne odium habere est mortale peccatũ, vt 25. dist. §. criminis. quare ergo hic dicit, q hoc pcz-

ctum est in lege, (quem modum ultionis lex statuit (Oculũ pro oculo, [a] dentem pro dente.) Ego autem hanc vicissitudinem tollens, & ad mansuetudinẽ, & charitatis perfectionẽ vos inuitãs, dico uobis; (Nolite resistere malo; sed diligite [b] inimicos uestros; benefacite ijs qui oderũt vos. vt sitis filij patris uestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos & iniustos.) Hinc Paulus ait: (Si esurierit inimicus tuus, ciba [c] illum: si sitit, potum da illi.) Omnis enim iniquus, bonorũ est inimicus: Omnis autem amicus huius sæculi, etiam inimicus est Dei. Inimicus autẽ Dei bonitatis & iustitiæ est inimicus, ac per hoc amatorem iustitiæ & bonitatis diligere non potest. Cum ergo inimicos diligere, uel illis benefacere, cibum & potũ subministrare iubemur, inimicos persequi, & punire prohibemur. ¶ In lege enim ueteris testamenti corporalis pœna statuta est. in lege uero Euangelij omni peccanti per pœnitentiam promittitur uenia. Vnde illa a terrore incœpit dicẽs: (Ego sum Dominus Deus zelotes uisitans peccata patrum in filios [d] usque in tertiam & quartam generationem.) Hæc uero a lenitate mansuetudinis, & misericordiæ inquiẽs: (Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.) In illa dicebatur: (Qui fecerit hoc, vel illud, morte moriatur.) Iuste: (Gaudeo super uno peccatore pœnitentiam agente quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia.) Iterũ: Non veni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Estote misericordes sicut & pater uester misericors est.) Initium quoq; prædicationis Saluatoris nostri, & præconis eiusdem ad pœnitentiã peccatores inuitauit. Sic enim vterq; exorsus est, dicẽs: Pœnitemini, appropinquabit [1] enim regnũ cœlorũ.] Sic & in actibus Apostolorũ cũ Iudæi cõpũncti de scelere mortis Christi, dicerẽt Petro: Quid faciemus uiri fratres? legitur Petrus respondisse: Pœnitentiã agite, & baptizetur unusquisque uestrum.] Et, ut aliter dicatur, in lege populus nõ rudis seruili timore pœnarum cogebatur, unde & legem in pædagogum [e] accepit. In Euangelio autẽ populus gratiæ liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cultum diuinæ seruitutis inuitatur. Vnde, cum quidã legẽ, quasi coercentem, prædicarẽt esse tenendam simul cum gratia, ait Apostolus: (Non enim accepistis spiritum [f] seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis [g] filiorum, in quo clamamus, abba pater.) ¶ Hinc etiam Gregorius ait in expositione Euangelij: (Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo.)

Matt. 5.

Tom. 12. Primo, 24. Iac. 4.

Exo. 20.

Matt. 5.

Exo. 19. & alibi. Luc. 11. Matth. 9. Luc. 6.

Matt. 3. 1 al. appropinquauit. Act. 2. Exo. 1. Gal. 5.

Rom. 8.

Matth. 22. Ephes. 11.

¶ In lege cuique permittebatur diligere amicum, & odire inimicum. C. XVI.

Leuit. 19.

CVm in lege scriptum sit: (Diliges amicum tuum, & odio [h] habebis inimicum tuum) accepta tunc licẽ-

2 al. iure:

permittebatur iuſtis? potes dicere iuſtis aliàs. Vel dic. q̃ qui vicifcebatur ſe ſine odio, non peccabat. qui autem cum odio. licet contra legem non forent, tamen peccabant. ſicut dando libellum repudij peccauerunt. licet a lege hoc eis permittebatur, extra de diuort. gaudemus.

a ¶ Per altilia.] De quibus in Euangelio fit mentio. H. HIS ITAQVE CASVS. Nunc Grat. reſpondet cap. ſupradictis. dicens quod quædam ſunt delicta. quorum pœna eſt Deo reſeruanda, nec ſunt a nobis corporaliter punienda, ſcilicet cum delinquentes nõ ſunt noſtræ iuriſdictioni ſubiecti. uel cum delicta illorum probari non poſſunt. etſi nobis nota ſint. De his enim, qui non ſunt noſtræ iuriſdictionis, teſte Apoſtolo, iudicare non poſſumus, nec uitare debemus eos. Et ad hoc inducit ſequens capitulum. Huius caſus patet.

tia iuſtis fuerat, ut Dei inimicos, ſuosque aduerſarios, quanta poſſent uirtute comprimerent, eoſque in ore [a] gladij ferirent. Quod in nouo proculdubio teſtamento compeſcitur, cum per ſemetipſam ueritas prædicat dicens: (Diligite inimicos veſtros: benefacite his, qui oderunt uos.) Qui ergo per tauros, niſi ueteris teſtamenti patres ſignantur? † Nam dum ex permiſſione legis acceperant, quatenus aduerſarios ſuos odij retributione percuterent; (ut ita dicã) quid aliud, quam tauri erant, qui inimicos ſuos corporeæ uirtutis cornu feriebant? Quid vero per altilia, [a] niſi patres noui teſtamẽti figurantur? qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, æternis deſiderijs innitentes, ad ſublimia contemplationis ſuæ pennis ſubleuantur.

Luc. 6.

† *ſignificantur*] neg.

[a] ¶ In ore.] *In originali, & quatuor Gratiani uetuſtis eſt*, iure gladij.

His [b] *ita reſpondetur: Sunt quædam, quæ ſalubri duntaxat admonitione ſunt corripienda, non corporalibus flagellis animaduertenda: ſed eorum uindicta diuino examini tantum eſt reſeruanda, quando in delinquentes uidelicet diſciplinam exercere non poſſumus, vel quia non ſunt noſtri iuris, uel quia illorum crimina, etſi nobis noia ſunt, [c] tamen manifeſtis indicijs probari non poſſunt.* ¶ *De his qui non ſunt noſtri iuris, ait Apoſtolus in prima epiſtola ad Corinthios:* [*Quid enim mihi attinet de his, qui foris ſunt iudicare: de his enim Dominus iudicabit.*] *Quod Auguſtinus exponens, ait.*

1. Cor. 5.

¶ *Senſus huius capitis habetur apud B. Aug. de pœnitẽtiæ medicina, cap. 3. uerba uero ferè omnia ſunt in gl. ord. 1. Cor. 5. ad uerſ.* alioquin, *& interlineari ad uer.* intus.

¶ Infidelium colloquia, & conuiuia non ſunt euitanda.

C. XVII.

Luc. 5.

INfideles non poſſumus Chriſto lucrari, ſi eorum colloquium vitamus, & cõuiuium. [d] Vnde & Dominus cum publicanis, & peccatoribus manducauit & bibit. In his vero, qui intus ſunt, [e] id eſt, infidelibus putredo relecanda eſt.

Pſal. 145.

Hinc ẽt cum propheta dicit: [*Facit Dominus iudicium oibus iniuriam patientibus;*] *exponendo addidit Aug.* (*ab his, qui non ſunt ſui iuris, in quos nequit diſciplina exerceri.*) *Item, quando multitudo eſt in ſcelere, nec ſalua pace eccleſiæ mali puniri poſſunt: tolerandi ſunt potius, quam violata pace eccleſiæ puniendi.*

Vnde Aug. ait in lib. de fide & operib. c. 4. & 5.

¶ Quædam mala punienda ſunt, & quædam toleranda.

Poly. l. 7. tit. 7. Anſelm. in c. 63.

C. XVIII.

QVidam verò econtrario periclitantes, cum bonorum, malorumq; permixtionem in eccleſia demonſtratam, ſeu prædictam eſſe perſpexerint, & patientiæ

[b] Niſi deles.] ¶ Et conuiuium.] 11. q. 3. ad mensam. arguit contra 28. q. 1. omnes. & c. nullus. Sol. hic loquitur de paganis, ibi ſpecialiter de Iudæis. 1

[c] ¶ Quæ intus ſunt.] Quandoque ẽt Iudæos punit eccleſia, ext. de vſur. poſt miſerabilem. & 27. q. 4. conſtituit.

1 Sub. nomẽ Chriſti abhorrentib.

HINC ETIAM. CASVS. Gratianus adhuc ſubat authoritate Aug. exponẽtis uerba prophetæ, quod in iis, quæ non ſunt noſtri iuris, nequit diſciplina exerceri. Poſtea ponit alium caſum, in quo mali ſunt potius tolerandi, quã puniendi, ſcilicet quando multitudo eſt in ſcelere, & ſchiſma timetur ſi corrigant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

QVidam.] CASVS. ſtulti quidam dicebant, quod ſi prælati vident publicè delinquentes. g per zizania ſignificantur, nil aliud facere debẽt, niſi indicare illis quid ſit faciẽdũ, uel uitandũ, etſi ſunt incorrigibiles, debent recedere ab eis. Auguſt. uero cõtrarium dicit: quia cum canes sũt in eccleſia, debemus eos propter ſcandalum

PRo membris Christi.] CASVS. Petilianus dicebat, ꝙ milites Christiani armari non debebant contra se, vel alios hæreticos, quia peccatum est. Sed August. cõtra dicit. s. ꝙ milites pugnantes cõtra hæreticos nõ peccant, quia pro defensione ecclesiæ hoc faciunt, & eo animo quo Petrus ferrum euaginauit pro Christi defensione. Hæretici autem cũ pugnãt aduersus ecclesiam, similes sunt seruo sacerdotis, ꝙ aduersus Christũ pugnabat. Sequẽt. duo e. plana sunt, & per te faciliter uidebis. [Facitis.] ideſt, qui estis inter tales, qui similia faciunt.

Petrus utenda gladio peccauit.

a ¶ Petrus fuit.] Sed nonne Petrus peccauit utẽdo gladio: cũ hoc nõ fecit auctoritate superioris, ut infra ea. q. 4. ille. & clericis prmissum est tã tũ seipsos defendere, ut ext. de homi. suscepimus, & c. 2. Sed dic, ꝙ adhuc nõ fuerat hoc prohibitum clericis.

Latrones occidi possunt.

b ¶ Ecclesia.] Non enim est alicui obediendum contra ecclesiam 24. q. 1. hæc est fides. & 11. q. 3. Iulianus.

c FOrtitudo quæ] ¶ Patriã.] Hoc casu nõ tenetur, qui patrẽ proprium interficit, ut ff. de reli. minime.

d ¶ Latronib.] Quos licet sine auctoritate iudicis interficere, ut 7. ea. q. 5. cum homo. & C. quando liceat unicuiq; sine iud. se uind. l. 1. 17. q. 4. sicut.

e SI quis fortitudinẽ.] ¶ Eneruat.] Hoc intelligas de famosis latronib. qui licite in furca suspẽduntur, ut ff. de pœnis capitalium. §. famosus: sed si non est famosus latro, tantum castigari iubetur: nec debet tunc nitam aut membrũ perdere, ut C. de seruis fugitiuis. auth. sed nouo iure. Ioannes.

Latronum punitio.

a ¶ Non facitis.] *Addita est negatio ex originali, & Iuone, & alia etiam emendata. Refert autem ibi* B. *August. id, quod decretum fuerat in sancto concilio Carthaginensi, ac repetitur in concilio Africano, c. 60. citatur autem infra eadem, cap. ab Imperatoribus.*

Item eiusdem contra literas Petiliani, lib. 2. c. 88.

¶ Quantum interest inter persecutionem catholicorum, & hæreticorum. C. IIII.

Iuo p. 10. c. 75.

PRo membris Christi aduersus vos sæuiunt, & vobis resistũt quicumq; in catholica paruæ adhuc fidei eo animo sunt, quo tunc Petrus fuit, [a] cũ ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multum interest inter vestrã persecutionem, & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum, quia seruientes principibus vestris aduersus ecclesiam catholicam, ideſt aduersus Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt, qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore, ideſt pro ecclesia [b] etiam corporaliter pugnauit.

Ioan. 18.

Item Ambrosius lib. 1. de officijs, c. 27.

¶ Iustitiæ plenus est, qui patriam bello tuetur a barbaris. C. V.

Iuo p. 10. c. 113. Pann. l. 8. c. 50.

FOrtitudo, quę vel in bello tuetur a barbaris patriã, [c] vel domi defendit infirmos, vel a latronib. [d] socios; plena iustitiæ est.

Item Hieronymus super Sophoniam ad c. 1.

¶ Prodest latroni, vel piratæ, qui membra eius debilitat. C. VI.

SI quis fortitudinem latronis, & piratæ, & furis eneruat, † [e] infirmosq; eos reddat; prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non bene vtebantur, a malo opere cessabunt.

Iuo p. 10. c. 111. † *dimittat*] orig. Pann. l. 8. c. 50.

Item Ambrosius lib. 1. de officijs, c. 36.

¶ Qui socij non repellit iniuriam, similis est ei, qui facit. C. VII.

NOn † in inferẽda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Qui enim non repellit a socio iniuriam, si potest; [f] tam est in vitio, quã ille qui facit. Vnde S. Moyses [g] hinc prius orsus est tẽtamenta bellicæ [α] fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum ab Aegypto iniuriam accipientem; defendit, ita vt Aegyptum prosterneret, [h] atque in arena absconderet. Salomon quoque ait: [Eripe [i] eum, qui ducitur ad mortem.]

† *Neque*] orig.

Exod. 2.

Prou. 24.

NOn in inferẽda.] CASVS. Ostendit Ambrosius in hoc capit. ꝙ iniuriam repellere a socio, uirtus est, quod probat exemplo Moysi, & auctoritate Salomonis Sequens cap. patet.

Vt Lau. cui' fuit ista glo.

f ¶ Si potest.] ideſt, si in potestate positus, & ita exponunt quidam. t alias nõ tenetur, ut inf. ea. q. 4. forte. in fi. si enim quilibet tenetur alium defendere: ergo si alig ¶ Moyses.] Historiã habes de pœn d. 2. §. opponitur.

h ¶ Prosterneret.] Ergo aliquis potest excedere modum in defendendo. Argu. contra ext. de rest. spol. olim causam, in fi.

i ¶ Eripe.] Per uim, si iniuste ducatur, ut inf. ea. q. 5. reos, uel per supplicationem, si iuste ducatur, ut 14. q. 6. si res 3 Ioan.

3 Subau. uel pecuniã dando. 86. d. non satis, iuxta princ.

Digitized by Google

a ¶ Bellicæ.] *Sic emendatum eſt ex originali, cum etiã in manuſcriptis Gratiani legeretur*, imbellis.

Item Anaſtaſius, & Damaſius Papa.

¶ Malorum impietati fauet, qui eis obuiare ceſſat. C. VIII.

Damaſus epiſ. 3. ad Stephanum c.8. ſup.d.81.error.& d. 86.facientis. Polv. l.7. tit.11. Anſ.l.13.c.19.

QVi poteſt [a] obuiare, & perturbare peruerſos,& nõ facit:nihil aliud eſt,quàm fauere eorum impietati. Nec enim caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Item Calixtus,epiſt.2. ad epiſcopos Galliæ.

¶ Qui diuina mandata contemnunt, ſeueris coerceantur vindictis. C. IX.

Polv.ibidem. Anſ.l.13. c.13. Iuo p.6.c.346.

IVſtum eſt, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes patrum exiſtunt iuſſionibus;ſeuerioribus corrigantur vindictis:quatenus cæteri talia committere timeant,& omnes gaudeant fraterna concordia,& cuncti ſumant ſeueritatis, atque bonitatis exemplum. Nam ſi(quod abſit) eccleſiaſticam ſolicitudinem vigoremque negligimus, perdit [b] deſidia diſciplinam, & animabus

& in Africano,c.42 fidelium profecto nocebitur.

Item ex concilio Carthaginenſi 5.c.9.

¶ Imperatores cum epiſcoporum prouiſione eccleſiæ defenſionem aduerſus diuitum potentiam debent ſuſcipere. C. X.

† *al.impotentias.* *τὴν πενίαν.*

AB Imperatoribus [c] vniuerſis viſum eſt β poſtulandum propter afflictionem pauperum, quorum moleſtijs,ſiue intermiſſione fatigatur eccleſia,ut defenſores eis aduerſus potentias † diuitum cum epiſcoporum prouiſione delegentur.

β ¶ Viſum eſt.] *Sic eſt emendatum ex codicibus concilij impreſſis, & manuſcriptis. Antea legebatur*, iuſtum eſt auxilium poſtulandum.

Ecce quòd nõnunquã eſt obuiandum peruerſis, & iniuria ſociorum armis eſt propulſanda,vt & malis adempta facultas delinquendi proſit, & bonis optata facultas libere conſulendæ eccleſiæ miniſtretur. Hæc qui non facit,conſentit.

Gloſſa ordin. ibi ex B. Auguſt.& Caſſiodo. ad illud. Eripite pauperem.]

Vnde Auguſtinus ait in pſal.81.

¶ Non ſunt immunes à ſcelere,qui nõ liberant eos,quos poſſunt à facto liberare. C. XI.

OStendit [propheta [d]] nec illos immunes a ſcelere eſſe,qui permiſerunt Chriſtum principibus interficere cum præ multitudine timerentur. & poſſent illos a facto & ſe a conſenſu liberare. Qui deſinit [γ] obuiare cum poteſt,conſentit.

γ ¶ Qui deſinit.] *Hæc in eadem gloſſa referuntur ex Caſſiodoro,cuius uerba ſunt hæc*, Nam cũ poſſit obuiare peruerſis,ſi deſinas aduerſari, conſentius erroris eſt.

QVAESTIO IV.

QVòd autem uin-

a QVi poteſt.] 11.2. q.7.negligere. Et. d.ſtinct. error. Ioan.

d OStendit [propheta.] Dauid eũ dixit: Eripite egenũ & pauperem. Hic eſt euidens ar. contra illos, qui dicunt, q̃ ſocius non tenet iuuare ſocium niſi hẽat aliquam iuriſdictionẽ in cũ, qui infert iniuriam. Iſti dicũt q̃ populus bene hẽt iuriſdictionem, ſicet dicat lex q̃ trãſtulit ius ſuum in Imperatorẽ. i. nã ſi ciuitas uel populus nõ haberet iuriſdictionẽ quare puniretur q̃ cõ ſibi redderet iudicium, ut .23.q.5. Dominus? Io.de Faut.

Imperator ab eſo pẽt exeõicari.

Populus tm hẽt iudicat iuriſdictionẽ. 1 Vt inſt. de iu. na. 6. ſed q̃d principi n hõminus tñ eã ſibi retinuit. ff. off. præſid.l. pe.

QVod aũt.] Hic q.diuiditur ĩ octo partes. In prima quarũ probat per 15.cap.q̃ mali ſunt pro tempore tolerandi: ſunt tamen a ſociis commonendi ſalua pace & a prælatis quantũ poterunt ſine ſcãdalo. Secunda ibi, Ex his omnibus. Tertia ibi, Eſt & alia.] Quarta ibi, Ecce quot crimina. Quinta ibi, Semel uero.] Sexta ibi, Sed obijcitur.] Septima ibi, Porro. Octaua ibi, Breuiter.] Io.de F.

CASVS. Hic ponitur quarta quæſtio, qua quæritur utrum uindicta ſit inferenda. Et reſpõdetur, ꝙ ſic, a iudice, tamen amore correctionis, & liberationis, ut delinquentes corrigantur, & innocentes liberentur, & ut ī. ea. q. ea. uindicta. Grat. tamen hoc ordine procedit. primo probat ꝙ mali ſunt tolerãdi. & nõ feriendi, nec expellẽdi uſque ad §. ¶ His ita.] deinde reſpondet allegatis.

dicta [a] *inferenda non ſit multis modis probatur. Mali enim tolerandi ſunt, non abiciendi, increpatione ferendi, non corporaliter expellendi.*

Vnde Aug. ait in lib. de verbis Domini, ſermone 18.

¶ Quomodo mali ſunt tolerandi, & quomodo ab eis recedendum ſit. C. I.

TOlerandi ſunt [b] quidem mali pro pace, nec † corporaliter ab eis recedatur; ſed ſpiritualiter [a] exire, eſt facere quod pertinet ad correctionem malorum, quãtum licet pro gradu [c] cuiuſque, ſalua pace; diſplicere, eſt non tangere. Non. n. prophetæ, qui hæc dicebant populum ſuum dimiſerunt; ſed inter eos habitabant, quos increpabant; vnum templum cum eis intrabant, eadem ſacramenta celebrabant. Hoc eſt exire, ore nõ parcere; hoc eſt immundum non tangere, voluntate non conſentire.

† al. ne.

¶ *Caput hoc eſt in gloſ. ordinaria* 2. *Cor.* 6. *ad ea verba.* exite de medio eorum, *ſententia vero eſt accepta ex ſermone* 18. *Aug. de verbis Domini: ex quo inf. ead. c. caput,* ecce. *& caput recedite. ad idem pertinentia referuntur.*

¶ Quòd mali ſint tolerandi a bonis. C. II.

TV bonus tolera malum. Nam, & Chriſtus Iudam, [d] cum ſciret furem eſſe, tolerauit, & ad prædicãdum miſit, eique cum alijs Euchariſtiam dedit.

¶ *Initium huius capitis eſt in tractatu* 50. *in Ioannem. Reliqua vero videntur accepta ex glo. ordinaria in pſalmum* 9. *ad ea verba,* Dixit enim in corde ſuo. *& explanatione B. Aug. in pſalmum* 10. *cuius propria verba referuntur ſupra* 1. q. 1. *Chriſtus. Ab eodem vero copioſe hæc eadem ſententia exponitur in epiſt.* 162.

Idem ſuper Ioannem tractatu 50. *ad c.* 12.

¶ Pro pace eccleſiæ mali ſunt tolerandi. Poly. l. 7. tit. 7. C. III.

QVid ergo voluit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, fratres mei, admonere eccleſiã ſuam, quando vnũ perditum inter duodecim habere voluit; niſi vt malos toleremus, ne corpus Chriſti diuidamus? Ecce inter ſanctos eſt Iudas; ecce fur eſt Iudas; & ne contẽnas, fur ſacrilegus; non qualiſcumq; fur: fur loculorũ, ſed Dominicorũ, loculorum, ſed ſacrorum. Si crimina diſcernũtur in foro qualiſcumq; furti, & peculatus [e] (peculatus. n. furtum

Vindicta infertur dupliciter ex cauſa.

a ¶ Vindicta. Vindicta quandoq; infertur zelo ultionis: qñq; infertur amore correctionis. Primo modo non eſt inferẽda 1. & ſm hoc loquũtur c. quæ dicunt illationẽ uindictæ prohibendam: ſecundo modo licite inferũ. Alij ſic diſtinguũt. Criminum quædam ſunt occulta: quædã manifeſta. Super occultis non eſt inferẽda uindicta. ſed ſuper manifeſtis ſic. ni ſi delinquens ſociã habeat multitudinẽ tunc enim propter ſcandalũ tolerat. 2 ut inf. e. quidã, & c. ſeq & ca. nõ poteſt. Irẽ uindicta non eſt inferẽda niſi a iudice, uel eius auctoritate: nec ipſe debet eam infligere niſi amore correctionis, & ut innocens liberetur, ut inf. ea. capea uindicta.

2 Ar. ad hoc ff. ad l. Aqui. Iciam. & l. ſi ex plag. §. ī. ext. de homicidio. 2. in fine.

b Ad hoc 44. d. cõmeſſationes. 50. d. ut conſtituetur. Arch.

TOlerandi.] CASVS. Exponit hic Aug. illã auctoritatẽ ueteris teſtamẽti. Exite populꝰ meꝰ de Babylonia, & immundũ ne tetigeritis. Exponit ergo Aug. ꝙ illud exite, & illud tãgere ſpũaliter intelligit, & nõ corporaliter, ut cũ illis permanẽtes peccata malorum redarguamus, nec conſentiamus eis. Sic q. c. planum eſt per ſe.

b Tolerandi sũt.] ſup. 7. q. 1. ſuggeſtũ. c Pro gradu. i., ꝓ dignitate, & officio cuiuſcunque. aliter enim debet prælati corrigere delinquẽtes, & alio modo ſocij, prælatus corrigit increpando. & uerbis ſonat inf. ca. q. c. forte. ſocius uero admonendo. & reprobando ſecum eius, ut inf. ca. q. c. ecce. ſimile inf. ead. q. cap. ſino. & 24. q. 3. tam ſacerdotes. ſubditos ad bonum exortando 2. q. 7. §. item nũ Balaam.

d TV bonus.] Iudam.] ī. 7. q. 2. §. cum autem. ext. de temp. ord. ad aures. ext. de oſſ. ord. ñ ſacerdos.

QVid ergo.] CASVS. Hoc capit. de eodem loquitur quod in præcedenti docetur: quod eſt tolerandus malus, nec eſt ab eo corporaliter recedẽdum. Et hoc probat Auguſtin. exemplo Chriſti, qui Iudam furem, & ſacrilegum inter duodecim Apoſtolos tolerauit, & non eum eiecit.] Corpus Chriſti.] ideſt, eccleſiam.

Peculatum committit in re ſacra, uel religioſa, al. re publica.

e ¶ Et peculatus.] Quia peculatus committitur in re ſacra.

Digitized by Google

Res ecclesiæ respublica appellatur. 1 Nam iura ecclesiæ publicum. C. de sac. sanct. eccl. vlt. Ar.

facta, vel religiosa, uel publica, vt ff. ad legem Iuliam peculat. l. 1.

a ¶ De republica. Nomen ecclesiæ rempu. appellari, vnde & ius publicum dicitur consistere in sacris, sacerdotibus & magistratibus, ut supra. Ius publicũ tamen pro-

dicitur de republica [a], & nõ sic iudicatur furtum rei priuatæ, quomodo publicæ) quanto vehementius iudicandus est sacrilegus fur, qui ausus fuerit non vndecunque tollere, sed de ecclesia tollere? Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur.

Beda 2. Cor. 6.

¶ *Multa in hoc capite sunt emendata ex B. Augustino. Item sermone 18. de verbis Domini.*

¶ De eodem. C. IIII.

Polyc. ibidem. Aug. d. 11. c. 65.

ECce, inquiunt, dicit propheta [b] [Recedite, exite inde, & immundũ ne tetigeritis.] Quomodo ergo malos pro pace tolerabimus [c], a quibus exire, & recedere iubemur, ne tangamus immundum? Nos istam recessionem spiritualiter intelligimus: illi corporaliter. Nam: & ego clamo cum propheta: & qualiacumque [a] sumus vasa [d], vtitur nobis Deus in dispensatione [e] vestra. Clamamus & nos, & dicimus vobis; recedite, exite inde, & immundum ne tetigeritis; sed contactu cordis, non corporis. Quid est enim tãgere immundũ, nisi cõsentire peccatis? Quid est enim autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quãtum pro vniuscuiusque gradu, atque persona salua pace fieri põt? *& paulo post.* ¶ Ergo fratres mei, quotquot habetis inter vos, qui adhuc amore sęculi prægrauant, auaros, periuros, adulteros, inspectores † nugarũ, consultores mathematicorum, phanaticorũ, augurum, aruspicum, ebriosos, luxuriosos, quidquid inter vos malorum est nostis; quantũ potestis, improbare, vt corde recedatis: & redarguite, vt exeatis inde: & nolite consentire, vt immundum non tangatis.

† *al. spectatores.*

a ¶ Et qualiacumque. *Sic emẽdatum est ex B. Augustino, & Beda. Antea legebatur,* æqualia.

Polyc. ibidem.

Item in secundo libro contra epistolã Parmeniani, c. 1. ¶ Pacificus est, qui corrigit quod potest, vel excludit a se quod non potest. C. V.

Esa. 5.

QVisquis vel quod potest, arguendo corrigit, vel qđ corrigere non põt [f], saltuo pacis vinculo excludit, vel quod saluo pacis vinculo excludere nõ potest, æquitate improbat, firmitate supportat; hic est pacificus, & ab isto maledicto, de quo scriptura dicit: [Væ his, qui dicũt, quod nequam est, bonum; & quod bonum est, nequam, & reliqua,] ioino liber, prorsus securus, penitus alienus. *& infra.* ¶ Quomodo, inquit Parmenianus [g], incorruptus poteris permanere, qui corruptis sociaris [ß]?

C. 21.

ß ¶ Sociaris.] *Apud B. Augustinum huic interrogationi Parmeniani sequitur continenter, responsio, quæ habetur in proxime sequenti capite, ita plane. Ac certe multo aptius interrogatio Parmeniani, & B. Augustini, responsio vnico capitulo comprehenderentur.*

ECce.] CASVS. Hæretici dicebant, ex quo scimus aliquos esse malos, debemus ab illis corporaliter recedere, & hoc probant auctoritate Esaiæ prophetæ dicentis: Recedite & exite inde &c. Sed Aug. eos sic arguit, quia hæc auctoritas ad literam intelligitur, nunquam malos tolerabimus & ideo exire a malis est intelligẽdum spiritualiter, i. vt inter periuros, & adulteros, & alios peccatores permanentes, quantum possumus eorum facta improbemus secundum gradum vnuiusque personæ. Sumus. non pluvia [a] vasa, i. deficientes, præcones, & ministri Dei.

b ¶ Propheta.] .s. Esaias.

c ¶ Tolerabimus. Vt dicitur 11. q. 3. nolite. Io.

d ¶ Vasa.] .i. præcones uel ministri. vnde Paulus fuit dictus vas 2. 12. q. 5 si Paulus in prin. .i. dispensatio & hoc est arg. qđ sicut Aug. se commendat, sic & alij possunt se commendare, ut ff. de offi. proco. l. 4.

e ¶ In dispensatione.] Idest, prædicatione.

f ¶ Non potest.] Vel propter scandalum. vel quia crimen est occultũ 6. d. 1. si oia.

QVisquis.] CASVS. Parmenianus dicebat, qđ inter corruptos nõ potest homo incorruptus permanere. Aug. vero probat contrariũ dicens, quod non imputatur alicui iniquitas malorum, si eos corrigat quantum potest: & si nõ proficit, laboret excludere eos a communione sua: quod si nõ potest propter scandalum, debet eos patienter tolerare. æquitate tamen factum eorum improbare debet.

g ¶ Parmenianus.] Hæreticus, contra quem hic loquitur. Videtur ergo, qđ si episcopus aliquos malos tolerat, cũ hoc faciat auctoritate cau. Prælatus an possit criminosos repellere.

2 Nã dicuntur vasa non vasaria, sed etiam vasorum 12. q. 2. aurum. Commendatio sup. plus quandoque permutatur.

3 Dicit L. qđ hæc dec. loquitur d.

proprie dicitur res Romanæ ciuitatis respublica: sed res aliarum ciuitatum abusiue, ut ff. de verb. sign. bona. & ipsa lex facit differentiam inter diuinum, publicum, & priuatum, ut C. de sacrosan. eccl. vt inter diuinũ. Io. qđ postea possit eos licite repellere, uel ab accusatione, vel ab honoribus quos appetunt, ratione criminis, non obstante eo, qđ eis communicauit. tamen secus est, ut extra de accus. nulli 3 sed dic, qđ si tunc temporis po-

malis manifestius dicitur ibi no. B. cuius dictum tenet Gosi. ibi inde ad notandum. & in hoc. & potuntur ista de cre. pro palea. ca. 5. quo. 5. nulli. &c.

tuit probare crimen, quod eis postea obijcit, & tacuit nec fuit fuit causa tacendi, s. causa schismatis uel scandali, bene præiudicat ei talis taciturnitas: secus si non potuit probare: uel potuit, sed nō sine scādalo, ut hic, & 2. q. 1. plerumq; & inf. ca. prox. & 3. ca. ij magnū. Io.

ITa plane. CASVS. Hug. hunc casum sic ponit in summa sua. Ostendit quadoubus modis inquinatur quis ex societate malorum, scilicet si committat aliquid cum eis, vel si fauet eis si neutrū illorū facit. sine peccato sociatur malis, s. si nō cōmittit, nec fauet. Si vero plus facit, scilicet ut corripiat, & arguat, remoueat a cōmunione, uel ab aliquo officio plenū officium exerceat. si hoc non pōt, saltē illa duo faciat, ut nec cōmittat, nec faueat, & securus erit in societate malorū. & loquit hic Aug. ꝫ Parmenianum. sicut in præcedenti c. & respōdet quęstioni, quā fecit Parmenianus. Beneuen. vero hūc casum sic ponit. Hoc c. loquitur de duobus generib. hominum, scilicet de non prælatis, & prælatis. Et ad hoc, ut illi, qui non sunt prælati, malis non socientur, tria sunt necessaria, scilicet ut mala non faciant, nec faueant, sed redarguant. Prælati vero plus facere debent, scilicet publicè arguere, excōicare, deponere. In iudicando.] idest, increpando:

a ¶ Personam.] Arg. est hic ꝙ solis prælatis dictum est hoc, si peccauerit, vt j. eod. forte. & q. 5. de occidendis. Ioan.

b ¶ Nec approbet.] Arg. ꝙ in maleficijs ratihabitio mandato coparatur, ut 1. quæst. 4. quia. & ex. de restit. spol. cum ad sedem in fi. & ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quoties.

ISI quis.] CASVS. Donatistæ dicebant se fore saluandos, & Christianos communicantes quotidie peccatoribus esse malos & damnādos. Sed Augustinus cōtradicit. scilicet ꝙ hæretici quantumcunq; laudabiliter. & honeste viuant. hoc solo quod ab ecclesia scismatici sunt, mali sunt. & damnandi. Christiani vero catholici inter malos existentes, si alienis peccatis non consentiant, nihil eis præiudicat.

c ¶ Aliena. Saepe tamen aliquis corrūpitur ex societate mala, ut 28. q. 1. sæpè & sæpe iustus potuit pro impio, ut de consecrat. dist. 1. in canone. Ioan.

A Malis. CASVS. Hug. hanc casum sic ponit. A malorum.

Item in eodem capite 21. continuo.

¶ Quid sit malis sociari. C. VI.

ITa plane, si sociatur quis malis, idest, si mali aliquid cū eis committit, aut committentib. fauet. Si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porro, si addit tertiū, vt non sit in vindicādo piger, sed vel corripiat iustus in misericordia, & arguat, vel etiā, si eam personam [a] gerit, & ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnib. peccātes arguat, ut cæteris timeant, remoueat ēt vel ab aliquo gradu honoris, uel ab ipsa communione sacramentorum & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi; plenissimum officium non solum castissimę innocentiæ, sed etiā diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo semper retenta incorruptum, castumque custodiunt, ut nec faciat malum, nec approbet [b] factum.

Poly. ibidem.

Psal. 140. 2. Tim. 3.

Idem in epistola 152. contra Donatistas.

¶ Aliena peccata in ecclesia alicui non præiudicant. Cap. VII.

Beda 1. Cor. 10.

SI quis a catholica ecclesia fuerit separatus, quantūlibet laudabiliter se viuere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi vnitate [a] disiunctus est, non habebit vitam, sed Dei ira manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene vixerit, nihil ei præiudicant aliena [c] peccata: quia in ea unusquisq; proprium onus portabit: sicut Apostolus dicit. *& infra.* ¶ Ergo communio malorum non maculat aliquem participatione sacramentorū, sed consensione factorum. Nam si in malis factis non eis quisque consentiat, portat malus causam suam, & personam suam, nec præiudicat alteri, quem in consensione mali operis socium non habet criminis.

Iuo p. 2. c. 102.

Gal. 6.

a ¶ Christi vnitate] *Antea legebatur*, Christianitate. *Restituū est ex originali, & Beda itemque alia nonnulla.*

Beda Eph. 5.

Idem in sermone 18. de verbis Domini.

¶ Non te maculat malus, si eis non consentis, sed ipsum redarguis. C. VIII.

Iuo p. 2. c. 104.

AMalis semper corde disiungimini: ad tēpus cautè [d] corpore copulamini. *& inf.* ¶ Duobus modis non te maculat malus: si ei nō cōsentias, & si redarguas. Hoc est non communicare, non consentire: communicatur quippe: quando facto eius consortium voluntati, vel approbationis adiungitur. *& inf.* ¶ Neq; ergo cōsentientes fitis malis, ut approbetis, neque negligentes, ut non

lorum consortio corde etsi non corpore semper debemus esse remoti, nec corporale consortium malorum aliquorum aliquem polluit, si non consentit: & sic arguit. qui enim consentit, videtur factum eorum approbare: qui non arguit, negligens redarguitur, vt ergo nō fit negligens, arguat, non tamen insultando.

d ¶ Caute. Vt non trahant nos ad consensum. [Vel caute,]scilicet si potest fieri salua pace.

Redeci-

arguatis;neque ſuperbientes, ut inſultanter arguatis.

Idem ex eodem.

¶ Immundum tangere, eſt peccatis conſentire.

C. IX.

Beda 2.Cor. 6.ſup. ea.c.cere.

REcedite,exite inde,& immundũ ne tetigeritis.[f] Sed contactu cordis,non corporis. Quid eſt. n. tangere immũdum,niſi conſentire peccatis? Quid eſt autem exire inde,niſi facere,quod pertinet ad correctionem malorum quantum pro vniuſcuiuſque gradu, atque perſona ſalua pace,fieri poteſt?Diſplicuit tibi,quod quiſq; peccauit?nõ tetigiſti immundum.Redarguiſti,corripuiſti, monuiſti,adhibuiſti etiam, ſi res exigit, congruam, & quæ vnitatem non violet, diſciplinam? exiſti inde:*& infra.*

Ito p.ſ.t.103. Iſa.52.

¶Clamauit ita Moyſes,clamauit Eſaias,clamauit Hieremias,clamauit Ezechiel. Videamus,ſi dimiſerunt populum Dei & ſe ad alias gentes tranſtulerunt. Quàm multa, & quàm vehementer Hieremias increpauit peccatores, & ſceleratos populi ſui?inter eos tamen erat, unum cum eis templum mirabat, eadem ſacramenta celebrabat, in eadem ſceleratorum hominum congregatione veniebat; ſed clamando exibat inde.Hoc eſt exire inde,hoc eſt immundum non tangere,& voluntate non conſentire,& ore non parcere.

Num.16. Eſa.52. Thren.4. Ezech.16.

Idem in epiſt.48.ad Vincentium.

¶ Non maculant innocentes facta nocentium, quæ ab eis credi non poſſunt. C. X.

inf.ea.nimium.

QVàm magnum eſt crimen ab iſtorum innocentium cõmunione ſeparari?Nam,& facta nocẽtium, quæ innocentibus demonſtrari, [a] vel ab innocentibus credi non poſſunt, [b] non coinquinant quemquam,ſi propter innocentium conſortium etiam cognita ſuſtinentur. Nõ enim propter malos boni deſerendi; ſed propter bonos mali [c] tolerandi ſunt; ſicut tolerauerunt prophetæ,contra quos tanta dicebant; nec communionem ſacramẽtorum illius populi relinquebãt:ſicut ipſe Dominus nocẽtem Iudam vſque ad condignum eius exitũ tolerauit,& eum ſacrã cœnam cum innocentibus communicare permiſit; ſicut tolerauerunt Apoſtoli eos, qui per inuidiam (quod ipſius diaboli vitium eſt) Chriſtum annunciabãt.

Philip.1.

Idem in ſermone 24. de verbis Apoſtoli.

¶ *Antea citabatur ex lib.1. de vnico baptiſmo, vbi non habetur.*

¶ Mali, quos eccleſia recipit, nec expellit,a bonis ſunt tolerandi,non iudicandi. C. XI.

Iuo p.7.c.94. † *Talis es, & forte*] orig.

FOrte † in populo Dei ſtat iuxta te auarus, raptor,inhians reb.alienis quẽ noſti talẽ,& fidelis eſt, uel potius fidelis vocatur. [d] Non eũ potes de eccleſia pellere,[e]

a ¶ Demonſtrari.] Ideſt,probari.

b ¶ Non poſſunt.] i.non debent. nõ bene debemus de quolibet credere, ut 22.q.4.innocẽs. 11.q.3.in cũctis. Et ita eſt hic arg.q nõ ſtatim pp ſimplicẽ denunciationẽ dẽt hĩe aliquis infamiã cõtra ſe etiam 1. de eo q ſi bi denunciatur, ut ext.de cle.exc. min. illud imõ imputãt alicui, q nimis credulus, vt 11.q.3. in cũctis. &c. nõ ſolũ. 86. diſt. ſi quid art. 5. ff.de eo per quem fac.erit,l.1.§.1.ff.q cũ ſal. tut.l.2. extra de cõmiu.ſer.propoſuit. ext. de ſecund. nup. dominus.& extra de electi. venerabilem. vltra mediũ. in parte deciſa. ff.de pet.hær.itẽ veniunt §.a quo autem.

c Mali.] Arg. malũ tolerari ratione connexi boni,ut 81.diſ. cum omnib⁹. & 11.q.3.nolite.ibi,ſinite vtraque.

FOrte.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In 1. parte dicitur,q quidam nolebant communicare in ſacramentis Chriſti cum auaris,& raptoribꝰ, quia putabãt ſe peccare Aug. uero probat tales nõ bene facere, ſed potius peccare. Nã cum talibꝰ cõmunicare non eſt peccatum, nec ulla contrahitur macula ſi corrigi non pũt & hoc probat duabus auctoritatibꝰ. Apoſt. In 2.parte dicit, q iudex apud quem peccator accuſatur, & inſtrumentis, uel teſtibꝰ conuincitur,debet illũ coercere,excõicare, & degradare. [f] Corripere] .ſ. verbis coercere,] factis, ſcilicet aliqua pœna ſuſpenſionis uel interdicti.

d ¶ Vocatur.] Ar.q nominatio ſola nõ ſufficit.2.q.1. multi C. de proba.non epiſcopis. arg. cõtra.32.q.4.dicat.

e ¶ Pellere.] Sine ſcandalo.

1 Nam tirannans & ignorante habendus eſt.C. de cõd.ĩd.l.vlt. ff.de lib. hoexhib. l.3.§. his qui. arg. 14. q.2. cũ q bellicã extra de ſecũ.nupt. dñs. ſm Tã. Goffr. 3.

a ¶ Aditum.] Idest, potestatem.
b ¶ Non tibi.] Arg. quod de vno dicitur, de alio negatur. vt 45. d. disciplinas, 25. dist. qualis.
c ¶ Accusatur.] i. denunciatur. nam si accusatus esset, statim esset deponendus, ut extra de accusat. super his.
d ¶ Coerce.] Admonendo.
e ¶ Corripe.] Suspendendo.
f ¶ Excommunica.] Propter contumaciam.
g ¶ Degrada.] Propter inobedientiam. Alius ordo traditur ext. de iud. cum non ab homine. sed ibi loquitur cū pœna inciputa crimine 1 & cum directe est contra hic proxima infligit propter contumaciam.

non habes aliquem aditum [a] castigando, & corripiendo corrigere, accessurus est tecum ad altare. Noli timere; vnusquisq; proprium onus portabit. *Item inf.* ¶ Quomodo (inquis) ferrem, quem noui malum? nonne melius ipsum ferres, quàm te foras efferres? Ecce, quomodo ferres †: attende Apostolum dicentem: Vnusquisq; proprium onus portabit.] Liberet te ista sententia. Non cū cum illo communicares auaritiam; sed communicares cum illo Christi mensam. Et quid ibi obesset, si cum illo communicares Christi mensam? Apostolus dicit; [Qui enim manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit.] sibi, non tibi [b]. Sane, si iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, ecclesiastica regula, si apud te accusatur [c] si veris † documentis, rettibuiq; cōuincitur, coerce [d], corripe [e], excommunica [f], degrada [g].

Gal.6.

† *al. ferres si attenderes*, orig.

1.*Corint.11.*

† *al. innumeris.*

Est & alia distinctio tolerandorum, & cauendorum quam ex verbis Augustini licet colligere, dicentis, serm. 49 de verbis Domini.

¶ Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus. C. XII.

TRes psonas dixit Dominus (& debemus illas inuestigare) in Euangelio, pastoris, mercenarij, & furis. *& paulo post.* ¶ Pastorem dixit animam suam ponere pro ouibus suis, & intrare [h] per ianuam [i]. Furem dixit: & latronem [α k] ascendere per aliam partem [l]. Mercenariū [m] dixit, lupum vel furem si videat, fugere; quia non est illi cura de ouibus: mercenarius est enim, non pastor. Ille intrat per ianuam, quia pastor est: ille ascendit per aliam partem, quia fur est: ille videns eos, qui volunt tollere oues, timet, & fugit; quia mercenarius est: quia non est illi cura de ouibus mercenarius est enim. Si inuenerimus tres illas personas; inuenit sanctitas vestra, & quos diligatis, & quos toleratis, & quos caueatis. Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus [n] est latro.

Anfel. l. 6. c. 148. Ioan. 10.

1 De hac no. 74. d. honoratus. in fi. ibi uideas 19. q. 3. qñ.

tur malæ suæ voluntati impune,& crudeliter permitten di sunt:sed,vbi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi. Nam, si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati : quare Israelitæ recusantes,& murmurantes tam diris flagellis a malo prohibebãtur, & ad terram promissionis compellebantur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati;quare Paulus Act.9. non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur ecclesiam ; sed prostratus est,vti excæcaretur : excæcatus, vt mutaretur : mutatus, vt mitteretur:missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati ; quare monetur pater in scripturis sanctis,filium durum Prouer.13. non solum verbis corripere, sed etiam latera [a] eius tundere,vt ad bonam disciplinam coactus,ac domitus dirigatur? Vnde idem dicit: [Tu percutis eum virga, animam autẽ eius liberas a morte. Si mala voluntas semp Prouerb.23. suæ permittenda est libertati; quare corripiuntur negligentes [b] pastores, & dicitur eis : [Errantem ouem non Ezech.34. reuocastis,perditam non inquisistis.,Et vos oues Chri- Hier.23. sti estis:characterem Dominicum portatis in sacramento,quod accepistis, sed erratis,& peritis : Non ideo vobis displiceamus;quia reuocamus errãtes,& quærimus peritos.Melius enim facimus voluntatem Domini monentis,vt vos ad ei[us] ouile redire cogamus;quam consentiamus voluntati ouium errantiũ, vt perire vos permittamus. ¶Noli ergo iã dicere quod te assidue audio dicere:Sic volo errare:sic volo perire. Melius enim nos hoc omnino non permittimus,quantũ possumus. Modo, q te in puteum vt morereris,[c] misisti;vtique libera volũta te fecisti.Sed quam crudeles essent serui Dei,si huic malæ voluntati tuę te permitterent,& non te de illa morte liberarent?Quis eos nõ merito culparet?Quis nõ impios recte iudicaret? Et tamẽ tu te volens in aquam misisti, vt morereris: illi te nolentem de aqua leuauerunt,ne morereris. Tu fecisti secundum voluntatem tuam,sed in perniciem tuam: illi contra voluntatẽ tuam,sed propter salutem tuam.Si ergo salus illa corporalis sic custodiẽda est,vt etiam in nolentibus aberis,qui eos diligunt,seruet ; quãto magis illa spiritalis,in cuius defertione mors æterna metuitur:quãquã,& in illa morte,quam tibi tu ipse inferre voluisti,non solum ad tẽpus, sed ét in æternũ morereris,quia etsi non ad salutẽ, non ad ecclesiæ pacem, non ad Christi corporis vnitatem,non ad sanctam & indiuiduam charitatem,sed ad mala aliqua cogereris:nec sic tibi ipse mortẽ inferre debuisti [d].Cõsidera scripturas diuinas,& discute quantũ potes, & vide vtrum hoc fecerit aliquis aliquando iustorum,atq; fidelium: cum ab eis tanta mala perpessi sunt,q eos ad æternum interitum,non ad vitã æternam,quo tu compelleris,adigeãt. *Et post pauca.* ¶Repetis sicut audio,quod in Euangelio scriptũ est,recessisse a Domino lxx.[discipulos,& ab atrio suæ malæ,atq; impiæ discessionis, fuisse permissos:cæteriq; duodecim,qui remanserant,fuisse rñsum. [Nunquid & vos vultis ire?] Et non attendis, quia tunc primũ ecclesia nouello germine pullulabat,nondumque in ea fuerat completa illa prophetia: [Et Psal.71. adorabunt eum omnes reges terræ,omnes gentes seruient illi.] Quæ utique quanto magis impletur,tanto maiore vtitur ecclesiã potestate,ut non solũ inuiter sed etiam cogar ad bonum. Hoc tũc Dominus significare volebat : qui quamuis haberet magnam potestatem : prius tamen elegit cõmendare humilitatẽ.Hoc & in illa conuiuij similitudine satis euidenter ostẽdit,vbi

quitur,cũ malo zelo quis cogitur ĩ hæc est veritas,qd si aliquis semper esset nolens, nõ debet retrog. De hoc no. 8. quæst. 1.cum seruos.

Adde hic. De hoc etiam not. 40. dist. autẽ omnia. & 61. d.Clementis.& melius 2.q.6. biduum in princip. ver. appellare ibi videas. Archid.

a ¶ Sed etiã latera.] Sup.45.dist.§. Salomon.

b ¶ Negligẽtes.] Vt 86.d.c.1.& vlt.

c ¶ Vt morereris.] Bona illorũ qui seipsos interimunt, hĩc apprecantur si pp conscientiam dei hoc faciunt : si secus propter mentã alterius voluntatis, ut ff. [illegible] communiquante sententiam tibi mortem.l.pen.

Bona seipsos interimentũ qñ hĩc apprecentur.

d ¶ Debuisti. inf. ea.q.ii.c.1.& hoc est caput notatum.& de consecr.dist.2.prima.

a ¶ In

Digitized by Google

a ¶In vias.] ideſt, hęreſes & ſchiſmata.

QVãdo vult. CASVS. Hæretici mirabantur ſi eccleſia eos corrigebat, uel ſi ſæculares iudices, uel principes mouebantur ꝺ eos. Sed dicit Aug. ꝙ ipſi mirari non debent, ſi eccleſia, uel principes ſæculares eos corrigant, & hoc probatur exemplo Sarę, quæ correxit Agar ancillam ſuam: ſic, & eccleſia debet corrigere hæreticos. & exẽplo Nabuchodonoſor, qui fecit edictum, ut quicunque dixerit blaſphemiã in Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitum iret, & domus eius in diſperſionem.

b ¶A Sara.] ideſt, ab eccleſia.

c ¶Agar.] i. conuenticula hæreticorum.

d ¶Hæreditatẽ.] ſ. 22. q. 4. recurrat: ſed ſ. 22. q. 4. dicat. cõt. Sed hic de cęleſti, ibi de hæreditate terrena, vt 1. q. 4. Iudæi.

e ¶Pacatã.] Ad hoc enim cõſtituti ſunt principes, ut tueantur eccleſias, ut inf. ead. quæſt. 5. principes. & ſi noluerint tueri, poſſunt excommunicari, ut infra ead. quæſtio. 5. adminiſtratores.

Principes eccleſias tueri debent.

f ¶Matrem.] ſup. 22. q. 2. qui abſtulerit, & 22. q. 4. recurrat.

g ¶Temporales.] Vides ergo ꝙ hæretici ſunt occidendi. primo tamen ſunt admonendi: ſ. ea. non inuenitur. in fi. & ſ. q. 5. ſi audieris. Quaſiter ſit cogendus, dixi 24. q. 1. quæ domus in fi.

miſit ad inuitatos, & venire noluerunt, & ait ſeruo: [Exi in plateas ℊ, & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles, cęcos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus domino: Factum eſt vt imperaſti, & adhuc locus eſt, & ait dñs ſeruo; Exi in vias [a], & ſepes, & compelle intrare, vt impleat domus mea:] Vide nunc, quemadmodũ de his, qui prius venerunt, dictum eſt introduc eos: nunc † dictum eſt compelle. Ita ſignificata ſunt eccleſiæ primordia adhuc creſcentis, vt eſſent vires etiam compellendi. Luc. 14.

† al. non.

ℊ ¶Attende ergo.] *Locus hic (quemadmodum & multa alia in hoc capite) emendatus eſt ex B. Auguſt. Antea legebatur*, Attende ergo, & conſidera, quòd non ideo voluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur.

ß ¶In plateas.] *Sic emendatum eſt ex Euangelio B. Lucæ, expunctus duabus vocibus. Antea enim legebatur*, exi cito in vias, & plateas.

Idem ſuper Ioannem, tractatu 11. ad c. 3.

¶Hæretici vtiliter patiuntur, quæ catholici vtiliter inferunt. C. XXXIX.

QVando vult Deus concitare poteſtates aduerſus hęreticos, aduerſus ſchiſmaticos, aduerſus diſſipatores eccleſię, aduerſus exſufflatores Chriſti, aduerſus blaſphematores baptiſmi; non mirentur, quia Deus concitat, vt a Sara [b] verberetur Agar: cognoſcat ſe Agar [c], & ponat † ceruicem; quia cum humiliata diſceſſiſſet a dña ſua, occurrit ei Angelus, & dixit; (Quid eſt Agar ancilla Saræ?) Cumqueſta eſſet de domina; quid audiuit ab Angelo? (Reuertere ad dominã † tuã.) Ad hoc ergo affligit, vt reuertatur: atque vtinã reuertatur, quia proles eius, ſicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem [d] tenebit. Mirantur autem, quia commouentur poteſtates Chriſtianæ aduerſus deteſtandos diſſipatores eccleſiæ. Si nõ ergo mouerentur: quomodo redderent rationem de imperio ſuo Deo; Intẽdat charitas veſtra, quid dicam, quia hoc pertinet ad reges ſęculi Chriſtianos, vt temporibus ſuis pacatam [e] velint matrem [f] ſuam eccleſiam habere, vnde ſpiritaliter nati ſunt. *& paulo poſt.* ¶Nabuchodonoſor rex decreuit dicens: (Quicumq; dixerint blaſphemiam in Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditione.) Ecce quo modo ſęuit rex alienigena, ne blaſphemaretur Deus Iſrael, qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, vt ſęuiant reges Chriſtiani, quia Chriſtus exſufflatur, a quo non tres pueri, ſed orbis terrarum cum ipſis regibus a gehennarũ igne liberatur. *& infra.* ¶Quomodo ergo illi reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, ſed ſeipſos liberatos de gehenna? quando vident Chriſtum a quo liberati ſunt, exſufflari in Chriſtianis? quando audiunt dici Chriſtianos, dic te non eſſe Chriſtianum? Talia facere uolunt, & ſaltem tali pati nolunt. Nam videte qualia faciunt, & qualia patiuntur; occidunt animas, affliguntur in corpore; ſempiternas mortes faciunt, & temporales ℊ ſe perpeti conqueruntur.

Poly. l. 7. tit. 6. Anſ. l. 12. c. 54. Iuo p. 10. c. 99.

† al. ſupponat.

Gen. 21.

† al. dominã.

Dan. 3.

Idem contra literas Petiliani, lib. 2. c. 79.

Digitized by Google

QVi peccat.] CASVS. Petilianus conquerebatur dicens q̃ Chriſtiani ipſum & alios hæreticos iniuſtè perſequebantur, & ipſi ſe iuſtè defendebant a Chriſtianis. ſed oſtendit Auguſt. q̃ eccleſia Chriſtianorum iuſtè perſequitur ipſum, & alios hæreticos. Et hoc probat ꝛc.

¶ Eccleſia hæreticos ratione perſequitur. C. XL.

Iuo p.10.c.75.

QVi peccat, non peccat legis [a] auctoritate, ſed cõtra legis auctoritatem. Quia vero interrogas me, quæ ſit ratio perſequendi; viciſſim te interrogo, cuius ſit uox in pſalmo dicẽtis: [Detrahentem [b] ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar.] Quære itaque perſecutionis vel cauſam vel modum: & noli tanta imperitia generaliter malorum perſecutiones † reprehendere, *& infra cap.82.* ¶ Non enim perſequimur vos, niſi quemadmodum veritas perſequitur falſitatem. *Item ſupra cap.10.* ¶ Petilianus dixit, ſi [c] Apoſtoli perſecuti ſunt aliquem, aut aliquem tradidit Chriſtus? Auguſtinus reſpondit, poſſem quidem dicere ipſum ſatanam omnibus malis hominib. eſſe peiorem, cui tamen tradidit [d] Apoſtolus hominem in interitum carnis; vt ſpiritus ſit ſalnus in die Domini Ieſu: ſitemque alios de quibus dicit, [Quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare.] Et Dominus Chriſtus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi etiam connexum eſt teſtimoniũ ſcripturæ dicẽtis, [Zelus [e] domus tuæ comedit me.] Ecce inuenimus Apoſtolum traditorem, [f] Chriſtum perſecutore. *& infra c.19.* ¶ Poſtremo, quare per violentiſſimas turbas etiam vltro improbi eſtis eccleſijs catholicis, vbi poteritis aduertere, quod innumerabilibus exemplis [g] res ipſa indicat? Sed dicitis vos, loca veſtra defendere: & reſiſtitis fuſtibus, & cædibus, quibuſcumque potueritis. Quare ibi non audiſtis vocem Domini dicentis; [Ego autem [h] dico vobis, [i] non reſiſtere malo?] [k] Aut ſi fieri poteſt, ut aliquando rectè per vim corporalẽ reſiſtatur uiolentis, nec ideo præceptum violetur, quod audiuimus [l] a Domino: [Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo:] cur non etiam hoc fieri poteſt, ut per ordinarias, † & legitimas poteſtates [m] de ſedibus, quæ illicitè vſurpantur, vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impium, & iuſtus iniuſtum? Neque enim eo modo [n] perſecutionem paſſi ſunt pſeudoprophetę ab † Helia, quomodo ipſe Helias à rege [o] nequiſſimo: aut quia flagellatus eſt Dominus a perſecutorib. propterea paſſionibus eius comparandi ſunt, quos ipſe de templo flagellatos eiecit. Reſtat ergo, ut nihil aliud requirendum eſſe fateamini; niſi vtrum iuſtè, an impiè vos ſeparaueritis a communione orbis terrarum. Nam ſi hoc inuentum fuerit, quòd impiè feceritis; non miremini, ſi non defunt miniſtri Deo, per quos flagelleminí, quia perſecutionem patimini non

Pſal.100.

¶ al. perſecutores.

2 Cor.5.

1. Timot.1. Ioan.2.

Pſal.68.

Matth.5.

† al. ordinatas.

† Adde q̃ hæc præpoſitio, ab ponitur hic propoſt, ſicut glo. l. nemine. C. de dec. lib. 10.

3 Reg.18.d. 19.

a ¶ Legis.] Si.14.q.5.dixit.arg. contra 33.q.5.noluit.

b ¶ Detrahentem.] Q.d. manifeſtè vos poſſumus perſequi, non latenter.

c ¶ Si., Ideſt, an.

d ¶ Tradidit.] Sicut nos tradimus hæreticos principibus.

e ¶ Zelus.] Zelus hic poteſt poni i bona vel mala ſignificatione.

e ¶ Zelus.] Ideſt indignatio, quam habui erga eos pro domo tua: & quia dehonestabãt templũ tuum. 1.q.3. ſalustor. ver. pẽſandum. Vel zelus, i. amor, quem habui ad templum, comedit me, i. fuit mihi cauſa inuidię propter quem occiderunt me.

Zelus domꝰ tuæ comedit me qualiter exponitur.

f ¶ Traditorem.] i. tradentem. Ioan.

g ¶ Exemplis.] Multa habes exẽpla ubi Chriſtus fuit perſecutus aliquos, ut ſupra ead. c. nimium, & cap. diſplicet.

h ¶ Ego autẽ.] Talis ẽ ſenſus huius literę, heretici obijciebant Auguſtino, q̃ eccleſia eos ꝓſequeretur contra præceptum Domini, q̃ dixit: Nolite reſiſtere malo, aut ſi fieri poteſt, &c. eandem auctoritatẽ retorquet Auguſtinus in eos: quia ipſi contra hoc faciebant, cum ipſi cædib. & fuſtibus reſiſtebãt. Sed ad hoc ipſi reſpondebant: quia hoc faciebant ſine offenſione huius præcepti, defendendo ſe & ſua. dicit ergo Auguſtinus, q̃ multo magis ꝓ legitimas poteſtates poſſumus eos repellere de ſuis ſedibus.

Hæreticis reſiſtendũ eſt.

i ¶ Dico uobis.] Ideſt, in uos idem retorqueo.

k ¶ Malo.] Id eſt, q̃ malum

l ¶ Quod audiuimus.] Vt ipſi dicunt.

nouem exemplis, f. exemplo prophetæ dicentis: Detrahentem proximo ſuo, &c. de exẽplo Pauli, qui tradidit hominem ſatanæ in interitum carnis: & exemplo Chriſti, quærentes & vendentes de templo flagellatos eiecit; & exemplo patris, & mariti. domini, & poſſeſſoris, iudicis, & regis. Et probat, q̃ non debet ſe defendere auctoritate Domini dicentis: Ego autem dico uobis

m ¶ Poteſtates.] Vult ergo Auguſt. quod quia auctoritate iudicis expellit aliquem a poſſeſſione ſua, quod iuſtè poſſideat, ſic ff. de acquir. poſſeſſ. iuſtè. ff. quod metus cauſa. l. 3.

n ¶ Eo modo.] Quia Helias iniuſtè, & illi iuſtè, ſ. ead. §. ſed obijcitur.

o ¶ A rege.] Scilicet Achab.

s ¶ Sicut

à nobis : sed sicut scriptum est, [a] ab ipsis factis vestris. *Et in libro de unitate ecclesiæ, cap. 17.* De persecutione vestra querela sedabitur; si cogitetis, & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter diceretur: [Detrahentem secreto [b] proximo suo, hunc persequebar.] Nam quotidie videmus & filium de patre tanquam de persecutore suo conqueri, [c] & coniugem de marito, & seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel regem: cum illi plerumque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuiorum † pœnarum a grauioribus malis prohibeant, atque compescant: plerumque autem a bona vita, & a bonis factis minando, & sæuiendo deterreant. Sed cum a malo, & illicito prohibent; correctores, & consultores sunt: cum autem a bono, & licito; persecutores, & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent a malo: si modum peccati modus [d] coercitionis excedat.

Psal. 100.

† al. legum.

Idem in epist. 48 ad Vincentium.

¶ A regibus terræ contra inimicos suos auxilium petat ecclesia. C. XLI.

NOn inuenitur [e] exemplum in Euangelicis, & Apostolicis literis, aliquid petitum a regibus terræ pro ecclesia [f], & contra inimicos ecclesiæ. Quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia; [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: seruite Domino in timore.] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur: [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] Verumtamen si facta præterita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorũ; in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, [g] vtrumque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit; & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est quando rex memoratus pios, & iustos cogebat adorare simulachrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur [h] Christiani pro impijs. Posterius vero tempus † eiusdem significabat tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed planè in eis, qui sub nomine Christi erant seducti a peruersis; ne forte oues Christi sint errantes, & ad gregem aliter reuocandæ sint, temperata seueritas, & magis mansuetudo seruatur: vt coercitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur cõsiderare, quid, & quare patiantur: & discant præponere rumoribus [i], & calumnijs hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non

Psal. 2.

Dan. 3.

† al. illius.

a ¶ Sicut scriptũ est.] In libro sapientiæ. 1 b ¶ Secreto.] Idest, in absentia. c ¶ Cõqueri. Secundum canones regulis potest cõqueri de patre. ut no. 2. q. 7. quæritur. 2 d ¶ Modus. Si enim prælatus excedit modum in corrigendo, deponi potest, vt 45. dist. cũ beatus. non tamen propter hoc dẽt petere veniam a subditis, quos correxit, ut 86. dist. quando. Io. de Fant.

a 3. c. in fi.

2 Et not. ſi eccleſiæ. ibi uides. Prælatus excedens modum in corrigendo deponi potest.

NOn inuenitur.] CASVS. Vincentius quæsiuit ab August. vbi inueniatur exemplum, q̃ ecclesia petierit auxiliũ a Regibus terræ contra inimicos. Et ridet August. q̃ nõ inuenit in Euangelio, nec i Apostolo illud exẽplum. Inueniuntur tamẽ duo exempla Nabuchodonosor regis, in quibus vtrumque significatur, scilicet primitiuæ ecclesiæ, in qua iusti ab impijs cogebant ad malũ: & ecclesiæ, quæ nunc est, in qua hæretici coguntur à Christianis non ad mortem, sed ad exiliũ uel damnũ temporalium. e ¶ Non inuenitur.] Hæc sunt uerba hæreticorum.

f ¶ Pro ecclesia.] Paulus tamen in sua gesona 3 petijt, ut sup. quæstione 3. Maximianus.

3 Al. persecutione.

g ¶ Nabuchodonosor.] Supra distin. 9. cap. 1.

h ¶ Patiebantur.] Tunc tẽporis persequebant impij Christianos, modo conuerso sit.

i ¶ Rumoribus.] Ar. propter rumores non

non ſit aliquis cogendus ad expurgationem, ut 11.qõ. tertia, in cunctis extra de eo.qui cog. conſang.uxo.ſuæ. ſuper eo.

a ¶ Sacrificia.] C.de ſacrifi.paga.l.1.

Potius quandoque prius ſignificat.

b ¶ Potius.] ideſt, prius, & ſic ponitur hæc dictio, potius.

uellet hæretici duo ſibi obijciebant. Primo quia uera eccleſia, uel ſanctus homo nullum perſequi debet, ſed potius pati perſecutionem. Sed Auguſt. duob. exemplis oſtendit, uno, ſcilicet Saræ, per quam ſignificatur eccleſia, & Prophetæ dicentis. Perſequar inimicos meos, &c. Sara perſequebatur ancillam.

ſaudat leges ab Imperatorib. datas aduerſus ſacrificia [a] paganorum? Et certe longe ibi pœna ſeuerior conſtituta eſt. Illius quippe impietatis capitale ſupplicium eſt. De vobis autem corripiendis, atque coercendis habita ratio eſt, qua potius [b] admoneremini ab errore diſcedere, quam pro ſcelere puniremini.

Item eiuſdem ad Bonifacium comitem, epiſt. 50.

¶ Malos eccleſia iuſtè perſequitur. C. XLII.

Poly.l.7.tit.11. Anſ.l.13.c.14. Gal.4.

SI eccleſia [c] vera ipſa eſt, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit; quærãt ab Apoſtolo, quam eccleſiam ſignificabat Sara, quando perſecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrem noſtram cęleſtem Hieruſalem, ideſt veram Dei eccleſiam, in illa muliere dicit fuiſſe figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius [d] diſcutiamus; magis illa perſequebatur Sarã ſuperbiẽdo, quàm illa Sara coercendo. Illa enim dominæ faciebat iniuriam; iſta imponebat ſuperbiæ diſciplinam. Deinde quæro, ſi boni, & ſancti nemini faciunt perſecutionem, ſed tantummodo patiuntur; cuius putant eſſe in pſalmo vocem, vbi legitur: (Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos; & non conuertar, donec deficiant.) Ergo ſi verum dicere, vel agnoſcere volumus: eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt [e] impij eccleſiæ Chriſti, & eſt iuſta perſecutio, quam faciunt impijs eccleſiæ Chriſti. Iſta itaque beata eſt, quæ perſecutionem patitur propter iuſtitiam; illi vero miſeri, qui perſecutionem patiuntur pp iniuſtitiam. Proinde iſta perſequitur diligendo; illi ſæuiendo: iſta ut corrigat; illi vt euertant: iſta vt reuocet ab errore; illi vt præcipitent in errorem. *& infra:* ¶ Quod autem dicunt, qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui nolunt, non petiſſe a regibus terræ Apoſtolos talia; non conſiderant aliud fuiſſe tunc tempus, & omnia ſuis temporibus [f] agi. Quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator? qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeruiret? quando adhuc illud propheticum implebatur: (Quare fremuerũt gẽtes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in unum aduerſus Dñm & aduerſus Chriſtum eius.) Nondum autem agebatur quod paulo poſt in eodem pſalmo dicitur: (Et nũc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrã. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.) Quomodo ergo reges Domino ſeruiunt in timore; niſi ea, quæ contra iuſſa Domini fiunt, religioſa ſeueritate prohibẽdo, atque plectẽdo? Aliter enim ſeruit quia homo eſt, aliter quia etiã

Pſal.17.

Pſal.2.

d ¶ Melius.] Proprie dicitur perſequi, q̃ ad malum perſequitur, ut inf. e. qõ. 5. non uos. & ideo dicit, melius, ideſt, ſubtilius; uidetur tamẽ ex loco iſto, q̃ dominus nõ poſſit facere iniuriam ſeruo ſuo: argum. ſup. ead. qui peccat. i fi. æque enim punitur dominus interficiẽdo ſeruum ſuum, ſicut liberũ hominem, ut 50.d. fi qua fœmina. Et ſic dico *in* canones, q̃ filius poteſt agere contra patrẽ, & econuerſo, ut 2. q.7. quæritur ſic poteſt dici, quòd ſeruus poteſt agere contra dominum de iniuria ſibi facta, ſi ſine cauſa ſæuiat in ipſũ dominus, uel ſi immoderate ſæuiat, licet aliud ſit ſecundum leges, C.de emend. ſeruo. l.uni-

Filius cõtra patrẽ. & ecõuerſo, agere poteſt.

Seruus põt agere contra dominum.

tius, extra de ſpon. requiſiuit. bene enim puniuntur hæretici ſi non reſipiſcant, ut ſup. ea. quando uult, in fi.

Si eccleſia.] CASVS. Auguſt. ſuadebat Bonifacio comiti, ut hæreticos perſequeretur, quod cũ facere

e ¶ Faciunt.] ideſt, facere debent.

f ¶ Temporibus.] Concordat tempora, & concordabis ſcri-

scripturas, vt 2.q.1.ſi peccauerit, & ex tempore, loco & ꝑſona debemus cõcordare canones, vt 29. d.c.1.2.& 3. q.1.cum per bellicam, 43. d.ſi rector. ff.de leg.1.ſi ſecundus plurium, in ſi.

Scripturas concordabis ſi et pora cõcordes.

1 §.præterea & c. cũ inter vniuerſas. in fi. vbi de hoc & eſt fi. 16. q.1. ſuperiore. huius fin.

Quæſt.

& rex eſt. Quia homo [1] eſt; ei ſeruit viuendo fideliter. Quia vero etiam rex eſt; ſeruit leges iuſta præcipientes. & contraria prohibentes conuenienti vigore ſanciendo. a ¶ Et eſt iuſta.] *Addita ſunt hæc vſque ad ver.* Iſta itaque. *& multa alia ex ipſo originali emendata.*

Idem in eadem epiſtola.

¶ Exemplo Chriſti, mali cogendi ſunt ad bonum. C. XLIII.

QVis nos poteſt amplius amare, quàm Chriſtus, qui animam ſuam poſuit pro ouibus ſuis? Et tamen, cũ Petrum, & alios Apoſtolos ſolo verbo vocaſſet: Paulum, prius Saulum, eccleſiæ ſuę poſtea magnum ędificatorẽ, ſed horrendum antea vaſtatorem, non ſolum voce compeſcuit, verumetiam poteſtate proſtrauit, atq; in infidelitatis tenebris fæuientem, ad deſiderandum lumen cordis, vt ſurgeret, prius corporis cæcitate percuſſit. Si pœna [b] illa non eſſet; non ab ea poſtmodum ſanaretur, & qſi apertis oculis nihil videbat, ſi eos ſaluos haberet, nõ ad impoſitionem manus Ananiæ, vt eorum aperiretur obtutus, tanquam ſquamas, quibus clauſus fuerat, inde cecidiſſe ſcriptura narraret. Vbi eſt, quod iſti clamare cõſueuerunt, liberum eſt credere, vel non credere: cui vim Chriſtus intulit? quem cogit? Ecce habent Paulum Apoſtolum: agnoſcant in eo prius cogentem [c] Chriſtum, & poſtea docentem: prius ferientem & poſtea conſolantem. Mirum eſt autem, quomodo ille, qui pęna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis oibus, qui ſolo verbo vocati ſunt, in Euangelio laborauit, & quẽ maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras miſit timorem. Cur ergo non cogeret eccleſia perditos filios, vt redirent; ß perditi ß filij coegerunt alios, vt perirent?

Poly. ibidem. Anſ.l.13.c.16. Ioan.10. Matth.4. Act.9.

inf.ea.q.6.ſchiſmatici.

1.Cor.15.

1.Ioan.4.

ß ¶ Si perditi.] *Hæc vſque in finem ſunt addita ex originali, & alia emendata.*

Item contra Fauſtum, lib.22.c.79.

¶ Non crudelitate, ſed dilectione Moyſes populum flagellauit. C. XLIIII.

QVid crudele [d] Moyſes aut mandauit, aut fecit; cum commiſſum ſibi populum ſancte zelans, & uni uero Deo ſubditam cupiens, poſteaquam cognouit ad fabricandum, & colendum idolum defluxiſſe, mentemq; impudicam proſtituiſſe dęmonib. in paucos eorum vindicãs gladio, quos Deus ipſe, quẽ offenderant, alto, & ſecreto iudicio feriẽdos voluiſſet, mox feriri, & in preſenti ſalubriter terruit, & diſciplinã in poſterum ſanxit? Nam eum nulla crudelitate, ſed magna dilectione feciſſe ꝙ fecit, quis nõ in verbis [e] eius agnoſcat orãtis pro peccato eorũ & dicentis, (Si dimittis illis peccatum, dimitte: ſin aũt, dele me de libro tuo:) *& infra.* ¶ Sic plane, & Apoſtolus non crudeliter, ſed amabiliter tradidit hoiem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius ſaluus ſit in die Dñi Ieſu: tradidit, & alios, vt diſcerent nõ blaſphemare.

Beda 1. Cor.5.

Poly. ibidem. Anſ.l.13.c.1. Exo.32.

1.Cor.5. 1.Timoth.1.

Scripturæ ſcripturas, vt 2.q.1.ſi peccauerit, & ex tempore, loco & ꝑſona debemus cõcordare canones, vt 29. d.c.1.2.& 3. ſic 35.q.9.ꝙ ſcripſi.

a ¶ Quia homo. Et no. ꝙ aliud facit qs in eo ꝙ rex, & aliud facit in eo ꝙ homo. ſic ẽ. ea. duo iſta ſic extra de elect. quod ſicut. in fi. 1 ff. qũ cuiuſ. vniuer. l. item ff. qſi. app. ſit. l. 1. Io.

QVis nõ poteſt.] CASVS. Hęretici dicebãt, ꝙ eccleſia nõ debet cogere eos ad fidem, quia liberum eſt eis credere, nec Chriſtus alicui vim intulit, nec aliquẽ ad fidem coegit. Aug. vero docet, ꝙ eccleſia eos recte, & licite poteſt ad fidem cogere, exẽplo Chriſti, qui Paulum excatum, & inuitũ ad fidem perduxit.

b ¶ Si pęna.] Q.d. ſi non præceſſiſſet pęna, non eſſet opus liberatione.

c ¶ Cogẽtem.] iſtud quod de Paulo dicit, ſola diuina voluntate factum fuit. nam nullus cogitur recipere fidem. ſed receptam cogitur retinere, vt 45. diſt. de Iudæis. 32.q.1. integri tas ff.

QVid crudele.] CASVS. Fauſtus hæreticus dicebat, quòd Moyſes crudelis fuit occidendo eos, qui vitulum cõflatilem adorauerũt in deſerto. Sed Aug. oſtendit, quòd hoc non fecit ex crudelitate, ſed potius ex magna dilectione I paucis vindicauit, & diſciplinam in poſterum ſanxit, quòd patet per verba eiuſdem Moyſi, ſi dimittis illis, &c. Similiter, & Paulus non crudeliter, ſed amicabiliter Corinthiũ tradidit ſatanæ, vt ſpiritus eius ſaluus fieret.

d ¶ Quid crudele.] Probat exẽplo Moyſi eccleſiã nõ eſſe crudelẽ, ſi hæreticos ad ſe venire cõpellat.

e ¶ In verbis.] Arg. ex antecedentib. probari ſequentia. ſic ẽ. 23. diſt. peruenit 34.

Digitized by Google

QVæſitum.] CASVS. Quæſitum fuit ab Innocentio, vtrum illi, qui poſt baptiſma ſæua officia exercuerunt, vel decapitando latrones, uel capitalem ſententiã proferendo peccauerunt hoc faciendo. Et reſpondet, q̃ non: quia a Deo huiuſmodi poteſtates ſunt conceſſæ: &c

Item Innocentius Papa, epiſt. 3. ad Exuperium epiſcopum Tholoſanum, cap. 3.

¶ Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormenta exercent, aut capitalem ſententiam ferunt.

C. XLV.

Rabanus pœni. c. 6. Burch. l. 6. c. 44. Iuo p. 10. c. 94.

† *al. ſæua.*

QVæſitum eſt [a] etiam ſuper his, qui poſt baptiſmum adminiſtrauerunt, & aut torméta [b] ſola † exercuerunt, [c] aut etiam capitalé protulere [d] ſententiã. Nihil [e] de his legimus a maioribus diffinitum. Meminerant.n. a Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictã noxiorum, gladium fuiſſe permiſſum, & Dei eſſe miniſtrum α vindicem [f] in huiuſmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore ‖ Deo viderẽt eſſe conceſſum? De his ergo, vt hactenus ſeruatũ eſt, ſic habeamus; ne aut diſciplinã [h] euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipſis autem in reddenda ratione, geſta ſua omnia ſeruabuntur.

Rom. 13.

α ¶ Miniſtrum.] *Sic emendatũ eſt ex originali, & Iuone. Antea legebatur,* & Dei miniſterio eſſe datum in huiuſmodi uindices. *Gloſſa autem optime etiam conuenit voci,* uindicem.

Idem in eadem epiſtola, c. 5.

¶ Immunis eſt dictator a culpa, cum legum auctoritas in improbos exercetur.

C. XLVI.

Iuo p. 10. c. 94.

ILlud etiam ſiſcitari voluiſti, an preces dictantib. [i] liberũ concedatur vtiq; poſt baptiſmi regenerationé a principibus poſcere [k] morté alicuius, vel ſanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam ſine cognitione concedunt: ſed ad iudices [l] commiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, vt cauſa cognita vindicentur: β quæ cum quæſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legũ auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

β ¶ Vindicẽtur.] *Emendatũ eſt ex originali. Antea legebatur,* vindicẽt, qui cũ quæſituri fuerint delegata, &c.

Item Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib. 7. indict. 1. epiſt. 5.

¶ In correctione malorum Deus omnipotens placatur.

C. XLVII.

Anſ. l. 13. c. 14.

SI quos igit violentos, ſi quos adulteros, ſi quos fures, vel alijs prauis actib. ſtudere cognoſcitis: Deum de corũ α correctione placare feſtinate: ut per vos β flagel-

& propter uindictam malorum gladius eſt permiſſus a Deo. [Super his.] Ideſt de his. [Diſciplinam. Ideſt, exilium, vel correctionem.

a ¶ Quæſitum eſt.] Vtrum peccent, &c.

b ¶ Aut tormenta.] De talibus autem an poſſint promoueri, habes 5 t. d. in ſumma.

c ¶ Exercuerunt.] Executores.

d ¶ Protulere.] Vt iudices.

e ¶ Nihil.] Ideſt, non hoc quòd peccent, quia reuera non peccant, ſi amore iuſtitiæ faciunt, ut ſup. ead. q. 5. & hom. ſtium.

f ¶ Vindicem.] Ideſt. iudicem.

g ¶ Auctore.] Sic 26. d. deinde ſi. 14. q. 5. dixit.

h ¶ Aut diſciplinam.] Quod faceremus, ſi eos dicere-mus peccare.

ILlud etiam.] CASVS. Archiepiſcopus Toletanus quæſiuit ab Innocentio utrum peccent officiales, q̃ poſt baptiſma decapitant criminoſos. Et reſpondet, q̃ principes ſine cauſa mortẽ non infligunt: imò conſueuerunt committere iudicib. criminoſos iudicando; quos ſi iudices condẽnauerint, erit officialis immunis ipſos interficiẽdo. Vel dictãtes preces.] intelligas tabellionis qui ſententiam dictant: vel porrigunt preces accuſatorum principi de morte alicuius.

i ¶ Dictantib.] Extra ne clc. uel mon. ſententiam.

i ¶ Dictantibus.].i. aſſeſſoribus: quorũ officium cõſiſtit in libellis dictãdis, ut ff. de off. aſſeſſ. l. 1. de hoc. n. dubitabatur, an aſſeſſor cẽt reus, qui daret cõſilia de morte alicuius uel loquatur de executoribus: uel de notarijs.

Aſſeſſoris officium.

k ¶ Poſcere.].i. de morte poſtulata cõſilium dare 1.

l ¶ Sed ad iudices.] Hic habes, q̃ gladij poteſtas delegatur: quod eſt cõtra id ff. de off. procõ. ſolẽt. ſecundum leges nõ poteſt iudex delegare cauſam criminalẽ, ff. nõ poſſit adeſſe, ut ff. de offi. eius cui man. eſt iur. l. 1. ſecundũ canones ſcilicet. ut hic, & 2. qõ. 7. ſicut 2 & extra de offic delegat. venerabili princeps tamen paſſim poteſt delegare cauſam criminalem, ut ff. de teſt. l. 3. §. idem diuus.

l Vel dic poſſere. i. a principib poſtulatam infligere, ſic intelligas hoc c. de iudicibus ſm Laur. Vel dic, poſſere. i. deferre, uel denũciare aliquẽ uerũ criminis capitalis quia eis licitũ eſt, C. de accuſ. l. eadẽ quidem. Sed hic non quæritur an illicitẽ, ſed an irregularitatis & dẽ non, ut in præced. cap.

SI quos.] CASVS. In Francia erant multi fures, adulteri, & raptores: quare Grego. mandat Brunichildi reginæ Francorum, ut eorum uiolentiam, & malitiam refrænet ne Deus induceat flagellum gentium perfidarum, quod ad uindictam multarum nationum eſt excitatum: ut quos præcepta Dei non reuocant, nec ſe emẽdant, interimat peſtis belli.

lum [a] perfidarum gentium (quod quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum eſt) non inducat: ne ſi quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia ſceleratorum fuerit actione commota; belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.

a ¶ De eorum.] *Sic reſtitutum eſt ex variis codicibus epiſtolarum B. Gregorij. Antea erat*, Deorum.

g ¶ Per vos.] *In originali eſt*, ſuper vos, *ſed obgloſſam in uer. flagellum non eſt mutatum.*

Idem Gennadio patritio, & Exarcho Africæ, lib. 1. epiſtol. 72.

¶ Eccleſiaſticæ religionis inimici etiam bellis ſunt coercendi. C. XLVIII.

SIcut excellentiam veſtram hoſtilib. bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis eccleſiæ eius omni viuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroque triumpho magis ac magis eniteſcat opinio: & cum forenſibus bellis, aduerſarijs catholicę eccleſiæ pro Chriſtiano populo vehementer obſiſtitis, & eccleſiaſtica prælia ſicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum eſt. n. hæreticæ religionis viros, ſi eis, quod abſit ſuppetit, nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer inſurgere: quatenus hæreſcos ſua venena ad tabefacienda, ſi valuerint, Chriſtiani corporis membra trãsfundant. Cognouimus enim eos cõtra Catholicam Eccleſiam, Domino eis aduerſante, colla ſubrigere, & fidem velle Chriſtiani nominis inclinare: ſed eminentia veſtra conatus eorum comprimat, & ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium vero catholicorum epiſcoporũ admoneri præcipite, vt Primatem non ex ordine [b] loci, poſtpoſitis vitę meritis faciat: quoniam apud Deũ non gradus elegantior, ſed vitę melioris actio comprobatur. Ipſe vero Primas nõ paſſim (ſicut moris eſt) p villas, ſed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate reſideat: quatenus adeptę dignitatis meliori ingenio reſiſtendi Donatiſtis poſſibilitas diſponatur. Ex concilio uero Numidię, ſi qui deſiderauerint ad Apoſtolicam ſedem venire, permittite; & ſi, quilibet eorum vię contradicere voluerit; † obuiate. Magis profecto excellẽtię veſtrę apud creatorem gloria proficit, ſi per eam diſperſarum eccleſiarum potuerit ſocietas reſtaurari. Cum enim largita munera ad nominis ſui gloriam conſpicit reuocari; tanto largiora [c] tribuit, quanto per eum religionis ſuę dignitatem viderit ampliari. Perſoluentes præterea paternę charitatis affectum, Dominum petimus, quòd † brachium veſtrum ad comprimendos hoſtes forte efficiat, & mentem veſtram fidei ¦ zelo † velut mucrone gladij vibrantis exacuat.

Idem ad eundem, lib. 1. epiſt. 73.

¶ Merito fidei, bellorum paratur victoria. C. XLIX.

SI nõ ex fidei merito, & Chriſtianę religionis gratia, ſtãta excellentię veſtrę bellicorum actuum proſperi-

Anſ. l. 13. c. 29.

1. Reg. 18.

† *al. potuerit.*
† *al. Magna.*

† *al. que.*

† Abeſt ab oti.

Burc. l. 15. c. 18.
Anſ. l. 13. c. 30.
Iuo p. 16. c. 19.

a ¶ Flagellũ.] Arg. q. propter negligentiam paſtoris, vel ẽt propter peccata aliquorũ mittit Deus flagella, ut 7. q. 1. ſciſcitatis.

Sicut excellẽtiã.] CASVS. Hoc. diuidit in tres partes. In prima par. rogat Gregor. Gennadium Patritiũ, vt ſicut hactenus pugnauit cõtra hoſtes, ita & nũc pugnet contra hæreticos, qui contra catholicam eccleſiam colla ſubrigere uolunt. In ſecunda parte rogat, vt tot. cõcilium epiſcoporũ faciat congregari, quatenus primatem eligant: qui non dẽt eligi ex loci dignitate, eo q̃ in maiori dignitate cõſtat: ſed qui maioribus meritis adiuuatur, qui non per villas, ſicut moris eſt, ſed i una ciuitate reſideat, ut Donatiſtis fortius reſiſtere ualeat. In 3. par. rogat, vt ſi aliq epi de Numidia volũt Romã venire, p̃mittat eos venire, & obuiet uolentib. contradicere ipſis. Secunda pars incipit ibi, ¶ Concilio. Tertia ibi, ¶ Ex cõcilio uero. Quatenus eius.] ſcilicet excellentiæ.

b ¶ Nõ ex ordine.] Nec eſt conſiderandum quis maior ſit in loco uel ordine: ſed quis ſit iuſtior, ut 40. d. non loca & c. multi. in fi. arg. cõtra 60. d. c. vlt. & penult. Ioan. 1.

c ¶ Largiora. Sic 16. q. 1. reuertimini. Ioã. 1.

SI nõ ex.] CASVS. Greg. de duob. in hoc ca. commendat Gennadiũ Patritiũ. Primo cõmendat eũ ex eo q̃ victorias ſuas faciebat non ꝑ corporalẽ prouidentiã, ſed magis orationib. p̃uenientib⁹: q̃d in alijs diebus non contingit. & q̃ facit non cauſa fundẽdi ſanguinis, ſed potius cauſa reipublicæ dilatandæ. i. eccleſiæ. Serũdo cõmendat eum, eo q̃ quæ

1 Et ſup. 1. q. 7. iudices. & 16. diſt. ſi gens Arch.

Eædem patrimonia beati Petri nudata cultoribus, Dacorum habitatoribus restaurasset. [Opimo.] Ideſt, fœnat: quæ opinio loquitur: [Bella nos,] &c. & litera ſic ordinata non errabis.

a ¶ Non summopere miranda.] q. d: hoc est mirandum, quod victoriam solis orationibus obtinuit.

ADDITIO. Ad idem dicitur, quod supra, quæstione proxima dictum est, quod licet Deus possit sine meritis, solum tamen cum ad id dem, & offendentur, & cum ab his, &c. vide, §. vlt. Vel ibi dicit de dignitate ordinum: hic de celsitudine sedium, seu locorum, secundum Ioan.

b ¶ Dacorum. Ideſt, ibi positis.

c ¶ Sustinetis. Ideſt, expectabitis Ioan.

BREVITER. Hæc est 3. pars q. in qua probatur potior ad orandum esse vindicta debere fieri: quia magis diligitur qui punitur, quam qui peccat, & non punitur. & est hic attendens q. Ioan. de Fan. CASVS. Concludit G. ex supradictis, q; boni iuste malos persequuntur: & non e conuerso. Postea respondet auctoritate Pauli, quam habuimus sup. eod. quæst. 3. §. dicens eam esse intelligendam de occultis delictis, & dicit monstratum esse su. q; vindicta potuit inferri. Nunc vero ostendit. q; vindicta debet inferri: & ad vtrumq; probidem inducit capitula sequentia.

SI ea de quibus.] CASVS. Ostendit. hic Augst. quod non debemus esse negligentes ad vindicandum: qua occasione & peccato vnius irascitur Deus vniuerso populo, quod probat exemplo Achor.

d ¶ Differimus.] supra. eſi is qui §. 27. d. qa sunt culpæ.

e ¶ Nonne Achor.] supra 1. q. 4. §. item peccato Achor.

f ¶ Filius. Ideſt, nepos.

g ¶ Solus. Negative exponitur. ideſt. vtinam non periissent plures. si 1. q. 1. iudices 2 arg. tamen contra. quia videtur, q; potius debuit parcere nocenti, quam punire innocentem propter nocentē, ut 23. quæst. 5. de iure. & ff. de pœnis. ab. nō.

tas eueniret, nō summopere miranda [a] fuerat: cum sciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuisse cōcessa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali prouidentia; sed magis orationibus præuenitis, fit, ut hoc in stuporem veniat, quod gloria vestra non terreno consilio, sed Deo desuper largiente descendat. Vbi enim meritorum vestrorum loquax non discurrit opinio? quę & bella vos frequenter appetere non desiderio fundendi sanguinis, sed dilatandæ causa reip. in qua Deum coli conspicimus, loquitur: quatenus Christi nomen per subditas gentes fidei prædicatione circumquaq; discurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita constituunt: ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram [a] vitam cœlestium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro pascendis ouibus beati Petri Apostolorum principis excellentiam vestram præstitisse dicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largitis [b] Dacorum & habitationibus restauraueritis. Quicunque igitur hic illi Christianissima † mente confertis; horum retributionem per spem in futuro iudicio sustinetis [c].

† al. Christiana.

a ¶ Futuram.] *In duobus codicibus epistolarum legitur,* in futurorum gaudiorum participatione. *in vno vero manuscripto,* in futura cælestium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur quemadmodum apud Gratianum.*

b ¶ Dacorum.] *In libris epistolarum impressis, & duobus manuscr. legitur.* datitiorū. *In aliquot vero antiqs Gratiani exemplaribus est.* Dacorū vel aliorū habitationib.

Rom. 14.

8 *Breuiter monstratum est, quod boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter persequuntur bonos. Illud autem Apostoli: [Tu autem quis es, qui iudicas alienum seruum?] de aliena cordis occultis intelligendum est. Quod vindicta inferri possit, monstratū est. Nunc restat ostendere, quod debet inferri: & quod magis diliguntur illi, qui puniuntur, quam qui impuniti relinquūtur: qđ vtrumq; multorū auctoritate probatur. Aut enim Augustinus.*

¶ Ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differuntur. C. L.

Iosue 22.
† al. Achan.

SI ea [y], de quibus vehementer Deus offenditur, insequi, vel vlcisci differimus [d], ad iracundum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. [Nonne Achor † [e] filius [f] Zaræ præterijt mandatum Domini, & super omnē populum Israel ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam solus [g] perijsset in scelere suo.

y ¶ Si ea.] *Vsque ad ver.* prouocamus *sunt in regesto B. Gregorij lib. 2. indictione 11. epist. 27. scripta. Martino* † *abbati, & Renenato Notario. Reliqua vero non ibi leguntur, sed sunt verba sacræ scripturæ. 22. Ioſue.*

† al. Marciano.

1 Et 26. q. 5. episcopi.

Digitized by Google

Item Auguſtinus de ſermone Domini in monte, lib.1. c.37.& 38.

¶Vindicta,quæ ad correctionem valet,non eſt prohibenda. C. I. I.

EA vindicta [a],quæ valet ad correctionem, non prohibetur.Quę etiam ad miſericordiã pertinet, nec impedit illud propoſitũ, quo quiſq; paratus eſt ab eo, quẽ correctum eſſe vult,plura perferre: ſed huic vindictę referendæ non eſt idoneus [2], niſi qui odiũ, quo flagrare ſolent,qui ſe vindicare deſiderãt, dilectionis magnitudine ſuperauerit. Non enim metuẽdum eſt,ne odiſſe paruulũ filium parentes videantur,cum ab eis vapulat [b] peccãs, ne peccet vlterius. Et certè perfectio dilectionis, ipſius Dei patris imitatione nobis proponitur, cum in ſequẽtibus dicitur :[Diligite inimicos veſtros,bene facite his,q̃ oderunt vos,& orate pro eis,qui vos perſequuntur.] Et tñ de ipſo dr̃ per Prophetam:[Quem enim diligit Dominus,corripit:flagellat aũt omnem filium,quem recipit.] Dicit etiam Dñs:[Seruus [c], qui neſcit voluntatem domini ſui,& facit digna plagis,vapulabit paucis [c];ſeruus autem,qui ſcit voluntatem dñi ſui,& facit digna plagis,vapulabit multis.] Nõ ergo q̃rit̃,niſi ut & ille uindicet, cui rerum ordine poteſtas data eſt,& ea voluntate vindicet, qua pater [y] paruulũ filiũ flagellat,quem per ætatem odiſſe [d] nondũ põt. Hinc enim aptiſſimum † exemplum dat̃, quo ſatis apparet poſſe peccatũ amore potius vindicari, quàm impunitũ relinqui, vt illum,in quem † vindicat, non pœna miſerum,ſed correctione beatum velit: paratus [e] tñ,ſi opus eſt, æquo animo plura tolerare ab eo illata,quem vult eſſe correctum, ſiue in eum habeat poteſtatem coercendi,ſiue non habeat. ¶Magni aũt,& ſancti viri,quamquam † optimè ſcirent, mortem iſtã, quæ animam diſſoluit a corpore, formidandã non eſſe,ſm eorũ tamen animum, qui illam timerent [f]; nonnulla peccata morte punierunt:quo & viuentibus vtilis metus incuteretur:& illis,qui morte puniebantur, non ip.a mors noceret,ſed peccatum,quod augeri poſſet,ſi viuerẽt,[diminueretur † [g]. Nõ temere illi iudicabant,quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde eſt, q̃ Helias morte multos affecit & propria manu, & igne diuinitus impetrato: cum † & alij multi, & magni viri eodem ſpiritu cõſulendo rebus humanis nõ temere fecerint †.De quo Helia cũ exemplum dediſſent diſcipuli Domino cõmemorantes, quid ab eo factum ſit,vt etiam ipſis daret ptãtem petendi de cœlo ignem ad conſumendos eos, qui ſibi hoſpitium non præbuerant † ; reprehendit in eis Dominus nõ exemplum prophetæ ſancti, ſed ignorantiam vindicãdi, quæ adhuc erat in rudibus : animaduertens eos,nõ amore correctionem, ſed odio [h] deſiderare vindictam. Itaque poſtquam eos docuit,quid eſſet diligere proximum tanquam ſeipſum, infuſo etiam Spiritu ſancto, quem decem diebus completis poſt aſcenſionem [i] ſuã deſuper, vt promiſerat,miſit,non defuerunt talos vindictæ; quam

Anſ.l.13.c.2. Iuo p.10.c.60.

Matt.5.

Prouer.3.

Luc.12.

† *al.apertiſſimum.*

† *al.quem.*

C.38.

† *al.quidam.*

† *abeſt ab ot.*

3.Reg.18.& 4.1.

† *al.quod.*

† *al.fecerunt. Luc.9.*

† *improbarunt.*

Matth.22. Act.2.

a ¶Vindicta.] CASVS. Oſtendit Auguſt. in hoc c. q̃ prælati, vel iudices malos punire debent animo corrigendi,& ex dilectione:& hoc probat quinq; exemplis,ſcilicet patris & Chriſti,& quorundã ſanctorum vet. teſt. & Heliæ,& Petri,ſed non debẽt vleiſcẽdi animo punire: ſicut volebant facere diſcipuli Chriſti, cũ deſiderabant ignem cęleſtẽ mittere ſuper Samaritanos : ſed propter hoc fuerunt a dño reprehenſi. Exẽplum eſt de Petro in fine capituli. Vbi autem alia exempla inuenies,q̃ te videbis.

b ¶Vapulat.] ſup.5. q.5.non omnis.

c ¶Paucis.] Quædã enim ignorantia, q̃ parte excuſat, q̃ parte non, vt 30.q.1.de his.ſupra diſt.8.conſuetudo.

d ¶Odiſſe.] Cũ puer non poteſt odio haberi, non poteſt ut ingratus exhæredari,ut C. de inoff. teſta.ſi quis in ſuo.

e ¶Paratus.] ſup.ea. q.1.paratus.

f ¶Timerent.] Ergo quæ pœna magis timetur,illa eſt magis infligẽda.ſiue ſit pecuniaria,ſiue corporalis. ut 15. q.6.cognouimus. & c. de lapſis.& inf. ea.q.5. prod.ſt. & expreſsè dicitur ext. vt lit.nõ cõteſt.quoniam frequenter.in fi.

g ¶Diminueretur.] Quoſdam.n. Deus tollit de medio, ne malitia mutet intellectũ eorum, vt ſ. de pœ. diſt.1.§. verum hoc.

h ¶Sed odio.] ſ.c.q.c.q̃ Chriſtus cõtra.

i ¶Poſt aſcenſionẽ.] Illud,poſt, potius includit diem aſcẽſionis, quam excludit. nam alias nõ eſſent decem dies, niſi dies aſcenſionis computetur.76.diſt.ſcire.

uis multo rarius, quàm in veteri teſtamento: Ibi enim ex maiori parte ſeruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nã, & verbis Apoſtoli Petri Ananias, & vxor eius (ſicut in actib. Apoſtolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec reſuſcitati ſunt, ſed ſepulti.

Act. 5.

e ¶ Ea vindicta.] *Apud B. Auguſtinum, & Anſelmũ ſic legitur.* Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valeat etiam. Ipſa enim pertinet miſericordiam, nec impedit, &c.

¶ Seruus.] *Totus hic locus reſtitutus eſt ex Euangelio, & B. Auguſtino, multaque alia emendata.*

y ¶ Qua pater.] *In originali legitur*, qua pater in paruulum filium, quem &c

Item Auguſtinus contra Creſconium Grammaticum, lib. 3. c. 51.

¶ Quæ veritati contraria ſunt, Chriſtiani perſequi debent. C. LII.

Iuo p. 10. c. 61. Pann. l. 8. c. 15.

QViſquis [a] Chriſtianũ α (inquis) perſequitur; Chriſti eſt inimicus. [b] Verum dicis, ſi non β hoc in illo perſequitur, quod Chriſto eſt inimicum. Neq; enim Dominus in ſeruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum ſint vtrique Chriſtiani, non debent perſequi vitia Chriſtianę contraria veritati. An vero, ſi non perſequantur, non rei negligentię merito tenebuntur?

α ¶ Chriſtianum.] *Antea legebatur.* Quiſquis Chriſtianus iniquum non perſequitur. *Emendatum eſt ex originali. Sunt enim uerba Creſconij, quod etiam auctor gloſſe animaduertit.*

β ¶ Si non.] *Apud B. Auguſtinum eſt*, ſed hoc in illo. *Verum Iuo, & Pannormia cum Gratiano concordat.*

Item Auguſtinus ad Macedonium, epiſt. 52.

¶ Quemadmodum homo debet diligere proximum ſicut ſeipſum. C. LIII.

Iuo p. 10. & 62. Pan n. l. 8. c. 16.

DEbet homo diligere proximum tanquam ſeipſum: vt quem potuerit hominem, [c] vel beneficętiæ cõſolatione, vel informatione doctrinę, uel diſciplinę, coercitione adducat ad colendum Deum.

Item Auguſtinus ad Donatum presbyterum, epiſtola 204.

¶ De eodem. C. LIIII.

MAli ſunt prohibendi a malo, & cogendi ad bonum.

¶ *De hac re copioſa diſputat B. Auguſtinus in c. diſplicet. ſup. eadem. Hic vero ſumma illius diſputationis paucis verbis collecta eſt.*

Ex his omnibus colligitur, quod uindicta eſt inferenda non amore ipſius uindictæ, ſed zelo iuſtitiæ; non ut odium exerceatur, ſed ut prauitas corrigatur. Sed cum uindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte; quæritur, an ſit peccatum iudici, uel miniſtro reos morti tradere.

QViſquis.] CASVS. Creſconius Grammaticus dicebat, q̃ inimicus Dei erat, qui Chriſtianũ perſequebatur. Sed Aug. reſpondet, hoc eſſe uerum ſi ex odio perſequebat: ſed ſi perſequebatur ex charitate vitia quæ ſunt in Chriſtiano, Dei eſt amicus, qđ probat tribus exemplis, ſ. domini & patris, & mariti. Et not. quod a principio c. vſque ibi. Verũ ſunt uerba Creſconij: poſtea uero ſequuntur uerba Auguſt. quæ interrogatiue leguntur. Seq. c. patet.

a ¶ Quiſquis.] verba Creſconii.

b ¶ Inimicus.] Sup. 86. d. odio. ſup. ead. q. duo iſta.

c DEbet.] ¶ Hominẽ.] Arg. q̃ cum pecunia poſſumus aliquos alicere ad fidem, ut 7. ea. q. 7. quod autem. & 7. 45. diſt. qui ſincera. ſub tali enim cõditione poſſum⁹ aliquã ducere in uxorem, ut fiat Chriſtiana, 28. quæſt. 1. caue, &c. nõ oportet, & poſſum⁹ eos grauioribus penſionibus onerare ut conuertantur, inf. ead. quæſt. 6. iam uero. quod ſatis admitti poteſt. & ſic in talibus ſpiritualibus licite fit pactio, ubi agitur de cõuerſione alicuius ad fidẽ. & ſic non obſtat. 1. quæſt. 2. quam pio. Ioan.

Pactio qñq. licite ſit in ſpiritualib.

MAli.] EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis quòd vindicta eſt inferenda zelo iuſtitiæ, & non amore vindictæ, ſcilicet nõ ut odium exerceatur, ſed ut prauitas corrigatur. Cũ uindicta quandoque inferatur damnis rerum, quandoque flagellis. & quandoq; ipſa morte, quæritur, an peccet iudex uel miniſter reos occidendo.

misit ad inuitatos,& venire noluerunt,& ait seruo:[Exi in plateas ℓ,& vicos ciuitatis:& pauperes ac debiles,cę cos & claudos introduc huc. Et ait seruus domino: Factum est vt imperasti, & adhuc locus est, & ait dñs seruo;Exi in vias [a],& sepes,& compelle intrare,vt impleat domus mea:]Vide nunc,quemadmodũ de his, qui prius venerunt, dictum est introduc eos: nunc † dictum est compelle. Ita significata sunt ecclesiæ primordia adhuc crescentis,vt essent vires etiam compellendi. Luc.14. † al. non.

ℓ ¶Attende ergo.] *Locus hic (quemadmodum & multa alia in hoc capite) emendatus est ex B. Augustin. Antea legebatur*, Attende ergo, & considera, quòd non ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis diligatur.

m ¶In plateas.] *Sic emendatum est ex Euangelio B. Lucæ, expunctus duabus vocibus. Antea enim legebatur*, exi cito in vias,& plateas.

Idem super Ioannem, tractatu 11. ad c.3.

¶Hæretici vtiliter patiuntur, quæ catholici vtiliter inferunt. C. XXXIX.

QVando vult Deus concitare potestates aduersus hęreticos,aduersus schismaticos, aduersus dissipatores ecclesię,aduersus exsufflatores Christi,aduersus blasphematores baptismi;non mirentur, quia Deus concitat,vt a Sara [b] verberetur Agar:cognoscat se Agar [c], & ponat † ceruicem; quia cum humiliata discederet a dña sua,occurrit ei Angelus,& dixit; (Quid est Agar ancilla Saræ?) Cumquesta esset de domina;quid audiuit ab Angelo?(Reuertere ad dominã † tuã.) Ad hoc ergo affligit, vt reuertatur: atque vtinã reuertatur,quia proles eius, sicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem [d] tenebit. Mirantur autem, quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores ecclesiæ. Si nõ ergo mouerentur: quomodo redderent rationem de imperio suo Deo;Intẽdat charitas vestra, quid dicam,quia hoc pertinet ad reges sęculi Christianos, vt temporibus suis pacatam [e] velint matrem [f] suam ecclesiam habere, vnde spiritaliter nati sunt. *& paulo post*. ¶Nabuchodonosor rex decreuit dicens: (Quicumq; dixerint blasphemiam in Deum Sidrach,Misach, & Abdenago,in interitum erunt, & domus eorum in perditione.) Ecce quo modo sęuit rex alienigena, ne blasphemaretur Deus Israel,qui potuit tres pueros de igne liberare. Et nolunt, vt sęuiant reges Christiani,quia Christus exsufflatur, a quo non tres pueri,sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarũ igne liberatur. *& infra*. ¶Quomodo ergo isti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma,sed seipsos liberatos de gehenna? quando vident Christum a quo liberati sunt, exsufflari in Christianis? quando audiunt dici Christianos,dic te non esse Christianum?Talia facere uolunt,& saltem tali pati nolunt.Nam videte qualia faciunt, & qualia patiuntur;occidunt animas,affliguntur in corpore; sempiternas mortes faciunt,& temporales g se perpeti conqueruntur.

Idem contra literas Petiliani,lib.2.c.79.

Poly.l.7.tit.6. Aml.l.12.c.54. Iuo p.10.c.99.

† al. supponas.

Gen.21.

† al. domum.

Dan.3.

a ¶In vias.]idest,hereses & schismata.

Quando vult. CASVS. Hæretici mirabantur si ecclesia eos corrigebat, uel si sæculares iudices, uel principes monebantur ꝺ eos. Sed dicit Aug. ꝙ ipsi mirari non debent, si ecclesia, uel principes sæculares eos corrigant,& hoc probatur exemplo Saræ, quæ correxit Agar ancillam suam: sic, & ecclesia debet corrigere hæreticos. & exẽplo Nabuchodonotor, qui fecit edictum, ut quicunque dixerit blasphemiã in Deum Sidrac,Misae,& Abdenago, in interitum iret,& domus eius in dispersionem.

b ¶A Sara.] idest,ab ecclesia.

c ¶Agar.].i. conuenticula hæreticorum.

d ¶Hæreditatẽ.] ℑ. 22.q.4.recurrat: sed ℑ.22.q.4. dicat. cõt. Sed hic de cęlesti.ibi de hæreditate terrena,vt 1.q.4. Iudæi.

e ¶Pacatã.] Ad hoc enim cõstituti sunt principes, ut tueant ecclesias,ut inf. ead. quæst. 5. principes. & si noluerint tueri, possunt excommunicari, ut infra ead. quæstio. 5. administratores.

Principes ecclesias tueri debent.

f ¶Matrem.]sup.12. q.2. qui abstulerit, & 22.q.4.recurrat.

g ¶Temporales.] Vides ergo ꝙ hæretici sunt occidendi. primo tamen sunt admonendi.ℑ. ea. non inuenitur.in fi.& ℑ. q.5.si audieris.Qualiter sit rogendus, dixi 24.q.1.quæ domus in fi.

Qui

QVi peccat.] CASVS. Petilianus conquerebatur dicens qꝫ Christiani ipsum & alios hæreticos iniustè persequebantur, & ipsi se iustè defendebant a Christianis. sed ostendit August. qꝫ ecclesia Christianorum iustè persequitur ipsum, & alios hæreticos. Et hoc probat ex-

¶ Ecclesia hæreticos ratione persequitur. C. XL.

Iuo p.10.c.75.

QVi peccat, non peccat legis [a] auctoritate, sed cõtra legis auctoritatem. Quia vero interrogas me, quæ sit ratio persequendi; vicissim te interrogo, cuius sit nox in psalmo dicẽtis: [Detrahentem [b] secreto proximo suo, hunc persequebar.] Quære itaque persecutionis vel causam vel modum: & noli tanta imperitia generaliter malorum persecutiones † reprehendere, *& infra cap.82.* ¶ Non enim persequimur vos, nisi quemadmodum veritas persequitur falsitatem. *Item supra cap.10.* ¶ Petilianus dixit, si [c] Apostoli persecuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus? Augustinus respondit, possem quidem dicere ipsum satanam omnibus malis hominib. esse peiorem, cui tamen tradidit [d] Apostolus hominem in interitum carnis; vt spiritus sit saluus in die Domini Iesu: itemque alios de quibus dicit, [Quos tradidi satanæ, vt discant non blasphemare.] Et Dominus Christus flagellatos expulit de templo improbos mercatores, vbi etiam connexum est testimoniũ scripturæ dicẽtis, [Zelus [e] domus tuæ comedit me.] Ecce inuenimus Apostolum traditorem, [f] Christum persecutore. *& infra* c.19. ¶ Postremo, quare per violentissimas turbas etiam vltro improbi estis ecclesijs catholicis, vbi poteritis aduertere, quod innumerabilibus exemplis [g] res ipsa indicat? Sed dicitis vos, loca vestra defendere: & resistitis fustibus, & cædibus, quibuscumque potueritis. Quare ibi non audistis vocem Domini dicentis; [Ego autem [h] dico vobis, [i] non resistere malo?] [k] Aut si fieri potest, ut aliquando rectè per vim corporalẽ resistatur uiolentis, nec ideo præceptum violetur, quod audiuimus [l] a Domino: [Ego autem dico vobis, non resistere malo:] cur non etiam hoc fieri potest, ut per ordinarias, † & legitimas potestates [m] de sedibus, quæ illicitè vsurpantur, vel ad iniuriam Dei retinentur, pius expellat impium, & iustus iniustum? Neque enim eo modo [n] persecutionem passi sunt pseudoprophetę ab † Helia, quomodo ipse Helias à rege [o] nequissimo: aut quia flagellatus est Dominus a persecutorib. propterea passionibus eius comparandi sunt, quos ipse de templo flagellatos eiecit. Restat ergo, ut nihil aliud requirendum esse fateamini; nisi vtrum iustè, an impiè vos separaueritis a communione orbis terrarum. Nam si hoc inuentum fuerit, quòd impiè feceritis; non miremini, si non desunt ministri Deo, per quos flagelleminí, quia persecutionem patimini non

Psal.100.

¶ al. persecutores.

1.Cor.5.

1.Timot.1. Ioan.2.

Psal.11.

Matth.5.

† al. ordinatas.

† Adde qꝫ hæc præpositio, ab ponitur hic pro post, sicut glo. l. nemine. C. de dec. lib. 10.

3.Reg.18. & 19.

nouem exemplis, s. exemplo prophetæ dicentis: Detrahentem proximo suo, &c. & exẽplo Pauli, qui tradidit hominem satanæ in interitum carnis: & exemplo Christi, qui ementes & vendentes de templo flagellatos eiecit; & exemplo patris, & mariti, domini, & possessoris, iudicis, & regis. Et probat, qꝫ non debet se defendere auctoritate Domini dicentis; Ego autem dico uobis

Zelus domꝰ tuæ comedit me qualiter exponitur.

Hæreticis resistendũ est.

a ¶ Legis.] Si. 14.q.5.dixit.arg. contra 33.q.5.noluit.

b ¶ Detrahentem.] Q.d. manifestè vos possumus persequi, non latenter.

c ¶ Si. Idest, an.

d ¶ Tradidit.] Sicut nos tradimus hæreticos principibus.

e ¶ Zelus.] Zelus hic potest poni i bona vel mala significatione.

e ¶ Zelus.] Idest indignatio, quam habui erga eos pro domo tua: & quia dehonestabãt templũ tuum. 1.q.3. saluator. ver. pẽsandum. Vel zelus, i. amor, quem habui ad templum, comedit me. i. fuit mihi causa inuidię propter quem occiderunt me.

f ¶ Traditorem.] i. tradentem. Ioan.

g ¶ Exemplis.] Multa habes exẽpla ubi Christus fuit persecutus aliquos, ut supra ead. c. nimium, & cap. displicet.

h ¶ Ego autẽ.] Talis ẽ tensus huius literę, heretici obijciebant Augustino, qꝫ ecclesia eos pśequeretur contra præceptum Domini, q dixit: Nolite resistere malo, aut si fieri potest, &c. eandem auctoritatẽ retorquet Augustinus in eos: quia ipsi contra hoc faciebant, cum ipsi cædib. & fustibus resistebãt. Sed ad hoc ipsi respondebant: quia hoc faciebant sine offensione huius præcepti, defendendo se & suos. dicit ergo Augustinus, qꝫ multo magis p legitimas potestates possumus eos repellere de suis sedibus.

i ¶ Dico uobis.] Idest, in uos idem retorqueo.

k ¶ Malo.] Id est, ꝓ malum.

l ¶ Quod audiuimus.] Vt ipsi dicunt.

m ¶ Potestates.] Vult ergo August. quod quia auctoritate iudicis expellit aliquem a possessione sua, quod iuste possideat, sic ff. de acqui. poss. iustè. ff. quod metus causa. l. 3.

n ¶ Eo modo.] Quia Helias iniustè, & illi iustè, s. ead. §. sed obijcitur.

o ¶ A rege.] Scilicet Achab.

s ¶ Sicut

à nobis : sed sicut scriptum est, [a] ab ipsis factis vestris. *Et in libro de unitate ecclesiæ, cap.* 17. De persecutione vestra querela sedabitur, si cogitetis, & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioqui non laudabiliter diceretur: [Detrahentem secreto [b] proximo suo, hunc persequebar.] Nam quotidie videmus & filium de patre tanquam de persecutore suo conqueri, [c] & coniugem de marito, & seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel regem cum illi plerumque ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuiorum † pœnarum a grauioribus malis prohibeant, atque compescant: plerumque autem a bona vita, & a bonis factis minando, & sæuiendo deterreant. Sed cum a malo, & illicito prohibent; correctores, & consultores sunt: cum autem a bono, & licito; persecutores, & oppressores sunt. Culpantur etiam, qui prohibent a malo: si modum peccati modus [d] coercitionis excedat.

Psal. 100.

† *al. legimus.*

Idem in epist. 48 *ad Vincentium.*

¶ A regibus terræ contra inimicos suos auxilium petæ ecclesia. C. XLI.

NOn inuenitur [e] exemplum in Euangelicis, & Apostolicis literis, aliquid petitum a regibus terræ pro ecclesia [f], & contra inimicos ecclesiæ. Quis negat non inueniri? Sed nondum implebatur illa prophetia; [Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram: seruite Domino in timore.] Adhuc enim implebatur illud, quod in eodem psalmo paulo superius dicitur; [Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius.] Verumtamen si facta præterita in propheticis libris figuræ fuerunt futurorũ; in rege illo, qui appellabatur Nabuchodonosor, [g] vtrumque tempus figuratum est, & quod sub Apostolis habuit; & quod nunc habet ecclesia. Temporibus itaque Apostolorum, & Martyrum illud implebatur, quod figuratum est quando rex memoratus pios, & iustos cogebat adorare simulachrum, & recusantes in flammas mittebat. Nunc autem illud impletur, quod paulo post in eodem rege figuratum est, cum conuersus ad honorandum Deum verum, decreuit in regno suo, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. Prius ergo tempus illius regis significabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur [h] Christiani pro impijs. Posterius vero tempus † eiusdem significabat tempora posteriorum regum iam fidelium, quos patiuntur impij pro Christianis. Sed planè in eis, qui sub nomine Christi erant seducti a peruersis; ne forte oues Christi sint errantes, & ad gregem aliter reuocandæ sint, temperata seueritas, & magis mansuetudo seruatur: vt coercitione exiliorum, atque damnorum tribulatione admoneantur cõsiderare, quid, & quare patiantur: & discant præponere rumoribus [i], & calumnijs hominum scripturas, quas legunt. Quis enim nostrum, quis vestrum non

Psal. 2.

Dan. 3.

† *al. illius.*

[a] ¶ Sicut scriptũ est.] In libro sapientiæ. 1 b ¶ Secreto.] Idest, in absentia.

[c] ¶ Cõqueri. Secundum canones ergo filius potest cõqueri de patre, ut no. 2. q. 7. quæritur. 2 d ¶ Modus. Si enim prælatus excedit modum in corrigendo, deponi potest, vt 45. dist. cũ beatus. non tamen propter hoc dẽt petere veniam a subditis, quos correxit, ut 86. dist. quando. Io. de Fant.

a Et not. ſ. ſi eccleſiæ. ibi uides. Prælatus excedens modum in corrigendo deponi poteſt.

NOn inuenitur.] CASVS. Vincentius quæsiuit ab August. vbi inueniatur exemplum, q̃ ecclesia petierit auxiliũ a Regibus terræ contra inimicos. Et tñdet August. q̃ nõ inuenit in Euangelio, nec ĩ Apostolo illud exẽplum. Inueniuntur tamẽ duo exempla Nabuchodonosor regis, in quibus vtrumque significatur, scilicet primitiuæ ecclesiæ, in qua iusti ab impijs cogebant ad malũ: & ecclesiæ, quæ nunc est, in qua hæretici coguntur à Christianis non ad mortem, sed ad exiliũ uel damnũ rerum tẽporaliũ.

[e] ¶ Non inuenitur.] Hæc sunt uerba hæreticorum.

[f] ¶ Pro ecclesia.] Paulus tamen in sua ꝑsona 3 petijt, ut sup. quæstione 3. Maximianus.

3 Al. ſperſecutione.

[g] ¶ Nabuchodonosor.] Supra distin. 9. cap. 1.

[h] ¶ Patiebantur.] Tunc tẽporis persequebant impij Christianos, modo conuerso sit.

[i] ¶ Rumoribus.] Ar. q̃ propter rumores non

non ſit aliquis cogendus ad expurgationem, ut 11.qũ. tertia, in cunctis extra de eo.qui cog. conſang.uxo.ſuæ. ſuper eo.

a ¶ Sacrificia.] C.de ſacrifi.paga.l.1.

Potius quam doque prius ſignificat.

b ¶ Potius.] ideſt, prius, & ſic ponitur hæc dictio, potius.

laudat leges ab Imperatorib. datas aduerſus ſacrificia [a] paganorum? Et certe longe ibi pœna ſeuerior conſtituta eſt. Illius quippe impietatis capitale ſupplicium eſt. De vobis autem corripiendis, atque coercendis habita ratio eſt, qua potius [b] admoneremini ab errore diſcedere, quam pro ſcelere puniremini.

Item eiuſdem ad Bonifacium comitem, epiſt. 50.

¶ Malos eccleſia iuſtè perſequitur. C. XLII.

Poly.l.7.tit.11. Anſ.l.13.c.24. Gal.4.

SI eccleſia [c] vera ipſa eſt, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit; quærãt ab Apoſtolo, quam eccleſiam ſignificabat Sara, quando perſecutionem faciebat ancillæ. Liberam quippe matrem noſtram cęleſtem Hieruſalem, ideſt veram Dei eccleſiam, in illa muliere dicit fuiſſe figuratam, quæ affligebat ancillam. Si autem melius [d] diſcutiamus; magis illa perſequebatur Sarã ſuperbiẽdo, quàm illa Sara coercendo. Illa enim dominæ faciebat

Pſal.17. iniuriam; iſta imponebat ſuperbiæ diſciplinam. Deinde quæro, ſi boni, & ſancti nemini faciunt perſecutionem, ſed tantummodo patiuntur; cuius putant eſſe in pſalmo vocem, vbi legitur: (Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos; & non conuertar, donec deficiant.) Ergo ſi verum dicere, vel agnoſcere volumus: eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt [e] impij eccleſiæ Chriſti, & eſt iuſta perſecutio, quam faciunt impijs eccleſiæ Chriſti. Iſta itaque beata eſt, quæ perſecutionem patitur propter iuſtitiam; illi vero miſeri, qui perſecutionem patiuntur pp iniuſtitiam. Proinde iſta perſequitur diligendo; illi ſæuiendo: iſta ut corrigat; illi vt euertant: iſta vt reuocet ab errore; illi vt præcipitent in errorem. *& infra:* ¶ Quod autem dicunt, qui contra ſuas impietates leges iuſtas inſtitui nolunt, non petiſſe a regibus terræ

Pſal.2. Apoſtolos talia; non conſiderant aliud fuiſſe tunc tempus, & omnia ſuis temporibus [f] agi. Quis enim tunc in Chriſtum crediderat Imperator? qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo ſeruiret? quando adhuc illud propheticum implebatur: (Quare fremuerũt gẽtes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in unum aduerſus Dñm & aduerſus Chriſtum eius.) Nondum autem agebatur quod paulo poſt in eodem pſalmo dicitur: (Et nũc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrã. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.) Quomodo ergo reges Domino ſeruiunt in timore; niſi ea, quæ contra iuſſa Domini fiunt, religioſa ſeueritate prohibẽdo, atque plectẽdo? Aliter enim ſeruit quia homo eſt, aliter quia etiã

Sara perſequebatur ancillam.

ſequitur hęreticos: hęretici uero iniuſte pſequunt eccleſiã. Sed obijciebãt, ꝙ Apoſtoli a regib. terræ contra inimicos nunquam auxiliũ petierunt. Et reſpondet Aug. aliud tẽpus fuiſſe tunc, & aliud modo tunc enim reges erãt infideles, hodie uero Chriſtiani reperiũtur. Et ad hoc probandũ duas auctoritates Prophetæ inducit.

c ¶ Si eccleſia.] Dicebant hæretici, ꝙ eccleſia poſſ deberet pati perſecutionẽ, q facere? quod improbat Aug. exẽplo Saræ, quæ ſignificat eccleſiam, quę perſequebatur ancillam. Item probat auctoritate illa. Perſequar inimicos, & cõprehendam illos, & ca. 2. dicit quandã perſecutionem iuſtam, quandã iniuſtam.

d ¶ Melius. Proprie dicitur perſequi, q ad malum perſequitur, ut inf. e. qõ. 5. non uos, & ideo dicit, melius, ideſt, ſubtilius; uidetur tamẽ ex loco iſto, ꝙ dominus nõ poſſit facere iniuriam ſeruo ſuo: argum. ſup. eod. qui peccat. ſi fi. æque enim punitur dominus interficiẽdo ſeruum ſuum, ſicut liberũ hominem, ut 50.d. ſi qua fęmina. Et ſic dico fm canones, ꝙ filius poteſt agere contra patrẽ & econuerſo, ut 2. q.7. quæritur ſic poteſt dici, quòd ſeruꝰ poteſt agere contra dominum de iniuria ſibi facta, ſi ſine cauſa ſæuiat in ipſũ dominus, uel ſi immoderate ſæuiat, licet aliud ſit ſecundum leges. C.de emend. ſeruo. l.uni-

Filius cõtra patrẽ, & ecõuerſo, agere poteſt.

Seruus põt agere contra dominum.

tius. extra de ſpon. requiſiuit. bene enim puniuntur hæretici ſi non reſipiſcant, ut ſup. ea. quando uult, in fi.

SI eccleſia.] CASVS. Auguſt. ſuadebat Bonifacio comiti, ut hæreticos perſequeretur, quod cũ facere

ea. Nam & pater agit contra filium contumacem, ut C. de pat. poteſt. l.1.

e ¶ Faciunt.] ideſt, facere debent.

f ¶ Temporibus.] Concordat tempora, & concordabis ſcri-

Digitized by Google

scripturas. vt 2.q.1.§ scripturas. Scripturas concordabis si et poca cõcordes.

a ¶ Quia homo.] Et no. q̃ aliud facit qs in eo q̃ rex, & aliud facit in eo q̃ homo. sic 3. ea. dno ista sic extra de elect. quod sicut. in fi. 1 ff. qđ cuiusl. vniuer. l. item ff. qfi. app. fit. l. 1. Io. 1 §. præterea & c. cũ inter vniuersas, in fi. vbi de hoc & est fi. 16. q. 1. superiꝰ. iuxta fin.

Quæst-

& rex est. Quia homo [a] est; ei seruit viuendo fideliter. Quia vero etiam rex est; seruit leges iusta præcipientes. & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo. a ¶ Et est iusta.] *Addita sunt hæc vsque ad ver.* Ista itaque. *& multa alia ex ipso originali emendata.*

Idem in eadem epistola.

¶ Exemplo Christi, mali cogendi sunt ad bonum. C. XLIII.

QVis nos potest amplius amare, quàm Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis? Et tamen, cũ Petrum, & alios Apostolos solo verbo vocasset: Paulum, prius Saulum, ecclesiæ suę postea magnum ędificatorẽ, sed horrendum antea vastatorem, non solum voce compescuit, verumetiam potestate prostrauit, atq; in infidelitatis tenebris sæuientem, ad desiderandum lumen cordis, vt surgeret, prius corporis cæcitate percussit. Si pœna [b] illa non esset; non ab ea postmodum sanaretur, & qsi apertis oculis nihil videbat, si eos saluos haberet, nõ ad impositionem manus Ananiæ, vt eorum aperiretur obtutus, tanquam squamas, quibus clausus fuerat, inde cecidisse scriptura narraret. Vbi est, quod isti clamare cõsueuerunt, liberum est credere, vel non credere: cui vim Christus intulit? quem cogit? Ecce habent Paulum Apostolum: agnoscant in eo prius cogentem [c] Christum, & postea docentem: prius ferientem & postea consolantem. Mirum est autem, quomodo ille, qui pęna corporis ad Euangelium coactus intrauit, plus illis oĩbus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit, & quẽ maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras misit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia perditos filios, vt redirent; si perditi ß filij coegerunt alios, vt perirent?

Poly. ibidem. Aust. l. 13. c. 16. Ioan. 10. Matth. 4. Act. 9.

inf. 23. q. 6. schismatici.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 4.

ß ¶ Si perditi.] *Hæc vsque in finem sunt addita ex originali, & alia emendata.*

Item contra Faustum, lib. 22. c. 79.

¶ Non crudelitate, sed dilectione Moyses populum flagellauit. C. XLIIII.

Beda 1. Cor. 5.

QVid crudele [d] Moyses aut mandauit, aut fecit; cum commissum sibi populum sancte zelans, & uni uero Deo subditum cupiens, posteaquam cognouit ad fabricandum, & colendum idolum defluxisse, mentemq; impudicam prostituisse dęmonib. in paucos eorum vindicãs gladio, quos Deus ipse, quẽ offenderant, alto, & secreto iudicio feriẽdos voluisset, mox feriri, & in prẽsenti salubriter terruit, & disciplinã in posterum sanxit? Nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse q̃ fecit, quis nõ in verbis [e] eius agnoscat orãtis pro peccato eorũ & dicentis, (Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin aũt, dele me de libro tuo:) *& infra.* ¶ Sic plane, & Apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hoĩem satanæ in interitum carnis, ut spiritus eius saluus sit in die Dñi Iesu: tradidit, & alios, ut discerent nõ blasphemare.

Poly. ibidem. Aust. l. 13. c. 1. Exo. 32.

1. Cor. 5. 1. Timoth. 1.

a ¶ Quia homo.] Et no. q̃ aliud facit qs in eo q̃ rex, & aliud facit in eo q̃ homo. sic 3. ea. dno ista sic extra de elect. quod sicut. in fi. 1 ff. qđ cuiusl. vniuer. l. item ff. qfi. app. fit. l. 1. Io. 1 §. præterea & c. cũ inter vniuersas, in fi. vbi de hoc & est fi. 16. q. 1. superiꝰ. iuxta fin.

b ¶ Si pęna.] Q. d. si non præcessisset pęna, non esset opus laboratione.

c ¶ Cogẽtem.] istud quod de Paulo dicit, sola diuina voluntate factum fuit. nam nullus cogitur recipere fidem, sed receptam cogitur retinere. ut 45. dist. de Iudæis. 32. q. 1. integritas M.

d ¶ Quid crudele.] phas exẽplo Moysi ecclesiã nõ esse crudelẽ, si hæreticos ad se venire cõpellat.

e ¶ In verbis.] Arg. ex antecedentib. probari sequentia. sic 3. 23. dist. peruenit 34.

Digitized by Google

QVæſitum.] CASVS. Quæſitum fuit ab Innocentio, vtrum illi, qui poſt baptiſma ſæua officia exercuerunt, vel decapitando latrones, uel capitalem ſententiã proferendo peccauerunt hoc faciendo. Et reſpondet q̃ non: quia a Deo huiuſmodi poteſtates ſunt conceſſæ: &c

Item Innocentius Papa, epiſt. 3. ad Exuperium epiſcopum Tholoſanum, cap. 3.

¶ Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut tormenta exercent, aut capitalem ſententiam ferunt.

C. XLV.

QVæſitum eſt [a] etiam ſuper his, qui poſt baptiſmum adminiſtrauerunt, & aut tormẽta [b] ſola † exercuerunt, [c] aut etiam capitalẽ protulere [d] ſententiã. Nihil [e] de his legimus a maioribus diffinitum. Memineramt.n.a Deo poteſtates has fuiſſe conceſſas, & propter vindictã noxiorum, gladium fuiſſe permiſſum, & Dei eſſe miniſtrum α vindicem [f] in huiuſmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore ‖ Deo viderẽt eſſe conceſſum? De his ergo, vt hactenus ſeruatũ eſt, ſic habeamus; ne aut diſciplinã [h] euertere, aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipſis autem in reddenda ratione, geſta ſua omnia ſeruabuntur.

† *al. fama.*

Rabanus pœni. c. 6. Burch. l. 6. c. 44. Iuo p. 10. c. 94.

Rom. 13.

α ¶ Miniſtrum.] *Sic emendatũ eſt ex originali, & Iuone. Antea legebatur,* & Dei miniſterio eſſe datum in huiuſmodi uindices. *Gloſſa autem optime etiam conuenit voci,* uindicem.

Idem in eadem epiſtola, c. 5.

¶ Immunis eſt dictator a culpa, cum legum auctoritas in improbos exercetur.

C. XLVI.

ILlud etiam ſiſcitari voluiſti, an preces dictantib. [i] liberũ concedatur vtiq; poſt baptiſmi regenerationẽ a principibus poſcere [k] mortẽ alicuius, vel ſanguinem de reatu. Quam rem principes nunquam ſine cognitione concedunt: ſed ad iudices [l] commiſſa ipſa, vel crimina ſemper remittunt, vt cauſa cognita vindicentur: ß quæ cum quæſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negotij qualitate profertur. Et dum legũ auctoritas in improbos exercetur, erit dictator immunis.

Iuo p. 10. c. 94.

ß ¶ Vindicẽtur.] *Emendatũ eſt ex originali. Antea legebatur,* vindicẽt, qui cũ quæſituri fuerint delegata, &c.

Item Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib. 7. indict. 1. epiſt. 5.

¶ In correctione malorum Deus omnipotens placatur.

C. XLVII.

SI quos igit violentos, ſi quos adulteros, ſi quos fures, vel alijs prauis actib. ſtudere cognoſcitis: Deum de corũ α correctione placare feſtinate: ut per vos ß flagel-

Anſ. l. 13. c. 24.

& propter uindictam malorum gladius eſt permiſſus a Deo.] Super his.] Ideſt de his.] Diſciplinam. Ideſt, exilium, vel correctionem.

a ¶ Quæſitum eſt.] Vtrum peccent, &c.

b ¶ Aut tormenta.] De talibus autem an poſſint promoueri, habes 5 1. d. in ſumma.

c ¶ Exercuerunt.] Executores.

d ¶ Protulere.] Vt iudices.

e ¶ Nihil.] Ideſt, non hoc quòd peccent, quia reuera non peccant, ſi amore iuſtitiæ faciunt, ut ſup. eaſ. q. 5. ſi homicidium.

f ¶ Vindicem.] Ideſt iudicem.

g ¶ Auctore.] Sic 26. d. deinde ſi. 14. q. 5. dixit.

h ¶ Aut diſciplinam.] Quod faceremus, ſi eos diceremus peccare.

I ILlud etiam.] CASVS. Archiepiſcopus Toletanus quæſiuit ab Innocentio utrum peccent officiales, q̃ poſt baptiſma decapitant criminoſos. Et reſpondet, q̃ principes ſine cauſa mortẽ non infligunt: imò conſueuerunt committere iudicib. criminoſos iudicando: quos ſi iudices condẽnauerint, erit officialis immunis ipſos iterficiẽdo. Vel dictãtes preces.] intelligas tabellionis qui ſententiam dictant: vel porrigunt preces accuſatorum principi de morte alicuius.

i ¶ Dictantib.] Extra ne clc. uel mon. ſententiam.

i ¶ Dictantibus.] i. aſſeſſoribus: quorũ officium cõſiſtit in libellis dictãdis, ut ff. de off. aſſeſſ. l. 1. de hoc. n. dubitabatur, an aſſeſſor eẽt reus, qui daret cõſilia de morte alicuius uel loquatur de executoribus: uel de notariſs.

Aſſeſſoris officium.

k ¶ Poſcere.] i. de morte poſtulata cõſilium dare 1.

l ¶ Sed ad iudices.] Hic habes, q̃ gladij poteſtas delegatur: quod eſt cõtra id ff. de off. procõ. ſoliẽt. ſecundum leges nõ poteſt iudex delegare cauſam criminalẽ, ff. nõ poſſe adeſſe, ut ff. de offi. eius cui mand. eſt iuri. l. 1. ſecundũ canones ſecus, ut hic, & 2. qũ. 7. ſicut 2 & extra de offic delegat. venerabili princeps tamen paſſim poteſt delegare cauſam criminalem, ut ff. de teſt. l. 3. §. idem diuus.

1 Vel dic, poſcere. i. a principib poſtulatam infligere, ſic intelligas hoc c. de iudicibus ſm Laur. Vel dic, poſcere. i. deferre, uel denũciare aliquẽ uerũ criminis capitalis quia eis licitũ eſt, C. de accuſ. l. eadẽ quidem. Sed hic non quæritur an illicitẽ, ſed an irregularitatis & dẽ q̃ non, ut in præced. cap.

SI quos.] CASVS. In Francia erant multi fures, adulteri, & raptores: quare Grego. mandat Brunichildæ reginæ Francorum, ut eorum uiolentiam, & malitiam refrænet ne Deus inducat flagellum gentium perfidarum, quod ad uindictam multarum nationum eſt excitatum: ut quos præcepta Dei non reuocant, nec ſe emẽdant, interimat peſtis belli.

lum [a] perfidarum gentium (quod quantum videmus, ad multarum nationum vindictam excitatum eſt) non inducat: ne ſi quod non credimus, diuinæ vltionis iracundia ſceleratorum fuerit actione commota; belli peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocant.

α ¶ De eorum.] *Sic reſtitutum eſt ex uarijs codicibus epiſtolarum B. Gregorij. Antea erat*, Deorum.

β ¶ Per vos.] *In originali eſt*, ſuper vos, *ſed obgloſſam in uer. flagellum non eſt mutatum.*

Idem Gennadio patritio, & Exarcho Africæ, lib. 1. epiſtol. 72.

¶ Eccleſiaſticæ religionis inimici etiam bellis ſunt coercendi. C. XLVIII.

SIcut excellentiam veſtram hoſtilib. bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce fulgere, ita oportet etiam inimicis eccleſiæ eius omni viuacitate mentis, & corporis obuiare: quatenus eius ex vtroque triumpho magis ac magis eniteſcat opinio: & cum forenſibus bellis, aduerſarijs catholicę eccleſiæ pro Chriſtiano populo vehementer obſiſtitis, & eccleſiaſtica prælia ſicut bellatores Domini fortiter dimicatis. Notum eſt. n. hæreticæ religionis viros, ſi eis, quod abſit ſuppetit, nocendi licentia, contra catholicam fidem vehementer inſurgere: quatenus hæreſeos ſua venena ad tabefacienda, ſi valuerint, Chriſtiani corporis membra trãsfundant. Cognouimus enim eos cõtra Catholicam Eccleſiam, Domino eis aduerſante, colla ſubrigere, & fidem velle Chriſtiani nominis inclinare: ſed eminentia veſtra conatus eorum comprimat, & ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis premat. Concilium vero catholicorum epiſcoporũ admoneri præcipite, vt Primatem non ex ordine [b] loci, poſtpoſitis vitę meritis faciat: quoniam apud Deũ non gradus elegantior, ſed vitę melioris actio comprobatur. Ipſe vero Primas nõ paſſim (ſicut moris eſt) p villas, ſed in vna, iuxta eorum electionem, ciuitate reſideat: quatenus adeptę dignitatis meliori ingenio reſiſtendi Donatiſtis poſſibilitas diſponatur. Ex concilio uero Numidię, ſi qui deſiderauerint ad Apoſtolicam ſedem venire, permittite; & ſi, quilibet eorum vię contradicere voluerit; † obuiate. Magis profecto excellẽtię veſtrę apud creatorem gloria proficit, ſi per eam diſperſarum eccleſiarum potuerit ſocietas reſtaurari. Cum enim largita munera ad nominis ſui gloriam conſpicit reuocari; tanto largiora [c] tribuit, quanto per eum religionis ſuę dignitatem viderit ampliari. Perſoluentes præterea paternę charitatis affectum, Dominum petimus, quòd † brachium veſtrum ad comprimendos hoſtes forte efficiat, & mentem veſtram fidei ¦ zelo † velut mucrone gladij vibrantis exacuat.

Idem ad eundem, lib. 1 epiſt. 73.

¶ Merito fidei, bellorum paratur victoria. C. XLIX.

SI nõ ex fidei merito, & Chriſtianę religionis gratia, ſtãta excellentię veſtrę bellicorum actuum proſperi-

Anſ. l. 13. c. 29.

1. Reg. 18.

† al. potuerit.
† al. Magna.

† al. quę.

† Abeſt ab oti.

Burc. l. 15. c. 18. Anſ. l. 13. c. 30. Iuo p. 16. c. 19.

a ‡ Flagellũ.] Arg. propter negligentiam paſtoris, vel et propter peccata aliquorũ mittit Deus flagella, ut 7. q. 1. ſi quis.

SIcut excellẽtiã.] CASVS. Hoc. diuidit in tres partes. In prima par. rogat Gregor. Gennadium Patritiũ, vt ſicut hactenus pugnauit cõtra hoſtes, ita & nũc pugnet contra hæreticos, qui contra catholicam eccleſiam colla ſubrigere uolunt. In ſecunda parte rogat, vt concilium epiſcoporum faciat cõgregari, quatenus primatem eligant: qui non dẽt eligi ex loci dignitate, eo q; ſi in maiori dignitate cõſtat: ſed qui maioribus meritis adornatur, qui non per uillas, ſicut moris eſt, ſed in una ciuitate reſideat, ut Donatiſtis fortius reſiſtere ualeat. In 3. par. rogat, vt ſi aliq epi de Numidia uolũt Romã uenire, permittat eos uenire, & obuiet uolentib. contradicere ipſis. Secunda pars incipit ibi, Concilium. Tertia ibi, Ex cõcilio uero. Quatenus eius.] ſcilicet excellentiæ.

b ‡ Nõ ex ordine.] Nec eſt conſiderandum quis maior ſit in loco uel ordine: ſed quis ſit iuſtior, ut 40. d. non loca & c. multi. in fi. arg. cõtra. ea. d. c. vlt. & penult. Ioan. 1.

c ‡ Largiora.] Sic 16. q. 1. reuertimini. Ioan. 1. Et ſup. 1. q. 7. iudices. & 16. diſt. ſi gens Arch.

SI nõ ex.] CASVS. Greg. de duob. in hoc ca. commendat Gennadiũ Patritiũ. Primo cõmendat cũ ex eo q; victorias ſuas faciebat non p corporalẽ prouidentiã, ſed magis orationib. præuenientib⁹: qđ in aliis ducibus non contingit. & q; facit non cauſa fundẽdi ſanguinis, ſed potius cauſa reipublicæ dilatandæ. i. eccleſiæ. Secũdo cõmendat eum, eo q; quæ-

Quædam patrimonia beati Petri nudata cultoribus, Dacorum habitatoribus reſtaraſſet. [Opinio.] Ideſt, forma: quæ opinio loquitur: [Bella nos, &c. & litera ſic ordinata non errabis.

tas eueniret, nõ ſummopere miranda [a] fuerat: cum ſciamus, hæc etiam antiquis bellorum ducibus fuiſſe cõceſſa. Sed cum futuras, Deo largiente, victorias non carnali prouidentia; ſed magis orationibus præuenitis, fit, ut hoc in ſtuporem veniat, quod gloria veſtra non terreno conſilio, ſed Deo deſuper largiente deſcendat. Vbi enim meritorum veſtrorum loquax non diſcurrit opinio? quę & bella vos frequenter appetere non deſiderio fundendi ſanguinis, ſed dilatandæ cauſa reip. in qua Deum coli conſpicimus, loquitur: quatenus Chriſti nomen per ſubditas gentes fidei prædicatione circumquaq; diſcurrat. Sicut enim exteriora vos virtutum opera eminentes in hac vita conſtituunt: ita & interna morum ornamenta ex corde mundo procedentia in futuram [a] vitam cœleſtium gaudiorum participatione glorificant. Plurima enim pro paſcendis ouibus beati Petri Apoſtolorum principis excellentiam veſtram præſtitiſſe dicimus: ita vt non parua loca patrimonij eius proprijs nudata cultoribus, largitis [b] Dacorum & habitationibus reſtauraueritis. Quicunque igitur hic illi Chriſtianiſſima † mente confertis; horum retributionem per ſpem in futuro iudicio ſuſtinetis [c].

† al. Chriſtiana.

a ¶ Futuram.] *In duobus codicibus epiſtolarum legitur,* in futurorum gaudiorum participatione. *in vno vere manuſcripto,* in futura cæleſtium gaudiorum participatione. *In codice tamen Vaticano legitur quemadmodum apud Gratianum.*

Rom. 14.

ß Dacorum.] *In libris epiſtolarum impreſſis, & duobus manuſcr. legitur.* datitiorũ. *In aliquot vero antiqs Gratiani exemplaribus eſt.* Dacorũ vel aliorũ habitationib.

8 *Breuiter monſtratum eſt, quid boni laudabiliter perſequuntur malos, & mali damnabiliter perſequuntur bonos. Illud autem Apoſtoli: [Tu autem quis es, qui iudicas alienum ſeruum?] de alieni cordis occultis intelligendum eſt. Quid vindicta inferri poſſit, monſtratũ eſt. Nunc reſtat oſtendere, quod debet inferri: & quod magis diliguntur illi, qui puniuntur, quam qui impuniti relinquũtur: qđ vtrumq; multorũ auctoritate probatur.*

Ait enim Auguſtinus.

¶ Ad iram Deus prouocatur, cum mala puniri differuntur. C. L.

Iosue 22.
† al. Achan.

Si ea [γ], de quibus vehementer Deus offenditur, inſequi, vel vlciſci differimus [d], ad iraſcendum vtique diuinitatis patientiam prouocamus. [Nonne Achor † [e] filius [f] Zaræ præterijt mandatum Domini, & ſuper omnẽ populum Iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus [g] perijſſet in ſcelere ſuo.

γ ¶ Si ea.] *Vſque ad ver.* prouocamus *ſunt in regeſto B. Gregorij lib. 2. indictione 11. epiſt. 27. ſcripta. Martino* † *abbati, & Renenato Notario. Reliqua vero non ibi leguntur, ſed ſunt verba ſacræ ſcripturæ. 22. Ioſue.*

† al. Mariniano.

a ¶ Non ſummopere miranda.] q. d. hoc eſt mirandum, quod victoriam ſolis orationibus obtinuiſtis.

ADDITIO. Ad idem 61. dist. aduertamur. Sed quod hic dicit poſt politis meritis, ſolum cõtritum nec cruentem fidem, & confeſſionem. & cum ab hac l. differe, §. vlt. Voluit dicere de dignitate ordinum: hic de celſitudine ſedium, ſeu locorũ, ſecundum ſanctos.

b ¶ Largitis. Ideſt, ibi poſitis.

c ¶ Suſtinetis. Ideſt, expectabitis Ioan.

PREVITER. Hæc eſt 3. pars q. in qua probatur præmissor auctoritates, vindicta debere fieri. qa magis delectatur qui punitur, quam qui peccat, & non punitur. & eſt hic tendens q. Ioan. de Fan. CASVS. Concludit G. ex ſupradictis, q boni iuſte malos perſequuntur: & non e conuerſo. Poſtea reſpondet auctoritate Pauli, quam habuimus ſup. eod. quæſt. j. §. dicens eam eſſe intelligendam de occultis delictis, & dicit monſtratum eſſe ſu. q vindicta poſſit inferri. Nunc vero oſtendit. q vindicta debet inferri: & ad vtrumq; probat. in inducit capitula ſequentia.

SI ea de quibus.] CASVS. Oſtendit. hic Auguſt. quod non debemus eſſe negligentes ad vindicandum: qua occaſione & peccato vnius itaſcitur Deus vniuerſo populo, quod probat exemplo Achor.

d ¶ Differimus.] ſu. e. ſi is qui 5. 27. d. qa ſunt culpæ.

e ¶ Nonne Achor.] ſupra 1. q. 4. 6. item peccato Achor.

f ¶ Filius.] ideſt, nepos.

g ¶ Solus. Negatiue expoſitur. ideſt. vtinam non perijſſent plures. ſi. 1. q. 1. iudices 1 arg. tamen contra. quia videtur, q potius debuit parcere nocenti, quam punire innocentem propter nocentẽ, ut 11. quæſt. 5. de cetero & ff. de pœnis. abſentẽ.

1 Et 26. q. 5. epiſcopi.

Digitized by Google

Item Augustinus de sermone Domini in monte, lib.1. c.37.& 38.

¶Vindicta,quæ ad correctionem valet,non est prohibenda. C. LI.

EA vindicta α,quæ valet ad correctionem, non prohibetur.Quę etiam ad misericordiã pertinet, nec impedit illud propositũ, quo quisq; paratus est ab eo, quẽ correctum esse vult,plura perferre: sed huic vindictę referendæ non est idoneus [a], nisi qui odiũ, quo flagrare solent,qui se vindicare desiderãt, dilectionis magnitudine superauerit. Non enim metuẽdum est,ne odisse paruulũ filium parentes videantur,cum ab eis vapulat [b] peccãs, ne peccet vlterius. Et certè perfectio dilectionis, ipsius Dei patris imitatione nobis proponitur, cum in sequẽtibus dicitur :[Diligite inimicos vestros,bene facite his,q oderunt vos,& orate pro eis,qui vos persequuntur.] Et tñ de ipso dñ per Prophetam:[Quem enim diligit Dominus,corripit:flagellat aũt omnem filium,quem recipit.] Dicit etiam Dñs:[Seruus β, qui nescit voluntatem domini sui,& facit digna plagis,vapulabit paucis [c];seruus autem,qui scit voluntatem dñi sui,& facit digna plagis,vapulabit multis.] Nõ ergo q̃rit,nisi ut & ille uindicet, cui rerum ordine potestas data est,& ea voluntate vindicet, qua pater γ paruulũ filiũ flagellat,quem per ætatem odisse [d] nondũ põt. Hinc enim aptissimum † exemplum dat, quo satis appareat posse peccatũ amore potius vindicari, quàm impunitũ relinqui, vt illum ,in quem † vindicat, non pœna miserum,sed correctione beatum velit: paratus [e] tñ,si opus est, æquo animo plura tolerare ab eo illata,quem vult esse correctum, siue in eum habeat potestatem coercendi,siue non habeat. ¶Magni aũt,& sancti viri,quamquam † optimè scirent, mortem istã, quæ animam dissoluit a corpore, formidandã non esse,ſm eorũ tamen animum, qui illam timerent [f]; nonnulla peccata morte punierunt:quo & viuentibus vtilis metus incuteretur: & illis,qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret,sed peccatum,quod augeri posset,si viuerẽt, [diminueretur † g.Nõ temere illi iudicabant,quibus tale iudicium donauerat Deus. Inde est, ꝙ Helias morte multos affecit & propria manu, & igne diuinitus impetrato: cum † & alij multi, & magni viri eodem spiritu cõsulendo rebus humanis nõ temere fecerint †.De quo Helia cũ exemplum dedissent discipuli Domino cõmemorantes, quid ab eo factum sit,vt etiam ipsis daret ptãtem petendi de cœlo ignem ad consumendos eos, qui sibi hospitium non præbuerant † ; reprehendit in eis Dominus nõ exemplum prophetæ sancti, sed ignorantiam vindicãdi, quæ adhuc erat in rudibus : animaduertens eos,nõ amore correctionem, sed odio [h] desiderare vindictam. Itaque postquam eos docuit,quid esset diligere proximum tanquam seipsum, infuso etiam Spiritu sancto, quem decem diebus completis post ascensionem [i] suã desuper, vt promiserat,misit,non defuerunt tales vindictæ; quam

Anſ.l.13.c.2. Iuo p.10.c.60.

Matt.5.

Prouer.3.

Luc.12.

† al.apertiſſimum.

† al.quem.

C.38.

† al.quidam.

† abest ab or. 3.Reg.18.& 4.1.

† al.quod.

† al.fecerunt. Luc.9.

† al.præbuerat.

Matth.22. Act.2.

a ¶Vindicta.]CASVS.Ostendit Augustin.in hoc c.ꝙ prælati, vel iudices malos punire debent animo corrigendi,& ex dilectione:& hoc probat quinq; exemplis,scilicet patris & Christi,& quorundã sanctorum vet.test. & Heliæ,& Petri,sed non debẽt vlciscẽdi animo punire: sicut volebant facere discipuli Christi,cũ desiderabant ignem cęlestẽ mittere super Samaritanos : sed propter hoc fuerunt a dño reprehensi. Exẽplum est de Petro in fine capituli. Vbi autem alia exempla incipiant,ꝑte videbis.

a ¶Idoneus. Arg.ꝙ nullus potest esse iudex nisi habeat charitatem, & mansuetudinem.45.dist.disciplina.

b ¶Vapulat.] sup.5.q.5.non omnis.

c ¶Paucis.] Quædã enim ignorantia ,ꝑ parte excusat,ꝑ parte non, vt 10.q.1.de his.supra dist.8.consuetudo.

d ¶Odisse.] Cũ puer non potest odio haberi , non potest ut ingratus exhæredari,ut C. de inoff. testa.si quis in suo.

e ¶Paratus.]sup.ea.q.1.paratus.

f ¶Timerent.] Ergo quæ pœna magis timetur,illa est magis infligẽda.siue sit pecuniaria,siue corporalis. ut 16.q.6.cognouimus . & c. de lapsis.& inf. ea.q.5. prod.fi . & expresè dicitur ext. vt lit.nõ cõtest.quoniam frequenter.in fi.

g ¶Diminueretur.] Quæstiam.n.Deus rapit de medio, ne malit.a mutet intellectũ eorum, vt j. de pœ. dist.1.§.verum hæc.

h ¶Sed odio.]ſ.e.q.c.qđ Christus cõtra.

i ¶Post ascensionẽ.] Illud,post, potius includit diem ascẽsionis, quam excludit. nam alias non essent decem dies , nisi dies ascensionis computarentur.76.dist.fere.

Digitized by Google

uis multo rarius, quàm in veteri teſtamento: Ibi enim ex maiori parte ſeruientes timore premebantur: hic autem maxima dilectione liberi nutriebantur. Nã, & verbis Apoſtoli Petri Ananias, & vxor eius (ſicut in actib. Apoſtolorum legimus) exanimes ceciderunt, nec reſuſcitati ſunt, ſed ſepulti.

Act. 5.

α ¶ Ea vindicta.] *Apud B. Auguſtinum, & Anſelmũ ſic legitur.* Neque hic ea vindicta prohibetur, quæ ad correctionem valeat etiam. Ipſa enim pertinet miſericordiam, nec impedit, &c.

¶ Seruus.] *Totus hic locus reſtitutus eſt ex Euangelio, & B. Auguſtino, multaque alia emendata.*

γ ¶ Qua pater.] *In originali legitur*, qua pater in paruulum filium, quem &c

Item Auguſtinus contra Creſconium Grammaticum, lib. 3. c. 51.

¶ Quæ veritati contraria ſunt, Chriſtiani perſequi debent. C. LII.

Iuo p. 10. c. 61. Pan. l. 8. c. 15.

QViſquis [2] Chriſtianũ α (inquis) perſequitur; Chriſti eſt inimicus. [b] Verum dicis, ſi non β hoc in illo perſequitur, quod Chriſto eſt inimicum. Neq; enim Dominus in ſeruo, pater in filio, maritus in coniuge, cum ſint vtrique Chriſtiani, non debent perſequi vitia Chriſtianę contraria veritati. An vero, ſi non perſequantur, non rei negligentię merito tenebuntur?

α ¶ Chriſtianum.] *Antea legebatur.* Quiſquis Chriſtianus iniquum non perſequitur. *Emendatum eſt ex originali. Sunt enim uerba Creſconij, quod etiam auctor gloſſæ animaduertit.*

β ¶ Si non.] *Apud B. Auguſtinum eſt*, ſed hoc in illo. *Verum Iuo, & Pannormia cum Gratiano concordat.*

Item Auguſtinus ad Macedonium, epiſt. 52.

¶ Quemadmodum homo debet diligere proximum ſicut ſeipſum. C. LIII.

Iuo p. 10. c. 62. Pan. l. 8. c. 16.

DEbet homo diligere proximum tanquam ſeipſum: vt quem potuerit hominem, [c] vel beneficẽtiæ cõſolatione, vel informatione doctrinę, uel diſciplinę, coercitione adducat ad colendum Deum.

Item Auguſtinus ad Donatum presbyterum, epiſtola 204.

¶ De eodem. C. LIIII.

MAli ſunt prohibendi a malo, & cogendi ad bonum.

¶ De hac re copioſa diſputat B. Auguſtinus in c. diſplicet. ſup. eadem. Hic vero ſumma illius diſputationis paucis verbis collecta eſt.

Ex his omnibus colligitur, quod uindicta eſt inferenda non amore ipſius uindictæ, ſed zelo iuſtitiæ; non ut odium exerceatur, ſed ut prauitas corrigatur. Sed cum uindicta aliquando inferatur damnis rerum, aliquando flagellis, aliquando etiam morte; queritur, an ſit peccatum iudici, uel miniſtro reos mortis tradere.

QViſquis.] CASVS. Creſconius Grammaticus dicebat, q̃ inimicus Dei erat, qui Chriſtianũ perſequebatur. Sed Aug. reſpondet, hoc eſſe uerum ſi ex odio perſequebat. Sed ſi perſequebatur ex charitate vitia quæ ſunt in Chriſtiano, Dei eſt amicus. qd probat tribus exemplis, ſ. domini & patris, & mariti. Et not. quod a principio c. vſque ibi. Verũ ſunt uerba Creſconij: poſtea uero ſequuntur uerba Auguſt. quæ interrogatiue leguntur. Seq. c. patet.

a ¶ Quiſquis.] verba Creſconij.

b ¶ Inimicus.] Sup. 86. d. odio. ſup. eod. q. duo iſta.

c DEbet.] ¶ Hominẽ.] Arg. q̃ cum pecunia poſſumus aliquos alicere ad fidem, ut 7. ea. q. 7. quod autem. & 1. 45. diſt. qui ſincera. ſub tali enim cõditione poſſum⁹ aliquã ducere in uxorem, ut fiat Chriſtiana, 28. quæſt. 1. caue, &c. nõ oportet, & poſſum⁹ eos gratioribus penſionibus onerare ut conuertantur, inf. eod. quæſt. 6. iam uero. quod ſatis admitti poteſt. & ſic in talibus ſpiritualibus licite fit pactio, ubi agitur de cõuerſione alicuius ad fidẽ. & ſic non obſtat. 1. quæſt. 2. quam pio. Ioan.

Pactio qñq. licite ſit in ſpiritualib.

MAli.] EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis quod vindicta eſt inferenda zelo iuſtitiæ, & non amore vindictæ, ſcilicet nõ ut odium exerceatur, ſed ut prauitas corrigatur. Cũ uindicta quandoque inferatur damnis rerum, quandoque flagellis, & quandoq; ipſa morte, quæritur, an peccet iudex uel miniſter reos occidendo.

QVOD autem.] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima intendit probare p 6. auctoritates, q ecclesia debet pro eis intercedere. Secunda ibi, [Hinc apparet.] Tertia ibi, [Seipsum.] Quarta ibi, Miles.] Quinta ibi, ipsis autem.] Sexta ibi [Præterea. Septima ibi. Non solũ.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quinta qũ. qua quæritur an peccet iudex, uel minister occidendo reos? Et respondet q non. vt ff. e. miles. & cap. cũ magister. dummodo faciat hoc amore iustitiæ, ut sup. q. pro. ea uindicta. & quandoqi. qui non est iudex, sine peccato potest aliũ occidere. s. si se defendendo occidat. ut ff. ea. c. cum homine. & sup. 50. d. qua te obnoxium. Similiter publicum latronẽ. uel nocturnum depopulatorẽ agrorum potest occidere, ut C. quãdo liceat unicuique sine iudice se uendicare, lege vna. Et procedit hoc ordine Gratian. Primo probat q mali nõ sunt interficiẽdi usque ad §. [Hic apparet. Exinde probat, quod possunt interfici usq; ad §. [Si ergo.] & tãdem dat solutionem.

Occidere an sit alicui permissum.

a ¶ Quod autem.] Nulli licet occidere nisi habeat potestatem gladij, nec tunc licet, nisi cũ hoc faciat amore iustitiæ, ut su. q. prox. ea uindicta. & inf. ea. c. miles. Itẽ si spes est correctionis, non debet occidere. sed si non est spes correctionis, potest occidere, vel reddere eum inutilem ad male faciendum, vt inf. q. proxim. est iniuste. inf. eo. ca. rex debet. si autem paratus sit corrigi: nec occidi debet, nec debilitari in membris, vt hic, & inf. ea. c. 1. 2. & 3. & hæc vera sunt, quod iudex solus potest occidere, nisi sint aliqui nocturni depopulatores agrorum, vel sint latrones in publicis stratis quos quilibet potest occidere, vt C. quando liceat vnicuiq; sine iud. seipsum vind. l. 2. & supra ead. q. 3. fortitudo. vel nisi defendendo se occidat aliquem. extra de homic. c. 1. circa fin. inf. ea. c. cum homo. Hug.

CIrcumcelliones.] CASVS. Quidam hæretici Donatistæ interfecerunt quendam presbyterum catholicum nomine Restitutum. quendam vero alium presbyterum. s. Innocentium verberantes eius effoderunt oculum, & digitum præciderunt, propter quæ scelera cum ductus fuissent ad comitẽ Marcellianum, verberib. fustigati, rei veritatẽ sunt cõfessi. Sed quia Aug. timebat ne propter talia scelera interficerentur, ideo rogat præfatũ comitẽ. ut eos non interficiat, licet posset hos sub dissimulatione transire: cum non fuerunt a clericis accusati, sed a notarijs quorum interest, præsentati. unde togat rem, ut in monasterium detrudantur, uel alicui tali deputentur operi, ut eorum audacia refrænetur, & mala quæ fecerunt, salutifere valeant emendare.

b ¶ Restitutum.] Proprium nomen.

c ¶ Con-

QVAESTIO V.

QVod autem a nulli liceat aliquem occidere illo præcepto probatur, quo Dominus in lege homicidium prohibuit dicens: [Non occides.] Item in Euangelio: [Omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit.] Item Augustinus ad Marcellinum comitem de Donatistis captis, epist. 159. Exod. 20. Matth. 26.

¶ Mali non sunt interficiendi, sed flagellis emendandi. C. I.

CIrcumcelliones illos, & clericos partis Donati, quos de Hypponensi ciuitate † ad iudicium pro factis eorum, publicæ disciplinæ cura deduxerat, a tua nobilitate comperi auditos, & plurimos eorum de homicidio, quod in Restitutum [b] catholicum presbyterum commiserunt, & de cæde Innocentij alterius catholici presbyteri, atque de oculo eius effossio, & de digito præciso fuisse cõfessos [c]. Vnde mihi solicitudo [d] maxima incussa est, ne forte sublimitas tua cẽseat eos tanta legum seueritate plectendos, vt qualia fecerunt, talia patiãtur. Ideoque his literis obtestor fidem tuam, quam habes in Christo, per ipsius Domini nostri misericordiam, vt hoc nec facias [e], nec omnino fieri permittas. Quamuis enim ab illorum interitu [f] dissimulare possemus, qui nõ accusantibus nostris, sed illorum ℰ notarijs [g] [h], ad quos tuendæ publicæ pacis vigilantia pertinebat, præsentati videantur examini; nolumus tamen passiones seruorum [i] Dei, quasi vice talionis, paribus supplicijs vindicari: non quo sceleſtis hominibus licentiam facinorum prohibeamus auferri: sed hoc magis sufficere volumus, vt viui, & nulla corporis [k] parte truncati, uel ab inquietudine insana ad sanitatis otium legum coercitione dirigantur, vel a malignis operibus alicui vtili operi deputentur. Vocatur quidem, & ista

Anſ. l. 13. c. Poly. l. 7. tit. 11. † al. ecclesia

e ¶ Confessos.] Coram laico. & sic est contra, extra de iud. at si clerici. in fi. sed isti propter hæresim sunt facti de foro eius.

d ¶ Solicitudo.] Qui eos accusauerat. 1. licet non ex nomine, vnde tinuit, quod esset reus mortis ipsorum, ut inf. ea. c. vnum in fi.

e ¶ Nec facias.] Argum. quòd in criminalibus potest iudex pœnam temperare, argum. contra. 2. quæst. 3. §. notandum.

f ¶ Interim.] Argu. quòd iudex sæcularis potest corrigere clericos incorrigibiles, ut ff. e. si. audierit. ext. de sent. excom. per pendimus.

g ¶ Sed illorum.] Iudicum.

h ¶ Notarijs.] .i. officiarijs, qui deferunt crimina iudicib. ut 4. q. 4. §. aliquando. sicut testes synodales deferũt crimina episcopis. 35. q. 6. episcopus.

i ¶ Seruorum.] Idest, quas patiuntur serui Dei.

ADDITIO. Vel dic, quòd seruos Dei eos vocat, quia iam egerant pœnitentiam, ut infra cap. proximi. secundum L.

k ¶ Parte corporis.] Sup. quæst. prox. est iniusta. contra. sed hic de corrigibilibus. ubi non.

† Hoc nõ habẽ ex tex. vñ dicebat Goffr. q illi accusati sũt a notarijs curiæ, & hoc denotat ver. ideoq; ibi, qa nõ accusantib. nñis. &c. Clerici incorrigibiles pñt à iudice sæculari corrigi.

a ¶ Dum-

Magiſter. & pater clericũ verberantes non incidũt in canonẽ.

a ¶ Damnatio.] Not. iudices poſſe remittere pœnam. ſic 22.q.4. innocens.
b ¶ Succenſe.] Ideſt, iraſci.
c ¶ Inquiſitione. Ideſt, per inquiſitionem criminum.
d ¶ Et a magiſtris.] Magiſtri non incidunt in canonẽ verberando clericos cauſa diſciplinæ. ext. de ſent. excõ. ſuper eo. dum tñ non nimiũ ſæuiant in eos, ut ff. ad l. Aquil. præceptoris. quo hactenus licebat alios caſtigare habes 5. ca. q. 4. duo iſta 7. q. 1. ſicut datur aũt iſta poteſtas patri in filium clericũ quouſque ſacrũ ordinẽ receperit: ſi certamen ordo non liberet a patria poteſtate, ut 54. diſt. ſi ſeruus 7. unde maiorẽ poteſtatẽ hẽt magiſter in diſcipulum, q̃ pater in filiũ clericũ magiſter adhuc poſt ordinẽ hẽre poteſtate. per iam de eret. ſuper eo. extra e. cum inſinuatione.

damnatio: a Sed quis nõ intelligat magis beneficium, q̃ ſupplicium nuncupandum; vbi nec ſæuiendi relaxatur audacia, nec pœnitendi medicina ſubtrahit? Iniple Chriſtiane iudex pij patris officiũ: ſic ſuccenſe b iniquitati, vt conſulere humanitati memineris: nec in peccatorũ atrocitatibus exerceas vlciſcendi libidinẽ: ſed peccatorũ vulnerib. curandi adhibeas voluntatẽ. Noli perdere paternam diligentiã, quã in ipſa inquiſitione c ſeruaſti: q̃ tantorum ſcelerum confeſſionem non extendente equuleo, non ſulcantib. vngulis, non vrentib. ſtãmis, ſed virgarum verberib. eruiſti; qui modus coercitionis & a magiſtris d artiũ liberalium, & ab ipſis parentib. & ſæpe etiam in iudicijs ſolet ab epiſcopis e adhiberi. † Noli ergo atrocius vindicare, q̃ lenius inueniſti: inquirendi, q̃ puniendi neceſſitas maior eſt. Ad hoc enim, & mitiſſimi homines facinus occultatum diligenter, atque inſtanter examinant, vt inueniant, quibus parcant.

† habuit] orig.

a ¶ Notarijs.] *In libris B. Aug. excuſis partim eſt*, notaria: *partim*, notoria. *In codice Vaticano epiſtolarum ubique legitur*, notaria: *& epiſt. 160. in qua de eadem re agitur, in codicib. impreſſis, ac manuſcriptis legitur*, notaria: *itemque in Breuiculo in collatione primi diei ſemel, & ſecundi bis. De notorijs vero mentio eſt in lege ab accuſatione. §. nũciatores. ff. ad S.C. Turpil. & C. de accuſ. l. ea quidem. Apuleius ẽt lib. 7. de aſino aureo hẽt*, notoriam: *Et in gloſſario legitur* notoria, ἀναφορὰ

b ¶ Succenſe.] *Sic eſt emendatum, additis etiam nonnullis ex originali, Anſelmo, & Polycarpo: Antea erat*, Sic ſuccenſere iniquitati memineris, ut non in peccatorum, &c.

Item Marcellino, epiſtola 158.

¶ Præter ſupplicium mortis, rei ſunt puniendi. C. II.

Poly. l. 7. tit. 13. Ant. l. 13. c. 11.

POena f illorum, quamuis de tantis ſceleribus confeſſorum, rogo te, ut præter ſupplicium mortis ſit, & propter conſcientiam noſtram, & propter catholicam manſuetudinem cõmendandam. Ipſe. n. fructus ad nos peruenit confeſſionis illorum: quia inuenit catholica eccleſia, vbi ſuam erga atrociſſimos inimicos ſeruet, atq; exhibeat lenitatem. In tanta quippe crudelitate, quæcumq; præter ſanguinem vindicta proceſſerit, magna lenitas apparebit. Quod etſi modo quibuſdam noſtris illa atrocitate commotis videtur indignum, & quaſi diſſolutionis, & negligentiæ ſimile; tranſactis g tamen motib. animorum (qui recẽtioribus factis ſolent turbulentius excitari) egregiè luculenta bonitas apparebit.

Idem Donato, epiſtola 127.

¶ Mali prohibendi ſunt a malo, & cogendi ad bonum. C. III.

Poly. ibidem. Ant. l. 13. c. 12.

VNum ſolũ eſt, quod in tua iuſtitia pertimeſcimus, ne forte, quoniã quidquid mali contra Chriſtianã

Eps nec per ſe, nec per laicum verberet clericos.

1 De hoc ẽt no. inf. c. q. 7. his a quibus, in glo. virgis tamẽ. &c.

f ¶ Pœna.] Hic dr ꝙ propter tria parcendum ſit actis: tũ quia uident eccleſiã laxam habere conſcientiam, ſi ad denũciationem ſuam iſti occidantur: tum ꝓp ſpem correctionis: tum propter mãſuetudinem eccleſiæ.

g ¶ Tranſactis. Ar. ꝙ executio ſnia in cauſa ciuili, vel criminali differenda eſt 11. q. 3. cum apud. Arg. contra 2. q. 1. ſicut.

VNum ſolum.] CASVS. Aug. to-

Digitized by Google

gat Donatũ supplici ter sicut p̃r, nec quosdam hæreticos capios occidat, quos occidi timebat, eo ꝙ grauius ⁊ Christianos cõmittitur ꝙ contra alios: sed aliis dignis supplicijs coerceant, ut de suis peccatis valeãt pœnitere: alioquin ecclesia operam nõ exhibebit vt tales hæretici capiantur: quo comperto licentius contra ecclesiã insultabunt.

societatem ab hominibus impijs, ingratisq; cõmittitur, profecto grauius est; & atrocius, quàm si in alios talia committantur; tu quoq; pro immanitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Christianæ consideratione censeas coercendum. Quod te per Iesum Christũ, ne facias, obsecramus. *& paulo post.* ¶ Ex occasione terribilium iudicum, ac legum, ne æterni iudicij pœnas luant, † corrigi eos cupimus, non necari: nec disciplinam circa eos negligi volumus, nec supplicijs, quibus digni sunt, coerceri. † Sic igitur eorum peccata compesce, vt sint, quos pœniteat peccasse. *& paulo post.* ¶ Proinde, si occidendos in his sceleribus homines putaueritis; deterrebitis nos, ne per operam nostrã [a] ad vestrum iudicium aliquid tale perueniat. Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audacia grassabũtur, necessitate nobis impacta, vt etiam occidi [b] ab eis eligamus potius, † quàm eos occidendos vestris iudicijs ingeramus.

† *al. incident.*

† *al. exercui.*

† abest ab or.

a ¶ Per operam nostram. i. per querelas nostras & est hic argu. ꝙ si iudex suspendit aliquem ad querelam clerici, ꝙ clericus non possit ꝓmoueri. ut s. c. ꝓxi. & de pœ. d. 1. periculose. & ext. de excess. præla. ex literis, arg. contra ī. qõ. 3. Maximianus. & ī. ea. non vos. & ff. de bo. lib. q cã maior. §. 1. & est expressũ extra de homi. postulasti. & c. tua.

b ¶ Occidi.] Are. est hic pro Hug. qui dicit, ꝙ clericus dẽat potiꝰ permittere se occidi, quam ꝙ ipse occidat, ut dixi supra. q. 1. in prine. 1. ergo cũ Ber. hoc cap. qñ tales capere possumus, non dẽmus eos interficere. ut hic dī: & hoc no. illa litera occidendos vestris iudicijs ingeramus. ⁊ in l.

Idem Macedonio, epist. 54.

¶ Quies ecclesiæ, principum sæueritate iuuatur.

C. IIII.

PRodest, & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra. [c] Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas tẽperatur & vestra. Nõ uobis displiceat, ꝙ rogamini a bonis: quia nec bonis displicet, quod timemini a malis. ¶ Nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verum etiam de præsentib. vestris sæcularibus [α] potestatib. terruit, asserens & ipsas ad dispensationem diuinæ prouidentiæ pertinere. (Omnis, inquit, anima potestatibus sublimioribus subdita sit, &c.] Hęc verba Apostoli vtilitatem vestræ seueritatis ostendunt. Proinde sicut dilectionem iussi sunt terrentib. debere, qui timent; ita dilectionem iussi sunt timentib. debere, qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat; sed omnia cõsulendi charitate: & nihil fiat immaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur vltio cognitoris, ut nec intercessoris religio cõtemnatur; qui & plectẽdo, & ignoscendo hoc solum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. [d] Quod si tanta est peruersitas, & impietas, ut ei corrigendæ [β] nec disciplina possit prodesse, nec venia; a bonis tñ intentione, atque conscientia, quam Deus cernit, siue seueritate, siue lenitate, non nisi officium dilectionis impleatur.

Poly. l. 1. tit. vlt.

Rom. 13.

c ¶ Et nra.] Mutuũ .n. præstãt sibi auxiliũ. inf. e. principes. d ¶ Corrigat.] Q. d. sine

α ¶ Sæcularibus.] *Antiquioribus editionibus epistolarum B. Aug. in margine est adscriptum*, de præsentibus vestris sæcularib. terruit. *In Antuerpiana vero est in textu hæc eadem lectio, sed sine dictione*, præsentibus.

β ¶ Ei corrigendæ.] *Sic est emendatum ex originali. Antea legebatur*, vt corrigendis reis nec disciplinæ, nec veniæ remedia suffragẽtur, ab oi tamen intentione, &c.

PALEA. C. V.

HOc tamen intelligẽdum est de illis, quos præsentia supplicia in melius cõmutant, non de illis, qui obstinati sunt in malo: qui si semper viuerẽt, semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit.

De pœn. dist. 3. cap. sunt plures in fine.

Digitized by Google

ſiue per uerba,ſiue per pecuniam,ſiue alio modo, non refert.ſic 3.ea.q.4.ea uindicta.Ioan.

QVid ergo.] CASVS.Hoc cap.diuiditur in duas partes,in prima parte redarguit Hieronym.quoſdam, qui dicebant Deum fuiſſe crudelem,rigidum & cruentum.

Si uero falſa ſunt, ergo & falſum eſt,quod dicitur, Non conſurget duplex tribulatio. & Deus quæ ſunt in lege ſcripta,non fecit: & ꝙ falſa ſunt dicere, nefas eſt: ergo qui puniti ſunt,iterum non punientur.In ſecunda parte quærebatur à Hieronymo,ſi Chriſtianus deprehẽſus in adulterio decolletur, aut poſtea puniet,aut nõ ſi punietur, ergo falſum eſt ꝙ dr:Non iudicabit Deus bis in idipſum. Si nõ puniet, optare debet adulter ut breui pœna capitis euitet æternos cruciat[a]. Ad quod Hiero. reſpondet dicens, ꝙ Deus ſcit mẽſuras ſupplitiorum:& ſi quis in vita præſenti nõ eſt ſufficienter punitus iterũ punietur: alioquin nõ debet iterũ puniri, ut illic ꝙ ma ledixerat Iſraelitæ ꝙa leuis culpa eius præſenti ſupplicio eſt compẽſata.[Ipſi dixerãt,] ſ.prophetæ. Sequens c.patet.

¶ Abeſt hac palea à vetuſtis exemplaribus, quæ collata ſunt,vno excepto, in quo eſt conuncta capiti ſuperiori.

Item Hieronymus in Naum prophetam ad c.1.

¶ In præſentiarum nonnulli puniuntur, ne in æternum flagellentur. C. VI.

Poly.l.7.tit.11.

QVid ergo,ait, contra Dominum cogitatis? ipſe qui creauit mundum; & conſummationem eius faciet. Quod ſi uobis videtur crudelis, rigidus, & cruentus, ꝙ in diluuio genus deleuit humanum, ſuper Sodomam,& Gomorrham ignẽ & ſulphur † fuit, Aegyptios ſubmerſit fluctibus, Iſraelitarum cadauera ſtrauit in heremo; ſcitote eum ideo ad præſens reddidiſſe ſupplicia, ne in æternũ puniret. [a] Certè aut uera ſunt,quæ prophetæ loquuntur,aut falſa.Si uera ſunt,quę de ſeueritate eius uidentur dicere;ipſi dixerunt: (Non vindicabit Dominus bis in idipſum in tribulatione.) Sin autem falſa ſunt,falſum eſt, [b] quòd dicitur: (Non cõſurget duplex tribulatio,) falſa eſt ergo & crudelitas, quæ ĩ lege deſcripta eſt. Quod ſi uerum eſt,ut negare non poterunt,dicente propheta:(Nõ uindicabit Dominus bis in idipſum in tribulatione;) ergo qui puniti ſunt, poſtea non punientur:Si autem illi poſtea puniẽtur,ſcriptura mentitur, quod dicere nefas eſt. Receperunt ergo & ꝙ in diluuio perierũt, & Sodomitę,& Aegyptij,& Iſraelitæ in ſolitudine mala ſua in vita ſua. ¶ Quærat hic aliquis,ſi fidelis deprehenſus in adulterio decolletur, quid de eo poſtea fiat: Aut enim punietur,& falſum eſt hoc,quod dicitur,[Nõ uindicabit Dominus bis in idipſum in tribulatione:]aut nõ punietur,& optandum eſt adulteris,ut in præſentiarum breui,& cita pœna cruciatus fruſtrẽtur ęternos.Ad quod reſpondebimus,Deum ut omnium rerũ,ita & ſupplitiorum quoque ſcire menſuras;& non prœueniri [c] ſententia iudicis: [d] nec illi in peccatorem [e] exercẽdę [f] dehinc pœnę auferri poteſtatem: & magnum peccatũ,magnis,diuturniſque lui † cruciatibus. Si quis autẽ punitus ſit, ut ille in lege,qui Iſraeliticis [g] maledixerat, & qui in ſabbato ligna collegerat;tales poſtea nõ puniri, quia culpa leuis [h] præſenti ſupplicio compenſata ſit.

Gen.7.& 19. † al.ſulphurem. Exo.15.

Naum 1. ſecundum LXX.

† al.leni. Leuit.24. Num.15.

Item Gregorius Papa.

¶ Qui rei ſunt ſanguinis,ab eccleſia defendi debent. C. VII.

Barch.l.19.c.103. Iuo p.15.c.121.

RЄos [i] ſanguinis defendat [k] eccleſia, † ne effuſione † ſanguinis particeps fiat.

† al.effuſionis.

De pœnitẽtia diſt.3. quærat hic.

Tpaſiter remunerantur aliqui ut puniantur æternaliter.

a ¶ Puniret.] Ergo hoc de pœnitẽtibus tãtum.ut 1.de pœn. diſt. 3. §.auctoritas. nam quorũdam pœna incipit hic, & durat in infinitũ, ut 1. de pœnit.diſt.3.ignis ſuccenſus eſt. ſicut econuerſo quãdoq; remunerat aliquos temporaliter,ut eos puniat æternaliter, ut 22. q.2. ſi q̃liber.

b ¶ Falſum ẽ.] Q.d. ex quo falſum dixerunt in uno, dicunt ergo, & in alijs, & eſt hic arg. ꝙ inſtrumẽtũ, uel teſtamẽtum. 1 ſi eſt in vno falſum,ergo in omnibus,ut ſupra diſt. 9.ſi ad ſacras.

1 Al.teſtimonium.

c ¶ Non prœueniri.] Tunc ſentẽtia iudicis prœueniretur. ſi quis hic plene,punitus eſſet:quia in futuro non puniretur.

d ¶ Iudicis.] id eſt, Chriſti. 2

2 Al. ſuffocet terreni.

e ¶ In peccatorem.] Non punitum hic ſufficienter.

f ¶ Exercendæ.] In futuro.

* *B. Hieronymus cum videtur putaſſe illum maledixiſſe Deo,ſed Iſraelitici & rei apud interpretes dubia ſic*

¶ Ex iſto tex. infertur, ꝙ clericus pot eſſe aduocatus ꝙ accuſato de crimine, facit tex. in l. ad.dios, cum ibi not. C.de epiſ. & cler.

tum, quia in diluuio genus deleuit humanum: Sodomam & Gomorrham ſubuertit, Aegyptios in fluctibus ſubmerſit, Iſraelitas in deſerto proſtrauit. Et oſtendit, ꝙ ideo Deus,hæc fecit in uita præſenti, ne in æternum puniretur, quod probat uno argumento cornuto dicentes quæ prophetæ dixerunt, aut uera ſunt, aut falſa.ſi uera ſunt,ergo in alia vita iterum non punientur: quia propheta dicit: Nõ iudicabit Deus bis in idipſum.

g ¶ Iſraeliticis.] id eſt, Dei Iſraelitarum.

h ¶ Leuis.] Ecce quod leuem dicit culpam maledicere * Deo, cum magis ſit maledicere Deo, quam principi. ſic C. ſi quis Imper.maled. l. unica.

i REos.] Infra quæſt.8.ſi uobis.

k ¶ Defendat.] Omnes fugientes ad eccleſiã tenetur defendere,ut 17.q.4.rerum & hoc uerũ eſt ſiue rei ſint,ſiue non: niſi in caſibus,extra,de immu.eccl.inter, & ſeqq.

& cult. Sed illos, qui non fugerint ad ecclesiam, quandoque iuuabit, quandoque non. si enim est spes correctionis, debet eos iuuare, ut supra ea. q. proxi. est iniusta. Item si iniuste sint condemnati aliqui: omnibus modis iuuabit eos si autem iuste, tunc temperate & nō importunè iuuabit eos: sed tātum intercedendo pro eis, ne ex indiscreta defensione incidat ecclesia in malam opinionē. ut 14. q. ulthi qui. & su. q. 3. nō in inferēda. Et licet teneat aliquos defendere, non tamen tenet pro eis bellū mouere, vt C. de epis. aud. addictos supplicio Ioan.

Cōdemnati & iuste & iniuste, sunt ab ecclesia iuuandi.

HINC APPARET. Hæc est secūda pars quæstion. in qua magister probare intēdit q̄ iudices nō peccāt occidendo secūdum legem: sed illi tantum peccāt, qui sine auctoritate, & sine iussu diuino hominem occidunt: & hoc probat per multos patres ueteris testamenti. Io. de Fan. CASVS. Hucusq; probatū est, quod mali non sunt morte puniēdi. Nunc contrarium probat ex auctoritatibus, & exēplis. Postea soluit dicēs. q̄ qui habet potestatem occidendi, licite occidere pōt malos: sed auctoritate propria hoc nō potest. quod probat seq. cap.

a ¶ Defendat.] *Apud Burchardum, & Iuonem, qui hoc citant ex dictis Augustini, legitur*, non defendat.

2 *Hinc apparet, quod mali flagellis sunt coercendi, non membrorum truncatione, uel temporali morte plectendi. Sed obijcitur illud, quod Dominus ait ad Moysem:* [*Maleficos non patieris viuere.*] ¶ *Item:* [*Qui coierit cum iumento, morte moriatur.*] *Adulterio etiam, vel blasphemia crimine notatus immisericorditer lapidari iubetur.* Exo 22. Leuit. 20.

¶ *Item, Moyses, qui legem acceperat, cultores idoli morte puniuit. Samuel etiam Agag pinguissimum regem in frusta conscidit Phinees quoq; Iudæum cū Madianita coeuntem gladio transfixit: quod est ei reputatum ad iustitiam. Similiter nōnullis in ueteri testamēto inueniūtur malus trucidasse: nec tamen transgressores legis, sed defensores appellantur. Prohibetur ergo illo p̄cepto quisque suæ auctoritate in necem alicuius armari, non legis Imperio reos morti tradere. Qui enim publica potestate functus, ipsius legis Imperio malos perimit: nec illius præcepti trāsgressor, nec a cælesti patria alienus habetur.*

Vnde Augustinus ad Publicolam, epist. 154.

¶ Ex officio non est peccatum hominem occidere.

C. VIII.

DE occidendis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, nō mihi placet consiliū: nisi forte sit miles, [b] aut publica functione teneatur, vt nō pro se [c] hoc faciat, sed pro alijs; vel pro ciuitate, ubi etiā ipse est, accepta legitima potestate, si eius cōgruit personæ. [d] Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne male faciant; etiam ipsis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est: [Nō resistamus malo,] ne nos vindicta delectet, q̄ alieno malo animum pascit, non ut correctionem hominum negligamus. Vnde [e] nec reus est mortis alienæ; qui cum suæ possessionis ex lapidibus a murum circumduxerit, aliqs ex ipsorum usu percussus intereat. Neque enim reus est [f] Christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcem iaciendo aliquem occidat: aut ideo non debent Christianorum † boues habere cornua, aut equus vngulas, aut dentes canis. An † uero, quoniam apostolus

Poly. l. 7. tit. 11. Ant. l. 13. c. 18. Iuo p. 10. c. 1. Pann. l. 8. c. 10.

Matth. 5.

† al. Christiani.
† Aut] orig.

contradicit Bar.

d ¶ Personæ.] Hoc dicit propter episcopos, qui habent iurisdictionem sæcularem, sed non possunt præsidere causis sanguinis, ut 15. q. 4. c. 2. & inf. eod. q. 8. his a quibus &c. sæpè.

e ¶ Vnde.] Q. d. cum quis ex officio suo occidit aliquem, non est ei imputandum, si ex officio tali sequantur homicidia. Item continuantur sequentia exempla. Vel si continua si aliquis repellendo malos occidat aliquem, hoc non est ei imputandum.

f ¶ Reus est.] Nisi equus ille fuerat calcitrosus uel bos fuerat cornupeta nam si talis nocuerit bene tenetur dñs. ut ff. si quadru. pau. fec. dic. l. 1. §. 1. & generaliter si habuerit tale animal, quod consueuit nocere, ut ursum.

Officiū q̄que est dam. nosum.
1 Cōcor. tex. in l. q iurisd ctioni. C. de iurisd. iud. & C. ne quis in sua cau. p totā.
2 Hoc ēt sequit L. 3. q. 7. iudices sit. quæst. 1. quituor.
Aliàs absūtdum est aliquem alij. & nō sibi, &c. C. de na li. nuper. fin Io. de Fān. & hic teneas quidquid ibi sequitur.

a ¶ Illo præcepto.] Non occides.

DE occidēdis hominibus.] CASVS. Beneuēt. ponit hūc casus, dicens q̄ Publicola de duob⁹ quæsiuit ab Augusto. Primo utrū quis iuste possit interficere malos, ne ipsi alios occidant. Et respondet q̄ nō nisi sit miles, uel potestas, qui faciat non pro se, sed pro utilitate aliorum. Secundo an sit peccatum repellere malos obstaculum interponendo: & si aliquid contingat inde præter uoluntatem nostram, an nobis imputetur? Et respon. nō esse peccatum: nec nobis imputari debet: si aliquid inde contingat: & hoc probat viij. exemplis, scilicet exemplo muli, & bouis; equi, & canis, Pauli & ferramentorum, arboris, & fenestræ. Secunda pars incipit ibi, [Qui uero repelluntur.

b ¶ Miles.] Sub potestate aliqua constitutus. ut infra eadem: miles. nisi hoc fiat iniusto bello, ut infra eadem, si homicidium. & in casibus positis in summa huius quæstionis.

c ¶ Pro se.] Sic ergo officiatus non potest esse aduoca-

tum,Leonem,uel aprum, siue ligatum,siue non si occisus fuerit liber homo,præstabit cc. solidos, sed si aliter nocuerit, condemnabitur secundum arbitrium iudicis: sed in cæteris rebus condemnatur pœna dupli, ut ff.de ædil.edi.hi enim.& l.sequenti.

a ¶Pau-

Paulus [a] satis egit,vt in tribuni notitiam perferretur insidias sibi a quibusdã perditis præparari,& ob hoc deductores accepit armatos; si in illa arma scelerati homines incidissent Paulus in effusione sanguinis eorum suũ crimen agnosceret? Absit,vt ea quæ propter bonũ, [b] ac licitum facimus,aut habemus;si quid per hæc p̃ter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit,nobis imputetur. ¶ Alioqui nec ferramenta domestica & agrestia sunt habẽda,ne quis eis vel se,vel alterũ interimat: nec arbor autrestis,ne quis se inde suspendat:nec fenestra faciẽda est, ne per hanc se quisquam præcipitet. Quid plura commemorem, cum ea commemorando finire non possem? Quid enim est in vsu hominum bono,ac licito,vnde nõ possit [c] etiam pernicies irrogari.

Act.21.

a ¶Ex lapidibus. *Sic est emendatum ex codice Vaticano epistolarum B. Augustini. Nam in impressis desunt istæ voces. Apud Gratianum vero erat*, suæ possessioni murorum ambitum circumduxit.

2 *Seipsum etiam perimere nulla legis auctoritate alicui permittitur.*

Vnde Augustinus libro primo de ciuitate Dei, cap. 17.& 18.

Iũo p.10.c.4. Pann.l.8.c.2.

¶Qui Deo auctore bella gesserunt, præcepta non occidendi nequaquam transgressi sunt. C. IX.

† Conc.l.2. C.ut ne pri. & l. præses. C. de fer. & aqua.

SI non licet priuata potestate alicui hominem occidere nocentem,cuius occidendi licentiam lex nulla cõcedit;profecto etiã qui seipsum occidit,homicida est: † & tanto [d] fit nocẽtior,cum se occiderit,quanto innocẽtior in ea causa fuit,qui se occidendũm putauit. Nam si Iudæ factum merito detestamur, eumq; veritas iudicat, cum laqueo se suspẽdit, scelerate illius traditionis auxisse potius,quàm expiasse commissum;quoniã de Dei misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locũ reliquit; quanto magis a sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio quid in se puniat, non habet. Iudas.n.cum se occidit,sceleratũ hominem occidit,& tamen nõ solum Christi,verum etiam suæ mortis reus finiuit hanc vitã; quia licet propter suũ scelus,alio tamen scelere suo occisus est.] ¶Cur autẽ homo,qui mali nihil fecit,sibi male faciat,& seipsum interficiendo hoiem interficiat innocentem, ne aliũ patiatur

Matth.27.

C.18.

Damni dans occasionem non semper damni mũ dedisse videt. ¶ Et ext. d. imm. c.vl.& ibi.& no.ex de test. si qui & no.in pd. ff.spe. Arc-

a ¶Paulus.] Arg.q̃ non imputatur eletico,qui ad defensionem sui iuris vocat milites, si aliquis sibi occidatur, sic sup.ea.q.3. Maximianus.

b ¶Bonum.] Arg. q̃ si aliquis dat operam rei licitæ,q̃ non est ei imputandum, si aliquid mali inde sequatur, ut 50.d.spe,& cap.quia te.& dist.6.testamentum, nã Deus est inspector cordis.& non operis,ut 15.q.6.ca.1. Item est hic arg. q̃ non omnis, qui occasionem damni dat,damnum dedisse uidetur, & hoc habes in brocardis 31.q.3.de neptis,& d.50. spe.& ad leg. Aquil.qui occiderit.§.pen. 1.

c ¶Non possit.] Arg.q̃ non semper prohibetur bonum propter malum,quod sequi potest. Arg. contra.22.q.2. in nouo.contra 21.d.denique. Io.

SEIPSVM. Hæc est tertia pars q. in qua probat magister per quatuor auctoritates, q̃ nullus occidat seipsum,quia in illo præcepto. Non occides, intelligitur, nec te, nec alium, quia bene ordinata charitas a seipso incipit. Io. de Fant.

CASVS. Supra ostensum est, an aliquis possit alium interficere iurisdictionis potestate:nunc vero ostenditur,q̃ seipsũ nulli interficere permittitur, quod probatur per seq.c.

SI non licet.] CASVS. Hoc ca.diuiditur in duas partes. In prima parte quæsitum fuit ab Aug. utrum liceat alicui iusto in persecutione seipsum interficere,ne ab alio interficiatur, vel utrum liceat ipsum interficere causa immortalitatis,idest gloriæ adipiscendæ, uel causa cauendi,idest,vitandi futura peccata,vel curandi crimina, id est, remouendi? Et rñdet q̃ non, & hoc probat quatuor modis. Primo argumento a minori,quia nõ licet occidere alium innocentem: ergo multo min⁹ seipsũ. Secundo, quia Iudas fuit reprehensus, qa seipsum occidit quãuis sceleratus fuisset multo magis reprehendi debet qui se innocẽtem occidit. Tertio, quia in lege prohibitum est (ut ibi dictum est.) Neminẽ occides. Quarto probat hac rõne, quia,si contra se nemo falsum testimonium dicere debet, ergo multo minus contra se mortem inferre debet. Secundo quæritum fuit,an liceat alios interficere? Et rñdet q̃ non,nisi vel lex, uel Deus iubeat occidi. propter quod Abraham, Iephte, & Sampson excusati fuerunt. Secunda pars incipit ibi, [Sed his exceptis.] Et quod dr ibi,[Mortalitatis, idest,gloriæ habendæ, quia credens se iustum uolens migrare ad gloriam seipsum occidit, vel immortalitatis,idest,inanis gloriæ,ut aliquid dicatur de ipso,quod sic videtur despicere mundum.

d ¶Et tanto.] Idest, magis peccat bonus aliquis se occidendo, quam malus, quia malus credit se mereri per hoc.

a ¶Ca-

nocentem,atque in ſe perpetret peccatum proprium,ne in eo perpetretur alienum? *Item c.*20. ¶Neque enim fruſtra in ſanctis, canoniciſque libris nuſquã nobis diuinitus præceptũ,permiſſumvè reperiri põt,vt vel ipſius adi piſcendæ immortalitatis,vel vllius curãdi,†cauendiq; [a] mali cauſa nobiſmetipſis necẽ inferamus. Nam & prohibitos nos eſſe intelligendum eſt, vbi lex ait,' Non occides:]præſertim,quia non addidit,proximum tuum:ſicut falſum teſtimonium cum vetaret, [Falſum,inquit, teſtimonium nõ dices aduerſus proximum tuum.] Nec ideo tamen,ſi aduerſus ſeipſum quiſquam falſum teſtimoniũ dixerit;ab hoc ſe crimine putauerit alienum:quoniã regulam diligendi proximum a ſemetipſo [b] dilector accepit,quandoquidẽ ſcriptum eſt : [Diliges proximũ tuum ſicut teipſum .] Porro ſi falſi teſtimonij non minus reus eſt,qui de ſeipſo falſum fatetur, quàm ſi aduerſus proximum hoc faceret,cum in eo præcepto, quo falſum teſtimonium prohibetur, aduerſus proximum prohibeatur, poſſitque non recte intelligentibus videri non eſſe ,phibitum,ut aduerſus ſeipſum quiſq; falſus teſtis exiſtat, † quanto magis intelligendum eſt non licere homini ſeipſum occidere,cum in eo,quod ſcriptũ eſt,[Non occides] nihilo †deinde addito,nullus nec ipſe vtique,cui præcipitur,intelligitur exceptus? [c] *Item infra eod.capite.* ¶Nõ occides,non alterum:ergo nec te.Neq; enim qui ſe occidit,alium,quàm hoiem occidit. ¶Quaſdã vero exceptiones eadem ipſa diuina fecit auctoritas, ut liceat hoiem occidi:ſed his exceptis,quos Deus occidit iubet,ſiue data lege,ſiue ad perſonã pro tpe expreſſa iuſſione.[Non a aũt ipſe occidit , qui miniſteriũ debet iubenti, ſicut adminiculũ gladius eſt vtenti.Et ideo nequaquã cõtra hoc præceptũ fecerunt,quo dictũ eſt,[Nõ occides;] qui Deo auctore bella geſſerunt,aut perſonã gerentes publicæ poteſtatis,ſm eius † leges,hoc eſt iuſtiſſimæ rõnis imperium , ſceleratos morte puníerunt. Et Abraham non ſolum non eſt culpatus crudelitatis crimine,verumetiam laudatus eſt noĩe pietatis , ꝙ uoluit filium nequaquã ſcelerate,ſed obedienter occidere. Et merito quæritur ; vtrum pro iuſſu Dei ſit habendum, ꝙ Iepte filiam,quæ patri occurrit,occidit: cũ ſe immolaturum Deo id uouiſſet,quod ei redeunti de prẽlio victori primitus occurriſſet. Nec Sampſon aliter excuſatur;ꝙ ſeipſum cum hoſtib. ruina domus oppreſſit;niſi quia ſpiritus latenter hoc iuſſerat , qui per illum miracula faciebat.] His igitur exceptis,quos vel lex iuſta generaliter,uel ipſe fons iuſtitiæ Deus ſpecialiter occidi iubet ; quiſquis hominem,uel ſeipſum , uel quemlibet occiderit;homicidij crimine innectitur. *Item c.*26. ¶Hoc dicimus,hoc aſſerimus,hoc modis omnibus approbamus, neminẽ ſpontaneã mortem ſibi inferre debere,ueluti fugiendo moleſtias tẽporales,ne incidat in perpetuas:neminem propter aliena peccata,ne hoc ipſo incipiat habere grauiſſimum proprium, quem non polluebat alienum : neminem propter ſua peccata præterita,propter quæ magis hac vita opus eſt,ut poſſint pœnitendo ſanari:neminem velut deſiderio vitæ melioris , quæ poſt mortem ſperatur:quia reos ſuæ mortis, melior poſt mortem vita non ſuſcipit.

a ¶Cauendique.] i. quia cauere uolumus, ne aliquis nos lædat.

Eleemoſynã ſibi primo quiſq; facere debet.

b ¶Semetipſo.] Vnde quilibet primo ſibi faciat eleemoſynam: deinde proximo.de pœnit.diſt.3.c.qui vult. vnde poſſum mihi conſulere cũ damno alterius, vt ff. ad legem Aquiliam . ſi quis fumo. arg.contra.12.qõ.2. primum.& 11.q.3.ſi quis vero.

c ¶Exceptus.] Arg. ꝙ perſona ad quam loquimur,non intelligitur excepta in generali ſermone, vt ff.de pign.Paulus.§. vlt.Item arg.eo ipſo quòd qui non excipitur,intelligitur, includi , vt ſup.55.diſtinctio. ſi Euangalica . & extra de iure patr.ex literis: Item eſt hic argum. quod id quod de vno dicitur,, de omnib.alijs intelligendum eſt , vt 2.quæſtio. prima multi. & ſupra diſt. 4.denique, & diſt.5. ad eius . Item argu. quòd uerbum indiffinite probatum,generaliter intelligendum eſt , ut 31.q.1. quod ſi dormierit.

ꝙ Sic nec perſona loquẽs. 27.d. deinde vbi de hoc. Verbum indiffinite prolatum eſt generaliter intelligendum

† *cauendi.*] orig.

Exod.20.

† *aſſiſtat*] orig.

† *al.nihil.*

Ibidem c.21.

† *al.ſua legis.*

Matth.22.

Gen.22.

Iud.11.

Iud.16.

Tu

a *Non autem.*] *Sic eſt emendatum ex originali præſertim Antuerpiano. Nam antea totus hic locus multo aliter ſe habebat: ſunt autem, & alia multa reſtituta.*

Item contra literas Petiliani,lib.2.c.49.

Digitized by Google

Ito p.2.c.99. & p.10.c.7.

Fann.l.8.c.3.

Barch.l.19.c.130. Ito p.10.c.138. & p.15.c.140.

† abeſt ab ord.

¶ Nemini licet ſibi manus inijcere. C. X.

TV dixiſti, [a] laqueo traditor perijt, laqueũ talibus [b] dereliquit. Hoc ad nos omnino non pertinet. Neque enim veneramur nomine martyrum [c] eos, qui ſibi collum ligauerunt.

Item Hieronymus in Ionam prophetam ad c. primum non longè à fine.

¶ De eodem. C. XI.

NOn eſt noſtrum mortẽ arripere, ſed illatam ab alijs libenter excipere. Vnde & in perſecutionibus non licet propria perire manu (abſque eo, [d] ubi caſtitas periclitatur,) ſed percutienti colla ſubmittere. [e]

Item ex concilio Bracharenſi primo, c. 34.

¶ Nulla fiat oratio pro his, qui ſeipſos interficiunt. C. XII.

PLacuit, ut qui ſibiipſis [uoluntariè † [f] aut per ferrum, aut per uenenum, aut per præcipitium, aut per ſuſpendium, uel quolibet modo uiolentam † inferunt mortem; nulla prorſus pro illis in oblatione commemoratio [g] fiat, neque cum pſalmis ad ſepulturam [h] eorum cadauera deducantur. Multi enim ſibi hoc per ignorantiam uſurpant. Similiter & de his placuit fieri, qui pro ſuis ſceleribus [i] puniuntur.

† al. uolentes.

Impœnitentes, ſubaudiatur. Item Auguſtin. in eodem lib. 1. de ciuitate Dei, cap. 26.

¶ Non eſt reus homicidij miles, qui poteſtati obediens hominem occidit. C. XIII.

Ito p.10.c.98. Fann.l.8.c.35.

[4] MIles cũ obediens poteſtati, ſub qua legitimè conſtitutus eſt, hominem occidit; nulla ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij; immo, niſi fecerit, reus eſt imperij [k] deſerti, atque contempti. Quòd ſi ſuaſpontè, atque auctoritate feciſſet; in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſſet. Itaque unde punitur, ſi fecerit iniuſſus; inde punietur, niſi fecerit iuſſus.

Item in quæſtionibus Exodi, quæſt. 39. ad cap. 11.

1 Idem tenet tex. cum gl. in l. meminiſſe, ff. de offi. procon. Bar. in l. patronus. §. Sẽpronio. ff. de leg. 3.

a ¶ Submittere.] l. non reſiſtere.

PLacuit.] CASVS. Quæſitũ fuit in cõcilio Bracharenſi, utrum cõmemoratio debeat fieri in altari pro his, qui aliquo modo mortem ſibi inferunt, uel q pro ſuis ſceleribus interficiũtur, uel utrũ eorũ cadauera ſint ſepelienda cũ pſalmis? Et reſpõdet q nõn.

f ¶ Voluntarie.] Seu ſi q furorẽ: tũc nõ imputaretur, ut 15. quæſt. 1. ſi quis inſaniens, & c. illa.

g ¶ Cõmemoratio.] Sed nonne cum illi cõmunicauimus uiuo, ergo illi mortuo communicabimus? ut 24. q. 2. ſane? Sed illud intelligas de communione ſacramentorum, quæ datur in fine. Sed hæc ſolutio non eſt ſufficiens. nam ſi quis mortuus eſt ſine ſacramentis illis, & ſine pœnitentia) ſi tamẽ fuit honeſta cauſa mortis) bene admittitur ad orationes eccleſiæ. ſi. ext. de ſepult. ex parte.

Mortuus ſine pœnitentia, admittit ad eccleſiæ orationes.

h ¶ Ad ſepulturã.] Videtur ergo q tales ſepelient, ut hic, & inf. cad. quæſt. 8. quicunque. ſed hoc nõ eſt uerum, & intelligas illud de canina ſepultura. nã & cõtrito quandoque denegatur eccleſiaſtica ſepultura, ut extra de torneamentis, cap. 1. & extr. de rapt. ſuper eo.

Sepultura qñque contrito denegatur.

i ¶ Pro ſuis ſceleribus.] Sicut fures, & latrones, ut extra de furt. fures. niſi fuerint contriti, ut 13. quæſt. 2. cap. ult.

Occidere ſe ipſum nemini eſt permiſſum.

a ¶ Tu dixiſti.] Iſte dixit? Iam martyrem eſſe, cum pœnitentia ſit uindicta puniens in ſe quod ſe cõmiſiſſe dolet, ut 7. de pœ. diſt. 3. pœnitentia. unde dicebat, q illicitum eſt cuilibet pro peccatis ſuis ſe occidere.

b ¶ Talibus. Sic tantucibe Aug. dicitabus, i. malis.

c ¶ Martyrem.] ſ. 1. q. 1. unde 7. 24. q. 3. quod autem.

d NOn eſt.] ¶ Abſq; eo. Dicunt quidam, q ubi fides eccleſiæ, & caſtitas corporis impugnatur, licet alicui ſe occidere, ut hic innuitur; cum tamen Auguſt. dicat, quod ad quodcunque malum quis cogatur, non poteſt ſe occidere, ut ſup. eod. quæſt. 4. diſplicet, melius

MIles.] Hæc eſt 4. pars q. in qua probat magiſter per 11. auctoritates, quod non peccant iudices. uel miniſtri, ſi malos occidunt: ſi tamen non animo occidendi, ſed animo iudicandi faciunt. Io. de Fant.

CASVS. Quæſitum fuit ab Auguſt. utrum miles ſit reus homicidij, qui ſuæ poteſtati obediens hominem interfecit? Et reſpondet quod non. Si autem ſponte, & propria auctoritate hoc fecerit, reus eſt homicidij. Sequentia tria capitula per te formare poteris.

k ¶ Imperij.] Argum. q ratione mandati excuſatur aliquis, etiam ſi contra conſcientiam faciat, ut 5. eod. q. 1. quid

Digitized by Google

¶Homicida eſt,qui ſponte occidit,quos iudex iubet occidi. C. XIIII.

Iuo p.10.c.105. Pann.l.8.c.39.

CVm miniſter iudicis occidit eum, quem iudex iuſſit occidi,profecto ſi id ſponte[a] facit,homicida eſt,etiã ſi eum occidat, quem ſcit a iudice debuiſſe occidi.

Idem lib.22.contra Fauſtum,c.73.

¶ Sicut iure laudatur obedientia,ita reprehenditur, qui ſibi non conceſſa vſurpat. Cap. XV.

LEx æterna in medio quodam loco poſuit aliqua hominibus;vt in eis vſurpandis merito reprehendatur audacia:in exequendis autem iure obedientia laudetur. Abraham, æ ſi ſpontaneus [b] in occidendo filio motus fuiſſet; execrabilis haberetur; at iubenti Deo obſecundans famulatus eſt.

æ ¶Abraham.]*Confectum eſt hoc caput ex verbis B. Auſtini, ſed collectoris arbitratu immunitatis. Atque hæc quidem pars ſic apud illũ habet.* Quapropter ſi in occidendo filio ſpontaneus motus execrabilis,Deo autem iubente obſecundans famulatus non ſolum inculpabilis, verum etiam laudabilis inuenitur, quid Moyſem Fauſte reprehendis,quòd expoliauit Aegyptios.&c.

Idem in quæſtionibus ſuper Euangelia, libro primo, quæſt.10.

¶Bono animo officia vindictæ poſſunt impleri. C. XVI.

Iuo p.10.c.106. Pann.l.8.c.40.

OFficia vindictæ [c] poſſunt impleri bono animo;quomodo lex; [d] quomodo iudex. [e]

Idem ad Macedonium,epiſt.54.

¶Non eſt iniquus,ſed humanus,qui crimen perſequitur, vt hominem liberet. C. XVII.

Iuo p.10.c.107.

NOn eſt iniquitatis, ſed potius humanitatis ſocietate deuinctus,qui propterea eſt criminis [f] perſecutor, vt ſit hominis liberator.

Idem in eadem epiſtola.

¶Quare ſint inſtituta regia poteſtas & legalia tormenta. C. XVIII.

Iuo p.10.c.108.

NOn frustra [g] ſunt inſtituta poteſtas regis, & cognitoris ius,vngulæ carnificis, arma militis,diſciplina dominantis, ſeueritas etiam boni patris: habent omnia iſta modos [h] ſuos, cauſas, [i] rationes, [k] vtilitates: [l] hæc cum timentur,& mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni.

Idem ibidem.

¶Nonnunquam potius peccat, qui cauſam mortis præbet, quam ille, qui occidit. Cap. XIX.

Iuo ibidem.

CVm homo ab hoſte occiditur;multum diſtat,vtrũ fiat nocẽdi cupiditate,vel iniuſte aliquid auferẽdi,(ſicut fit ab inimico,ſicut a latrone) an vlciſcẽdi, vel obediẽdi ordine,(ſicut a iudice, ſicut a carnifice)an euadendi, vel

quid culpatur, in fi. & extra de offic. iudi.deleg. paſtoralis, §.quia vero.

a ¶Vm miniſter.] ¶Sponte.] Arg non excuſat vxor, quæ reddit debitum illi quem ſcit cõſanguineum ſuum, de mandato eccleſiæ, ſed diſtinguitur, ut ext. de ſent. excom. inquiſitioni. & de reſt. ſpol. literas.

b LEx æterna.] Si ſpontaneus.] Sim.14. quæſt.5. dixit.] Ad hoc facit 22. q.2. Abraham.

c OFficia vindictæ.] ideſt, vindicta ex officio.

d ¶Quomodo lex.] In extraordinarijs: vbi nõ eſt ſtatuta pœna criminis 1.

e ¶Iudex.] ideſt,vbi eſt ſtatuta pœna criminis ad vtrumq;. ext. de offi. & pote. iudi.deleg.de cauſis, verſus finem.

f NOn eſt.] ¶Criminis.] Supra 45.diſt. & qui emendat.

g NOn frustra.] Supra diſt.4. factæ ſunt.

h ¶Modos.] Ad quid fiant,vt 5.quæſt.4. 9 peccat.

i ¶Cauſas.] Nam ſine cauſa nemo puniendus eſt. 16. q. vlt.inuentum.

k ¶Rationes.] Nam ſecundum leges iudicandum eſt.3.q.7.iudicet.

l ¶Vtilitates.] Nam hoc ſolum bene agitur, ut vita hominũ corrigatur,ut 7.ead. prodeſt.Ioan.

CVm homo.] CASVS. Macedonius de duobus quæſiuit ab Auguſtino. Primo,vtrum ſit peccatum occidere hominem? Et reſpondet, quòd quandoq; eſt peccatũ, ut ſi fiat ab inimico,vel latrone: & quandoque non,ut ſi fiat a iudice, vel officiali, vel milite. Secũdo quæſiuit, an qui præſtat alicui occaſionem mortis, ſit homicida? Et reſpondet q quandoq; homicida eſt,

Digitized by Google

eſt,ut contingit de eo qui fidei uſſorem decipit. & quãdoque non, ſicut contingit in puella a qua ſtuprum petitur,& in patre a quo timet filius verberari. & in eo p quo,quia liberatus eſt,alius ſe occidit. Secunda quæſtio incipit ibi.] Et aliquando.

ſe uin. leg.1.& 2.

b ¶ Potius.] inf.prox.q.vlt.qui aliorum.

b ¶ Potius.] Sic magis punitur conſolens quã faciẽs vt infra prox.q.vlt.quia aliorum.& 86.d.ſt.tãta. Inquirendum etiam eſt quis primo cauſam mali præbuerit, vt C.ad legem Iuliã de vi.pu.li qui.& ff. ſi quadru. pau.feciſ. dica.l.1.§.cum arietes.

1 Ar.l.1.§.ſi plures & ibi Bar.ff.ã exer 11.& pe.Bal. in l.3. C.de fer.fugi.

a ¶ Latro.] Furem noctiturnum.ſed nõ diurnũ.licet occidere. Latronẽ in ſidantẽ in itinere licet cuilibet occidere.

ſubueniẽdi neceſſitate, ſicut interimitur latro a viatore, hoſtis a milite.¶ Et aliquando,qui cauſa mortis fuit,potius [b] in culpa eſt,quàm ille qui occidit:velut ſi quiſpiã decipiat fideiuſſorem ſuũ,atq; ille pro iſto legitimũ ſupplicium [c] luat.Nec tamẽ omnis,qui cauſa alienæ mortis eſt,reus eſt. ¶ Quid ſi enim quiſquam ſtuprũ petat, ſeſeque ſi nõ impetrauerit,interimat? Quid ſi filius timẽs patris pia uerbera, prȩcipitio pereat? Quid ſi alius homine liberato,uel,ne alius liberetur, ſibi ipſe mortem inferat? Num propter iſtas alienarum mortiũ cauſas aut ſceleri conſentiẽdum eſt;aut vindicta peccati, quæ nõ fit nocẽdi,ſed corrigẽdi ſtudio,etiam paterna tollenda; aut opera miſericordiæ cohibenda ſunt? Hæc cum accidunt; debemus eis humanum dolorem, non propter illa,ne accidant,recte factorum reprimere uoluntatem.

Item Iſidorus lib.3 ſent.de ſummo bono,c.53.

¶ Quod ſacerdotes emẽdare docendo non ualẽt, diſciplinæ terrore poteſtas extorqueat. C. XX.

Poly.6.tit.1. Burc.l.15.c.43. Iuo p.16.c.44.

PRincipes [d] ſæculi nõnunquam intra eccleſiam poteſtatis adeptæ culmina tenẽt, ut per eandem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Cęterum intra eccleſiam [e] poteſtates neceſſariæ nõ eſſent; niſi,ut quod prævalet ſacerdos efficere per doctrinæ ſermonem, poteſtas hoc impleat per diſciplinæ terroré. Sæpe per regnũ terrenum, cœleſte regnum proficit, ut qui intra eccleſiã poſiti contra fidem,& diſciplinam eccleſiæ agunt;rigore principum conterantur ; ipſamque diſciplinam, quã eccleſię humilitas exercere nõ ꝑualet, [f] ceruicibus ſuperborũ poteſtas principalis imponat, & ut veneratione [a] mereatur, uirtutem poteſtatis impertiat . Cognoſcant principes ſæculi Deo debere ſe rationem reddere ,ꝓpter eccleſiam,quam a Chriſto tuẽdam ſuſcipiunt. Nam ſiue augeatur pax, & diſciplina eccleſiæ ꝑ fideles principes, ſiue ſoluatur : ille ab eis rationem exiget,qui eorum poteſtati ſuam eccleſiam credidit.

d ¶ Supplicũ.] Sed certe illud nullo iure. 2 inueniſ, ꝙ fide iuſſor poſſit occidi ſi nõ exhibet illum pro quo fideiuſſit,licet fideiuſſerit pro reo criminis.ſed ſi fideiuſſor ſine dolo reum criminis non exhibet, pecuniariter punit : ſed ſi dolo eum nõ exhibet, punitur arbitrio iudicis,ut ff.de exhibre.l.ſi quis reum,& C. ad Tur.l.2. potꝫ ergo reſpicitur hic factum,uel cõſuetudo alicuius loci,quã ius.

2 Diuino,& humano.

PRincipes.] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ principes ſeculi ad hoc ſunt inſtituti, ut eccleſiaſticã diſciplinã defendãt, vt quos ſacerdotalis ſermo non corrigit, coerceat ſæcularis poteſtas. De quo, ſi nõ fecerit,apud Deũ reddituri ſunt rationẽ.Seq. c.planũ eſt. d ¶ Principes.] Hæc quatuor c.ad hoc inducuntur.ut principes eccleſias defendãt, & reos nõ permittant uiuere.

e ¶ Intra eccleſiã.] Laici hñt iuriſdictionẽ multipliciter intra eccleſiam. Quandoque ī perſonis ipſis,cum ſint incorrigibiles, vt 22.d. eos qui & 17.ea. q.de Liguribus. Item quãdoque ꝓpter ambitionem alicuius, ut 79. diſt.ſi quis pecunia. Item cum fidem uolũt ſubuertere, ut d. 8.quo iure,& ſu.ea. c.1.& 17.diſ.nec licuit. Item cum falſarius eſt clericus, ut ex.de cri.ad falſariorum. Item cum & ſchiſma faciunt clerici. & cum contemnunt excõionem.ut inf.ea.l.q.de Liguribus. Itẽ & ubicunq; eccleſiaſtica poteſtas deficit,vt hic. Item & cũ tributum petunt ab eccleſia,ut inf.ea.q.8. contentiosi.

Laici qñque clericos habent iuriſdictionem.

f ¶ Non prævalet.] Sup.d.96.duo ſup d.22.quoniam. ſup.11.q.1.illud.

a ¶ Res.

Digitized by Google

1 Quia in eis Deum oramus, & confitemur.

a REs autem.[¶ Confessionem.] ideſt, ad eccleſias Chriſtum confitentes. 1

INceſtuoſi.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ mali, qui per eccleſiam non poſſunt corrigi, uolentes in ſuis crimi nibus perdurare, coerceri debent per brachium ſæculare.

b ¶ In priſtinis.] Supra 82. di. plurimos. Ioan.

REgum] CASVS. Dicit Hier. in hoc c. q̃ principes debẽt defendere vi oppreſſos, & peregrinos viduas, & pupillos. Et hoc probat auctoritate Hiere. quę incipit ibi. [Nolite ò reges Iuda.] [Intulit.] ſ. Hieremias.

c ¶ Oppreſſos.] Hic videtur, q̃ ad iudicẽ ſæculare ſpectet defendere oppreſſos & viduas, & pupillos, ut inf. eod. adminiſtratores, & ſu. c. q. 3. ab Imperatoribus. & C. q̃n̄ iperat. inter pup. & uid. l. vnica. Sed cõtra inf. 23. quæſt. ult. ſi quis de potẽtibus. 87. diſtinct. deſolatis 2 & c. 1. & 2. q. 12. q. 2. omnis ætas. Dic q̃ ad utrumque pertinet, potius tamen ad eccleſiam, extra de foro compet. ex tenore.

2 Al. incipit defenſionis, & eſt 2. c.

d ¶ In loco iſto.] i. in eccleſia. Io.

IPSIS AVTEM. Hæc eſt 5. pars qõ. in qua magiſter probat, q̃ fides debet ſeruari principibus, & hoc probat per duo c. Io. de Fant.

CASVS. Gratian. dicit q̃ principibus exhibere debemus fidẽ & reuerentiam. De fide tractat in cap. ſi apud. de reuerentia in c. dicat.

SI apud.] CASVS. Oſtendit Hiero. hic, quod illi, qui carnali domino in minimis fuerunt fideles, maiora præmia apud Deum conſequẽtur, quia ſeruãt doctrinam domini, qui ſuæ conditioni impoſita non denegat. Nec põt eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali dño fidem non exhibet.

Facit quilibet quæ ſuæ conueniunt conditioni.

e ¶ Cõditioni.] Nota, q̃ quilibet debet facere quæ ſuæ conditioni conueniũt, ut 91. d. legimus, & 7. q. 1. ſi quis epũs, & eſt hic arg. cõtra clericos, quib. diſplicet cõditio ſua, q̃ comã uolũt nutrire. ext. de uit. & hon. cle. cleric.

f ¶ Qui contradictor.] Sup. 15. q. ult. ſi quis ſeruum.

g ¶ Quomodo.] Arg. ſup. 2. q. 7. non poteſt.

Dicas

Item Leo Papa, epiſto. 29. ad Pulcheriam Auguſtam.

¶ Et regia poteſtas, & ſacerdotalis defendat auctoritas, quæ ad diuinam confeſſionem pertinent.

C. XXI.

Pcly. l. 1. tit. 47.

REs autem humanæ aliter tutæ eſſe nõ poſſunt; niſi quæ ad diuinam confeſſionem [2] pertinent, & regia, & ſacerdotalis defendat auctoritas.

& Capi. l. 2. c. 45.

Item ex concilio Turonenſi 3. c. 41.

¶ Sacerdotalis admonitio quos corrigere non ualet, ſæcularis potentia corrigat.

C. XXII.

Bure. l. 7. c. 29. luo p. 9. c. 66.

INceſtuoſi, patricidæ, homicidæ multi apud nos reperiuntur: ſed aliqui ex illis ſacerdotum nolunt admonitionibus aurem accommodare, uolentes in priſtinis [b] perdurare criminibus: quos oportet per ſæcularis potentiæ diſciplinam a tam praua conſuetudine coerceri; qui per ſalutifera ſacerdotum monita noluerunt reuocari.

Item Hieronymus ſuper Hieremiam, ad c. 22.

¶ Malos comprimere, & bonos ſubleuare, Regum officium eſt.

C. XXIII.

† autem] ori.

REgum officium † eſt proprium, facere iudicium & iuſtitiam, & liberare de manu calumniatorũ vi oppreſſos, [c] & peregrino, pupilloque, & uiduæ, qui facilius opprimuntur a potentibus, præbere auxilium. Et, vt curam eis præceptorum Dei maiorem injceret, intulit, [Nolite contriſtare, ut non ſolum non eripiatis, ſed ne patiamini quidem per ueſtram conniuentiam ab alijs contriſtari, [& ſanguinem innocentem non effundatis in loco iſto. [d]] Homicidas enim, ſacrilegos, &c. *& poſt pauca.* ¶ Si, inquit, hæc feceritis ò reges Iuda; tenebitis priſtinam poteſtatem.

Hier. 7.

inf. ea. homicidas.

5 Ipſis autem principibus, & poteſtatibus fidem, & reuerentiam ſeruari oportet: quam qui non exhibuerit, apud Deum præmia inuenire non poterit.

Vnde idem Hieronymus in epiſtolam ad Titum, c. 2. ad uerſ. [*Serui dominis.*]

¶ Aeterna mercede fraudatur, qui fidem, & reuerentiam poteſtatibus ſeruare contemnit.

C. XXIIII.

SI apud carnales dominos in minimo fideles fuerint; incipient eis apud Deũ maiora committi. Ornat autẽ doctrinã Domini, qui ea, quę conditioni [e] ſuæ apta ſunt, facit, & è diuerſo confundit eam; qui non eſt ſubiectus in omnibus; cui conditio ſua diſplicet; qui cõtradictor, [f] atque fraudator, in nullo fidem bonam oſtendit. Quomodo [g] enim poteſt fidelis eſſe in ſubſtãtia Dei; qui carnali domino fidem exhibere non potuit?

Digitized by Google

Dicat.] CASVS. Amb. docet in hoc cap. quòd qui reuerentiam domino suo exhibet, à domino præmium reportabit. Et hoc probat exemplo Abrahæ: qui quoniã exhibuit reuerentiam regi Sodomorum cedendo sibi prædam, quam ab inimicis receperat: præmium à Do-

Item Ambrosius in lib. 1. de Patriarchis, idest de Abraham, cap. 3.

¶ Militaris disciplina Regi omnia seruat. C. XXV.

Dicat † aliquis, cũ ipse uicerit, quomodo dicit Abraham [a] ad regem Sodomorũ, [nihil summam abs te,] cum præda utique in potestate uictoris fuerit? Docet † militarem disciplinam, ut regi seruẽtur omnia. [b] Sane his qui secum fuissent in adiumentum fortasse sociati, partẽ emolumenti tribuendam asserit, tanquam mercedem laboris. Ideoque, quoniam sibi mercedem ab homine non quæsiuit; à Deo accepit: sicut legimus scriptum; quia post hæc factum est verbum Domini ad Abraham in uisu dicens: [Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.]

† *Dicet*]orig. *Gen. 14.*
† *al. Dicit.*

Gen. 15.

Praterea, sicut principibus, & potestatibus fidem & reuerentiam exhibere cogimur, ita sæcularium dignitatum administratoribus, defendendarum ecclesiarum necessitas incumbit. Quod si facere contempserint: a communione sunt repellendi.

Vnde Ioannes Octauus.

¶ Querimonias ecclesiarum, qui in dignitatibus agunt, attentius debent audire. C. XXVI.

Administratores plane sæcularium dignitatum, qui ad ecclesiarum tuitionem, pupillorum, ac uiduarũ protectionem, rapaciumque refrenationem constituti esse proculdubio debent; quoties ab episcopis, & ecclesiasticis viris conuenti fuerint: eorum querimonias attentius audiant, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant. Quòd si Dei timorem præ oculis non habentes negligere post secundam, & tertiam admonitionem inuenti fuerint; omni se nouerint communione usque ad cõdignam satisfactionem priuatos.

Anſ. l. 3. c. 107.

Item Hieronymus super Ioelem, ad c. 2.

¶ Non solum homines, sed & contrariæ fortitudines sunt ultrices iræ Dei. C. XXVII.

Non solum homines, ministri [d] sunt, & ultores iræ Dei in his qui malum operantur (unde † non sine causa gladium portant;) sed etiam contrariæ fortitudines, [e] quæ appellantur furor, & ira Dei.

Iuo p. 10. c. 111. Pann. l. 8. c. 48.
† al.

Præda publica est domini, sub quo militatur.

Prædapublica est domini, sub quo militatur. sicut decimæ dantur episcopo, ut eas diuidat. 12. q. 3. cõcessio. quod ergo dicitur quod de iure gentiũ nostra sunt q̃ capimus in bello, ut ff. de acq. re. do. naturale. §. vl. uerum est quod capientis est: sed tamẽ tenetur domino dare, ut diuidat secũdum merita hominum. Io de Fant.

PRÆTEREA Hoc est 6. pars q. in qua probatur, quod principes tenentur ecclesiam defendere alias excõmunicentur. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra ostensum est quod principibus & potestatibus fidem & reuerẽtiam exhibere debemus. nunc ostendit Grat. quod nice uersũ principes ecclesiã defendere debent: alioquin à communione sunt repellendi. Et ad hoc inducit seq. cap.

Administratores. CASVS. Statuit Ioannes in hoc cap. quod principes seculi, qui cõstituti sunt ad malorum audaciam refrænandam, & ad tuitionem uiduarum & pupillorum: quoties super hoc admoniti fuerint ab episcopis diligenter audire debent q̃ & corrigenda fuerint: corrigere si autem post secundam & tertiam admonitionem: fuerint negligentes: usque ad dignam satisfactionem debent à communione repelli. Illa e. quę sequuntur usque ad cap. si audieris. plana sunt per se.

e ¶ Priuatos.] Videtur ergo, q̃ ipso iure sit excõmunicatus.

a Domino meruit.

a ¶ Abraham.] Cum reuerteretur de cede quatuor regum.

b ¶ Omnia.] Hæc littera videt sibi contradicere in eo q̃ dicit hic, quod regis sint omnia. & iam dixit q̃ omnia sint victoris. & etiam in Genes. dixit, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt. Ad hoc dicas q̃ Abraham non subetat isti regi, nec de regno suo erat: & ideo præda

princeps, qui non facit iustitiam clerico.

Non solum.] Hæc est septima pars quæstionis, in qua probat magister, quod mali sunt puniendi per iudices. & per reges, & quandoque occulto iudicio diuersis modis, & tales ultores non peccant. dum tamen amore iustitiæ hoc faciãt. & hoc p̃bat p 24. c. Io. de Fant.

d ¶ Ministri.] Simile 15. q. 1. nec eis. 1

e ¶ Fortitudines.] Id est dæmones, & ita est bonũ q̃ dæmones

? Er 8. q. 1. audaciæ.

Digitized by Google

ſocietatem ab hominibus impijs, ingratiſq; cõmittitur, profecto grauius eſt; & atrocius, quàm ſi in alios talia committantur; tu quoq; pro immanitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Chriſtianæ conſideratione cenſeas coercendum. Quod te per Ieſum Chriſtũ, ne facias, obſecramus. *& paulo poſt.* ¶ Ex occaſione terribilium iudicum, ac legum, ne æterni iudicij pœnas luant, † corrigi eos cupimus, non necari: nec diſciplinam circa eos negligi volumus, nec ſupplicijs, quibus digni ſunt, coerceri. † Sic igitur eorum peccata compeſce, vt ſint, quos pœniteat peccaſſe. *& paulo poſt.* ¶ Proinde, ſi occidendos in his ſceleribus homines putaueritis; deterrebitis nos, ne per operam noſtrã [a] ad veſtrum iudicium aliquid tale perueniat. Quo comperto illi in noſtram perniciem licentiori audacia graſſabũtur, neceſſitate nobis impacta, vt etiam occidi [b] ab eis eligamus potius, † quàm eos occidendos veſtris iudicijs ingeramus.

† *al. incident.*

† *al. extorti.*

† *abeſt ab ot.*

Idem Macedonio, epiſt. 54.

¶ Quies eccleſiæ, principum ſæueritate iuuatur.

C. IIII.

IAm uero.] CASVS. Christianus aliquis nomine Rusticus contumaciter in delicto perstitens, admonitionibus non corrigebatur: quare quærebat Maximianus episcopus a Greg. qualiter iste Rusticus sit coercendus? Et respondet, ꝙ graui onere pensionis est grauandus ut per hoc cogatur redire ad bonum.

a ¶ Iam vero.] Hoc intelligit de hæreticis ꝓtium est extra de hæret. c. sicut ubi phibetur ne aliquis eos teneat in terris suis, uel in domo vel aliquem cõtractum cum eis faciat. Sed dic, quod loquitur de eo, qui aliàs est incorrigibilis, uel loquitur de Iudeis pro ut dixi sup. q. 4. cap. ult. Ioan.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Hucusq; probauit Gratia. ꝙ mali sunt cogendi ad bonum: nunc vero vult probare cõtrarium: quia Deus coacta seruitia aspernatur: qđ sex auctoritatibus ꝓbat, quæ in litera facile apparebunt, & hoc in prima parte. In secunda parte ñdet obiectis dicẽs ꝙ homo, si sẽper esset inuitus, inutiliter cogeret ad bonũ, sed cogitur, ut timore pœnæ malum ducatur in desuetudinem. bonum uero ex cõsuetudine diligescat. Et ad hãc solutionẽ probandam inducit auctoritatẽ Aug. [Si ex necessitate.]. i. causa sumptꝰ. [Si inuitus, quia iniunctũ est mihi hoc officium [dispensatio,] idest distributio verbi Dei est tantum mihi credita.

b ¶ Seruitia.] Supra 35. quæstio. 1. non est.

c ¶ Inuitus.] Sed qualiter potest quis inuitus dare cum nec ignorãs nec inuitus quis donet, ut C. de dona. nec ignorans? Sed facias vim & differẽtiam inter dare & donare, ut donum dicatur quod aliquis ex libertate dat, & ex certa scientia, vnde episcopus non dicitur donare prębendas, sed dare.

Donare & dare differunt.

d Vt ff. de do. l. dati.

c ¶ Pudorem.] Quandoque etiam & alius quis taceat propter uerecundiam, non sibi prośudicat. ff. de furtis, l. pen.

e ¶ Si ex necessitate.] Idest, præcepto, uel loquitur de necessitate uitæ.

f ¶ Dispensatio.] alijs dispensio: sed mihi non proficio.

ipsis rebus agnoscerem, etiam in hac causa rectè intelligi posse, quod scriptum est: [Da sapienti occasionem, & sapientior erit. Prouer. 9.

Item Greg. Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epi. 26.

¶Onere pensionis rusticus ad Dominum conuerti cogatur. C. IIII.

IAm uero a, si Rusticus tantæ perfidiæ, & obstinationis fuerit inuentus, vt ad Deũ minimè uenire consentiat: tanto pensionis onere grauandus est, ut ipsa exactionis suæ pœna compellatur ad rectitudinem festinare.

Ex his omnibus colligitur quod mali sunt cogendi ad bonum. Sed obijcitur, quod nemo est cogendus ad id, ad quod inutiliter cogitur. Ad bonum autem quisque inutiliter cogitur: cũ Deus aspernetur coacta seruitia b. Vnde Apostolus cũ ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait: [Vnusquisque, prout destinauit in corde suo, non ex 2. Cor. 9.
tristitia, aut ex necessitate: Hilarem enim datorem diligit Deus.] Vnde datur intelligi: quod qui inuitus c dat propter præsentem pudorem d, & rem & meritum perdit. Itẽ, cũ redderet causam, quare sumptibus abstineret; 2. Cor. 9.
ait: [Si ex necessitate e euangelizauero, non erit mihi gloria.] ¶ Item: [Si inuitus euangelizauero, dispensatio f mihi credita est. Si autem uolens hoc ago, mercedem habeo apud Deum.] ¶ Item cum Galatis scriberet legalia non esse tenenda, ait: [Si spiritu ducimini, nõ estis sub Gal. 5.
lege.] Ex quo apparet eum, qui sub lege est, idest, qui timore pœnæ, non amore iustitiæ seruit, non duci spiritu sancto: Si autem spiritu sancto non ducitur; Deo placere minimè valet. ¶ Item] Non accepistis spiritum seruitutis Rom. 8.
iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datur intelligi, quòd, & si in ueteri testamento timore pœnæ homines cogebantur ad bonum; tamen in nouo testamento sola libertate, et dilectione iustitiæ sunt inuitãdi ad fidem. Vnde illi dicuntur serui, & filij ancillæ, per- Gal. 5.
tinentes ad Ismael: isti dicũtur liberi & filia liberæ, pertinentes ad Isaac. ¶ Item Ioannes in sua epistola: [Timor 1. Ioan. 4.
non est in charitate: sed perfecta charitas foras mittit timorem.] Qui autem cogitur, timore illo ducitur, qui non est in charitate; qui manus comprimit, non animum mutat, quo pœna timetur, non bonum diligitur. Porro Psal. 67.
sine dilectione boni, nullus Deo placere, uel in numero bonorum connumerari poterit. Vnde cum propheta diceret: [Animalia tua habitabunt in ea, scilicet hereditate; ostendens, quomodo ad ipsam habitationem perueniat, subdit. [In dulcedine tua quam tu præparasti pauperi Deus:] dulcedinem uocans; suauitatem boni operis, qua bonum fit non timore pœnæ, sed delectatione iustitiæ. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in hereditate nõ habitent, patet ꝙ nemo, nisi inutiliter, ab bonum cogitur.

Digitized by Google

Nota ¶ Consuetudo. ² Sicut enim sera inducit filium, sic iste timor iustitiam. ut inf. de pœn. d. 3. sicut sera. Ioan.

Vide autem. CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur an hæretici sint rebus suis, & reb. ecclesiæ spoliandi.

solo timore. Quicumque enim ad bonum cogitur; solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum. ¶ *His sic respondetur. Si bonum, ad quod mali coguntur, semper inuiti tolerarent, & nunquam voluntarij seruirent, inutiliter cogerentur ad illud. Sed quia humana natura est, & ea, quæ in desuetudinem ducuntur, abhorrere, & consueta magna custodia diligere; flagellis tribulationum mali sunt cohibendi a malo, & prouocandi ad bonum: ut dum timore pœnæ malum in desuetudinem ducitur, abhorreatur: bonum uero ex cõsuetudine dulcescat. Vnde Augustinus in psalmũ 127.* [*Cum a per timorem gehennæ continet se homo a peccato fit consuetudo* ² *iustitiæ, & incipit, quod durum erat amari: & incipit excludi timor a charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quo timemus, ne tardet sponsus, ne discedat, ne eo careamus. Ille utilis est, sed non permanet in æternum ut iste.*

Ad uersi. uxor tua.

a ¶ Cum per timorem.] *Locus hic potius conuenit cum glossa ordinaria in eundem psalmum: sunt tamẽ hic aliqua ex B. Augustino, quæ non sunt in glossa.*

QVAESTIO VII.

Nunc autem ᵇ *quæritur, an hæretici suis, & ecclesiæ rebus sint expoliandi, & qui possident hæreticis ablata, an dicantur possidere aliena.*

De his ita scribit Augustinus ad Vincentium, epist. 48.

¶ Res terrenæ non nisi diuino, uel humano iure tenentur. C. I.

Iun p. 1. c. 170. Poly. l. 7. tit. 5.

QVicũque vos ex occasione legis huius Imperialis non dilectione corrigendi, sed inimicandi odio persequitur; displicet nobis. Et quamuis res quæque terrena recte a quoquam possideri non possit; nisi vel iure diuino ᶜ quo cuncta iustorũ sunt: vel iure humano, qđ in potestate est regum terræ, (ideoq; falso res uestras appellatis, quas nec iuste † possidetis, & secundum leges regum terrenorum amittere iussi estis, frustraque dicitis, nos eis congregãdis laborauimus, cum scriptum legatis:] Labores a impiorũ iusti edũt. †] (sed tñ, quisquis ex occasione huius β legis, quàm reges terræ Christo seruientes ad

† al. iusti.

† al. idem.

Hæreticorũ bona cui applicantur.

Ad uersi. uxor tua.

¹ Dicit Ray. hoc uidetur intelligẽdũ cũ patet publice prædicat contra fidem catholicam, uel publice profitetur, uel defendit errorem, uel coram prælato suo est cõuictus, vel cõfessus; aut sententialiter cõdẽnatus de hæresi. extra de verbo. signo. super quibusdam.

Iliandi, & an illi, qui possident res illas, sine peccato ualeant possidere? Et respondet quòd sic ut inf. cap. 2. & sup. 8. dist. quo iure. dummodo fiat per iudicem. ut supra ea. q. 3. sed sunt differentiæ. circa fi. Idem est de quolibet hoste, dummodo bellum sit iustum, ut sup. eo. q. 5. dicat. & d. 1. ius naturale ².

b ¶ Nunc autem.] Non solum hæretici, sed omnes hostes licite possunt spoliari rebus suis dummodo bellum sit iustum, & ille qui rem abstulit, iure factus est dominus illius rei sup. ea. quæst. 5. dicat. & sup. distinct. 1. ius naturale. & ff. de acq. rer. dom. naturali. 5. vult. hæreticis autem iustum est auferri ea, quæ habent, ut sup. dist. 8. quo iure. dummodo bellum sit iustum, & ille qui rem abstulit, iure factus est dominus illius rei sup. ea. quæst. 5. dicat. & sup. distinct. 1. ius naturale. & ff. de acq. rer. dom. naturali. 5. vult. hæreticis autem iustum est auferri ea, quæ habent, ut sup. dist. 8. quo iure.

Quicumq; uos.] CASVS. Vincentius Donatista de quatuor conquerebatur. Primo, quod Christiani persequebantur eum & alios hæreticos occasione legis Imperialis, non dilectione corrigendi, sed odio uindicandi. Secundo, quod occasione legis Imperialis res suas cupide auferebant. Tertio, quia res pauperum, uel basilicas, quas ipsi quondam tenebant nunc tenẽt Christiani per auaritiam. Quarto, quia recipiunt ita inhoneste viuentes hæreticos sicut honeste viuentes. Sed Aug. istis quatuor quæstionibus respõdet per ordinem: dicens. quòd displicet sibi si ista fiant, licet ipsi nihil recte possideant: cum scriptum sit, Labores impiorum iusti edent, & tamen de facili non credit ista sibi, quia ea non monstrant: quæ & si uera sint, ecclesia tamen multos tolerat, quos corrigere non potest: quod tribus rationibus probat. Secunda quæstio incipit ibi, [Et quamuis res.] Tertia ibi, [Quisquis denique.] Quarta ibi, [Quisquis pro aliquo.]

e ¶ ¶ Diuino.] idest, iure canonico, quo eis sunt omnia auferenda, ut sup. eod. q. 5. si uos. non obstat sup. dist. 8. quo iure.

a ¶ Dicendum

emendandam impietatem veſtram promulgauerunt, res
pprias veſtras cupide appetit; diſplicet nobis. Quiſquis
denique res ipſas pauperũ, vel baſilicas congregationũ,
quas ſub noie eccleſiæ tenebatis (quę omnino non debẽ-
tur, niſi ei eccleſiæ, quæ vera eſt Chriſti eccleſia) non per
iuſtitiam, ſed per auaritiam tenet; diſplicet nobis. Quiſ-
quis pro aliquo flagitio, vel facinore deiectum † [a] a vo- 24.q.1. quiſquis.
bis γ ita ſuſcipit, ſicut ſuſcipiuntur, qui excepto errore † al. proiectum.] orig.
quo a nobis ſeparamini, ſine crimine apud vos vixerunt;
diſplicet nobis. Sed nec facile iſta monſtratis: & ſi mon-
ſtratis, nonnullos toleramus, [b] quos corrigere, vel puni-
re non poſſumus: neque propter paleã relinquimus areã
Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Do
mini: neque propter hædos in fine ſegregandos deſeri-
mus gregem Domini: neque propter vana facta in contu-
meliam, migramus de domo Domini.

α ¶ Labores impiorum.] *Huic ſententiæ ſimile eſt, quod ſcribitur prouerb.* 13. Θησαυρίζεται δὲ δικαίοις πλοῦτος, *.i. vt inf. eo.c. quemadmodum.* Theſaurizantur aũt iuſtis diuitiæ impiorum. *Vbi vulgata habet,* Cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris. *Itemque Eſa.* 61. *ſcriptum eſt,* καὶ δώσω τὸν μόχθον ἀναπληρώσιμον *cum ante dixiſſet,* ἀντὶ τοῦ ἐυφρανθῆναι δίδεσθαι. *Sapientiæ* 10. *legitur.* Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum: *infra ea.c. quemadmodum.*

β ¶ Huius legis.] *In codice Theodoſiano, lib.* 16 *tit.* 5. *ſunt leges Honorij, & Theodoſij* 43. 52. & 54. *in quibus præcipitur ædificia, prædia, & loca, quæ ad conuenticula Donatiſtarũ, uel aliorum hæreticorũ antea pertinuerãt, ab eccleſiis catholicis uendicari uel eiſdẽ ſociari debere. Et ad hæc leges uidetur ſpectaſſe B. Aug. & hic, & in tract.* 6. *in Ioannem (vt notatum eſt ſup. d.* 8. *quo iure.) & contra literas Petiliani, (vt in proxime ſeq. c.) & alibi.*

γ ¶ Vobis.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis codicibus, & originali, cum in vulgatis, & hic, & inf.* 24. *q.* 5. *quiſquis legeretur,* nobis, *Vox autem,* deiectum, *non eſt mutata ob gloſſam. Nam in vetuſtis hic, & inf. cap. citato, & apud Iuonem, & in originali eſt,* proiectum.

Item contra literas Petiliani lib. 2. *c.* 43.

¶ Catholici non ideo aliena poſſident, quia ab hæreticis ablata tenent. C. 11.

SI de rebus, [c] vel locis eccleſiaſticis, quæ tenebatis, & Iuo p. 10. c. 75.
non tenetis, querimini; poſſunt & Iudæi ſe iuſtos di-
cere, & iniquitatẽ nobis obijcere, quia locum, in quo im-
pie regnauerũt, modo Chriſtiani poſſident. Quid ergo in
dignum; ſi ea, quæ tenebant hæretici, ſecundum patrem
Domini voluntatem catholici tenent? Ad omnes enim ſi
miles. i. ad omnes impios, [d] & iniquos illa vox Domini valet: Auferetur a
vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam. An fruſtra ſcriptũ
eſt: Labores impiorum iuſti edent? Quapropter magis mirari debetis, qđ Matth. 21.
adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amiſiſtis. *Item c.* 59.

¶ Si quæ iã præciſi † poſſidere cœpiſtis; quia vobis ablata nobis Dominus
dedit: non ideo concupiſcimus aliena: quia illius imperio, [e] cuius ſunt om ſup. c. proximo.
nia facta ſunt noſtra, & iuſtè noſtra ſunt: Vos enim his vtebamini ad præci † *concifi.*] orig.
ſionem; nos ad vnitatem. Alioquin & primo populo Dei poſſent illi obijce-
re alienæ rei concupiſcentiam, qui diuina poteſtate ab eorum facie, quia ea

a ¶ Deiectũ.] Arg. q̃ ſi hæreticus tulit ſniam ſuper matrimonio, q̃ valet, vt j. proxi. cau. q. 1. q̃ ſquis. Arg. cõtra ext. eod. fraternitatis.

b ¶ Toleramus.] Infra 24. q. 2. pudenda 1.

SI de rebus.] CASVS. Hoc capitulũ diuiditur in duas partes. In prima cõquerebatur Petilianus de Chriſtianis q̃ bona poſſidebant hæreticorũ; ſed Auguſt. rñdet, q̃ iniuſte conqueritur, qđ ꝓbat exẽplo vno, & duabus auctoritatibus. In 2. par. obijciebat Chriſtianis concupiſcentiam rerum alienarum: qđ reprobat Aug. una ratione, & duobus exemplis, quæ omnia ſi bene inſpexeris, facile videbis. Secunda pars incipit ibi, [Si qua iam præciſi.]

c ¶ De reb.] Hoc nomẽ, res, hic ſtricte ſumitur. nam ſm veram ſignificationẽ omnia comprehendit, & corporalia, & incorporalia. Vt ff. de ver. ſignif. rei appellatio. & l. rei appellatione Ioan.

d ¶ Et impios.] Per hoc dicunt quidã, q̃ Iudęis, & Sarracenis licite poſſumus ſua auferre, & intelligitur id quod dĩ inf. q. 8. c. diſpar. de perſonis Iudęorum, nõ de rebus. Sed ſecus credo, quia Iudæi ſoluunt tributum, & de voluntate noſtra tenent ea, quæ habent 1.

e ¶ Imperio.] Simile 14. q. 5. dixit. 45. diſt. qui ſincera.

Quod Iudæis, & Sarracenis ſua auferre nõ debem⁹. 1 Dicas, q̃ eſt differẽtia inter Iudęos & Paganos, ſiue Sarracenos: Iudæos enim nõ debemus occidere, uel ſpoliare, ſed Sarracenos ſic j. e. q. 8. diſpar. arg. 45. d. qui ſincera. ext. de Iudæis ſicut. ſm Io. de Fi. Sed de hac materia vide latius quid no. Inno. & Hoſt. ext. de uoto, c. qã ſup. Arch.

Digitized by Google

QVod autem nobis.] CASVS. Hæretici obijciebant catholicis concupiſcentiam rerum alienarum: ſed Auguſt. eos reprehendit, dicens, hoc non eſſe verum, quia ſi hoc eſſet verum, nunquam eos compellerent inuitos ad fidem catholicam retinendam: ſed res eorum tan-

terra male vtebantur, expulſi ſunt; & ipſi Iudæi, a quibus ablatum eſt regnum ſecundum verba Domini, & datum eſt genti facienti iuſtitiam, poſſunt obijcere alienæ rei concupiſcentiam: quia eccleſia Chriſti poſſidet, † vbi perſecutores Chriſti regnabant.

Pſal. 154.

† *al. ibi poſuit.*

Item epiſtola 50. ad Bonifacium.

¶ Res eccleſiaſticæ ab hæreticis iniuſte poſſidentur. C. III.

Poly. l. 7. tit. 5. Anſ. l. 11. c. 59.

QVod autem nobis obijciunt, quod res eorum cõcupiſcamus, [a] & auferamus, vtinam catholici fiãt, & nõ ſolum quæ dicunt ſua, ſed etiam noſtra in pace nobiſcum, & charitate poſſideant. Vſque adeo autem calumniandi [b] cupiditate cæcantur: vt non attendant, quàm ſint inter ſe contraria, [c] quæ loquuntur. Ipſi certe dicũt, & inuidioſiſſime ſibi conqueri videntur: quod eos in noſtram cõmunionem violẽto legum imperio coarctamus. Hoc vtique nullo modo faceremus: ſi res eorũ poſſidere vellemus. Quis auarus quærit poſſeſſorem? Quis dominandi cupiditate inflãmatus, vel faſtu dominationis elatus deſiderat habere conſortem? Ipſos certe attendant quõ tam ſuos, iam noſtros ſocios, & fraterna nobis dilectione coniunctos, quemadmodum ea † teneant, non ſolum, quæ habebant, [d] ſed etiam noſtra, [e] quæ non habebant: Quæ tamen, ſi pauperum compauperes ſumus, & noſtra ſunt, & illorum. Si autem priuatim, quæ nobis ſufficiant, poſſidemus: non ſunt illa noſtra, ſed pauperũ quorum procurationem [f] quodammodo gerimus, non proprietatẽ nobis vſurpatione damnabili vendicamus. Quidquid ergo nomine eccleſiarum parte Donati poſſidebatur: Chriſtiani Imperatores legibus religioſis cum ipſis eccleſijs ad catholicam tranſire iuſſerunt. Cum ergo nobiſcum ſint plebes earundem eccleſiarum, nobiſcũ pauperes, qui de eiſdem poſſeſſi vinculis alebantur: ipſi potius foris poſiti deſinant concupiſcere aliena; ſed intrent in vnitatis ſocietatem, vt pariter gubernemus non illa tantum, quæ dicunt ſua, verum etiam quæ dicuntur, & noſtra. Scriptum eſt enim. [Omnia veſtra: vos autem Chriſti. Chriſtus autem Dei. g]

† *al. ſua.*

ſup. 12. quæſt. 1. ſi priuatim.

1. Cor. 3.

Item in eadem, epiſtola 50.

¶ *Antea citabatur ex epiſtola ad Vincentium, in qua nõ habetur.*

¶ Qui a corpore Chriſti præciditur, ſpiritum iuſtitiæ tenere non poteſt. C. IIII.

QVemadmodum membrum, ſi præcidatur ab homi-

a ¶ Concupiſcamus.] Sup. ea. q. 4. ipſa pietas in fi.

b ¶ Calumniandi.] Non eſt calumniandum ius. inſ. de cõſ. d. 2. liquido. ff. ad ex hib. kpeniul.

c ¶ Cõtraria.] Arg. q̃ cõtraria dicẽs nõ eſt audiẽdus. vt ext. de app. ſolicitudinẽ. & 74. diſt. geſta. C. de mun. patri. profeſſio tua. Arg. 5 ext. de iud. c. examinata, vt dixi 14. q. 1. in fi.

d ¶ Habebãt.] Non intelligas de pure dominio; ſed habere eſt idẽ quod eſſe dñm rei, quandoq; idem eſt q̃ poſſidere, ut ff. de verb. ſig. hîc.

Hîc dupliciter ſumitur.

c ¶ Sed etiã noſtra.] Id eſt, ad conſeruandum nobis data.

f ¶ Procurationẽ.] Prælati sũt procuratores non dñi rerũ eccleſiaſticarum. vt hic. & 12. q. 1. c. ult. q̃nque dicunt dñi. 16. q. 1. & temporis. q̃nque defenſores, 16. q. 1. in canonib. tamen licet prælatus dicatur procurator, magis habet liberã adminiſtrationẽ 1. quã ſimplex procurator. vnde aliquantũ date põt, ſi hoc habet cõſuetudo regionis, ut ext. de don. c. 2. Arg. contra. infra ea. q. 8. cõuenior.

Eccleſiaſticarum rerũ p̃lati ſunt procuratores, & non dñi.

g ¶ Dei.] Scilicet patris 2.

2 Adimplendo eius uolũtatem.

QVemadmodũ.] CASVS. Hoc c. diuiditur ĩ tres partes. In prima parte dicit Aug. q̃ hæreticus eſt ſicut mẽbrũ a corpore præciſum: quia ſicut tale mẽbrum non habet ſpiritum vitæ, ſic hõ a corpore Chriſti ſeparatus non hẽt ſpiritum iuſtitiæ. In ſecunda par. ponuntur quatuor q. Vincentij. Prima eſt quare Chriſtiani quærunt hæreticos? Et reſpondet Auguſt. ne iniuſti permaneant. Secunda eſt, quare non baptizant eos Chriſtiani cum quærunt ipſos? Et reſpõdet Aug. q̃ iniuria non eſt facienda ſacramento. Tertia eſt, quare nõ agunt pñiam apud Chriſtianos? Et rñdet Aug. imo. & ſi non egerint, vitam non habebunt. Quarta q̃ eſt, & ſi non recipiũt baptiſma cũ reuertunt: quidq;

tantummodo reciperent: nullus enim auarus quærit compoſſeſſorem. Attendant ergo quondam ſocios ſuos qualiter ab eccleſia tractentur: qui non ſolum ſua, ſed & res catholicorum, quas non habebant, poſſident, quæ pauperum ſunt, etſi catholici procurationem de ipſis gerant: vnde niſi reuertantur, ea ex iuſta auferuntur auctoritate legum Imperialium. Cum ergo ple-

recipiunt? Et reſpondet quod accipiunt vnitatem ſpiritus ſancti, ſcilicet charitatem, quam non habebant. In tertia obiicit Vincentius Donatiſta concupiſcentiam Chriſtianæ. & Aug. improbat duab. auctoritatibus; & hortatur hæreticos, ut reuertantur ad eccleſiam, & ſuos labores poſſideant. Secunda pars eſt ibi, [Sed hoc é.] Tertia ibi, [Si autem.] Sequens cap. patet.

pro terra defendenda. vt infra. vt pridem, & pro feudo certum numerum militum date principi. vt infra eod. §. ecce. quod autem iuris ſit, de hoc plenius conſuetum

nis viui corpore, non poteſt tenere ſpiritum vitæ; ſic homo, qui præciditur de Chriſti iuſti corpore, nullo modo poteſt tenere ſpiritum iuſtitiæ, etiam ſi figuram membri teneat, quam ſumpſit in corpore. In huius ergo compagem corporis veniant: & labores ſuos non dominandi cupiditate, ſeu bene vtendi pietate poſſideant. Nos autem [a] voluntatem noſtram; vt iam dictum eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus; quando eos ipſos, quorũ labores dicũtur, vt nobiſcum; & illis, & noſtris in ſocietate catholica vtantur, quantum valemus, inquirimus. ¶ Sed hoc eſt, inquiũt, quod nos mouet; ſi iniuſti ſumus; quare nos quæritis? Quibus reſpõdemus, q̃rimus vos iniuſtos, ne permaneatis iniuſti: quærimus perditos, vt de inuentis gaudere poſſimus, dicentes, mortuus erat frater, & reuixit; perierat, & inuentus eſt. Quare ergo me, inquit, non baptizas, vt me abluas à peccatis? Reſpondeo, quia non facio iniuriam characteri Imperatoris; cũ errorem corrigo deſertoris. [b] Quare, inquit, apud te vel pœnitentiam non ago: Imò, niſi egeris, ſaluus eſſe non poteris. Quomodo enim gaudebis te eſſe correctũ, niſi doleas te fuiſſe peruerſum? Quid ergo, inquiunt, apud vos, cum ad vos tranſimus, accipimus? Reſpondeo, non quidem accipitis baptiſmum, qui vobis extra compagem corporis Chriſti ineſſe potuit, prodeſſe non potuit: ſed accipitis vnitatẽ ſpiritus in vinculo pacis (ſine qua nemo poterit uidere Deum) & charitatem, quæ, ſicut ſcriptum eſt, cooperit multitudinem peccatorum. *& ſupra.* ¶ Si autem conſideremus, quod ſcriptum eſt in lib. Sapientiæ; [Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum.] Item, quod legitur in Prouerbijs: [Theſaurizantur autem iuſtis diuitiæ impiorũ;] tunc videbimus non eſſe quærendũ, qui habeant res hæreticorum, ſed qui ſint in ſocietate iuſtorũ. *Item poſt aliqua.* ¶ Si corpus Chriſti tollit ſpolia impiorum, & corpori Chriſti theſaurizantur diuitiæ impiorum; non debent impij foris remanere, vt calumnientur, ſed intra potius, vt iuſtificentur. *Item poſt aliqua.* ¶ In Chriſti ergo compagem corporis veniant: & labores ſuos non dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſideant. Nos autẽ voluntatem noſtram, vt iam dictum eſt, ab huius cupiditatis ſordibus, quolibet inimico iudicante, purgamus: quando eos ipſos, quorum labores dicuntur, vt nobiſcũ & illis, & noſtris in ſocietate catholica vtãtur, quantum valemus, inquirimus.

Luc. 15.

Eph. 4. Iac. 5.

Sap. 10. Prouer. 13. ſecundum lxx.

ſup. hoc c. e. non lege ab initio.

His igitur auctoritatibus liquido monſtratur, quòd ea, quæ ab hæreticis male poſſidentur, à catholicis iuſtè auferuntur; nec ideo aliena poſſidere dicuntur.

QVAESTIO VIII.

E Epiſcopis vero, vel quibuslibet Cleri-

Aduocatus idem ius ſæpius allegare poteſt.

Arbitrium inimici an ſit tolerandum.

Defertor quis ſit.

a ¶ Nos autem.] In fin. c. idem reperit: & ſic eſt arg. quod aduocatus idem ius ſæpius poteſt allegare. Arg. contra. C. de app. ampliorem. §. 2. ex eo quod dicit inimico, eſt arg. ad quæſtionem ſibbatinam, & ſi aliquis ſubmiſit ſe arbitrio inimici: licet tulerit durã ſententiam & illa tenet, dũmodo nõ præcipiat aliquid iniuſtũ, vt extra de iureiur. Quintauallis ſed ſi aliqd durum præcipiat, illud eſt reducẽdum ad arbitriũ boni uiri. ff. pro ſocietate. b ¶ Defertoris. Hic comparantur defertori redeũtes ab hæreſi: & tamen cum defertore ſtricte agitur, quã cum hæretico, ut dicitur ſ. ſumma. dicitur autẽ defertor, qui diu vagatus reducitur. ff. de re. mil. l. [illegible].

[D]E epiſ.] Hec q. di uidetur ſ. ſeptẽ partes, in quarum prima ponit magiſter per multas auctoritates, quod clerici pugnare non dẽnt. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Sed obijciur.] Quarta ibi, [Quamuis. Quinta ibi,] [Sæpe principes.] Sexta ibi, [De incertis.] Septima ibi, [De his.] Io. de Faen.

CASVS. Hic ponit 8. qõ. in qua quæritur an clerici hoc ar-ma mouere? Et reſpondetur, quod non, vt infra. ca. conuenior poſſunt tamen hortari homines ad pugnandum

uit notari supra 50. distin. de his clericis. Ostendit ergo Gra. in hoc §. quod nec sua auctoritate, nec auctoritate Papæ arma debent accipere clerici, ℣ probat tribus auctoritatibus scilicet Euangelij, Ambrosij, & Pauli. & ad hoc inducit sequentia capit. quorum prima duo

varie. quidam dicunt [1] ℣ clerici possunt uti armis pro defensione tantum ut clypeo, lorica, sed non armis impugnationis. Alij [2] dñt quod arma possunt accipere ad defendendum sed dum tñ illud incontinenti hat, & pro se tñ non ℣ alijs, & in necessitate inuitabili, ut ex. de homicid. c. ea. cõuenior. vt dixi, §. ea. q. 1. in prin. sed si alias possunt euadere, nõ sumunt arma, vt extra de homicidio suscepimus. Alij dicunt ℣ auctoritate Papæ ℣ possunt aliter non. Alij ℣ possunt nõ in propria persona, sed alias hortando ad pugnam, ut infra eo. tit. pridem. & etiam possunt milites aliquos dare principi pro feudo. t. inf. ca. §. cæterum. quod tamen iuris sit si clerici defendendo se occidant aliquem, habes notatum 50. di. d. his clericis.

[1] Vt Ber.

[2] Vt Bart.

tis [a], *quod nec sua auctoritate nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere valeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus Apostolorum a Domino fuerat electus, materialem gladium exerceret, vt magistrum a Iudæorum iniuria defensaret; audiuit* [*Conuerte gladium tuum in vaginam: Omnis enim qui gladium acceperit, gladio peribit;*] *ac si aperte ei diceretur: hactenus tibi, tuisque prædecessoribus inimicos Dei gladio corporali licuit persequi: deinceps in exemplum patientiæ gladium tuum, idest, tibi hactenus* [b] *concessum in vaginam conuerte: & tantum spiritualem gladium, quod est verbum Dei in mactatione veteris vitæ exerce. Omnis enim præter illum, vel auctoritatem eius qui legitima potestate vtitur, qui vt ait Apostolus, non sine causa gladium portat, cui etiam omnis anima subdita esse debet: omnis, inquam, qui præter auctoritatem huiusmodi gladium acceperit, gladio peribit. Item Ambrosius:*] *Arma episcopi lacryma sunt, & orationes.*] *Item illud Apostoli.*] *Non vosmetipsos defendentes charissimi;*] *quamuis omnibus generaliter dicatur, specialiter tamen prælatis dictum intelligitur.*

Matth. 26.

Rom. 1.

Rom. 12. inf. ca. non pila.

Vnde Ioannes Papa VIII. Angebergæ Imperatrici, excusans Ioannem episcopum remoueri ac militia, dicit. ¶ *Huic apici & sequenti non est in vulgatis præpositum nomen Pal. Virumque tamen cum deinceps sequenti palea abest a plerisque non vsti exemplaribus.*

[a] Clericis.] De hac materia a varijs tractatum est duo plana sunt.

[b] Hactenus.] Ex hoc vi℣ tunc cessauerit obseruantia legis qa prius licuit repellere iniurias non solũ pro se, sed pro socio, vt ſ. ca. q. 3. nõ in inferẽda. sed tunc primo fuit ℣ habitũ exercere: hodie autem tñ licitũ est defendere seipsum, ut extra de hom. c. 2. & extra de clerici percuſ. c. penul. non credo peccare eum qui aliquem patientem iniuriã defendit & si homicidiũ faciat, ut ſ. e. o. 3. nõ in inferenda licet: forte irregularis efficiat. quia nõ fuit ibi inuitabilis necessitas, ut distin. 50. quia tecta noxium. ſ.

[1] Idem vi Grat. tenet. inf. ca. §. in regesto.

Poly. l. 4. tit. 15.

NOn pila quærũt ferrea, [Non arma Christi milites] Coactus repugnare non noui, sed dolor, fletus, orationes lachrymæ fuerũt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possumus resistere: fugere autem, & relinquere ecclesiam non soleo: seruum Christi non custodia corporalis, sed Domini prouidentia sepire consueuit.

¶ *Initiũ huius capitis, quod constat duobus dametris iambicis, non est inuentũ. Reliqua habentur in lib. 5. epist. in*

[c] Cum a Iudæis.] ¶ Prohibuit.] Ex hoc vi℣ nõ licet alicui defendere dominum suum vel socium sed contrã seipsum, ut ext. de homic. & c. suscepimus. ext. de clerici. percu. c. per. sed ã hoc est su. c. q. 1. c. fortitudo. & c. pro membris. & ca. vlt. ã. 6. q. 1. infames nam seruus potius iuuabit dominum q̃ seipsum. vt ff. ad Syl. l. 1. §. seruus.

NOn pila.] CASVS. Quidam reprehendebant Ambros. eo. ℣ non impugnabat quasdam ecclesiam infestantes. Et respon. Ambr. ℣ milites

Digitized by Google

Christi non debent mouere arma. Vnde dicit Ambr. ꝙ dolor, fletus, lacrimæ & orationes sunt sua arma aliter repugnare non deo: ecclesiam tamen non derelinquo. & sunt tria præcedentia ca. loco paleæ. Quæ sequuntur plana sunt vsque f. [Hactenus.]

a ¶ In bello. Hoc intelligas si est ex parte illorum, qui violentiam inferunt: alioquin secus est. 1 extra de cler. percuss. cap. pen.

b ¶ Gentilium ludis.] Secus si in alijs ludis ut extra de cler. percuss. c. pen. ext. de homicid. lator.

c ¶ Sepultura.] Si ꝙ suitur, sed tamen ecclesia nō debet orare ꝓ ipso, nec sumere oblationes eius. vt hic dicit: & idem est de raptore, q in fine pœnit. ut ext. de rapt. super eo. & est in torneamentarijs: quia illi non habent sepulturam, licet alia sacramenta recipiant, ut ext. de torneis. c. 1. Intellige ꝙ hic dicit, de cauma sepultura. ut dixi supra. 22. q. 5. placuit. Ioan.

d ¶ Clerici.] ¶ Arma] Armorū appellatione intelligūtur, etiam ligna, & lapides. ff. de verb. sig. armorum appellatione.

e ¶ Volentes.] Secus si cauta timoris faciant. tūc enim nec velle videntur. ut extra de regul. iur. qui ex timore.

f ¶ Vicunque ex clero.] Licet sint in minoribus ordinibus constituti, ut 20. quæst. 3. eos qui. Arg. contra ext. de vo. & vo. redemp. capit. 2. 2 in parte decisa.

g ¶ Militia.] Sed qd si habent inimicos? Tunc dicitur ꝙ possunt arma defensionis accipere. Alij dicunt ꝙ non facit ergo clerici sicut Monachi, vt 35. distinct. cap. vltim.

Sepultura denegatur in ortis in torneamentis.

a De hoc ar. ibi sumebat a contrario sensu sumpto: cum ibi sic diceret: cū non sit licitū clericū in facto ordine constitutum arma sumere, vel ad sanguinis effusionē vacare. &c. sed ibi subaudiebatur, maxime propter hoc ꝙ hic dicit.

IIIS ITA. Hæc est, 2. pars q. in qua probatur, ꝙ clerici hortari possunt, ꝙ fideles defendant ecclesiam, & se etiam possint defendere, ita ꝙ ipsi propriis manibus nō effundent sanguinē, nisi ad defensionē suā. & hoc ꝓbat per 11. c. Ioā. d. Pant. & est inc. incidens q. Ar. hīd. CASVS. Respondet Grat. c. iuxta dictis, dicens ꝙ clerici sua manu non valent arma recipere, sed alios pōt hortari pro tuitione oppressorū, & ꝙ oppugnatione inimicorum Dei quod probat per seq. c.

h ¶ Hortari.] Hæc vera sunt vbi ecclesia sua impugnatur vel patria, vt supra, ca. q. 3. fortitudo. ff. de relig. inimicum. Ioan.

I Gitur cum.] CASVS. Quidam nuncij significauerūt Leo-

oratione contra Auxentium; quamuis hic verba aliqua sint immutata. Nam apud B. Ambrosium habent, ut infra ead. c. conuenior. §. quid ergo turbamini.

Hinc etiam de his, qui in bello, aut rixa moriuntur, in concilio Triburiensi sic statutum est.

¶ Pro clerico, qui in bello, aut rixa moritur, oratio, vel oblatio non offeratur. C. IIII.

j QVicunque clericus aut in bello [a], aut in rixa, aut in gentilium ludis [b] mortuus fuerit; neque in oblatione, neque in oratione pro eo polluletur, sed in manus incidat iudicis: sepultura [c] tamen non priuetur.

Bure. l. 2. c. 233. Iuo p. 6. c. 308.

Item ex concilio Toletano 4. c. 44. de clericis arma ferentibus.

¶ Gradu amisso tradantur in monasterio clerici volontarie arma sumentes. C. V.

CLerici, qui in quacunque seditione † arma [d] volentes [e] sumpserint, aut sumpserunt, reperti, amisso ordinis sui gradu in monasteriū pœnitentiæ [a] tradant.

Anf. l. 9. c. 187. † al. factione.

a ¶ Pœnitentiæ.] *Sic legitur apud Hinsel mum, & in codicibus conciliorum editis, & manuscriptis, quamuis in posterioribus editionibus Coloniensibus in margine sit ad scriptum*, perenniter, *quemadmodum antea apud Gratianum legebatur.*

Item ex concilio Meldensi, c. 27.

¶ Proprij gradus amissione mulctentur militaria arma clerici ferentes. C. VI.

ij QVicunq; ex clero [f] esse videntur, arma militaria [g] non sumant, nec armati incedant: sed professionis suę vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, tanquam sacrorum canonum contemptores, & ecclesiasticæ sanctitatis profanatores proprij gradus amissione mulctentur, quia nō possunt simul Deo, & sæculo militare.

Burc. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 286. Pann. l. 3. c. 168.

2 Hæc ita respondetur. Sacerdotes propria manu arma arripere non debent, sed alios ad arripiendum ea oppressorum defensionem, atque ad inimicorum Dei oppugnationem eis licet hortari [h].

† al. Lothario.

Vnde Leo quartus scribit Ludouico † Augusto.

¶ Pro Sarracenis Papa iubet populum congregari, & eis ad littus maris occurrere. C. VII.

IGitur cum sæpe aduersa a Sarracenorum partibus perueniant nuncia, quidā in Romanū portū Sarracenos clā, furtiueq; vēturos esse dicebant. Pro quo nostrū [i] cō-

Iuo p. 10. c. 83. Pann. l. 8. c. 27.

Leoni Papæ, ꝙ Sarraceni veniebant in portū Romanorū quare præcepit populum Romanum ad litus maritimum defendere: quod & factum est: hoc totum significauit Ludouico Imperatori Sequens c patet.

i ¶ Nostrum.] Ergo ciuitas Romana est Apostolici, & non Imperatoris. Nam Imperator concessit ei ciuitatem cum districtu suo 61. dist. ego 96. dist. Constantinus sed Imperator aduocatus est ibi. vt extra de elect. venerabilem.

Romana ciuitas non est Imperatoris sed Papæ.

Digitized by Google

gregari præcepimus populum,maritimumq; ad littus de ſcendere decreuimus,& egreſſi [a] ſumus Roma.

¶ *Epiſtolæ Leonis IIII.ex quib.hoc, & duo ſequẽtia cap. ſunt accepta,non extant: In vetuſtis aũt Pontificalib. & ad hæc capita videtur facere.legitur,cum magna Agarenorũ claſſis ex Africa ad vaſtandã Romam ſoluiſſe nũciaretur;Neapolitanos, Amalphitanos,& Caietanos nauib.Hoſtiã uenisſe,ut contra Agarenos pro defenſione S. Petri,& Romana Vrbe dimicarẽt. Quorũ principes Leo Papa ad ſe uocauerit,& cũ ipſis multa tractarit. Atque ipſa prorſus uerba,q̃ ad hoc caput pertinent,ſunt hæc.* Quos benigne in palatio Lateranenſi ſuſcipiens, cãm pro qua venerant, inquirit. Illi aũt ſe ob aliud non venisſe teſtati ſunt,niſi,vt ſuperius legitur exaratũ. Quorum pius Apoſtolicus credulus verbis,cum magno exercitu,& armorũ procinctu mox ciuitatem Hoſtiam properauit, omneſq; cum gaudio ſuſcepit. Illi aũt videntes ſummum Pontificem,oẽs oſculari cœperunt pedes eius. Summus aũt præſul Miſſam in eccleſia beatæ Aureæ celebrauit,omnibuſque corpus Dominicum tradidit; atque orationem poſt perceptum corpus ſuper eos donauit: Deus cuius dextera B.Petrum ambulãtem in fluctibus,ne mergeretur,erexit & coapoſtolum eius Paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit;exaudi nos propitius,& concede, vt amborum meritis horum fidelium tuorum brachia contra inimicos ſanctę tuę eccleſię dimicantia omnipotenti dextera tua corroborentur, & cõualeſcant,vt de recepto triumpho nomen ſanctum tuũ in cunctis gentibus appareat glorioſum.Die vero altera, poſtquam prędictus Pontifex reuerſus eſt a iam prædicta ciuitate, ipſi ſceleratorũ ſocij,ſiue participes (ſ.Agareni) iuxta littus maris Hoſtienſis multis cum nauibus paruerunt. Prędicti autem homines ſuper illos facientes impetum omnes ſuperauere orationib. Apoſtolorum, & ſancti Prędulis.

Idem Leo.

¶ Vltor ſui gregis Papa debet eſſe & præcipuus adiutor. C. VIII.

Iuo p.10.c.84. Pann.l.8.c.28. † *al.illis.*

SCire vos oportet,quòd nunquã ab aliquib.noſtros homines finimus opprimi:ſed,ſi neceſſitas vlla † occurrerit;præſentialiter [b] vindicamus, q̃a noſtri gregis in omnibus vltores eſſe debemus, & præcipui adiutores.

Item exercitui Francorum.

¶ Cœleſte regnum a Deo conſequitur, qui pro Chriſtianorum defenſione moritur. C. IX.

Pann.l.8.c.30.

OMni timore,[c] ac terrore depoſito cõtra inimicos ſanctæ fidei,& aduerſarios oĩum religionũ agere viriliter ſtudete.Nouit.n.omnipotens,ſiquilibet veſtrũ morietur,q̃ p veritate fidei, & ſaluatione patriæ [d] ac defenſione Chriſtianorũ mortuus eſt:& ideo ab eo præmiũ cæleſte conſequetur.

Item Alcuinus.

¶ Contra Longobardos,precibus Hadriani Papæ Carolus bellum ſuſcepit. C. X.

Deuſdedit l.5. Iuo p.10.c.91. Pann.l.8.c.32.

HOrtatu, & precibus Hadriani [e] Romanæ vrbis epi exhortatus Carolus Rex bellũ contra Longobardos ſuſcepit:q̃ prius quidẽ & a patre eius Pipino, Stephano Papa ſupplicãte,cũ magna difficultate ſuſceptũ eſt.

¶ *Quod hic refertur ex Alcuino,hẽtur in vita, & geſtis Caroli Magni per Eginardũ ſcriptis.In quo lib.& apud Iuo.pro uoce,*hortatu,*legitur,*rogatu.

Item Alexander Papa ſecundus omnibus epiſcopis Hiſpaniæ.

a ¶ Et egreſſi.] Epi ergo poſsũt intereſſe bellis. nã & Paulus interfuit, ut 5. ca.q.3. Maximian⁹. & Moyſes 36. d. c. vlt.Ioan.

Epi poſſt intereſſe bellis.

b SCire.] ¶ Præſentialiter.] i. ſine mora: nec.n.tãtum debent epi eſſe cuſtodes chartarũ, ſed ẽt defenſores eccleſiarum, ut 16.q. 1.in canonib.& ſic patet hic q̃ epi etiã vaſallos ſuos tenentur defendere,defendendo non vlciſcendo iniurias,ut 46.d. ſeditionarios. Ioan.

Epi nõ ſũt tanti cuſtodes chartarũ

c OMni timore.] CASVS. In hoc c.hortatur Leo exercitum Prãcorum,ut viriliter pugnet aduerſus inimicos eccleſię & ſi quis propter hoc moriatur, non pœnam ſed cęleſtia præmia conſequetur. Seq.duo c. patent.

d ¶ Patriæ. Sup.ea. q.4. fortitudo.

e HOrtatu.] ¶ Hadriani; ſup.d. 63. Hadrianus.

a ¶ Di-

Digitized by Google

a Dispar.] ¶Persequuntur.] Videtur ergo q̃ si Sarraceni non persequuntur Christianos, non possumus impetere eos, 1 nam etiam ad mensam eorum comedere possumus. 23.q.3.ad mensam, & lex dicit, q̃ eis quiete degẽtibus nullam debemus facere molestiã, vt C.de sacri.pagan. Christianis loan.

1 Inde vi q̃ tales ch̃ sut manducari, nã præscribere p̃ñt de hoc not. 17. q.3. porro.

Comedere possumus ad mensam Sarracenorum.

Præterea.] CASVS. Hermãnus dux fuerat infamatus propter quosdã marinos latrũculos, qui sub nõie eius in Christianos sæuiebant quare Io. hortatur ipsum, vt ipsos p̃sequatur & repellat: quod si non fecerit, cum possit, particeps erit criminis: quod probat vna auctoritate.

b ¶Comprimi.] Hęc ratio nõ videtur sufficere, nisi esset indexcorũ: nã si iudex negligit facere iustitiã de suo subdito, ipse met potest conueniri, vt dixi sup. ea. q.1. Dãs. & 3.e.q.1.c.ult. & q.5. nõ est.

2 C.de crimer. & l.1. in fi. ubi sũt plures conc. ad idẽ sup. ead. q.3. qui potest.

c ¶Committit.] ſi. sup.8.d.error. 2

Legi Syromastẽ.] CASVS. Riparius quæsiuit a Hiero. an sit peccatum punire criminosos. Et ridet q̃ non: quod probat quinq; exemplis. s. Phinees. & Heliæ. & Simonis Chananęi, Petri & Pauli, & vna auctoritate veteris testamenti.

d ¶Syromasten.] i. vid. ęlũ siue zelũ indignationis: qa Phinees eeuntẽ cũ Madianita interfecit.

d ¶Syromasten.] i. zelũ indignationis. siue vindictam.

e ¶Heliæ.] Cum petijt vt ignis descenderet de cœlo, qui duos quinquagenarios excussit.

f ¶Simonis.] Qui vltus in duos magos, retorquendo in eos serpentes, quos magicis artibus super eum miserant.

g ¶Pauli q.c.45.d.3.Salamon.

h ¶Caritate.] i.q.1. Ananias

Occidit.] CASVS. Io. Chryſ. probat exemplo Phinees, & Abrahæ & Petri, q̃ quandoq; alium interficere non est peccatum: & ideo sacerdos, vt ad veritatẽ nostrã perueniat, respiciendum est non solum debet opus, sed etiam tempus, causam, voluntatem, & differentiam personarum.

i ¶Homicidium.] Factum notat, nõ iustificat enim nõ dicitur homicida. vt sup.ea.q.5.si homicidium.

K ¶Et causam.] Omnes enim circumstantiæ sunt inquirendæ ut extra de testibus. cum causam. sic 35.q.6.c. in fi. quæ causa facti potius est inquirẽda quam ipsum factum. Facti cã est inquirenda.

¶Iudæos non debemus persequi, sed Sarrace nos. C. XI.

Dispar nimirum est Iudæorum & Sarracenorum causa. In illos enim, qui Christianos persequuntur a, & ex vrbibus, & proprijs sedibus pellunt, iuste pugnatur: Hi vero vbique seruire parati sunt.

Iuo p.13.c.114. Pann.l.8.c.29.

Item Ioannes octauus Demago † Duci glorioso.

† al. Hermanno.

¶Qui crimina, quæ potest emendare, non corrigit, ipse committit. C. XII.

Præterea deuotionis tuæ studium exhortamur, vt cõtra marinos latrunculos, qui sub prætextu tui nominis in Christicolas debacchantur, tãto vehementius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis: quoniam licet credi possit, quòd te nolente illi nauigantibus insidientur; tamen, quia a te comprimi b posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe est: [Qui crimina, cum † potest emendare, non corrigit, ipse committit c.]

Iuo p.10.c.70. Pann.l.8.c.20.

† al. qui.

Item Hieronymus ad Riparium contra Vigilantiũ.

¶Crimen punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas. C. XIII.

Legi Syromasten d Phinees, auctoritatem Heliæ e, zelum Simonis f Chananæi, Petri seueritatem Ananiam & Saphiram trucidantis, Paulique g constantiam, qui Elymam magum vijs Domini resistentem æterna cæcitate h damnauit. Non est crudelitas β crimina pro Deo punire: sed pietas. Vnde & in lege dicitur: [Si frater tuus & amicus, & vxor, quæ est in sinu tuo, deprauare te voluerit a veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum.]

Iuo p.10.c.71. Pann.l.8.c.21. Num.25. 4.Reg.1. Matth. 4. Act.5. Act.13. Deut.13.

a ¶Syromasten.] *B. Hieronymus Num.25. & in cap.2. Malachiæ συρομάσην puerionem interpretatur: tertio autem libro Reg.c.18. & lib.4.cap.11 hastam, velut etiam Hesychius, qui ait, συρομάσην esse τὸν λόγχην.*

β ¶Non est crudelitas.] *In editione Romana legitur*, nõ est crudelitas pro Deo, pietas. *In Lugdunensi vero*, non est crudelitas pro Deo, pietas. *lectio tamen Gratiani non videtur reijcienda.*

Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum, hom. 17. ad c.5.

¶Quædam in veteri testamento licebant, quæ in nouo prohibentur. C. XIIII.

Occidit Phinees hominem, & reputatum est, illi ad iustitiam. Abraham vero non solum homicida, sed & parricida (quod certe grauius est effectus, magis Deo, magisq; complacuit. Petrus geminum fecit homicidiũ: fuit tamen opus spirituale, quod factũ est. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam k, & voluntatem, & differentiam personarum.

Iuo p.10.c.65. Pann.l.8.c.18. Num.25. Gen.22. Act.5.

Digitized by Google

factum, ut ibi dicitur, & ff. de furt. verum. 29. diſt. ſciendum.

Si nulla.] CASVS. Bulgari quæſierunt a Nicolao, utrum in Quadrageſima a prælijs ſit abſtinendum: Et reſpondet quod in quadrageſima & omni tempore eſt.

tem, & perſonarum differentiam, & quantacumque alia ipſis operibus acciderint, diligentiſſime inquiramus. Nõ enim poſſumus ad veritatem aliter peruenire.

Item Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 46.

¶ Neceſſitate inſtante, etiam in quadrageſimalibus diebus bellum inire licet. C. XV.

Iuo p. 16. c. 93. Pann. l. 8. c. 37.

Si nulla vrget neceſſitas; non ſolum in quadrageſimali tempore; ſed omni, eſt a prælijs abſtinendum. Si autem ineuitabilis vrget importunitas; † nec quadrageſimali tẽpore pro defenſione tam ſua, quàm patriæ, [b] ſeu legum paternarum, eſt bellorum proculdubio præparationi parcendum: ne videlicet Deum [c] videatur homo tentare; ſi habet quod faciat, & ſuæ, ac aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet.

Item Gregorius in dialogo, lib. 2. c. 30.

¶ Petrus Ananiam, & Sapphiram increpando morti tradidit. Cap. XVI.

Anſel. l. 13. c. 16. Iuo p. 10. c. 67. Pann. l. 8. c. 19.

Petrus, qui Tabitam mortuã orando ſuſcitauit, Ananiam, [d] & Sapphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque. n. oraſſe in eorum extinctione legitur; ſed ſolummodo culpam, quam perpetrauerant, increpaſſe. Conſtat ergo, ꝙ aliquando hæc ex poteſtate, aliquando vero exhibentur ex poſtulatione; dum & illis vitam increpando abſtulit, & illi reddidit orando.

Idem Veloci magiſtro militum, lib. 12. epiſt. 21.

¶ Beatus Gregorius quoſdam hortatur, vt milites congregent, & contra hoſtes arma viriliter parent. C. XVII.

Poly. l. 7. tit. 13. Anſel. l. 13. c. 6. Iuo p. 10. c. 90.

† Et] orig.

Vt † pridem expreſſimus gloriæ veſtræ, quia milites illuc erant parati venire: ſed quoniam inimicos cõgregatos, & huc diſcurrere epiſtola veſtra ſignificauerat, hæc eos hic cauſa retinuit. Nunc vero vtile eſt viſum, vt aliquãti illuc milites tranſmittantur, quos gloria tua admonere, & hortari, vt parati ſint ad laborẽ, ſtudeat: & occaſione inuenta cum glorioſis filijs noſtris Mauritio, & Viralino loquere, & quęcumq; vobis Deo adiutore pro vtilitate reip. ſtatuerit, facite: & ſi huc, vel ad Rauennates partes, nec dicendum Ariulphum † cognoueritis excurrere; vos a dorſo [e] eius ita ſicut viros decet fortes, laborate: quatenus opinio veſtra ex laboris veſtri qualitate amplius in republica Deo auxiliante, ꝓficiat. Illud tñ prę oĩbus admonemus, ut familiã Maloin, [e] & Adobin, Vigildi, atq; Gruffingi, qui cum glorioſo Mauritio magiſtro militũ eſſe noſcuntur, ſine aliqua mora, vel excuſatione relaxes: [f] quatenus veniẽtes illuc homines, prædicti viri cũ eis ſine aliquo impediméto debeãt ambulare.

† al. Arnulphum.

eſt. a prælijs abſtinendum, niſi neceſſitas vrgeat: quo caſu omni tempore eſt indifferenter pugnandum: ſalius noſter. & 22. q. 2. utilem.

[b] Patriæ. 7. ea. of. c. [c] Deum. Sup. 22. q. 2. quæritur.

Petrus.] CASVS. Docet hic Greg. ꝙ Petrus Tabitham mulierem a morte ſuis precib. ſuſcitauit: Ananiam uero & Sapphiram Chriſto mentientes increpãdo morti dicitur tradidiſſe: vnde patet, ꝙ talia quandoque fiũt ex poteſtate. qũque ex poſtulatione. ſiquis vnũ fecit increpando, aliud vero fecit orando.

[d] ¶ Ananiam.] 12. q. 1. c. 2. & ſup. eod. q. 4. c. vindicta 17. q. 1. Ananias.

Vt pridem.] CASVS. Ariulphus hæreticus eccleſiam impugnabãt, & infeſtabãt, cõtra quẽ ue lox, magiſter militiæ pugnabat: ad quẽ cum Grego. quoſdã milites mittere vellet in ſuccurſum, ſignificabat ſibi predictus. Velox, ꝙ Ariulphus uerſus Romã diſcurrebat, & ideo Papa tũc milites retinuit: ſed nunc eos mittit, & hortat ipſum Velocẽ, ut in ſimul cum Mauritio, & Vitaliano aduerſus ipſum Ariulphũ non nolandum uiriliter pugnet, ſine Romã, ſine Rauennã. diſcurrere nelit. & admonet eum, ut quatuor familias Maloin, Adobin, Vigildi, atq; Gruffingi, q cum Mauritio erãt, a captiuitate relaxet ut hoies dicti Mauritij, ſine impedimento eos reducere poſſint: Et dicit ibi Homines, ſ. i. nũcij ꝓdicti, ſcilicet Mauritij, [Cum eis,] ſcilicet captiuis, reducendo eos: [eiuſdem, ſcilicet epiſtolæ.

[e] ¶ Adorſo] Arg. ꝙ dolus cõtra hoſtem licet poteſt fieri, ut ſup. ea. q. 2. Domi-

[f] ¶ Relaxes.] a captiuitate. Ioan.

SVppliciter.] CASVS. Ariulphus direxit epiſtolam quandam Greg. in qua innuebat, ꝙ Suanenſes, id eſt Beneuentani ei obſides pro ſua fidelitate dederant: quam epiſtolam Greg. mittens Mauricio, & Vitaliano per quēdā aliū Vitalianū mandat eis, ut inquirāt ſi per mīſerūt ī fide, quā Reipublicæ ꝓmiſerūt, & recipiētes ab eis obſides eos ſacramēto obſtringāt ſi antē inuenerint, ꝙ cū Ariulpho, uel fœdus fecerint, uel ei obſides dederint. ſicut Ariulphi epiſtola innuere videbat: tunc faciant, quod Reipublicæ, & ſaluti ſuæ, & Papæ uiderint expedire: ne ipſi, & Papa de ſacramētis eorū teneant: & hortat eos, ſi Romam diſcutere voluerint, vt uel loca ipſius deprędentur, vel mittāt exploratores, vt inquirāt qd facere uelint. ne nobis poſſint ex ꝛa ꝓuiſo nocere. Ego tamē Bartholom. Brixien. totū hunc caſum ſub illo cap. Vt pridē. ſemper audiui, & legi, & tu lector ſi uolueris ſub vno caſu, uel duob⁹ formare poteris, ſecundum quod tibi melius uidebitur.

a ¶ Suanenſes.] Primo enim iurauerāt Reipublicæ.

b ¶ Obſideſque.] Ergo liber homo pōt eſſe obſes pro pace ſeruāda, nō ꝓ pecunia. ut extra de iure iu. ex reſcripto ar. ad idē ff. de teſt. obſides. ff. de iure fi. diuus. Quid ergo ē qđ dī liber hō non poteſt obligari, ut ext. de pig. c. 2. C. q̄ res pig. oblig. poſ. q̄ filios. Ad hoc dico, ꝙ liber hō non poteſt obligari, nec habet in eo ius pignoris: ſed tātum ius retentionis. 1 Nam video, ꝙ quādoq; tenetur res aliqua pro ea pecunia, ꝓ qua nō eſt obligata, ut C. ob. chyrograph. pe. l. vnica. Quod autem dicitur in illa decret. ex reſcripto intellige, ꝙ pro neceſſitate eccleſiæ, & auctoritate Papæ factum fuit. Alias clericus non poteſt renunciare beneficio canonis illius, ſi quis fuadente: ut extra de ſent. ex. contingit. ea namque, quę in nos committuntur, dimittere poſſumus, ſed quæ in Deum, uel eccleſiā, minime. ut ſupra eod. q. 4. ſi is qui.

Hō liber an poſſit obligari.

1 De hoc ēt not. 10. q. 2. hoc iuſ. in gl. quia ad pro annos.

c ¶ Denuo.] Ergo aliquis poteſt bis iurare ſuper eodē negotio, vt extra de teſti. quoties. & ff. de damn. infec. qui bona §. pen. qđ concedo, ſi ſubeſt cauſa ſuſpicionis. Ioan. ſed certè tantum ſemel iuratur. & quod dicit ibi dicitur ſemper uelle peierare: ut 2. q. 7. non poteſt. de hoc notaui 22. q. 5. parunli. Item habes hic, ꝙ plus creditur iuratoriæ cautioni, quam pignoratitiæ, cum tamen. regula iuris dicat, quod plus eſt cautionis in re, quam in perſona. ff. de regu. in plus cautionis. Ioan. de Fant.

d ¶ Dubios.] Quia ſcriptum hoſtis induxit ſuſpicionē quod eſt contra id 11. q. 3. in cunctis, adeo ut ſecundo cogantur iſti iurare.

e ¶ De ſacramentis.] Eorum, eo quod timor eſt ne labantur in periurium, ut extra de coha. cle. & mulie. clericos.

f ¶ Sculpas.] Alias ſculas, id eſt exploratores.

decretalis, duplici, id eſt, duos habens articulos, ſcilicet de auditu, & de credulitate. B. Sed ſi quis ſemel eſt Periuri teſti periurus, amodo non eſt recipiendum teſtimonium illius: ſed alia cautio eſt ab eo recipienda, ut extra de p. ꝛ. eſt amplius ſum. literas in fi. ex quo. n. ſemel eſt periurus præſumi recipiendū. ini.

a ¶ Maloin.] *Hæc nomina ſunt repoſita, quemadmodū habentur in codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antiqua autem exemplaria Gratiani, & à vulgatis, & inter ſe valde hoc loco diſcrepant.*

Item eiuſdem Mauricio, & Vitaliano, li. 12. epiſt. 23.

C. XVIII.

Non ergo vnitati communicant,qui ſchiſmatis commu nicant. Partes ſibi ipſi fecerunt:& ab eo,quod unum eſt, vt apoſtoli Iudæ [a] iam verbis loquar, ſemetipſos ſegregantes ſpiritum non habent. Quibus omnibus illud efficitur,vt quia in vnitate vnum non ſunt, vt quia in parte eſſe voluerunt,vt quia ſpiritū non habent corporis Chriſti:ſacrificium habere non poſſint [b]. ¶Non autem [c] nobis nunc illa quæſtio eſt: vtrum tolerare malos, ſed vtrū debeamus ſchiſmaticis ſociari [d]. Si enim etiam ipſi,licet in ſuo ſenſu abundantes,intra materna tñ poſiti viſcera† quærerent veritatem;a nobis repellendi nō erant;donec apud eos ratione duce rei veritas claruiſſet. Sed qa ſe ab vſi eccleſia diuiſerunt;ſicut B.Auguſtinus ait, omnis catholicus ſecurus eam partem deteſtatur [e], cui eccleſiam vniuerſalē Apoſtolicis ſedib. roboratam non cōicare cognoſcit.Nec [f] enim leuigat crimen eorū: magis vero auget [g],quod eos diu reſtitiſſe [h] dixiſtis, ne Apoſtolicis cō municantes ſedibus in ſua cōione reçiperent [i]. In hoc enim dum & illi [k] culpandi ſunt,qui cōicare talibus voluerunt; multo magis tamen illi [l] execrandi ſunt,qui nō ſolum in ſacerdotibus communionem Apoſtolicarum ſedium,verum etiam in ipſis laicis [m] ſpreuerunt. Sed nec illud [n] eis prodeſt,quod eos in eiſdem literis vel ignorantia [o] rationis, vel ſimplicitate intellectus ſui a noſtra ſe communione ſuſpendiſſe perhibetis. Idipſum enim magis eſt [p],propter quod ſchiſmatici ſunt: quia non eos diuerſa ſentiendi iudicium,ſed quçdam apud ſe delata,ſibi tñ incognita metuentes,& contra Apoſtolicam ſedem temere credentes peſſima diuiſit opinio.Quod ſchiſma ſpecialiter eſſe beatus denunciat Auguſtinus dicens de talibus:[Aduerſus [q] auctoritatem illarum eccleſiarum,quę ab Apoſtolica ſede epiſtolas [r] accipere meruerunt, temere credendo; immaniſſimum ſchiſmatis crimen a ſe propulſare non poterit.] Ad ſummam [s] aut illos eccleſiam eſſe creditis (& cum duæ eccleſiæ eſſe non poſſint, nos,quod abſit, ſchiſmaticos iudicabitis:) aut ſi ueram in Apoſtolicis ſedibus eſſe cōſtat eccleſiā;& illos ab vnitate diuiſos cognoſcite; & communionis quæſtionē eſſe ſublatam, quam veram niſi in vnitate conſtat eſſe nō poſſe. Noli ergo:quaſi nulla ſchiſmaticorum, atque eccleſiæ differentia ſit, velle indifferenter vtrorumque [t] ſacrificijs ſociari. Non eſt Chriſti corpus quod ſchiſmaticus conficit, ſi veritate duce dirigimur. Nec enim

Iude.ſ.

† *al.vbera.*

ſup.e.c.pudenda.

dif.19.in canonicis.

Deuſſedit p.1.c.2.

Fides an ſit exēplo adhibenda.

2 De hoc no.9. diſtin. veterū. 100. diſt. contra morem.

a ¶ Iudæ.] Qui loquens de huiuſmodi dicit,hi ſunt qui ſegregant ſeipſos, animam vel ſpiritum non habentes, vt inf.ca.q.1.de illis, qui ſunt.

b ¶ Non poſſint.] Quo ad effectum. 1 Vel quia non cōficiunt in forma eccleſię, & ita exaudi, vt inf.ca.in fi.

c ¶ Non autem.] Reſpondet primæ obiectioni.

d ¶ Sociari.] Quod non eſt faciendum, cum ſint extra eccleſiam.

e ¶ Deteſtatur. Excommunicati non peccant uitando cōmunionem fideliū. Quare ergo peccant hęretici? Solu. nō arguuntur, quia cum ſint ſchiſmatici catholicis non cōmunicant, ſed quia ab initio facientes ſchiſma ab eccleſia ſe ſeparauerunt.

f ¶ Nec enim leuigat.] Reſpondet ſecundæ rationi.

g ¶ Auget. Vt extra de ſimon. non ſatis. inf.32. quæſt.7. flagitia ſupra 16. quæſtio.1.licet.

h ¶ Diu reſtitiſſe.] Eccleſiæ, i. in ſchiſmate perſtitiſſe.

i ¶ Reciperent.] Et ita per conſequens nec reciperentur ab eis.

k ¶ Illi.] Scilicet catholici.

l ¶ Illi.] Scilicet hæretici.

m ¶ Laicis.] Quia laicos & clericos catholicos vitabant.

n ¶ Sed nec illud.] Reſpon. tertiæ obiectioni. Ordina literā: *ſed q̄dā peſſima opin. delata apud ſe ſibi tñ incognita diuiſit eos metuentes de futuro iudicio,de pęna gehennæ,ſolēt enim hæretici talia minari, niſi ſibi credat vel ſpes, vel peſſima opi. diuiſit eos metuentes quædam apud ſe delata,ideſt, recitata ab aliis hæreticis, & tamen incognita ſibi.*

o ¶ Ignorantiæ..] ignorantia enim iuris non excuſat in articulis fidei, quos omnes ſcire tenentur. argumen. 37. diſtinctio. cap.vltim. ſed clerici exactius. 8. quæſtio.1. nec ſufficere.

p ¶ Magis eſt.] Propter quod ſchiſma fiuit quam eius contrarium:aliter enim magis viderentur hæretici, qui ex induſtria peccant, quam qui ex ruſticitate vel ſimplicitate,cum grauius ſit peccare ex ſtudio,quàm aliter. de pœnit.diſt.2. ſciendum. Vel poteſt dici prout literra ſonat, & magis ſchiſmatici ſunt illi, qui tantum per ſimpliciratem ſuam ſeparantur ab eccleſia, quam ſint illi,qui propter ſubtilitatem aliquam errant. falſa enim ſubtilitas illos compellit,in quam non cadunt voluntazij,ſed inuiti: illos decipit ignorantia uoluntaria. quæ magis reprobatur.37.diſt.§.fi.

q ¶ Aduerſus.] Aliquem ſcilicet.

r ¶ Epiſtolas.] De commendatione fidei ſuæ,ut diſtin. 19.in canonicis.argu. quod ipſi exemplo ſicut originali ſit fides adhibenda.argu.25.q.2. ſanctimus.contra extra de fide inſtr.c.1.2.

s ¶ Ad ſummam. Ideſt,ad vltimum,vel ſcilicet dic aliàs aſſumam,ideſt aſſumptionem faciam.

t ¶ Vtorumque. Catholicum ergo alloquitur corpus Chri-

1 Ideſt,ſuam ſalutē, aliàs eſt contra]. 28. q. 1. ſ. his. Fin loz. de Fan.

Articulos fidei oēs ſcire tenentur.

Schiſmatici ſunt in duplici differētia.

Digitized by Google

Chriſti.quare ei non prodeſt,ſed nocet. Vel loquitur de clerico. ¶ præter formam eccleſiæ ſacrificabat. vt 1.q.1. ſi quis inquit.inf.de conſec.diſtin.4. non in vobis.contra.1.q.1. ſicut Io.de Fant. hoc intellexit ad literam.

a ¶ Diuiſum.] Ideſt, quin reprobetur ab Apoſtolo.

b ¶ Deſi-

diuiſum [a] eſſe Chriſtum poterit quiſquam ſine Apoſtoli reprobatione confingere. Vnam; vt ſæpe dictum eſt, quæ Chriſti corpus eſt, conſtat eſſe eccleſiam: quæ in duo, uel in plura diuidi non poteſt. Simul enim cum ab ea quiſque receſſerit, eſſe deſiſtit [b] eccleſia.

1.Cor.1.

a ¶ Ab apoſtolica] *Apud Anſelmum, & in Polycarpo legitur,* quæ Apoſtolicas ſedes, & epiſtolas accipere meruerunt: *Et conuenit cum verbis B. Aug. lib. 2. de doctrina Chriſtiana c. 8. prout notatum eſt ſupra diſt. 19. in canonicis.*

Item Nicolaus Papa ſcribit Michaeli Auguſt. epiſt. 7.

¶ Ex quo epiſcopus fidei contraria docet, alium excommunicare non poteſt. C. XXXV.

¶ Emendata eſt hæc rubrica ex pleriſque vetuſtis.

Iuo p.14.c.58. Pann.l.5.c.134.

ALit Cęleſtinus Papa Orientalib. epiſcopis ſcribens: [Siquis [c] ab epiſcopo Neſtorio, aut ab alijs, qui eũ ſequuntur, ex quo talia prædicare cęperunt, [d] vel excõmunicatus, vel exutus eſt ſeu antiſtitis, ſeu clerici dignitate, hunc in noſtra communione & duraſſe, & durare manifeſtum eſt: nec iudicamus [e] eum remotum: [f] quia non poterat quenquam eius remouere ſententia, qui ſe iam præbuerat ipſe remouendum.]

¶ *Nicolaus hic eſtat epiſtolam Caliſtini Papæ ſcriptam Ioanni Iuuenali, & c. epiſcopis per Orientem, prout eſt in concilio Epheſino Vaticana bibliotheca, & Lutetia impreſſo.*

Item ad clerum ‖ Conſtantinopolitanum:

¶ Non habentur excommunicati, qui ab hæreticis excommunicantur. C. XXXVI.

Nicolaus ibidem ex eodem Cæleſtino ad clerum Conſtantin.

Iuo p.14.c.59. Pann.l.5.c.135.

APerte [h] inquit, ſedis noſtræ ſanxit auctoritas, nullum ſiue epiſcopum, ſiue clericum, ſeu profeſſione aliqua Chriſtianum, qui a Neſtorio, vel eius ſimilibus, ex quo talia prædicare cęperunt, vel loco ſuo, vel communione deiecti ſunt, vel deiectum, vel excommunicatũ videri: ſed hi omnes in noſtra communione, & fuerunt, & hucuſque perdurant: quia neminem, vel deijcere, uel remouere poterat, qui prædicans talia titubabat. [i] Intellexiſtis [a] ne Imperator ex ſuperius memoratis non potuiſſe, ut non dicamus prælatum ſuum, ſaltem quemlibet remouere, qui fuerant olim ipſi remoti; nec deijcere quemquam, qui fuerant iam ante proſtrati?

¶ *Hic etiam citatur a Nicolao alia epiſtola eiuſdem Caleſtini, quæ eſt inter alia ipſius concilij Epheſini.*

a ¶ Intellexiſtis] *Hic incipiunt propria Nicolai verba.*

Item Nicolaus Papa ibidem paulo inferius.

¶ Ad iudicandum excommunicati non recipiantur. C. XXXVII.

In can.Apoſt.32. al. 34. & in concil.Antioch.c.7.

MIramur, quomodo excommunicati ad iudicandum recepti ſint; cum ſecundum Apoſtolicos canones ſine commẽdatitijs [k] literis in communione ſola recipi

Alit Cęleſtinus.] CASVS Hoc c. & ſequens de eodẽ tractant. Auctoritate enim Michaelis Imperatoris Ignatius Patriarcha Conſtantino. depoſitus fuit ab epiſcopis illius regionis: qui ſequebantur hæreſim Neſtorij: ſed Nico. Papa ſcribens Michaeli Imperatori probat auctoritate Cęleſtini, & nec depoſitionem nec excommunicatio facta a Neſtorio vel ab illis, q ipſum ſequũtur, vllius eſt momenti: quia cum ipſi eſſent iam proſtrati & excõmunicati, alios deijcere vel excommunicare non valebant. idẽ dicitur in ſeq. cap. In quit.] ſcilicet Cęleſtin⁹, &c. & eſt hoc verbum Gratiani, vt ſupr. 8. diſt. fruſtra. Seq. c. de eadem materia loquitur, & p ſe patet.

c ¶ Si quis.] Catholicus. Prædicare, ex hoc diſtinguit G. ut ſup. c. §. autem.

d ¶ Cęperunt.] Sup. & ſeparauerũt ſe ſ. c. proxi. uerſ. ſi etiã illi. licet & illud forte intelligatur, de illis, qui iam prędicare cęperunt. B. vero intelligit de iã dãnato per ſentẽtiam canonis vel hominis, qui nullo modo excõmunicare poteſt, ut dixi 5. ca. q. 1. 6. 1. ſed contradicit in fi.

e ¶ Iudicamus ſcilicet talem. qui canonice erat depoſitus.

f ¶ Remotũ.] Iuxta inf. c. prox. quod dicit eodem loquitur, & eſt ſimilis] ex poſitione 10. diſt. nulli. g ¶ Ad clerũ.] Hæc Nicolai. Hoc c. & ſuperius totũ eſt vnũ: quod patet p illud inf. ea. intelle xiſti.

i ¶ Et ſic ponitur hic tempore. ſic etiã legi. & notãdum ſũt uerba G. ſed deeſt. de cõſeq. diſt. 2. in Chriſto pater.

h APerte. Qui ita deiecti facti ſũt. Hæreticus eſt qui in fide titubantem: in fide, de titubat. eſſe hæreticũ: ſicut falſi aſſertor dicitur hæreticus. ut 5. 2. q. 3. in teſtibus. ext. de Hęr. dubius. nam & hæreticorum uocabulo cõtinetur qui leui etiam argumẽto a fide deuiat. C. de hære. cẽs in fin. qũq. tñ titubatio excuſat, & repetitio-

b ¶ Deſiſtit.] Ipſe qui prius tempore erat exiſtendo bonus. ſup. ca. omnib. Vel eccleſia deſiſtat eſſe apud eũ. Io.

k MIramur. ¶ Commendatitijs.] & eſt hic argumẽm inducit. l. fi. C. de condit. inde. Ioan.

quod ſi aliquis eſt excommunicatus, & ſi poſt dicit ſe abſolutum, non eſt ei cedendum ſine literis, vt no. 1. q. 7. quid ergo. extra de offi. ordi. ex parte.

a ¶ Etiam cum minimis.] Sup. d. 63. nobis. & d. 21. inferior, &c. ſubmittitur. ext. de elec. innotuit. ar. cui non licet minus, nec maius. ff. de fer. expor. l. vlt. ff. de ſena. qui indignus. 44. d. nulli. nã ſi pœna cauſa prohibetur a maiori, & a minori. ff. d. inter. & relege. relegatoru. §. ult. & de ſer. expor. cui pacto. 1.

r Vide quod legi. & not. 2. q. 2. iunt q. ſint. nerſ. cum certum eſt. de p. 32. q. 5. meretrices, iuxta fi. 32. q. 2. latoxum.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, q hereticus ex quo contra fidem cœperit pdicare, nec deijcere valet aliquem, nec condemnare. Poſtea obijcit c. Arg. quod eſt ſup. 1. quæſt. 1. quod quidem. ubi dicitur qđ hæretici nec baptiſma nec baptizandi poteſtatem amittũt, nec ordinem ſacerdotalem: unde uideretur, q poſſint excõmunicare, ſicut & baptizare. Poſtea ſoluit dicẽs q poteſtatem retinent, ſed nõ executionem: plerũque enim poteſtas ſine executione habetur, ſicut in monaſtico & ſuſpẽſo. ut unde quia poteſtatẽ habent, ordinati uel baptizati ab eiſdẽ non reordinant, uel rebaptizantur, ne hat inutia ſacramento. Si ergo aliquẽ excõmunicent ut ad nullam eum perducãt: licet utraq; poteſtas in eis remaneat: tamen quia ſententia iniqua eſt, põdere caret: ſed ſi aliquem catholicũ excommunicant, ut ad recte uiuendi normam perducant, debetur utrum ualeat ſententia. Sed dicit G. quod non ualet ſententia lata contra catholicum, in hæreticum tamen ualere uidetur: ad quod probandum inducit duo c. ſeq.

b ¶ His auctoritatibus.] Hoc modo procedit in hoc §. Primo infert ex p. præcedentibus, qđ ex quo quis cœpit talia prædicare, qđ non poteſt quẽquam excommunicare. Secundo ponit obiectionem quandam, & eam ſoluit diſtinguendo inter poteſtatem, & poteſtatis executionem. Tertio ponit quandam incidentem quæſtionem, & eam ſoluit per diſtinctionem, & ad alteram partem diſtinctionis inducit duo c. ſeq.

c ¶ Cum ergo.] Arg. q ſacerdos poteſt excommunicare 1. q. 1. nemo. ext. de offi. ord. cum ab eccleſiarum, licet diceretur contra 16. q. 1. c. 1. 11. q. 3. debent.

Sic ordo pt excõmunicare.

d ¶ Vtraque. Si ergo coniuncta ſunt: aut utrumq; retinendum eſt, aut neutrum. C. de iur. delib. quidam. ff. de admi. tut. cum quæritur.

e ¶ Poteſtas.] Ipſe ordo uel habilitas quædam, quam ex eo, q eſt ſacerdos, habet de poteſtate illa ſimiliter diſtinxi 16. q. 1. §. ecce.

f ¶ Vel accipitur.] Puta ſine executione.

g ¶ Vel accepta.] Puta ſine executione; vel accepta cum exe-

prohibeantur. Abſurdum etenim eſt, vt cui non licet etiã cum minimis [a] iuxta ſacras regulas communicare; liceat penes vos etiam de maioribus iudicare.

His auctoritatibus [b] perſpicue mõſtratur, qđ ex quo aliquis cõtra fidẽ cœperit aliquid docere, nec deijcere quẽ q̃ valeas, nec dãnare. Obijcitur tamẽ illud Auguſtini. 1. q. 1. quod quidã. *[Recedẽtes a fide nec baptiſma, nec baptizandi poteſtatem amittunt. Cum ergo [c] ſacerdotalẽ vnctionẽ utraq; poteſtas, videlicet baptizandi, & excommunicandi ſequatur; a fide recedentes aut utramq; retinebunt, aut utraque [d] carebunt. Sed aliud eſt poteſtas [e] officij, aliud executio. Plerũque officij poteſtas uel accipitur, [f] veluti à monachis in ſacerdotalis vnctione, vel accepta [g] ſine ſua executione retinetur: veluti à ſuſpẽſis, quibus adminiſtratio interdicitur, poteſtas non auferetur. A fide itaque recedentibus poteſtas nõ adimittitur: ſicut redeũtibus nõ redditur: ne non homini, ſed ſacramento iniuria fieri videatur. Vnde ab hæreticis baptizati, uel ordinati, cũ ad vnitatẽ catholicæ fidei redierint, ſi fortè intuitu eccleſiaſticæ pacis in ſuis recipiantur ordinibus; non iterabitur ſacramentũ, q̃ in forma eccleſiæ probabitur miniſtratũ: Sed q̃ impoſitionẽ manus [h] præſtabitur virtus ſacramẽti, quæ extra eccleſiam nulli docetur eſſe collata. Cũ ergo utraque poteſtas in hæreticis remaneat, ſi hæreticus [i] catholicũ uel alium hæreticum excommunicauerit, ut in cõmunionẽ ſuæ hæreſis illũ deducat, quia iniqua eſt ſententia, [k] põdere caret. Quod ſi [l] in catholicũ prauæ uiuentẽ, uel in hæreticum flagitijs, uel facinoribus dedutum, ut alios ad rectæ uiuendi normam uterq; redeat, ſententiam dederit; an uterque, an hæreticus tantum eius ſententia teneatur, merito quærendum uidetur. Poteſt autem dici catholicum ſententia hæretici minimè teneri. Non enim poteſt oris gladio [m] ferire, quẽ accuſare, uel in quem teſtificari non ualet. Si enim quos diuina teſtimonia [n] non ſequuntur, quia extra eccleſiam ſunt, pondus humani teſtimonij perdiderunt aduerſus eos, qui in eccleſia eſſe uiden-*

Prælatus qui põt remoueri a teſtimonio, an poſſit repelli a iudicio.

t A. j cõtra unde 3. q. 7. in ſumma.

cutione.

h ¶ Manus.] Reconciliatorix, 1. q. 1.

i ¶ Si hæreticus.] Idem eſt ſi catholicus, quia continet errorem intolerabilem.

k ¶ Sententia.] Extra de ſent. ex. per tuas.

l ¶ Quod ſi. Hic ponit incidentem quæſtionem, quam ſtatim ſoluit.

m ¶ Gladio. Sed nunquid hoc ita ſimpliciter eſt uerũ, q̃ ſi poſſum cũ repellere a teſtimonio contra me q̃ poſſum & eum a ferenda ſententia: non uidetur 1. nã obijciendo ei crimen in modũ exceptionis, repellam eum a teſtimonio, extra de teſti. ſuper eo. nihilominus tamen remanet prælatus unde dũ tolerat ur ab eccleſia, poterit me iudicare 8. q. 1. nonne. & niſi in caſu, ſcilicet cũ poſt confirmationem, & ante conſecrationem crimẽ ſibi in modum exceptionis obijciatur extra de accu. ſuper his. s.

n ¶ Teſtimonia. Eſt arg. cõtra. C. de hære. l. quoniam. ſed illud non ualet. cum hodie ſint omnes excommunicati. extra de hære. excommunicamus.

a ¶ Po-

Digitized by Google

a ¶ Pōterunt.] Supra 2.q.7.ſi hæreticus.
b ¶ In hæreticum.] Supra diſt.37.ſi quid veri.32.q.6. c. 1. contra. Sed illud ad conſecrationem matrimonij, Qui ſtud quo ad thorum.
Viſquis.] CASVS. Vincentius Donatiſta cōquerelatur,

tur; nec aduerſus eoſdem eccleſiaſticæ auctoritatis pondus habere poterunt, a qui ab eius fide diſceſſiſſe probati ſunt; atque ideo ab eccleſia ſunt condemnati. In hæreticum b autem poteſtatem habere videtur hæreticus: ſicut & diabolus poteſt in malis, tanquam in pecore ſuo.

2.q.7. ſi hæreticus.

Vnde ſcribit Auguſtinus Vincētio Donatiſta, & Rogatiſta, epiſt.48.

¶ Pro aliquo facinore ab hæreticis excommunicatus, à catholicis non eſt recipiendus. C. XXXVIII.

Viſquis c pro aliquo flagitio uel facinore proiectum à uobis d ita ſuſcepit, e ſicut ſuſcipiūtur, qui excepto errore, quo à nobis ſeparamini, ſine crimine apud uos vixerunt; diſplicet nobis. Sed nec facile iſta monſtratis; & ſi monſtretis, nonnullos toleramus, quos corrigere, uel punire non poſſumus: neque propter paleam relinquimus aream Domini: neque propter piſces malos rumpimus tenia Domini: neque propter hœdos in fine ſegregandos deſerimus gregem Domini: neque propter uaſa facta in contumeliam migramus de domo Domini.

23.q.7.c.1.§. quiſquis. Poly.l.7.tit.5. Iuo p.3.c.179.

Idem ad Euſebium, epiſt.169.

¶ Quiſquis propter diſciplinam ab hæreticis excommunicatur, non eſt à catholicis recipiendus. C. XXXIX.

SVbdiaconus quondam Spanienſis eccleſiæ, vocabulo Primus, cum ab acceſſu indiſciplinato ſanctimonialium prohiberetur, atque ordinata, & ſana præcepta cōtemneret à clericatu remotus eſt. & *infra*. ¶ Ego ſi Domino placet, iſtum modum ſeruo, ut quiſquis apud eos propter diſciplinam degradatus ad catholicam tranſire voluerit: in humiliatione pœnitentiæ recipiatur, f quo g & ipſi cum forſitan cogerent, ſi apud eos manere voluiſſet.

Iuo p.5.c.390.

Iuo p.6.c.391.

Sed illud Auguſtini h intelligitur dictum nō propter ſententiam, cuius poteſtas nulla eſt extra eccleſiam, ſed in deteſtationem criminum, quæ in hæreticis, ſicut in catho-

23.c.c. quiſquis &c. ſubdiaconus.

batur, quòd catholici ita recipiebant malæ uitæ hæreticos, & excommunicatos ab ipſis hæreticis, ſicut recipiebant hæreticos bonæ uitæ. Et reſpondet Aug. ſi eſt verum, diſplicet nobis. ſed non credimus, nec hoc monſtratis. ſi uerum eſſet, multos tñ toleramus, quos rorrigere nō poſſumus: neque propter malos debemus deſerere gregem Domini.

x Hæc contra ſup.l.q.1.remiſſionem, dic quod nō dicit, quod eorum ſnia teneat. & iō nō eſt cōtra 2 Hæretici nullāpñ excōmunicare

c ¶ Quiſquis.] Supra prox.q.7.c.1.cuius eſt hæc pars.
d ¶ A vobis.] Infra ſe.q.1.ſt.1.uerbum contra. Sed qualiter contrarietas ſoluatur, in ſequenti §. ſed illud. inuenitur.
e ¶ Ita ſuſcipit.] Arg. ſententiam hæretici fidem facere eccleſiæ & unius iudicis ſententiam fidem facere alii, ut ff.de teſt.l.quidā & ff.de ex. expel. her. res hereditarias. Arg. cap. ff.de iur. iuran. & duo patrem. Sed tamen qui ſegnus hic hoc arg. non intellexit Aug. in his capitu-

lis: quia non dicitur hic, q excōmunicatos ab hereticis nos pro excōmunicatis habeamus, qa ipſi neminē poſſunt excōmunicare. extra de hæret. ergētis. ſed nō recipimus eodem modo malos hæreticos; ſicut bonos hæreticos: quia nō ad dignitates vel ordines fortè: & ſi ſecus fiat, q̄nque fit ꝓpter ſcandalum, ut dicitur in c. quiſquis.

SVbdiaconus. CASVS. Primus ſubdiaconus Span. eccleſiæ propter inceſtū, quem cū monialibus incorrigibiliter faciebat, degradatus eſt ab hæreticis, poſtea ad eccleſiam catholicam redire volebat: vnde quęſiuit Euſebius ab Aug. ſub qua forma ſit recipiendus ab hæreticis degradatus. Et reſpondit, q ſub eadē pœnitentia debēt catholici ipſum degradatum recipere, ad quam ipſum cogerēt hæretici. Quo] ſcilicet modo.

f ¶ Recipiatur ad pœnitentiam.] Non enim dicit ſub excōmunicatione, vel depoſitione.

g ¶ Quo.] Id eſt, ad quam, ſed illud non propter ſententiam eius ſcilicet excommunicationis. nam in cauſis ciuilibus, & criminalibus ſententia extra eccleſiā habet firmitatem. arg. 11.quæſt. 3. Iulianus. §. 1.

SED ILLVD. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod licet in ſuperioribus ca. ſcilicet q̄ſquis & ſubdiaconus. Auguſt. fecerit mentionem de ſententia hæreticorum: non tamen intelligūtur eſſe dicta ut ſententia corū approbetur, cuius poteſtas extra eccleſiam nulla eſt: ſed dicta intelliguntur in deteſtationem criminum, quæ in hæreticis ſunt punienda ſicut in catholicis. In ſecunda parte reſpondet obiectioni factę ſupra eod. §. his auctoritatibus. in prin. Et dicit G. quod illa auctoritas Aug. poteſt intelligi tantum de poteſtate baptizādi in tempore neceſſitatis. in quo caſu nec à laico nec ab hæretico baptizatus eſt reſutandus. Cætera uero ſacramenta excommunicationis vel reconciliationis, & ſimilia ab hæreticis vel laico miniſtrata nullum vel lethalem effectum habent, & ideo non ſunt recipienda à fidelibus, Vel cætera ſacramenta, hoc falſum eſt quo ad eſſentiam ſacramentorum.

h ¶ S d illud Auguſtini.] Supra eod.q.§. his auctoritatibus, in illo uerbo, recedentes, ſupra 1 q. 1. quod quidam.

x ¶ Alia

Digitized by Google

licis, aquè sunt punienda. Potest tamen illud Augustini de potestate baptizandi intelligi, non ligandi, aut soluendi vel cætera sacramenta ministrandi: Baptisma namque siue ab hæretico, siue à laico ministratum fuerit, dūmodo in unitate catholicæ fidei accipiatur, nō carebit effectu: Alia uero sacramenta, [a] aut sacri corporis, & sanguinis Domini, communionis, [b] vel reconciliationis, si ab hæretico, uel catholico non sacerdote [c] ministrentur; vel nullum, uel lethalem habebunt [d] effectum. Vnde, & ab omnibus fidelibus nullatenus [e] sunt recipienda.

Hinc Augustinus scribit in 1. lib. de baptismo contra Donatistas, c. 2.

¶ In extremo positus etiam ab hæretico pœnitentiam accipere ualet. C. XL.

SI quem fortè coegerit extrema [f] necessitas, vbi catholicū, per quē accipiat, non inuenerit, & in animo pace catholica custodita; per aliquē extra unitatem catholicam positum acceperit, quod erat in ipsa catholica vnitate percepturus; si statim etiam de hac uita migrauerit, non eum nisi catholicum deputamus. Si autem fuerit à corporali morte liberatus; cum se catholicæ cōgregationi ēt corporali præsentia reddiderit, vnde nūquā corde discesserat, non solum non improbamus quod fecit, sed etiam securissime, verissimeq; laudamus, quia p̄sentē [g] Deum credidit corde suo, ubi unitatem seruabat: & sine sancti baptismi [h] sacramento (quod vbicūque inuenit, non hominum, sed Dei esse [i] cognouit) noluit ex hac vita migrare. Si quis autem, cum posset in ipsa catholica accipere aliqua † mētis peruersitate [k] elegerit in schismate baptizari; etiam si postea [a] venerit ad catholicam ecclesiam: certum est ibi † prodesse sacramētum; quod alibi acci pi quidem potest, prodesse [l] autē nō potest: peruersus, & iniquus est, [m] & tanto perniciosius, quanto scientius.

[a] ¶ Poſtea] *In originali legitur* (etiam si postea uenire ad catholicā cogitat, quia certus est ibi prodesse sacramē tum, q̄d alibi accipi quidem potest, prodesse aūt non potest peruersus &c. *Sed ob glossam non est emendatum.*

Item † Iulius Papa.

¶ Per annum pœniteat, qui de manu hæretici nescienS prohibitam communionem accepit. C. XLI.

SI quis de-

Poly. l. 7. tit. 3. Ant. l. 9. c. 49. Iuo p. 1. c. 130.

† *al. per aliquem mētis peruersitatem.* † *al. illa.*

† *al. Eutychetianus.*] *al. ex pœnitentiali Theod.* Poly. l. 7. tit. 5. Burc. l. 19. c. 105. Iuo p. 15. c. 117.

a ¶ Alia uero sacramenta.] Large hic sumitur sacramē tum, ut 1. q. 3. c. ult.

b ¶ Excommunicationis.] Non video qualiter excommunicatio, sit sacramentum, nisi intelligatur de potestate, quæ est ordo. H.

c ¶ Sacerdote. Nisi ī necessitate, tunc laicus reconciliare potest de consec. dist. 4. sanctum.

d ¶ Habebunt.] Cū extrema necessitate cogente sacramentū baptismi à quocunque traditur licet ab hæretico. Quæritur quare Eucharistię sacramentum non sit ab hęretico accipiēdum, cum in alterutro fides, & cōtritio vicē suppleat sacramēti de conse. dist. 3. ut q̄d paras, & distinct. 4. baptismi vicem? Respō. plenior remissio fit ī baptismo, quā in sola cordis contritione, ita q̄ nec purgatorium sentiant qui in fine baptizantur de pœ. d. 7. null⁹ expectat. sufficit autem cōtritio eorum, uel quia alia est in reliqs sacramentis cōsideratio quam in baptismo, ut 32. d. 5. verū. q̄a necessarior baptism⁹ ē & ianua omnium sacramētorū. Vel sufficit sic scriptum esse. Vel quia in Eucharistiæ sacramēto solent hæretici formam ecclesiæ peruertere. ut 3. ea. c. schisma. ī fi. In baptismo uero non. de cōse. dist. 4. siue hæreticus. Raz. Vel iō quia quicūque accipit baptisma, accipit Christi corpus: sed non conuertitur. de cōse. dist. 4. nulli est aliquatenus.

e ¶ Nullatenus.] If. ead. cap. ult.

SI quē forte.] CASVS. Quæsitū fuit ab ipso Au. vtrū ille, q̄ ab hęretico baptizatur debeat catholicus reputari: & si de hac uita migrauerit, utrū per tale saluetur baptisma, & respōdet, q̄ sic, si in articulo mortis hoc fecerit: si catholicum à quo hoc susciperet, non inueniebat: & si liberatus se catholicæ congregationi reddiderit, nō debet improbari, quod fecit, sed laudari. si autem sponte elegerit in schismate, uel hæresi baptizari, non debet iudicari catholicus, sed iniquus non prodest baptisma ei, nisi postea reconsilietur. Et hæc

f ¶ Extrema. Arg. extra de re. in. quod nō est licitum: vnde. & cito debet hoc facere. 1. q. 1 constat.

g ¶ Præsentem.] .i. fidē Dei p̄sentē cordi suo adhibuit.

h ¶ Baptismi.] inf. de consec. dist. 5. sanctum. &c. quomodo, supra dist. 32. 5. uerum.

i ¶ Esse.] sup. 1. q. 1. Dominus declarauit.

k ¶ Peruersitate.] sup. 1. q. 7. conuenientibus.

l ¶ Prodesse.] inf. de consec. dist. 4. tunc ualere.

m S ¶ Iniquus est.] Ab initio, non ex post facto.

SI quis dederit.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes,

h ¶ Ba- sup. ea. miramur. in verbis Gra.

Eucharistiæ sacrm non est ab hæreticis accipiēdum.

partes. In prima parte dicitur, q̃ ſi quis dederit, vel acceperit corpus Chriſti de manu hæreticorum, ignorans per igenorãtiam iuris, q̃ eccleſia hoc contradicat, ſi poſtea, intelligit, abſtineat per annum. ſi autem bene ſciebat, x. annis pœniteat. Alij tamen dicunt vij. alij vero v. In tertia excuſat, ſed non ex toto releuat quidem pœnam, ſed non abſorbet culpam, ſimile inuenitur 82.d. plurimos. 28.d. presbyterum. 8.d. cõſuetudo. inf. de conſ. d. 2. ſcriptura. 30.q. 1. de his. ſup. 52.d.c. 1. & de conſe. d. 4. retuletunt.

derit, [a] aut acceperit communionem de manu hæretici, & neſcit, [b] quod catholica eccleſia contradicit; poſtea intelligens annum integrum pœniteat. Si autem ſcit, & neglexerit, & poſtea pœnitentiam egerit; decem annos pœniteat. Alij iudicant ſeptẽ, & quidã humanius, [c] vt quinque annos pœniteat. Si quis permiſerit hæreticum Miſſã ſuam celebrare in eccleſia catholica, & neſcit, quadraginta dies pœniteat: ſi pro reuerentia eius; annum integrum pœniteat; ſi pro damnatione eccleſiæ catholicæ, & cõſuetudinis Romanorum; proijciatur ab eccleſia, ſicut hæreticus, niſi habeat pœnitentiam: ſi habuerit, decem annos pœniteat. Si receſſerit ab eccleſia catholica in congregationem hæreticorum, & alijs perſuaſerit, & poſtea pœnitentiam egerit; duodecim annos pœniteat, tres extra [α] eccleſiam, ſeptem inter audientes, & duos adhuc extra communionẽ. De his in canone dicitur, vt duodecimo [β] anno communionem ſine oblatione [d] percipiant.

α ¶ Tres extra.] *Apud Burchardum, & Iuonem legitur*, quatuor extra eccleſiam, ſex inter audientes, &c.

β Duodecimo.] *Burchardus, & Iuo habent*, decimo.

Item Gregorius Papa lib. 3. dialog. c. 31.

¶ Potius eſt mortem arripere, quàm de manu hæretici communionem accipere. C. XLII.

COepit Ermenegildus rex [e] iuuenis terrenum regnũ deſpicere, & forti deſiderio cæleſte quærens, in cilicijs vinculatus iacens omnipotenti Deo ad ſe confirmandum † preces effundere; tantoque ſublimius gloriã tranſeuntis mundi deſpicere, quanto & religatus agnouerat nil fuiſſe, [f] quod potuerit auferri. Superueniente autem paſchalis feſtiuitatis die, intempeſtæ noctis ſilentio ad eum perfidus pater Arrianum epiſcopũ miſit, vt de eius manu ſacrilegæ conſecrationis communionem percipere ret, ‖ atque per hoc ad patris gratiam redire mereretur. Sed vir Deo deditus, Arriano epiſcopo venienti exprobrauit, vt debuit, eiuſq; a ſe perfidiam dignis increpationibus repulit, quia etſi exterius iacebat ligatus, apud ſe tamen in magno mentis culmine ſtabat ſecurus. Ad ſe itaque reuerſo epiſcopo Arriano pater infremuit: ſtatimque ſuos apparitores miſit, qui conſtantiſſimum confeſſorem Dei, illic vbi iacebat, occiderent. Quod & factum eſt.

Poly. l. 7. tit. 6.

† *alconfortandum.* 1. q. 1. ſuperuenẽte.

b ¶ Et neſcit.] Quòd eccleſia contradicit, uel neſcit de facto, ſed eſt ignorantia craſſa.

c ¶ Humanius.] Hæc ergo ſnia potior eſt, & cęteris præponenda. quę maiori nitit pietati, 9. d. ſana. ff. de pac. maiorem.

d ¶ Sine oblatione.] ſup. 12. q. 2. de vire. & 33. quæſt. 8. latorem.

e ¶ Rex.] Arg. ℣ filius regis rex i vocari debeat, licet regnum nõ habeat. & eſt argum. pro comitibus Theutoniæ, & Italiæ iam enim dominus eſt, & ſola adminiſtratio deeſt. ff. de lib. & poſthu. l. in ſuis.

Regis filius rex vocari debet.

i Rex: ſed improprie Iacob. de San. Georg. in inceſtit. feudha. 3.

f ¶ Nil fuiſſe.] ideſt, parum.

g ¶ Perciperet.] Rõnem quare liceat in neceſſitate ab hæretico recipere baptiſma & non corpus Chriſti, habes ſupra eod. in no. cum extrema. Item no. quod in neceſſitate poſſum ſocio confiteri. de pœnit. d. 1. quem pœnitet. Item reconciliationem petere. de conſecrat. d. 4. ſanctum. Idem poſſet dici, de vnctione olei. Sed de omnibus, quæ ſpectant ad officium ſacerdotis, illud ſolum licere laicis credo etiam in neceſſitate de quibus expreſſum inuenio. Ioan.

Neceſſitatis occaſione multa licẽt.

ADDITIO. Sed nunquid a laico poſſum recipere Euchariſtiam in neceſſitate, cum ſufficit contritio, ut de conſecra. diſtin. 2. ut quid. argu. q̃ non de conſecra. diſt. 1. peruenit. 92. d. diacones. licet dicat cap. q̃ ſumi debet, ſi ſit, qui tribuere poſſit. 33. q. 2. admonere ſecundum Ioan.

Quòd

v. In ſecunda parte dr, q̃ ſi quis permittat hæreticum in eccleſia Miſſam celebrare, neſciens hoc eſſe malum, xl. dies pœniteat. ſi autẽ fecerit propter reuerẽtiam ipſius q̃ annum pœniteat, ſi vero in contemptum eccleſiæ permiſerit, hæreticus reputetur, niſi pœnitentiam agat, quam factus erit per annos x. In tertia parte dicitur q̃ ſi quis ab eccleſia catholica receſſerit, & ad hæreſim aliquos perſuaſerit: ſi reuertatur. xij. ann. pœniteat, ſicut in canone continetur. Secũda pars incipit ibi. [Si quis permiſerit. Tertia ibi, Si receſſerit.]

a. ¶ Dederit.] Argu. hic elicitur, q̃ ignorantia iuris parcet. Item reconciliationem petere. de conſecrat. d. 4. ſanctum. Idem poſſet dici, de vnctione olei. Sed de omnibus, quæ ſpectant ad officium ſacerdotis, illud ſolum licere laicis credo etiam in neceſſitate de quibus expreſſum inuenio. Ioan.

Digitized by Google

QVod autem.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per 5. cap. q nullus potest ligari, uel solui post mortem sipple nisi in tribus casibus positis in summa. Secunda ibi, His auctoritatibus. Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. 5 na quæstio, utrū post mortē aliquis ualeat cōdēnari, uel absolui. Et respondetur, quod non ualet cōdemnari, uel accusari de crimine, nisi in quibusdā casibus. si de hæresi accusetur, uel si hæreticos instituit hæredes, ut inf. ea. cap. vlt. uel si decessit in notorio crimine, ut sup. 88. d. neque. & sup. proxi. q. 4. placuit. pōt ēt in aliis casibus, quis accusari propter bona, ut de Apostasia, vt C. de apo. apostatarum. & de crimine læsæ maiestatis, ut C. ad leg. Iul. maiestatis. meminisse. & de crimine gduellionis, & repetundarum, ut ff. de accu. l. ex iudicio. & de crimine peculatus. ut ff. ad leg. Iul. peculatus. l. vlt. absolui uero post mortē quis non potest nisi probetur, quòd in vita sua iniuste fuit excōicatus, ut inf. cap. vlt. & nisi in vita absolutionē petebat: nec stetit per eū, quo absolueretur, ut ext. de sent. excom. a nobis. Probat ergo Grat. in hoc §. q in vita sua potest quis ligari, vel absolui: post mortem vero minime, & hoc probat auctoritate Euangelij.

Accusari post mortē an possit aliquis.

1 Quia crimina morte extinguūtur 23. d. c. quorundam, ff. de bo. eo. qui ante sententiam mor. sibi consci. l. vlt. sed fallit in casibus, vt sequitur.

DE communione priuatis, & ita defunctis.] CASVS. quidam fuerunt in excommunicatione defuncti: quare rusticus episcopus

QVAESTIO II.

QVod autem [a] post mortem nullus excommunicari valeat, vel absolui; ex verbis Euangelij monstratur, quibus dicitur. [Quodcunq; ligaueris super terram, &c.] Super terram, [b] inquit, non sub terra: [c] ostendens quod viuentes pro uarietate suorum meritorū soluere possumus, uel ligare: de mortuis autem sententiam ferre non possumus. Matth. 18

Vnde Leo Papa scribens Rustico Narbonensi episcopo epist. 90. c. 7. al. epist. 92. c. 6.

¶Non possunt ab ecclesia absolui post mortem, qui in hac vita ab ea noluerunt absolui. C. I. Burc. l. 11. c. 52. Iuo p. 14. c. 60. Pann. l. 5. c. 128.

DE communione [d] priuatis, & ita defunctis, a] Horū causa Dei iudicio [e] reseruanda est, in cuius manu [f] fuit vt talium obitus non vsque ad communionis remedium differretur. Nos autem, quibus viuentibus non cōmunicauimus, [g] mortuis communicare non possumus.

a ¶De communione priuatis, & ita defunctis.] *Verba hæc in codice canonum sunt titulus vigesimi decreti Leonis primi, & ea Burch. non habet. Reliqua vero sunt ipsius Leonis verba.*

Item Gelasius Papa in commonitorio Fausto magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim.

¶Ecclesia viuentes potest ligare, vel soluere, non mortuos. C. II.

LEgatur ex quo est [h] religio Christiana, vel certe detur exemplū [i] in ecclesia Dei a quibuslibet Pontifi- Poly. l. 7. tit. 1.

b ¶Super terram.] Nisi cum iam est in alqua area mortuus quam super terram. arg. ff. de reli. l. d ui.

c ¶Sub terra.] Hoc falsum. ext. de sent. excom. a nobis 2.

pus Narbonensis quæsiuit a Leone Papa, utrum sit eis communicandum post mortem? Et respondet, q non: sed Dei iudicio sunt reseruandi. Nam quibus uiuis non communicamus, nec mortuis communicare debemus.

d ¶De communione.] Supple dicimus.

e ¶Iudicio.] Sup. 12. q. 3. quicumq; inf. sup. 23. d. quorundam.

f ¶Manu.] inf. de pe. d. 1. si bono.

g ¶Nō cōicauimus. Nec cōicare debemus, & sic soluitur cōtra. inf. de pe d. 1. multiplex. uersi. his aūt qui. ubi dic, q si constat per indiciū, q conuerti uoluit, orandū est pro eo in ecclesia, ut 26. q. 6. his qui. ex. de sent. excō. a nobis 2. quia ex quo per eum nō stabat, ei communicare debemus, & ita est absoluendus post mortem. ext. de senten. excom. a nobis.

LEgatur.] CASVS. Quidam hæretici in ciuitate Constantinopoli postulauerunt a Fausto sedis Apostolicæ legato, ut veniam concederet: nolebant tñ corrigi de errore. Itē petebant q illi hæretici, qui iam defuncti fuerāt, absoluerēntur. quare legatus ille quæsiuit a Gelatio. uttrum hoc esset faciendum, & rōdet q non, quia sub isto cœlo nec exemplum inuenitur, vt aliquibus remanentib. in errore uenia cōcedatur. Præterea Christus mortuos suscitauit: in errore uero defunctos nunquam legitur absoluisse. Et hoc probat auctoritate Euangelij dicentis. Quodcumque ligaueris super terram, & c.

h ¶Ex quo est.] idest, incipit esse.

i ¶Exemplum.] Sup. d. 20. de quibus.

a ¶Veniam

a ¶ Veniam.] Vt ſup. diſt. 50. abſit. & c. ſi quis præpoſtera. ſup. diſt. 4. deniq; contra. ſed hic, veniam. i. remiſſionem, peccati: ibi uenian. ideſt, impunitatem.
b ¶ Niſi ſe.] Pœnitentibus tantum delicti veniam indulgemus. C. de hære. Manichæos, ut inf. de pœn. diſt. 2. ne-

cibus, ab ipſis Apoſtolis, ab ipſo deniq. Saluatore veniã,[a] niſi ſe [b] corrigentibus [c] fuiſſe [d] conceſſam. Auditum. n. † ſub illo cęlo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: date veniam nobis, dum tamen nos in errore duremus. Id quoq; pariter oſtendant, qui nobis canones nituntur opponere; quibus hoc canonib. quibus regulis, qua lectione, quove documento, ſiue a maioribus noſtris, ſiue ab ipſis Apoſtolis (quos potiores merito fuiſſe non dubium eſt) ſeu ab ipſo Domino Saluatore qui iudicaturus creditur viuos & mortuos,[e] ſiue factum eſt vnquam, vel faciẽdum eſſe mandatur. Mortuos ſuſcitaſſe Chriſtus legimus: in errore mortuos abſoluiſſe non legimus. Et qui certe hoc faciendi [f] ſolus habuit poteſtatẽ, B. Petro principaliter mandat Apoſtolo: [Quę ligaueris ſuper terram, ligata erunt, & in cœlis: ‖ & quę ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta, & in cœlis.] Super terram, inquit. Nam in hac ligatione defunctum nuſquam dixit abſolui. [h]

¶ *In commonitorio, ex quo ſumptum eſt caput hoc antea narratur Senatores Conſtantinopolitanos petiſſe a Gelaſio, vt ſibi liceret communicare cum Achatio ab Apoſtolica ſede excõmunicato, hancque ſibi veniam concedi popoſciſſe. Quorum abſurdam petitionem reijciens Gelaſius, hac qua in hoc cap. continentur ipſi Fauſto, quẽ Conſtantinopolim mittebat, in commonitorio ſuggeſſit.*

Item Vrbanus ſecundus Guitmundo epiſcopo.

¶ Non oportet ab eorum eleemoſynis poſt mortem abſtinere, quibus in vita communicare non deſtitimus. C. III.

Sanè [i] quod ſuper Richardo filio Borelli veſtra frater nitas ſe egiſſe innotuit, ꝓ zelo Dei, [k] & animarũ charitate laudamus. Sed non adeo timendum: non adeo eſt vobis ab eius eleemoſynis abſtinendum. Inter cęteros quippe noſtrę fidei patres Beatus Leo Papa doctor egre-

Sanè.] CASVS. Quidam nomine Richardus in prælio mortuus fuit: qui prædo extiterat & ſpoliator. & propter hoc fuit excommunicatus, ſed non nominatim: quare Guitmundus ẽps nolebat orare pro ipſo, uel oblationes recipere pro eo. unde ſuper hoc cõſuluit Vrbanum, qui ſup hoc eum commendans reſpõdet ſe eũ abſoluiſſe, cum ipſe promiſiſſet, ſe ſatisfacturũ. & mortuus fuit in ſeruitio dñi ſui. & ideo dicit Vrbanus ſibi eſſe communicandũ in orationibus, & elemoſynis pro eo recipiẽdis. Et quod ſit ei communicandũ ꝓbat auctoritate Leonis, inducendo eã a cõtrario ſenſu: & faciendo diſtinctionẽ inter ſchiſmaticos & alios peccatores, dt ſchiſmaticis nullo modo eſſe cõicãdum prædonib. uero. uel alijs peccatoribus. diſpenſatiuè cõmunicamus tũ, qa ſuſtẽtauerunt eccleſiam: tum qa ſe pollicẽt ſatisfacturos. (Diſpẽſatiuè:) ideo dicit diſpẽſatiuè: qa ante actam pœnitẽtiam eis ſacramenta conceduntur. Iſte tamen caſus breuiter conſueuit in apparatu notari.

i ¶ Sanè.] Sic pone caſum ꝙ iſte R. fuerat excõicatus cum ſuis cõplicibus: ſed poſtea abſolutus ab Vrbano ii natalitijs B. Petri: ſed tñ quia nõ ſatisfecerat ante mortem poſt ſentẽtiã abſolutionis de his, q̃ forte alijs abſtulerat, eẽps iſte nolebat ut ꝙ eo fierẽt in eccleſia oblationes. Dicit ergo Vrbanus, quòd licet poſſit eius intentio merito commendari: ueruntamen non eſt de iure quod facit. nam cum iſte nec excõmunicatus eſſet, nec excommunicatis cõicaſſet: non poteſt ei iſtud negare, & ſecundum hoc dicit ſub qua ſponſione nos eis, i. Richardo, & ſuis complicibus indulſimus abſolutionem excõicationis, qua tenebãtur. Alij autem aliter ponunt, ꝙ non fuerat excõicatus; ſed in aliquibus offenderat, nec ſatisfecerat: & ſm hoc fideles ſe, referrtur ad id quod præcedit, peccatoribus. & prædonibus. & quod dicit, ſub qua ſponſione, refertur ad hoc quod præcedit, & fideles ſe in poſterum pollicentur: & tunc dicit abſolutionem non ſententiæ, ſed peccatorum. Sed nonne bene faciebat eẽps, qui nolebat oblationem eius recipere, ſi in mortali deceſſerat, licet non ſit excõicatus, nec excommunicatis communicaſſet? Dico ꝙ non, niſi ubi crimen eſſet notorium. alias nunquam. ſed de huiuſmodi oblationibus notaui 90. diſt. oblationes.

k ¶ Pro zelo Dei.] Et ita licet factum reprobetur, intentio tamen commendatur. Arg. de conſecr. diſt. 3. per la-

tum

a *al. autem.*

Matth. 16.

luo p. 14. c. 68.

ſup. eod. de communione.

neminem. & de conſe. diſt. 2. omnis qui.
c ¶ Corrigentibus.] Supra diſt. 9. ego ſolus. ſup. 24. q. 3. ſola.
d ¶ Fuiſſe.] Nam non ſolum merita. ſed etiam corpora nobis detexerunt. 30. diſt. fraternitatis.
e ¶ Mortuos.] Vt Lazarum 3. ext. de ſent. excõ. a nobis: Vel intellige de mortuis per peccatum. de pœn. diſt. 1. §. hoc idem probatur.
f ¶ Faciendi.] Scilicet peccata dimittere: mortuum ſuſcitare. de pœ. d. 1. uerbum. de conſ. d. 4. nemo tollit.
g ¶ Et in cęlis.] Hoc intellige de uera ligatione. nã iam uere ligatus nõ eſt, qui quoad Deum abſolutus eſt ext. de ſen. excom. a nobis, aliter etiã M. & H. ponunt hanc auctoritatem: Quodcunque ligaueris ſuper terrã, ideſt, inter uiues quantum ad ipſum ligantem q. d. dũ eſtis ſuper terram, ligare potes: & mortuum tàntum quoad eccleſiam.
h ¶ Abſolui.] Supra diſt. 55. ſi Euangelica, arg. ff. de teſt. qua ſitum. Argu. contra. ff. de ſponſoratio. ſed iſtius brocardi ſolutionem habes in textu 38. q. 2. quos Deus.

1 Ioan. 11. & filium uiduæ. Luc. 17. & Marci 5.

Quodcunq; ligaueris, &c. qualiter intelligatur.

Digitized by Google

tum.aliàs non.contra. Sola voluntatis forma mouebat opus 1 & quidquid agunt homines.&c.

1 Ad hoc 14. q.3. c.ult.

a ¶ Ex opposito.]Ex consensu contrario:imò ex contrarijs.ar.de pe.d.9.c.j.& 8.q.j.sciendũ.ar.23.q.5. q sitit.

b ¶ Schismaticos.] De numero quorum est Richardus.

c ¶ Vllo modo.]3.c. q.1.schisma.

d ¶ Et prædonibus.] De quib. quid iuris sit si aliena nõ restituant, quære extra de raptoribus. super eo.& 13.q.6.si res.

e ¶ Partibus.] Supra 2.q.1.multi.

Excõicatus est q cõicat excõicato a canone etiã ante denunciationem.§

f ¶ Nominatiue.]per hoc dixit hic Martinus figens hic pedẽ. quod si quis communicaret ei, qui incidit in canonem, antequam denuncietur, non erit excommunicatus: sed confunditur.ext. de sent.excõ. cum desideres. Nec multum facit,pro eo,quod dicit, nominatiue non enim refert an proprio noïe,an alijs iudicijs excommunicetur quis.ff.si cert. pet.certum.

g ¶ Exijt.] Sup. nec aliàs erat in aliquo peccato publico, qa tunc idem esset, ut 3.c.q.in princ.

h ¶ Nobis dispensatiue.]Qnerit in quo fuit dispensatum cũ hoc non possit ei denegari? Dic qꝫ ideo dicit hoc, qa omnes viæ Domini misericordia,& veritas. 33. q.2.admonere. Vel ideo dicit dispẽsatiuè, quia non cõpellebant eũ ad satisfactionẽ. Vel hoc ideo fuit dispensatio, qa cum potuisset compelli ad satisfactionẽ non fuit cõpulsus.possunt iñ hæredes eius compelli.vt extra de rapt.in literis.& 2. q.1. in primis. 2

Viæ Dñi misericordia,& veritas.

2 Vel dic, qꝫ ideo dicit dispensatiue : quia ante actam pniam ei sacra conceduntur B. Vel die dispensatiuè. q. d. non de rigore iuris nisi primo satisfeciſſet extra de uerbo.signif. ex parte. Io.

gius.[Quibus viuis,inquit,nõ cõicauimus, nec mortuis cõmunicare debemus.] Constat ergo quoniam quibus viuis(vt ex opposito [a] loquamur) cõicauimus; mortuis quoq; communicare possumus. Nos planè inter duo oppugnãtia positi;inter impios videlicet,& schismaticos [b], schismaticis vllo modo [c] communicare non possumus, aut licet: peccatoribus vero, & prædonibus [d] dispensatiuè propterea † communicamus: quia & ecclesiam hactenus sustentauerunt: & se fideles in posterum pollicentur. Alioquin oportet nos de huius mundi partibus [e] exire.Sub qua etiam sponsione nos eius nuper in B.Petri natalitijs absolutionem indulsimus. Quia ergo prædictus vir neq; nominatiue [f] excommunicatus, neq; communicans cum excommunicatis ex nomine exijt [g], sed in Domini sui fide,atque seruitio permansit,licet nobis [h] dispensatiuè,idest,quamdiu eos patimur:eius eleemosynis communicare, & defuncti animam Christianæ religionis modis omnibus adiuuare.

† al.pro tempore. 1.Cor.5.

Item Gelasius Papa uniuersis episcopis per Dardaniam sine per Illyricum constitutis.

¶De eodem. C. IIII.

NEc quisquã omnino vobis persuadeat Achatio prævaricationis suę crimen fuisse laxatũ:quia,qui postquam in collegium recidens prauitatis iure meruit ab Apostolica communione secludi, in hac eadem persistẽs damnatione defunctus est,absolutionẽ, quã superstes [i] nec quæsiuit omnino,nec meruit,mortuus iã non potest impetrare.Si quidem ipsis Apostolis Christi voce delegatum est:[Quæ legaueritis super terram,&c.] Cæterũ iam de eo,qui in diuino est iudicio constitutus, nobis fas nõ est aliud decernere pręter id, in quo eum dies supremus inuenit [k].Atque [l] ideo,nisi eius nomine [m] refutato cæterisque consortibus huius erroris, cum nullo prorsus eorum participare debetis mensæ Dominicæ puritatem: quam maiores nostri semper ab hæretica magnopere seruauerunt pollutione discretam.

Anſ.l.12.c.10. Poly.l.7.tit.2.

Matth.16.

¶ *Epistola ex qua hoc caput acceptum est,extat inter alia scripta Gelasij in uetusto codice Vaticano: in quo etiam multa aliorum Pontificum epistolæ habentur.*

Item Leo Papa epist.13.ad Pulcheriam Augustam.

NEc quisquam.] CASVS. Quidã dicebant communicandum esse Achatio post mortem, dicentes,qꝫ Papa absoluerat eum in vita. super quo dubitantes episcopi Dardaniæ,& Illyrici quæsierunt a Gelasio,utrum hoc esset verum. Quj respondet Achatium nunquam fuisse absolutum in vita: & ideo post mortem non est ei communicandum, nec absolutionem, quam non quæsiuit uiuus, potest mortuus impetrare: quod probat auctoritate Euangelij. & non solum non est ei communicandum, sed etiam nulli de consortibus sui erroris [Eius nomine,]scilicet Achatij.Sequens capplanum est.

reperitur.3.qõ 6.c.1.de pœn.distin.1. nunquid Cain. C. vbi quis decuriali,uel cohortali.l.vlt.Domini legum intelligunt, si ibi habet forum ratione rei petitæ: uel ratione contractus uel criminis:licet P.dixerit, quod vbicunque reus reperitur,possit conueniri, ut C.ubi de crim. agi opor.l.1. B.

i ¶ Superstes.] Arg.qꝫ licet hæredes vsurarij satisfaciant de vsuris, vsurario tamen post mortem communicandum non est,si superstes absolutionem, & pœnitentiã non quæsiuit. ar.inf.26.q.6.qui recedunt.argu.extra de sent.excom.a nobis.vide c.2.de vsu.lib.6.

Vsurar post mort. non est cõmunicandum.

k ¶ Inuenit.] Nam in eo loco quis conueniturꝰ in quo repe-

l ¶ Atque.] Supple,nil aliud debetis facere.

m ¶ Nomine.) Idest, errore eius,&c. quo errore obligati sunt diabolo. nam nomen accipit pro obligatione. sup.eod.q.1.aduocauit. Vel dic,non debetis participare cum aliquo eorum prorsus (nisi pro sed,&c.) sed refutare nomen eius,& complices,&c.

a ¶ Dar-

a DAmnationis.] ¶ Relaxare.] Sup.11.q.3.qui iubente,ſup.ea.legitur.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc eſt ſecunda pars q.ſecundum Io.de Fant.

CASVS. Dicit nunc Gratia.per prædictas auctoritates eſſe

¶ Incorrigibilis damnationis ſententia relaxari non poteſt. C. V.

DAmnationis ſentẽtiam quicumque meretur accipere;ſi in ſuo ſenſu voluerit permanere,nullus relaxare poterit.

¶ *Verba Leonis de Eutyche agentis ſunt hæc.* Qui dum videret inſipiẽtiæ ſuæ ſenſum catholicis auribus diſplicere,reuocare ſe a ſua opinione debuerat:nec ita eccleſię præſules commouere,ut damnationis ſententiam mereretur:quam utique,ſi in ſua ſententia uoluerit permanere,nullus poterit relaxare.

2 *His auctoritatibus probatur,quòd viuentes,non mortuos* [b] *ſoluere poſſumus,uel ligare.Verum hoc non de omni crimine intelligendum eſt.Sunt enim quædam crimina,de quibus etiam poſt mortem accuſari poteſt quilibet, uel damnari;uelut hæreſis.*

Vnde in prima actione quintæ ſynodi legitur.

¶ Hæretici etiam poſt mortem ſunt excommunicandi. C. VI.

Tuo p.14.c.62. Pann.l.5.c.115.& ſequent.

SAne [a] [c] profertur a quibuſdam, qui dicunt oportere poſt morté hæreticos anathematizari, & ſeq. in hoc doctrinam ſanctorum patrum,qui nõ ſolum uiuẽtes hæreticos condemnauerunt,ſed & poſt mortem, utpote in ſua impietate mortuos;ſicut eos, [d] qui iniuſte cõdemnati ſunt, reuocauerunt poſt mortem, [e] & in ſacris diptychis β [f] ſcripſerunt? Quod factum eſt & in Ioanne,& in Flauiano religioſæ memoriæ epiſcopis Conſtãtinopolitanis. *Item in Actione quinta.* ¶ Auguſtinus ait,[Si forte iſti libri ita deſignant [g] traditorem ſuum,ſicut Dominus deſignauit Iudam; legatur in eis nominatim, & expreſſe uel Cæcilianum, [h] vel ordinatores eorundem librorum [i] fuiſſe traditores,& ſi non eos anathematizauero; ipſe cum † eis iudicet tradidiſſe. *& infra in eadem actione.* ¶ Quæ modo recitata ſunt, Auguſtinus ſanctæ eſſe probatum,quòd uiuos,& non mortuos ligare poſſumus,vel abſoluere:nunc uero dicit, quod hoc non eſt intelligendum de quolibet crimine,ſunt enim quędam crimina, de quibus poſt mortem quis accuſari poteſt vel damnari,v:pote de hęreſi: & ad hoc inducit ſequen. cap.

In lib.de vnitate eccleſiæ.c.3.

† *al cum iudicet.*

Excõicatio an poſſit poſt mortẽ i aliquẽ ferri.

b ¶ Non mortuos.] Licet etiã mortui eſſent. Sed uidetur quod iſte poſt mortem non poſſit excommunicari: quia admonitio ſemper debet præcedere uindictam.12.q.2.indigne. ita & abſens non poteſt excommunicari. 3.q.9.abſens.Sed dic in hoc caſu ſpeciale eſſe.Vel dic ꝙ fuit admonitus a canone.23.q.5.adminiſtratores. Sed quid ſi aliquis uoluit eum defendere, nunquid admitteretur? ſic.ff.de procu.ſeruũ.§.publice, & maxime cum in cauſa criminali ,ꝙ inuito quis poſſet appellare, ff.de appel.non tantum.Sed quomodo admittetur, cum non poſſit cauere de rato; ſed ratum uidetur habere,ex quo non opponit obicem contrariæ uoluntatis,de conſ. d. 4.quæris?

[d] ¶ Separentur.] Ergo ſacerdotes habẽt officium excõicandi vt 2.q.1. nemo ẽps. De excommunicationis.] CASVS.Grego. vel quidam alius quendam excõicauit interpoſita commination de gradandi ipſum, de quo cum ipſe conqueretur, ſcribit ei Grego.& reprehẽdẽdo eum dicit,ꝙ iniuſtè conqueritur. Et hoc ꝓbat auctoritate Apoſtoli dicẽtis,ꝙ nos omnẽ inobedientiã debemus vlciſci. Vel dic,ꝙ ſimpliciter nõ fuit excõicatus, ſed citatus fuit ſub periculo ſui gradus.vel gradatim facta fuit citatio, ſ. primo, ſcõ, & tertio:& ita excõicatus fuit,niſi tunc uenerit, & ita ſm varias expoſitiones vario modo formabis caſum. ultima tamen expoſitio bene innitur ex litera.

[e] ¶ Gradus.] Quia ſub periculo gradus honoris ſui excõicauerat eũ.uel ſm gradum honoris ſui vocauerat ipſum: nam aliter vocandi ſunt maiores, aliter minores:vel qa gradatĩ vocauerat ipſũ in vltimo pemptorio. Reſecãdæ.] CASVS. Oſtẽdit in hoc e.Hier.ꝙ inobediẽs a cõſortio bonorũ ẽ repellẽdus. & hoc ꝓbat quinq; exẽplis, ſ. ouis ſcabioſę,& putridę carnis & ferinẽti.& Arij hęretici,& ſcintillę:[Ardeat dom⁹.] ſ.corrũpat,[maſſa [putreſcat.]ſ.corp⁹ [intereãt.]ſ.pecora.

[f] ¶ Ouis.] 45.diſt. ſed illud.

[g] ¶ Totum orbẽ.] Totum dicit, & tamen tãtum Alexãdrinam eccleſiã intellexit.vt 1.q.1.manifeſtũ. Vel dic, totũ qa eius ſequaces erãt per totũ orbẽ.

[ζ] Corripiantur.] CASVS. Dicebant quidam,ꝙ epiſcopi non debent aliquem excommunicare, uel ſeparare ab aliis, quoniam præſciti omnes damnabuntur, & prædeſtinati ſalui erunt. Et reſpondet Auguſt. cum neſciamus quis ſit prædeſtinatus, & quis præſcitus: ſic

Digitized by Google

ſic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus, & laboremus ſaluos eſſe, & ideo vbicunque aliquem incorrigibilem inuenimus, ſeparare eum ab alijs debemus forſan ipſa ſeparatione ſanandam: ne eius contunctione alij polluantur, ad inſtar morbidæ ouis, quæ eſt a ſa-

correptionibus de charitate venientibus pro culparum diuerſitate diuerſis, vel minoribus; vel amplioribus, quia & ipſa, quę damnatio nominatur, quam facit epiſcopale [a] iudicium (qua pœna in eccleſia nulla maior [b] eſt) poteſt, ſi Deus voluerit, in correctionem ſaluberrimam cedere, atque proficere. Neq; enim ſcimus, quid contingat ſequenti die. An ante finem vitę huius de aliquo deſperandum [c] eſt? Aut contradici Deo poteſt, ne reſpiciat, † & det pœnitentiam, & accepto ſacrificio ſpiritus contribulati, cordiſque contriti, a reatu quamuis iuſtæ damnationis abſoluat, damnatumque a [d] ipſe non damnet? [e] paſtoralis tamen neceſſitas habet, ne per plures ſerpant dira contagia, ſeparare [f] ab ouibus ſanis morbidam, ab illo, cui nihil eſt impoſſibile, ipſa forſitan ſeparatione ſanandam. Neſcientes enim quis pertineat ad prædeſtinatorũ numerum, quis non pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus ſaluos fieri.

† al. reſpiciat.

a ¶ Damnatumque.] *Sic emendatum eſt ex originali, nec gloſſa viſa eſt impedire, Antea legebatur*, damnatũ, quem ipſe non damnat.

Item Proſper libro ſecundo de vita contemplatiua, cap. 7.

¶Qui corrigi nolunt, excommunicationis ferro debent abſcindi. C. XVIII.

† Ea. ſorig.

Ecce [f] autem crimina quorumlibet, ſi ipſis criminoſis confiteri nolentibus, [g] vndecunq; [h] clarucrint; quæcunque non fuerint patientiæ [i] leni medicamento ſanata velut igne quodã piæ increpationis vrenda ſunt, & curanda. Quòd ſi nec ſic quidem æquanimiter ſuſtinẽtis, ac pie increpantis medela proceſſerit, † in eis, qui diu portati, & ſalubriter obiurgati corrigi noluerint; tanquã putres corporis partes debent ferro excommunicationis abſcindi: ne ſicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa nõ fuerit, ſalutem reliquæ carnis putredinis [k] ſuę contagione corrumpit; ita illi, qui emendari deſpiciunt, & in ſuo morbo perſiſtunt, ſi moribus deprauatis in ſanctorum ſocietate permanſerint, eos exemplo ſuę perditionis inficiant. β

† al. proficerit.

β ¶ Inficiant.] *Apud Proſperum continuo ſequitur, cap. porro. infra de pœnit. diſt. 1.*

Item Nicolaus Papa Lothario regi.

f ¶ Separare.] Quia talis damnatio medicinalis eſt, nõ mortalis, ut 2. q. 1. multi.

Ecce autem. CASVS. Docet Proſper in hoc. q̃ ſi crimina aliquorum nolentium cõfiteri fuerint manifeſta, vel probata, prælati eorũ debent eos prius admonere, & increpare, ve emendentur, quod ſi nõ fecerint, ferro excõmunicationis ſũt ab alijs ſeparandi, ne exemplo ſuæ perditionis alios interficiant, ſi in eorũ ſocietate perſeuerẽt, ſicut contagione putridæ carnis cæteræ partes humani corporis corrumpuntur.

g ¶ Nolentibus.] Argu. eſt hic. q̃ in notorijs requiritur admonitio, vt 3. ea. c. de illicita. Itẽ eſt hic arg. q̃ licet q̃s neget crimen, tñ dr notoriũ. Item hic argu. quod etiamſi in modũ exceptionis eſt aliqũ crimen probatum, q̃ eſt facta fides, & poteſt talis puniri niſi corrigatur: ex hoc q̃ dicit, undecunque clarucrint. Nã & iudicium hæreticorum clarificat eccleſiam, vt 3. c. q. 1. ſubdiaconus. Ad hoc põt dici q̃ in cauſa denunciationis loquit, vbi qualiſcunque ſcientia ſufficit, vt dixi 22 q. 5. hoc videtur, & 2. q. 1. multi, & licet in cauſa denunciationis agatur ad pœnitentiam, tamen ſi noluerit poſtea pœnitere, poteſt puniri. Alij intelligunt de crimine notorio.

i Iſta ſuit ſententia B. & Hugo. & Laur.

Excõicatio dicitur mucro epi.

a ſanis ſeparanda. Et quod ſicitur in littera, [Damnato.] ideſt, anathema. [Reſpiciat.] Dando gratiam ſuam [pœnitentiam.] ideſt, contritionem. [Damnationis.] ideſt excommunicationis.

a ¶ Epiſcopale.] Argu. q̃ excommunicatio ſpectat tantum ad officium epiſcopale. nam mucro epiſcopi dicitur. 16. q. 2. miſis. De hac materia dixi 2. q. 1. nemo epiſcopus.

b ¶ Maior.] Si excõicatio eſt maxima, ergo non debet infligi pro leuibus criminibus, ſicut ſup. eo. q. 1. nec ſecundus. in fi. & 11. q. 3. nemo epiſcopum, & c. epiſcopi.

h ¶ Vndecunque.] Et eodem modo dicit lex, qualitercunque conſtet tutori, quòd ſit tutor, ſi ſimpliciter dictum ſit ei periculum ſpectat ad eum, ut ff. de adminiſt. tuto. l. pater §. vlt. ſic 22. q. 5. hoc videtur.

Periculum ad tutorem ſpectat, vbi ſcit, ſe tutorẽ, licet ſimpliciter

i ¶ Patientiæ. ideſt, quod propter denunciationem noluerit corrigi ſi intelligas prout alij intelligunt de notorio crimine, tunc exponas ſi non fuit diſpenſatũ cum eis: nam bene epiſcopus cum talibus poteſt diſpenſare, extra de iudicijs, at ſi clerici.

k Putredinis.] Hoc intelligo cum ſine ſcandalo id fieri poteſt, ut ſup. prox. q. 4. cum quidam.

An

¶Excommunicandus est, qui duas simul vxores habere præsumit. C. XIX.

AN non districta vltione feriendus es, qui in duabus vxoribus adulterium[a] Lamech, & flagitium imitatus esse dignosceris? Qđ Dominus nõ nisi post lxxvij[b]. generationes suo salutifero aduentu deleuit: cum Cain fratricidium septima generatione aquis absolutum sic cataclysmi. Iuo p.8. c.227. Gen.7.

Item ex concilio Agathensi, c.37.

¶Falsi testes, & homicidæ communione priuentur. C. XX.

ITaque censuimus homicidas, & falsos[c] testes a communione ecclesiastica submouendos; nisi pœnitentię satisfactione crimina admissa diluerint. Burc.l.6.c.29. Iuo p.10.cap.58. & 158.

Item ex concilio Toletano primo, c.11.

¶Excommunicetur potens, qui clericum pauperem, vel religiosum spoliare præsumit. C. XXI.

SI quis de potentibus clericum, aut quemlibet pauperem,[a] [d] aut religiosum expoliauerit, & mandauerit eum ad se venire episcopus, ut audiatur, & contempserit; inuicem mox scripta[e] percurrant per omnes episcopos prouinciæ, & quoscumque adire potuerint, vt excõmunicatus habeat ipse, donec obediat, & reddat aliena. Anſ.l.7.c.173.

a ¶Pauperum.] *In plerisque vetustis, & apud Anselmũ, & codicibus concily impressis, & manuscriptis est*, pauperiorem.

Ex dictis Gregorij Papæ.

¶Caput hoc abest a plerisque manuscriptis. Burchar. autem, & Iuo citant ex concilio Gangrensi.

¶De eodem. C. XXII.

QVisquis per dolum manum suam mittit in Christũ Domini, idest, episcopum, vel presbyterum (quia sacrilegium graue committit, & si quis ecclesiam Dei vastat, aut impugnat, aut incendit (quia & hoc grauissimũ est sacrilegũ.) placuit sanctæ synodo, vt *§* in primis omnia bona eius proscriptione publicentur; deinde in vno loco, idest, in monasterio inclusus pœniteat omnibus diebus vitæ suæ. Burc.l.10.c.65. Iuo p.12.c.86. & p. 13.c.65.

§ ¶Vt in primis.] *Apud Burchardum, & Iuonẽ legitur*, vt in vno loco, &c. *sine verbis illis quæ hic sũt interiecta.*

Item Calixtus Papa.

¶Communione priuetur, qui Romipetas, vel peregrinos vel mercatores molestare præsumit. C. XXIII.

SI quis Romipetas, & peregrinos, [f] & Apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria visitantes capere seu rebus, quas ferunt, spoliare, & mercatores nouis telonæorum, & pedagiorum † exactionibus molestare tentauerit; donec satisfecerit, communione careat Christiana. † *al. pedaticarum.*

Item Vrbanus Papa.

¶Excommunicentur qui oratores, & ecclesias, bonaque earum, & personas ibi seruientes infestare præsumunt. C. XXIIII.

PAternarum traditionum exemplis cõmoniti, pastoralis officij debitum persoluentes ecclesias cum bonis

---

ANnõ.] CASVS. Lotharius rex duas habebat vxores de facto de quo reprehẽdit eum Nicolaus Papa, dicens quod vltione districta sit feriendus: cũ adulterium Lamech post lxxvij. generationes fuerit punitũ: q primo habuit duas vxores de facto cum Cain fratricidium septima generatione in diluuio fit deletũ. Scias tñ q talis iste poni pot secundum varias expositiones, quę fieri consueuerunt de generationibus Lamech. Sequẽtia tria capitula plana sũt.

a ¶Adulteriũ.] Sed qualiter dicitur cõmittere adulterium cũ vxore legitimal Resp. quia per adulterium reddit eã sibi illicitam, 32.q.1. in coniugio. in fi.

b ¶Post lxxvij.] Cõtra ĩ. 31.q.j. quomodo. hoc ibi solutum est & expositum.

c ITaq;.] ¶Et falsos.] 3.22.q.5. § qcũiunctus. su. 23.q.5. Rex debet.

d SI quis.] ¶Pauperẽ.] videtur ergo q causæ oppressionis pauperũ spectent ad ecclesiam, vt 77.d. defensionis.

e ¶Scripta.] Sic 11.q.3. curæ. secũda q.1. legũ. Hic videt q statim post citationẽ primam aliquis possit excõicari. arg. 5.q.3. præsenti. Sed dic, q non, nisi post tria edicta, uel unũ peremptoriũ, sup. ea. c. de illicita.

f SI quis Romipetas, & peregrinos.] Sic ext. de treg. & pa. innouamus solus. n. princeps põt indicere noua vectigalia, ut ibi dĩ, & ff. de pu. & vect. l. vectigalia, & ex lis, qui indicit noua vectigalia, & vel deportatur, vel capite punitur. nã incidit in leg. Iul. de vi pu. vt ff. ad leg. Iul. de vi pub. l. vlt.

Vectigalia nouã a solo principe indici possũt.

¶Pauperũ.] CASVS. Statuit vbi nus

nus Papa in hoc c. ſi quis eccleſias, clericos, & monachos, & eorum conuerſos, vel oratores. id eſt, peregrinos ſuis bonis ſpoliauerit, & intra ſpatium triginta dierum, non emendauerit, anathematizetur. Sequens ca. planum eſt, & per te videbis.

a ¶ Tri-

quæ ponit differentiam inter ſchiſma, & hæreſim. Ioan. de Fant. & reuertitur hic ad materiam propoſitæ quæſtionis: Arch.

CASVS. Superius facta eſt mentio de hæreticis, & ſchiſmaticis: & ideo Gratianus nunc oſtendit, quæ ſit differentia inter ſchiſma, & hæreſim. & q ſint hæretici. & quę ſint ſectæ hæreticorum. Sequens c. patet.

ſuis, tam perſonis, quã poſſeſſionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conuerſos [a]: oratores quoque cũ ſuis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & ſine moleſtia eſſe ſtatuimus. Si quis autem contra hoc facere præſumpſerit; & poſtquã faciñus ſuum recognouerit, intra dierum triginta [a] ſpatium competenter [b] non emendauerit; a liminibus eccleſiæ arceatur, & anathematis gladio feriatur [c].

a ¶ Conuerſos.] *In codicibus impreſſis ſequebatur*, vel commiſſos; *quæ ſunt expuncta, quia abſunt a pleriſq; manuſcriptis Gratiani exemplaribus, & vetuſto quodam codice: in quo quidem extremo & hic & alij tres canones deſcripti ſunt tanquam fragmentum alicuius concilij.*

Item Nicolaus Papa omnibus epiſcopis.

¶ Qui oratoribus, pauperibus nõ arma ferentibus in malum obuiauerint, excommunicentur. C. XXV.

Pann. l. 5. c. 114. I Lli, qui peregrinos, vel oratores cuiuſcunq; ſancti ſiue clericos, ſiue monachos, vel fœminas, aut inermes Pauperes deprædati fuerint, vel bona eorum rapuerint, vel in malũ eis obuiauerint, anathematis vinculo ferian tur, niſi digne emendauerint. Pax vero illa, quam treugã dicimus, ſic obſeruetur, ſicut ab archiepiſcopis [d], & epiſcopis vniuſcuiuſque prouinciæ conſtituta eſt. Qui autem eam infregerit, excommunicationi ſubdatur.

4 *Quia vero ſermo de hæreticis habetur: videndum eſt, quid inter ſit inter ſchiſma, & hæreſim [e]; & qui ſint hæretici: & quot ſint hæreticorum ſectæ: Differentiam autem inter ſchiſma, & hæreſim Hieronymus in epiſtolam ad Titum, c. 3. aſſignat dicens.*

Ad locum [Hæreticum hominem.

¶ Schiſmatis, & hæreſis differentia. C. XXVI.

Poly. l. 7. tit. 5. Anſ. l. 12. c. 49. † *al. poſt epiſcopalem diceſſionem.* I Nter hæreſim, & ſchiſma [f] hoc intereſſe arbitrantur, quòd hæreſis peruerſum dogma habeat, ſchiſma prõpter † epiſcopalem diſſenſionem ab eccleſia β pariter ſeparat. Quod quidẽ in principio aliqua ex parte intelligi poteſt γ: cæterum nullum ſchiſma non aliquam ſibi confingit hæreſim, vt rectè ab eccleſia receſſiſſe videatur.

β ¶ Ab eccleſia.] *In codicibus horum commentariorum in Germania, in Gallia, & Ferraria excuſis, itemq; duobus manuſcriptis Vaticanis legitur*, ab eccleſia ſeparetur.

1 De hoc nõ. c. firmiſſime. & hic adde aliũ caſũ 20. diſt. de libellis.

Itẽ qui non recipit quatuor concilia. & ſic intellige ſm Hoſt. C. de hære. quicũque cum ſimil.

Hæreſis, & ſchiſma differunt.

I Nter hæreſim, & ſchiſma. CASVS. Docet hic Hier. quin hoc differt ſchiſma ab hæreſi: qa hæreſis prauã hẽt doctrinam: ſchiſma vero nõ. Item hæreſis nulla ſit occaſione, ſed ſponte: ſchiſma vero ſit propter diſſenſionem ẽpalẽ, & ideo in principio diſcordant: ſed in fine concordant: quia ſicut hæreſis, ita ſchiſma eccleſiã lædit. Sequentia duo c. plana ſunt & per te videbis.

a ¶ Triginta.] Arg. ꝙ ſufficit ſi peremptorium ſit editum triginta dierum. vt 4. q. 5. c. 1.

b ¶ Competenter.] Non intelligas. id eſt moderate. ſicut curiales exponunt: ſed competenter, id eſt iuſte ſic exponitur extra de appellatio. reprehenſibili. ff. de iudi. ſi debitori. Ioan.

c ¶ Feriatur.] Ergo nondum erat promulgatum. 17. q. 4. ſi quis ſuadente, &c.

d I Lli qui.] Archiepiſcopis.] Ergo illi poſſunt indicere trẽgas ſim; liter canon indicit treugas, vt extra de treug. & pa. c. 1.

e ¶ Et ſchiſma.] Poteſt dici, ꝙ hæc ſit differentia inter hæreſim. & ſchiſma, quæ eſt inter diſpoſitionem. & habitum. primo enim dicitur ſchiſma, ſed cum poſt tẽpus pertinaciter adhæſerit ſuæ ſectæ, dicitur hæreſis. Vel aliter dicas, ꝙ omnis hæreticus ſit ſchiſmaticus, ſed non conuertitur & ſic eſt illa differentia, quæ eſt, inter ſpeciem, & genus.

QVIA VERO. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in

a ¶ Hæ-

Digitized by Google

a ¶ Hæreſis.] ¶ Scripturam.] Supra 37.d. relatum. HQVI VERO. Hæc eſt 5. pars q. in qua ponit differentias hæreticorum, quas probat per diuerſa iura. Io. de Fan.

DIxit Apoſtol[s].] CASVS. Docet in hoc c. Aug. q illi hæretici, q ſuã hæreſim ptinaciter defendunt, poſt primã, & ſecundam admonitionem ſunt euitandi: quod probat auctoritate Apoſtoli. Illi vero qui ſuum erroꝛẽ non defendunt animo pertinaci, & maxime quem a ſuis parentibus in hæreſim lapſis receperũt ſed veritate inuenta parati ſunt ſe corrigere, non ſunt inter hæreticos deputãdi. Sequen. duo cap. plana ſunt, in quibus dr, q qui in erroꝛẽ cadunt nec nolunt corrigi, ſunt inter hæreticos deputandi. In tertio c. dr. q magis peccat qui defendit erroꝛẽ, quam ille qui errat, q nõ ſolũ hæreticus ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt.

b ¶ Et ſecundum.] Hic dicit hæreticos poſt ſecũdã admonitionem uitandos, ut ſup proxi. q. 5. non vos, alibi ſemel. ſup. ea. q. 1. quæ domus, in fi. Ad hoc põt dici, quod hæreticum dñ natum poſt unicã admonitionẽ uitabimus in ſecretis fidei noſtræ, ne eũ peritiorẽ reddamus, vt 43. diſt. in mandatis. 11. q. 3. nolite. Sed quãtum ad admonitionẽ faciẽdã poſſumus ei cõicare quotieſcũq; viſum fuerit: ſed hæretico nõdum damnato poſſumus explicare ſecreta fidei, ſæpius eum corrigendo.

c ¶ Pertinaci.] Licet ergo teneat aliquis ea quæ ſunt cõtra fidem: dũmodo paratus ſit corrigi nõ eſt habendus hæreticus 2. vtr. c. q. 1. ſchiſma. in prin. c. hæc eſt. 3

d ¶ Vid autem.] ¶ Doctioribuſque.] Sup. 37. d. relatum.

e ¶ Ad ſemetipſos.] Quod eſſe non dic.

7 Poteſt.] *Sequebatur* diuerſum, *quæ nox abeſt a memoratis editionibus, & Vaticanis exemplaribus.*

Vnde autem hæreſis dicatur, in epiſtolam ad Galatas, c. 5. Hieronymus diffinit, ita dicens.

Ad locum] Hæreſes inuidiæ.

¶ Vnde hæreſis dicatur. C. XXVII.

HAreſis Græcè ab electione dicitur: q ſcilicet eam ſibi vnuſquiſq; eligat diſciplinam, quam putat eſſe meliorem. Quicunq; igitur aliter ſcripturam [a] intelligit, quã ſenſus ſpiritus ſancti flagitat, quo ſcripta eſt; licet de eccleſia non receſſerit, tamen hæreticus appellari poteſt, & de carnis operibus eſt, eligens quæ peiora ſunt.

Poly. ibidem. Aug. l. 12. c. 50.

5 *Qui uero propriè dicantur hæretici, Auguſtinus in libro de utilitate credendi, c. 1. oſtendens ait.*

Gal. 5.

¶ Qui propriè dicantur hæretici. C. XXVIII.

HAereticus eſt, qui alicuius temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusq; ſui gratia, falſas, ac nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur. Ille autem, qui huiuſmodi hominibus credit; homo eſt imaginatione quadam veritatis, ac pietatis illuſus.

Tit. 1. Cor. 11. Poly. ibidem. Deuſdedit p. 1. Aug. l. 12. c. 53.

Idem Glorio, & Eleuſio, & alijs, epiſt. 162.

¶ Non ſunt hæretici, qui non ſua audacia, ſed aliena ſeducuntur in errorem. C. XXIX.

DIxit Apoſtolus: [Hæreticum hominẽ poſt primam, & ſecũdam [b] correptionem deuita; ſciens, quia ſubverſus eſt huiuſmodi, & peccat, & eſt a ſemetipſo damnatus.] Sed qui ſententiam ſuam, quamuis falſam atque peruerſam nulla pertinaci [c] animoſitate defendunt; præſertim quã non audacia ſuæ præſumptionis pepererunt, ſed a ſeductis, atque in errorem lapſis parentibus accepe runt, quærunt autem cauta ſolicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint; nequaquam ſunt inter hæreticos deputandi.

ad Titum, c. 3. Poly. ibidem. Aug. l. 12. c. 61.

Item Leo Papa epiſt. 10. ad Flauianum.

¶ Magiſtri erroris exiſtunt, qui veritatis diſciplinam contemnunt. C. XXX.

QVid autem iniquius eſt, quam impia ſapere, & ſapientioribus, doctioribuſq; [d] non credere? Sed in hanc inſipientiam cadunt, qui cum ad cognoſcendam veritatem aliquo impediuntur obſcuro; non ad propheticas voces, non ad Apoſtolicas literas, nec ad Euãgelicas auctoritates, ſed ad ſemetipſos [e] recurrunt; & ideo, magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli nõ fuerũt.

Item Auguſtinus contra Manicheos.

l. 18. de ciu. Dei c. 52.

¶ Hæretici ſunt, qui quod praue ſapiunt, contumaciter defendunt. C. XXXI.

Poly. ibidem. Deuſdedit. p. 1. Aug. l. 12. c. 51.

QVi in eccleſia Chriſti morbidum aliquid, prauumq; ſapiunt; ſi correpti, ut ſanum, rectumque ſapiant reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defenſare perſiſtunt; hæretici fiunt.

1 Vtrũ. 5. 1. q. 7. conuenientibus.

2 Nec põt. & hæreſi puniri ſm Iaſ. in rub. C. de sũtri. & fide ca tho. & Bart. Veron. in cauꝛè. 205. & 237. Itẽ adde Alb. de Roſ. in 3. parte ſtatutorũ q. 32. ubi dicit & hoc practicaſſe in curia Rom.

3 De hoc ſi not. ſup. 21. diſt. nãc autem in glo. ſed vide an &

Item Vrbanus Papa.

¶ Errante damnabilior eſt, qui eius defendit errorem. C. XXXII.

QVi aliorum defendit [a] errorem; multo amplius damnabilior [b] eſt illis, qui errant; quia non ſolum errat, ſed etiam alijs offendicula erroris præparat, [c] & confirmat. Vnde quia magiſter erroris eſt; non tantum hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicendus eſt.

Item Hieronymus lib. 2. Commen. ad c. 5. Oſee.

¶ Qui mendacio veritatem immutant, patrum terminos transferre probantur. C. XXXIII.

TRansferunt principes Iuda terminos, quos poſuerunt patres eorum; quando immutant mẽdacio veritatem, & aliud prędicant, quàm ab Apoſtolis acceperunt. *Idem infra eodem capite.* ¶ De hæreticis manifeſtus eſt ſenſus, qđ ſophiſmatibus ſuis, & arte dialectica ſæpe opprimant eccleſiaſticos. *Idem ad c. nouum.* ¶ Veteres ſcrutans hiſtorias inuenire non poſſum ſcidiſſe eccleſiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe, præter eos, qui ſacerdotes [d] a Deo poſiti fuerant, & prophetæ, ideſt ſpeculatores. Iſti ergo vertũtur in laqueum tortuoſum, in omnibus locis ponentes ſcandalum.

Item Leo Papa epiſt. 74 ad Anatolium.

¶ Abijciantur qui aduerſariorum conueniunt prauitati. C. XXXIV.

Iuo p. 6. c. 339. Rom. 9. † *al. diuinit.* † *al. conueniant.* orig.

ILlud ſane plurimum mihi diſplicere ſignifico, quod iter [a] dilectionis † tuæ clericos quidam eſſe dicũtur, qui aduerſariorum conueniant † prauitati, & vaſa iræ [ß] vaſis miſericordiæ miſceantur. Quibus inueſtigandis, & ſeueritate congrua coercẽdis debet diligentia tua vigilanter inſiſtere; ita ut his, quibus prodeſſe non potuerit correptio, non parcat abſciſſio. Oportet enim nos euangelici meminiſſe mandati: quo ab ipſa ueritate præcipitur; ut ſi nos oculus, [e] aut pes, aut dextera ſcãdalizauerit manus; a compage corporis auferat, qa melius ſit his in eccleſia carere mẽbris, quàm cũ ipſis in ęterna ire ſupplicia Nã ſuperfluo extra eccleſiã poſitis reſiſtimus; ſi ab his, q intus ſunt, in eis, quos decipiũt, vulneramur. Abijciẽda [f] prorſus peſtifera hæc a ſacerdotali vigore patiẽtia eſt; q ſibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.

Matth. 5.

[a] ¶ Quod inter.] *Sic eſt emendatũ ex ipſa epiſtola cũ & in vulgatis, & in pleriſque vetuſtis Gratiani exẽplaribus eſſet*, quod iuriſdictionis tuæ clerici. *In duobus tñ quẽad modum, & apud Iuonem eſt*, inter ditionis tuæ clericos. [ß] ¶ Vaſa iræ.] *Sic eſt emẽdatũ ex originali. Alludit enim ad locum B. Pauli Rom 9. Apud Gratianũ erat, itemque apud Iuonẽ*, uaſanię uaſis miſericordiæ uaſa miſceantur.

Item ex concilio Carthaginenſi. 4. c. 70. 71. 72.

¶ Et ſodalitates, & conuiuia hæreticorum clerici uitare debent. C. XXXV.

CLericus hæreticorum, & ſchiſmaticorum tã conuiuia, quam ſodalitates euitet æqualiter. Eorũ conuẽticula non eccleſia, ſed conciliabula appellanda ſunt. Cum eis neque orandum eſt, [ß] neque pſallendum.

[a] QVi aliorũ defendit. Talis enim hæreticus dicitur, ut extra ca. ſicut.

[b] ¶ Damnabilior.] Not. q plus punitur cõſulens, quam faciens, ut ſup. prox. ¶. ſ. cum homo.

[c] ¶ Præparat. Sic ¶ ſcalam. uel ferrum. vel aliud auxilium præſtãt furi, tenent furti, ut ff. de furt. ſi pignorum. §. pen.

TRansferunt.] CASVS. Hoc caſu diuiditur in tres partes. In prima dī. q illi, qui mẽdaciũ & veritate dicunt, & aliud prædicant quã ab Apoſtolis acceperunt, transferũt terminos patrum ſuorum. In ſecunda parte dī. q hæretici ſophiſmatibus, & arte dialectica ſæpe eccleſiã, & eccleſiaſticos lædunt. In tertia parte dī. q nulli alij inueniuntur populos ſeduxiſſe niſi ſacerdotes, i omnib. locis ponẽtes ſcandalum.

[d] ¶ Qui ſacerdotes.] Not. cõtra teſtimonium ſacerdotis, & illud, q s uidit digne ſacerdotem pœnitẽtem ſut de pœn. d. 1. menſuram, &c. quia aliquando. alias præſumitur pro eis, ut 11. q. 4. abſit.

ILlud ſane plurimum.] CASVS. Quidam prælatus in parochia ſua queſdã habebat, qui prauã doctrinam ſeminabãt. quare Leo præcepit ſibi, ut commoneat eos, ne talia faciant: qui ſi ſe non correxerint, a cõmunione aliorum ſeparentur. Et hoc probat auctoritate Euangelij. [Ditionis. i. poteſtatis. Seq. c. planũ eſt. & per te formabis caſum.

[e] ¶ Oculus.] i. familiaris alicuius.

[f] ¶ Abijciẽda.] Hoc intelligas de penitus incorrigibilibus: ne ſit contra ſup. prox. q. 3. cum homo.

[ß] CLericus.] ¶ Orãdũ eſt.] De cõſ. d. 1. epiſcopi.

[ß] Arg. ex. de iudi. c. non ab hoſte alias cõtra 3. q. 5. c. 1. & q. 3. ſi quis fortuito. quidam hoc intelligũt in ſpirituali, prena illud in corporali. & ſic non eſt contra l.

nullum,contra .Die ,illi eſt derogatum per hoc c.& per conſuetudinem generalem eccleſiæ,ſupra d.4. §. leges. Ioan.

CVm quibus.] CASVS. Achatius conquerebatur. & Gelaſius illum cũ ſuis fautoribus condemnauerat abſque epiſcoporũ ſynodo congregata. Gelaſius vero reſpõdet dicens, & ſynodus congregari non debuit:tum quia ibi non erant catholici epiſcopi.ſed tantum hæretici, cũ quibus non erat ſynodus inuenda,qđ probat auctoritate pſalmiſtæ. tum quia ipſe Achatius inciderat in hæreſim iã dãnatã, & ideo propter hoc nõ erat opus nouũ cõcilium congregari. De eadẽ materia loquitur c.ſup. 22.di. qua traditione.

a ¶ Cũ quib.] CASVS. Achatius Conſtãtinop.patriarcha excõicauit Antiochenũ, & Alexãdrinum, quia nõ recipiebant ſtatuta,quæ ipſe fecerat: propter hoc Papa excommunicauit eum, & de hoc conqueſtus eſt Achatius,& ſine ſynodo excõicauit eã: Papa uero dixit, & ſynodus congregari non debuit: tũ quia non erãt ibi catholici epiſcopi,cũ quibus poſſet haberi ſynodus: tum quia incidit ipſe ĩ hæreſim iam damnatam,unde non fuit opus nouo concilio.

b ¶ Certamẽ.]Ergo cum hęreticis nõ eſt diſputãdum, nec cũ aliquo de fide eſt diſputandum extra de hęre.c.1.& C.de ſũ. trini.l.nemo, ſed ad hoc poteſt diſputari cum eis, ut conuincantur,nõ ut in dubium reuocẽt fidem noſtram,ut extra de hære.capitu.primo, Ioan.

Fidei diſputatio cũ hæreticis eſt ꝓhibita.

NOtandum.]CASVS. Quidam reprehendebãt Vrbanum Papam, qui criminoſos excommunicabat, & dicebant eum facere cõtra Euangelium,vbi Dominus pcipit zizania non eſſe eradicanda, & contra Auguſtinum dicentem,quod mali ſunt ferendi, & non abiſciendi.Sed Vrbanus eos ſuper hoc conuincit exemplo Auguſtini,& duabus auctoritatibus, ſcilicet Euangelij,& Pauli.

c ¶ Notandum.] Supra 23.q. 4.recedit,& c.ecce.

a ¶ Di-

Item Gelaſius Papa ĩ epiſtola ad epiſcopos Dardaniæ.

¶ Canonum obſeruatores cum hęreticis nullum debent inire certamen. C. XXXVI.

CVm quibus [a] erat ſynodus ineunda? Catholici põtifices fuerant vndique iam depulſi:ſolique remanſerant ſocij perfidorum;cum quibus iam nec licebat habere conuentum,dicente pſal. [Non ſedi in cõcilio vanitatis,& cum iniqua gerentibus non introibo.] Nec eccleſiaſtici moris eſt cum his, qui pollutam habent communionem,permiſtamque cum perfidis, miſcere conciliũ.† Recte igitur per Chalcedonenſis ſynodi formam,huiuſmodi prævaricatio repulſa eſt potius, quam ad [α] cõcilium uocata,quod nec opus erat poſt primam ſynodum: nec cum talibus habere licebat. *Idem in commonitorio ad Fauſtum.*¶ Canonum [β] magiſtris, atque cuſtodibus nobis nullum fas eſt inire certamen [b] cum hominibus communionis alienæ.

Pſal.25.

† *al. conſilium.*

α ¶ Quam ad.] *In originali legitur,* quàm per cõcilium, quod nec opus,&c.

β ¶ Canonum.] *Gelaſius in commonitorio ad Fauſtum obiurgans Græcos illos, qui cum maxime canones violarent, eorum tamen ſe obſeruatores ſimulabant, in hæc prorumpit verba,* ò canonum magiſtros,atque cuſtodes. Nobis nullum,&c.

Item ex epiſtola Vrbani Papæ.

¶ Non contradicit,ſed potius obedit Euangelio qui malos excommunicat. C. XXXVII.

Matth.13.

NOtandum [c] eſt, quòd quidã dicunt cõtra Euangelicam parabolam nos facere,ubi de zizanijs nõ erradis Dominus præcepit; cum aliquos excommunicatione dignos excommunicationi ſubijcimus,& aiunt ẽt ſanctum Auguſtinum hoc contradicere in illo loco, ubi ait,[Quia non eſt ꝓcidenda unitas ; referendi ſunt mali, non abijciendi.] Quibus hoc primum reſpõdendum eſt. Si hæretici, & mali homines excommunicandi nõ ſunt; quare ipſe Auguſtinus cũ legatis ſanctę Romanæ eccleſiæ,& cum ſanctis Epiſcopis ſuis Pelagium,& Cœleſtinum nouam hæreſim in ſanctam Dei eccleſiam introducentes excommunicauit ; & ab eccleſia Dei ſeparauit? Quare ipſos Donatiſtas,contra quos iſta,& multa his ſimilia loquitur,tam ipſe, quam omnis eccleſia Dei excõmunicatos habuit?& niſi prius pœnituiſſent,& per manus impoſitionem recõciliati eſſent eis nequaquam cõmunicabat?Idem ipſe Dominus, qui hoc parabolice hic narrat, aperte alibi excommunicationem fieri iubet dicens,[Frater, qui corripitur ab eccleſia, & non obedit; ſit tibi ſicut ethnicus,& publicanus.] Vnde apparet liqdo,aliud eſſe excommunicationem; aliud eradicationẽ. Qui enim excõmunicatur (vt Apoſtolus ait) ad hoc excommunicat, ut ſpiritus eius ſaluus ſit in die Domini,

Sententia habetur, 23.q. 3. per totam. In concilijs Mileuitano, & Africano.

Matth.18. Paulo aliter.

1.Cor.5.

Digitized by Google

Diſciplina [a] enim eſt excommunicatio, & non eradicatio.

Niſi forte ex contemptu, & ſuperbia excommunicati proueniat.

† al. item. *Vnde* † *Origenes* [a] *in libro Numerorum, homilia* 15. *ad c.* 23.

a ¶ Origenes.] *Sic eſt reſtituendum cum antea eſſet.* Auguſtinus. *Et magnam huius capitis partem gloſſa ordinaria ad eundem locum ex ipſo Origene refert. indeque nonnulla emendata.*

¶ Diuina maledictio meritum maledicti deſignat.

C. XXXVIII.

† al. ſententiam verum promit. DEus, quando maledicit meritum eius deſignat, cui maledicitur, & ſententiam † promit, [b] vtpote quę non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem quia hæc non poteſt ſcire [c] (neque.n. propoſitum, mentemq; alterius videre alius, aut cognoſcere [d] poteſt:) idcirco etiam ſi iudicantis, vel ſententiã promentis intuitu proferat maledictum: non poteſt eſſe iuſta maledicendi [e] cauſa, vbi ignoratur peccantis affectus: maxime cum humanum vitium tunc ſciat maledicta proferre; cum forte conuitijs, aut iniurijs prouocatur. Quod vitium volens reſecare Apoſtolus, ne maledictis maledicta, & conuitijs conuitia prouocemus: mandatum neceſſariuin ponit: vt benedicamus, & non maledicamus, quo conuitiandi vitium reſecetur, non quo iudicandi veritas, quæ homines latet, & pronunciandi auctoritas perimatur.

1. Pet. 3. Rom. 12.

Secta vero hæreticorum quot ſint, & vnde nomina acceperint; Iſidorus octauo libro Etymologiarum, c. 5. *determinat dicens.*

¶ Quot ſint ſectæ hæreticorum. C. XXXIX.

Rabanus l. 2. de inſtit. cle. c. 58. Anſ. l. 12. c. vlt. Pann. l. 5. c. 345. Aff. 1.

QVidam autem hæretici, qui de eccleſia receſſerunt, ex nomine ſuorum auctorum nuncupantur: quidã vero ex cauſis, quas eligentes inſtituerunt.

Simoniani. ¶ Simoniani dicti a Simone magicę artis perito: cui Petrus in Actibus Apoſtolorum maledixit, pro eo qnod ab Apoſtolis ſpiritus ſancti gratiam pecunia emere voluiſſet. Hi dicunt creaturam non a Deo, ſed a virtute quadam ſuperna creatam.

Menandrini. † al. Menandriani. ¶ Menandrini a Menandro mago diſcipulo Simonis nuncupati; qui mundum non a Deo, ſed ab Angelis factum aſſeruit.

Baſilidiani. Aff. 6. ¶ Baſilidiani a Baſilide appellati: qui inter reliquas blaſphemias Ieſum paſſum abnegauit.

Nicolaitæ. Apoc. 2. ¶ Nicolaitę dicti à Nicolao diacono eccleſiæ Hieroſolymorum, qui cum Stephano, & cęteris conſtitutus eſt à Petro: qui propter pulchritudinem relinquens uxorem dixerat, ut qui uellet, ea vteretur: uerſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo, ut inuicem coniugia commutarentur. Quos Ioannes in Apocalypſi improbat dicens, Sed hoc habes, quòd odiſti facta Nicolaitarum.

Gnoſtici. ¶ Gnoſtici propter excellentiam ſcientiæ ſe ita appellare uoluerunt. Ani-

a ¶ Diſciplina.] Medicina animæ eſt excommunicatio, vt 2. q. 1. multi.

DEus quãdo] CAVS. Docet Auguſt. in hoc c. differentiã eſſe inter maledictũ Dei, & maledictum prælati: quia maledictũ Dei ſemper iuſtum eſt, cum ipſum nõ fallat peccati qualitas, neque peccantis affectus: ſed maledictio prælati duob. modis eſt iniuſta. Primo quia licet maledicat vt iudex: põt tamen non ſubeſſe cauſa maledicẽdi, cum ipſe ignoret affectum delinquẽtis. Secundo, cũ ex certa ſciẽtia maledicit hominem ſibi conuitiantem, propter quod uitium reſecandum præcepit Apoſtolus, ne maledicamus. [Quo.] ſcilicet mandato. Quæ autẽ poſtea ſequuntur uſque in finem, patent, nec leguntur in ſchulis.

b ¶ Promit.] Sicut utile eſt dæmones eſſe propter malos, ut 23. q. 5. quia malos. ſic 1. q. 3. Saluator. in princ. & 26. q. 5. nec mirum.

c ¶ Scire.] 22. q. 5. humanæ.

d ¶ Cognoſcere.] 35. diſt. archidiaconum.

e ¶ Maledicẽdi.] 27. q. 1. nec aliqua.

Cæ-

Digitized by Google

mam, naturam Dei esse dicunt: bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt.

Carpocratiani. ¶ Carpocratiani a Carpocrate quodam vocantur: qui dixit Christum, hominem fuisse tantum, & de vtroque sexu progenitum.

Cerinthiani ¶ Cerinthiani & a Cerintho quodam nuncupati. Hi inter cætera circumcisionem obseruant: mille annos post resurrectionem in voluptate carnis futuros prædicant. Vnde & græce χιλιάσται, latine Millenarij sunt appellati.

Millenarii.

Nazarei. ¶ Nazaræi dicti: qui dum Christum (qui a vico Nazareth est appellatus) filium Dei confiteantur; omnia tamen veteris legis custodiunt.

Ophitæ. ¶ Ophitæ a colubro nominati sunt. Coluber enim græce ὄφις dicitur. Colunt enim serpentem, dicentes ipsum in paradisum † induxisse virtutis cognitionem.

† al. paradiso.

Valentiniani. ¶ Valentiniani a Valentino quodam Platonico sectatore vocati: qui αἰῶνας, idest sæcula quædam in originem Dei creatoris induxit: Christum quoque de Virgine nihil corporis assumpsisse, sed per eam, quasi per fistulam, transisse asseruit.

Apellitæ. † al. primum. ¶ Apellitæ, quorum auctor † Apelles fuit: qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum nō in veritate Deum, sed hominem in phantasia apparuisse.

Archontiaci ¶ Archontiaci a principibus appellantur: qui vniuersitatem, quam Deus condidit, opera esse Archangelorum defendunt.

Adamiani. ¶ Adamiani vocati, quòd Adæ imitentur nuditatem. Vnde & nudi orant, & nudi inter se mares fœminæque conueniunt.

Cainani. † al. Cayni al. Caianitæ. ¶ Cainani † a inde sunt appellati: quoniam Cain adorant.

Sethiani. ¶ Sethiani nomen acceperunt a filio Adę, qui uocatus est Seth; dicentes eundem esse Christum.

Melchisedechiani. ¶ Melchisedechiani vocati pro eo, quòd Melchisedech, sacerdotem Dei, non hominem fuisse, sed virtutem Dei esse arbitrantur.

Angelici. ¶ Angelici vocati, quia Angelos colunt.

Apostolici. ¶ Apostolici hoc sibi nomen ideo sumpserunt, quòd nihil possidentes proprium, nequaquam recipiant eos, qui aliquo † in hoc mundo vtuntur.

† al. aliquid.

Cerdoniani. ¶ Cerdoniani a Cerdone quodam nominati: qui duo contraria principia asseruit.

Marcionitæ ¶ Marcionitæ a Marcione Stoico philosopho appellati: qui Cerdonis dogma secutus alterum bonum, alterum iustum Deum asseruit, tanquam duo principia creationis, † & bonitatis.

† al. creatoris

Artotyritæ. ¶ Artotyritæ ab oblatione vocati: panem.n. & caseum offerunt, dicentes a primis hominibus oblationem a fructibus terræ, & fructibus omnium fuisse celebratam.

Aquarij. ¶ Aquarij appellati, eo quod aquam solam offerunt in calice sacramenti.

Seueriani. ¶ Seueriani a Seuero exorti vinum non bibunt: vetus testamentum, & resurrectionem non recipiunt.

Tatiani. Encratitæ. ¶ Tatiani a Tatiano quodam vocati: qui & Encratitæ dicti; quia carnes abominantur.

Alogij. ¶ Alogij vocantur a quam sine verbo λόγος enim græce, verbum dicitur: Deum enim verbum non credunt, respuentes Ioannis Euangelium, & Apocalypsim.

Cataphrygæs. ¶ Cataphrygis nomen, prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterunt. Auctores eorum Montanus, Prisca, & Maximilla fuerunt. Hi aduentum spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.

Cathari. ¶ Cathari propter munditiam ita se nominauerunt, gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum: viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant: mundiores se cæteris prædicant. Qui nomen suum si cognoscere vellent: mundanos se potius, quam mundos vocarent.

Pauliani. ¶ Pauliani a Paulo Samosateno exorti sunt, qui dixit non semper fuisse Christum, sed a Maria sumpsisse initium.

Hermogeniani. ¶ Hermogeniani ab Hermogene quodam vocati: qui materiam non β natam introducens, Deo non nato eam comparauit, matremque elementorum, & Deam asseruit: quos Apostolus improbat elementis seruientes.

Manichæi. ¶ Manichæi a qnodam Persa extiterunt; qui vocatus est Manes. Hic duas naturas, & substantias introduxit, idest bonam, & malam, & animas ex Deo, quasi ex aliquo fonte manare asseruit: testamentum vetus respuit, nouum ex parte recipit.

Antropomorphitæ. ¶ Antropomorphitæ γ dicti pro eo, quòd simplicitate rustica eum habere humana mẽbra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrantur, ἄνθρωπος enim græce, latine homo interpretatur. Ignorantes vocem Domini, qui ait: [Spiritus est Deus.] Incorporeus est enim, nec membris distinguitur, nec corporis mole cenſetur.

Ioan. 4.

¶ Hie-

Hierachitæ ¶ Hierachitæ ♪ ab Hierarcha auctore exorti monachos tantum recipiunt: coniugia respuunt: regna cœlorum paruulos habere non credunt.

Nouatiani ¶ Nouatiani a Nouatiano † Romæ vrbis presbytero exorti: qui aduersus Cornelium cathedram sacerdotalem conatus inuadere, hæresim instituit, nolens apostatas suscipere, rebaptizans baptizatos.

Montani ¶ Montani, hæretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt; qua occasione se a catholicæ ecclesiæ corpore diuiserunt.

Ebionitæ ¶ Ebionitæ ab Ebione dicti, siue a paupertate: Christum enim per profectum † solum, virum iustum putant effectum. Vnde competenter Ebionitæ pro paupertate intelligentiæ appellati sunt: & ita tenent Euangelium, ut legem carnaliter seruent: aduersus quos Apostolus ad Galatas scribens inuehitur.

Photiani ¶ Photiani a Photino Gallograciæ Syrmij episcopo nuncupati: qui Ebionitarum hæresim suscitans asseruit Christum a Maria per Ioseph nuptiali coitu fuisse conceptum.

Aeriani ¶ Aeriani ab Aerio quodam nuncupati sunt; hi offerre sacrificium pro defunctis spernunt.

Aetiani Eunomiani ¶ Aetiani ab Aetio sunt vocati: Idemque Eunomiani ab Eunomio quodam dialectico Aetij discipulo, ex cuius nomine magis innotuerunt, dissimilem patri asserentes filium, & filio spiritum sanctum. Dicunt etiam nullum † imputari peccatum in fide manentium.

Origeniani ¶ Origeniani ab Origene auctore exorti sunt, dicentes, quòd non possit videre filius patrem, nec spiritus sanctus filium. Animas quoque in mundi principio peccasse dicunt, & pro diuersitate peccatorum è cœlis vsque ad terras † diuersa corpora, quasi vincula meruisse, eaque causa factum esse mundum.

Noetiani ¶ Noetiani a quodam Noeto vocati, qui dicebant Christum eundem esse, & patrem, & spiritum sanctum: ipsam Trinitatem in officiorum nominibus non in personis accipiunt. Vnde & Patripassiani vocantur, quia patrem passum dicunt.

Sabelliani ¶ Sabelliani ab eodem Noeto pullulasse dicuntur: cuius discipulum perhibent fuisse Sabellium, ex cuius nomine maxime innotuerunt, vnde & Sabellíani vocati sunt. Hi vnam personam patris, & filij, & spiritus sancti astruunt.

Ariani ¶ Arriani ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt: qui coæternum patri filiũ non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit; & contra illud, quod ait Dominus: [Ego & pater vnum sumus.] Ioan.

Macedoniani ¶ Macedoniani a Macedonio Constantinopolitano episcopo dicti sunt, negantes Deum esse spiritum sanctum.

Apollinaristæ ¶ Appollinaristæ ab Appollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima suscepisse.

Antidicomaritæ ¶ Antidicomaritæ appellati sunt pro eo, quòd Mariæ Virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam.

Metangismonitæ ¶ Metangismonitæ ζ ideo tale nomen acceperunt: quia ἀγγος Græce, vas dicitur. Asserunt enim sic esse in patre filium, tanquam vas minus intra vas maius.

Patritiani ¶ Patritiani a quodã Patritio nuncupati sunt, qui substantiam humanæ carnis a diabolo cõditam dicunt.

Collythiani ¶ Collythiani a quodam Collutho nominati: qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: [Ego Dominus creans mala.] Esa 45.

Floriani ¶ Floriani † a Floriano: qui è contrario dicunt Deum creasse mala contra hoc, quod scriptum est: [Fecit Deus omnia bona. Genes 1

Donatistæ Donatistæ a Donato quodam Afro nuncupati: qui de Numidia veniens totam pene Africam sua persuasione decepit, asserens minorem patre filium, & minorem filio spiritum sanctum; & rebaptizans catholicos.

Bonosiani ¶ Bonosiani a Bonoso quodam episcopo exorti produntur: qui Christum Dei filium adoptiuum, non proprium asserunt.

Circumcelliones Scototopoci ¶ Circumcelliones dicuntur, eo quòd agrestes sint: quos Scototopicos ‖ vocant, supra dictæ hæresis habentes doctrinam. Hi amore martyrij semetipsos perimunt, vt violenter de hac vita discedentes, martyres nominentur.

Priscillianistæ ¶ Priscillianistæ à Priscilliano vocati; qui in Hispania ex errore Gnosticorum, & Manichæorum permistum dogma composuit.

Luciferiani ¶ Luciferiani à Lucifero Sardinię episcopo orti: qui episcopos catholicos, qui Constantij † persecutione perfidiæ Arianorum consentientes erant, & postea correcti in catholicam redire delegerunt, damnantes

Digitized by Google

siue quod crediderant, siue quod se credidisse simulauerant, quos ecclesia catholica materno recepit sinu tanquam Petrum post fletum negationis; hãc illi matris charitatem superbè accipientes, eosque recipere nolentes, ab ecclesiæ communione recesserunt, & cum ipso Lucifero auctore suo, qui mane oriebatur, cadere meruerunt.

Iouinianistę ¶ Iouinianistæ a Iouiniano quodam monacho dicti, asserentes nullam nuptiarum, & virginum esse distantiam; nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen.

Heluidiani. ¶ Heluidiani ab Heluidio nominati: qui dicũt post Christum natum alios Mariam filios de viro suo Ioseph peperisse.

Paterniani. ¶ Paterniani a Paterno quodam exorti, inferiores corporis partes a diabolo factas opinantur.

Arabici. ¶ Arabici nuncupati eo quòd in Arabia exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrumque resurgere.

Tertullianistæ. ¶ Tertullianistæ dictæ a Tertulliano presbytero Africanæ prouinciæ ciuitatis Carthaginensis, animam immortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dęmones verti putantes.

Tessarescędecaritæ. ¶ Tessarescędecaritæ dicti quod decimaquarta luna Pascha cum Iudæis obseruandum cõtendunt. Nam τέσσαρες quatuor, δέκα decem significat.

Nyctages. ¶ Nyctages a somno nuncupati, quod vigilias noctis respuant, superstitionem esse dicentes, iura temerari diuina, qui noctem ad requiem tribuit.

Pelagiani. ¶ Pelagiani a Pelagio monacho exorti. Hi liberum arbitrium diuinæ gratiæ anteponũt, dicentes sufficere voluntatem ad implendum iussa diuina.

Nestoriani. ¶ Nestoriani a Nestorio Constantinopolitano episcopo nuncupati, qui beatam Mariam Virginem non Dei, sed hominis tantummodo matrem asseruit, ut aliã personam carnis, aliam faceret Deitatis, nec vnum Christum in verbo Dei, & carne credidit: sed separatim, atque seiunctim alterum filium Dei; alterum hominis prædicauit ℔.

Eutychiani. ¶ Eutychiani dicti ab Eutyche Constantinopolitano abbate: qui Christum post humanam assumptionem negauit existere in duabus naturis: sed solum in eo diuinam asseruit esse naturam.

¶ Acephali dicti, idest, sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, a quo exorti sint. Hi trium Calcedonensium, capitulorum impugnatores, duarum in Christo substantiarum proprietatem negant, & unam in eius persona naturam prædicant. Acephali.

¶ Theodosiani, x & Gaianitæ appellati a Theodosio, & Gaiano: qui temporibus Iuuiniani principis in Alexandria, populi peruersi electione, vna die ordinati sunt episcopi. Hi errores Eutychetis, & Dioscori sequentes, Calcedonense concilium respuunt ex duabus vnam in Christo naturam asserũt, quam Theodosiani corruptam; Gaianitæ incorruptam contendunt. Theodosiani & Gaianitæ.

¶ Agnoitæ, y & Tritheitæ a Theodosianis exorti sunt: ex quibus Agnoitæ ab ignorantia dicti: quia ad peruersitatem, a quo exorti sũt, id adijciunt, quòd Christi diuinitas ignoret futura, quæ sunt scripta de die, & hora nouissima: non recordantes Christi personam in Esaia loquentis, [Dies iudicij in corde meo.] Agnoitæ, & Tritheitæ. Esa. 10.

¶ Tritheitæ vero vocati, quòd sicut tres personas in Trinitate; ita quoque tres asserunt Deos esse, contra illud, quod scriptum est, [Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est.] Tritheitæ. Deuter.

¶ Sunt & aliæ hæreses sine auctore, & sine nominibus. Ex quibus aliæ putant triformem esse Deum: aliæ Christi diuinitatem passibilẽ dicunt: aliæ Christi de patre natiuitati initiũ temporis dant, aliæ liberationem hominum apud inferos factam Christi descensionẽ non credunt: aliæ animam, imaginem Dei negãt: aliæ animas conuerti in dæmones, & in quæcumque animalia existimant, aliæ de mundi statu dissentiunt: alię innumerabiles mundos opinantur, alię aquam Deo coęternam faciunt, alię nudis pedibus ambulabant, alię cum omnibus non manducant.

¶ Hę sunt hęreses aduersus catholicam fidẽ exortę, & ab Apostolis, & a sanctis patribus, vel concilijs prędamnatę; quę dum in se multis erroribus diuisę, inuicem sibi dissentiunt; communi tamen nomine aduersus ecclesiam Dei conspirant.

¶ Sed & quicumque aliter scripturam sanctam intelligit, quàm sensus spiritus sancti flagitat, a quo conscripta est; licet de ecclesia non recesserit, tamen hęreticus appellari potest. sup. ea. hæres. §. quicumque.

a ¶ Cainani.] *Apud B Augustinum in libro de hæresibus (ex quo magnam partem huius capitis accepit Isidorus) & in aliquot vetus*

Digitized by Google

*ſtis Grat.exemplarib.legitur.*Cayani.*In uno uñt eiuſdem Grat.* Cayni. *De quibus quidem hæreticis Tertull. in lib. de præſcriptione aduerſus hæreticos hæc ſcribit.* Sunt, & núc alij Nicolaitæ:Caiana hęreſis dicitur,*& paulo infra.* Nec non ét arripit alia quoq; hæreſis: quæ dicitur Cainærorum.Et ipſi.n.magnificãt Cain, quaſi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ operata ſit in ipſo.

ß ¶Nõ natã.] *Locus hic emẽdatus eſt ex pleriſque uetuſtis,& Iſido.Antea.n.legebãt,* Nõ naturã introducẽs,Deo,nõ naturę eã cõparauit

γ ¶ Anthropomorphitæ.] *In eod.lib.Iſid.vulgatis,& aliquot manuſcriptis antecedũt hæc;* Anomiani latine ſine lege dñr: *q̃ tamen abſunt a codice Iſid.permuſto,& ualde emẽdato monaſterij B.Aug.i carbonaria Neapolis.*

δ ¶ Hierarchitæ.] *Ita mutatũ eſt ex libello B. Aug. quãuis in aliquot ipſius editionibus ſit,* Hierarchitæ. *Hieracha uero hæretici meminit B. Hilarius lib.4.& 6.de Trinitate. Antea legebatur,* Hieraclitæ ab Heraclio.

ε ¶ Montani.] *Horum nulla mentio eſt apud B.Aug.ſed Montenſium:quo nomine Donatiſtas Romæ uocari ſolitos tradit.*

ζ ¶ Metangiſmonitæ.] *Sic emendatum eſt ex Iſidoro,& B.Auguſt.cum antea legeretur* Metangi nominati.

η ¶ Scototopicos.] *Apud Iſidor.in Pannor. & in aliquot manuſcriptis Grat.eſt,* Cotopitas.*Quod uero ait,* ſupradictæ hæreſis habentes doctrinam.*referẽdum eſt ad Donatiſtas, non ad Bonoſianos.*

θ ¶ Prædicauit.] *In eodem uetuſto Iſidori codice Neapolitano hic eſt finis capituli, & incipit nouum caput,* De philoſophis gentium.

ι ¶ Chalcedonenſiũ.]*Tria capitula tractata, & definita ſunt in 5. ſynodo ſub Iuſtiniano,q̃ ſignificãtur ſup.d.15.ſicut ſanctũ. Qui uero occaſione horũ trium capitulorum ab eccleſia receſſerant: non Chalcedonenſem,ſed quintã ſynodum impugnabant.*

ια ¶ Theodoſiani.] *Horũ meminit Liberatus i Breuiario,Niceph.lib.18.c.45.49.& 50.ac Greg.Cedrenus anno xiiij. Iuſtiniani Imp. B. Aug.memorat Theodotianos a Theodotione: ſed idẽ uidetur qui Theodotus,de quo Epipha. li.2.to.1.hæreſi 54.* Theodotianos a Theodoto,*ut etiam Philaſtrius,& Damaſcenus.*

ιγ ¶ Agnoitæ, & Tritheitæ.] *Sic reſtituũ eſt quãuis in codicib. Iſidori,& Grat. legeretur,* Gnoitæ Trithoitæ, *De his meminit Nicepho. in locis prime indicatis:eoſq; a Theodoſi.uniſ pfectos ſcribit. De Agnoitis uero multa dicit B.Greg.lib.8.epiſt.35.& 42.ad Eulogium.*

Item Auguſtinus de Geneſi contra Manichæos,lib.1.c.1.

¶ Quare diuina prouidentia multos errare permittat. C. XL.

6 I Deo diuina prouidẽtia multos diuerſi erroris hęreticos eſſe permittit; vt, cum inſultant nobis, & interrogant nos ea, quæ neſcimus, uel ſic excutiamus pigritiam, & diuinas ſcripturas noſſe cupiamus. Propterea, & Apoſtolus ait,[Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter vos.] Hi autem Deo probati ſunt:qui bene poſſunt docere: ſed manifeſti a hominibus eſſe nõ poſſunt, niſi cum docent.

a ¶ Sed manifeſti.] *Hæc addita ſunt ex originali, itemque alia nonnulla, & emendata.*

I Deo.[Hęc eſt ſexta pars qõ. in qua dr quod ad experiẽtiam bonorũ hominum ẽ mittit Deꝰ eſſe hęreſes. 1. q. 1. ſaluator. Ioa.d Fl.& eſt huic ſimile de cõſe.diſtin. 2.& finita. Arch.

CAVSA XXV.

Anſta Romana eccleſia.] CASVS. expedito tractatu hæreticorũ ſubiicit Gra.xxv. cauſam.in qua tractat de priuilegijs Romanæ eccleſiæ: de quibus, ut nos competentius inſtruat, thema proponit.de quo duæ q̃ſtiones eliciuntur.

a ¶ Oritur.] Primo inter epiſcopum, & clericos. 1 Secũdo inter clericos,& monachos, & hæc eſt diferẽtia iſtarum quæſtionũ.Oſtendit ergo primo, quod clerici non poſſunt ſe defendere contra Epiſcopũ per tale priuilegium, & ad hoc inducun-

I. Cor. 11.

1 De hoc ſequitur hæc 1.qõ. & hæc patet inf.eo. §. his ita, in fi.uer.clerici ergo ſun I.



Anſta Romana Eccleſia quandam baptiſmalẽ Eccleſiã ſuis munijuit priuilegijs, decimationes ſuæ diœceſis ex integro ſibi attribuens. Item quedã monaſteria ſimiliter munijuit priuilegijs, quibus decernẽs, ut ex proprijs prædijs nullæ decimas perſoluerent. Accidit itaque, ut intra diœceſim prædictæ baptiſmalis eccleſiæ præfatum monaſterijũ alia emptione, alia donatione prædia ſibi inuenirent. Oritur 2 *itaque contentio inter monachos,& clericos de decimis.*

1 *Hic primũ quæritur, an clerici baptiſmalis eccleſiæ, auctoritate priuilegij, decimas ſuæ diœceſis, ex integro ſib. ualeant vendicare.*

2 *Secundo, an ſubſequenti priuilegio monachorum, derogetur antiquioribus priuilegijs baptiſmalium eccleſiarum.*

Quuntur omnia iſta. eod. ꝙ Papa non potuit dare tale priuilegium. Ioan.

Vod uero. ¶Hęc quæſtio diuiditur in duas partes: in quarum prima probat magiſter per 10.cap. ꝙ priuilegia eccleſiarum, ſcilicet per quæ firmatur ſtatus eccleſiæ, non ſunt immutanda. Secunda ibi.] Si ergo. Ioan. de Fant.

Epiſcopi petitio eſt per canones limitata.

2 Et not. extra de pę. in glo. permiſſum eſt, &c.

d ECcleſiaſticę.] ¶ In poſterũ.] ſup.6.q̃.3. quod bene.

Impe-

a IMperiali.] Inutilia. ſup. diſtinct. 10. vides, ſed cõtra 7. quæſt. 1. epiſcopus in diœceſi. & 15. q. 6. comperimus.

b NEc damnoſa fiſco.] Vt ſi aliquis per priuilegium velit ſe excuſare ab eo quod eſt damnoſum iuri communi. nã dicit lex q̃ omnes neceſſitatibus publicis dãt obedire ſine dignitatis priuilegio, ut C. li. 11. de naui. nõ excu. l. multi. nec p̃textu priuilegij publica dẽt vacillare vtilitas, vt C. li. 12. de priui. ſcho. l. 2. & C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus nulli.

R Eſcripta.] CASVS. Licet ſ. dixerim, q̃ caſus iſte facilis eſſet, tñ ſic põt poni. Quæſitum fuit a Theodoſio, & Valẽtiniano, utrũ reſcripta cõtra ius impetrata ſint a iudicibus recipienda? Et reſpondet Theodoſius, quod non, niſi ſit tale reſcriptum, quod alium nõ lædat, & etiam profit petenti, vel etiã crimen indulgeat ſupplicanti.

c ¶ Cõtra ius.] Nec enim ratione reſcripti iudex recedat a iuſtitia, vt ex. de ætat. & qual. eã re. vnde ſi reſcriptum eſt penitus cõtra ius, reiiciet illud iudex, ut hic dicit. & auferendũ eſt reſcriptum tale de manib. retinẽtis, vt C. de ſacr. pan. ſicut, & mittenda eſt talis charta principi, ut ibi dicitur. Si autem nõ eſt contra ius ex toto, ſed alias iniquum, expectãdum eſt ſecundum mandatum principis, ut extra de reſcrip. ſi quando. & in authen. ut nul. iudi. §. ſi vero. Iudex ergo ſemper ſequitur ius commune, licet reſcriptum principis aliud iubeat, in authen. de iudic. coll. 6. §. omnis autem iudex, & inf. eod. omnes.

d ¶ Quod non [illegible].] Tale debet eſſe quodlibet reſcriptum, ut non [illegible]. ſup. eod. & eccleſiaſticis. Vnde non valet reſcriptum de re, qua in quis vio. inter detinet, ut 16. q. 3. placuit. C. unde ui. l. auctoritatem. nec de re litigioſa, ut extra de conſtitu. c. & per quod tranſactio facta reſuſcitatur. vt C. de tranſactio cauſas. & extra de tranſact. ex literis. & de decr. ex multiplici. Vel per quod auferetur libera electio alicuius. vt C. de duobus reſcrip. l. 2. hoc tamen nõ uidetur uerum, per id qđ eſt extra de conceſ. præb. & ecc. non vac. quia diuerſitatem, vel per quod reſtituitur aliquis depoſitus, ut C. loca. l. vlt. vel per quod retractatur ſententia, ut C. de erro. ad vo. l. ul. & per qđ præſtatur immunitas a tributis. ut C. de uect. quidquid. Quod autem dicitur hic, intelligas de enormi læſione, quia modicam læſionem bene poteſt præſtare reſcriptum principis, ut extra de verbo. ſign. quid per nouale. Vel etiam ſi ex poſt facto ſciat enormiter lædere, ſtatim nõ valet, ut extra de deci. ſuggeſtum. quam cito enim priuilegium recidit ad iniquitatem, ſtatim non valet, ut ff. de vul. ſubſtitu. ex facto. & 61. diſt. §. verum. modicam autem læſionem bene poteſt afferre, ut 12. q. 2. bonæ rei. C. de preci. Impe. offer. quoties. ff. loc. habitatores. ff. ne quid in loco publi. l. 1. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in flumi. publi. l. 1. §. ſunt qui putant, quandoque tamen magnam affert læſionem, ut 16. q. 1. ſtatuimus, ut dixi ſup. eod. in ſum. in princip. & ff. de emct. Lucius.

Priuilegium lædẽs an poſſit tolerari.

¶ Quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur. C. XIII.

Denſiedit p. 1. & 3.

IMperiali conſtitutione aperte ſancitum eſt, ut ea quæ contra leges fiunt, non ſolum inutilia,[a] ſed etiam pro infectis † habenda ſint.

Cod. lib. 1. tit. de precibus Imperatori offerendis, Imperator Conſtantinus.

† Concor. tex. in l. non dubit. C. de legi. & in c. factoſancta de elc.

C. XIIII.

tit. 19. le. 3.

NEc damnoſa fiſco,[b] nec iuri contraria poſtulari oportet.

Impp. Theodoſius, & Valentinianus.

C. XV.

REſcripta contra ius[c] elicita, ab omnibus iudicibus præcipimus refutari: niſi forte aliquid eſt, quod nõ lædat[d] alium, & proſit petenti,[e] uel crimen[f] ſupplicãtibus indulgeat.

Ibidem l. 7.

Item Pelagius Papa Ioanni Comiti.

ſup. eod.

¶ Reſcriptum meretur affectum, quod cum iuris, & legum ratione concordat. C. XVI.

DIcenti ſacras iuſſiones ſe habere præ manibus, reſpondimus ſcire illum oportere, quòd ipſe clementiſſimus princeps generalibus legibus cõſtituerit, illa ſacra vniuſcuiuſque ſupplicatis deſiderio conceſſa prœualere, & effectui mãcipari, quæ cum iuris, & legum ratione concordãt; ea uero, quæ ſubreptione, & uel falſis precibus forſitan impetrantur; nullum ſupplicantibus ferre remedium.

Iuo p. 4. c. 191.

Reſcripta, ſiue ſint adnotationes,[h] *ſiue pragmati-*

1 Idẽ. q̃ ex cõtractu vẽditionis eſt traditum, reſtituatur, C. de rei uẽ. fin ciuile.

DIcenti.] CASVS. Quidam conueniebat aduerſarium ſuum coram comite Ioanne perſcriptum ſubreptione, uel falſis precibus impetratum, quare ſuper hoc conſuluit Pelagium Papam qui reſpondit, dicens, q̃ illa reſcripta debent ualere, quæ cum iure, & ratione concordant; ea uero, quæ per ſubreptionem, vel per falſas preces impetrantur, impetrantibus prodeſſe non poſſunt.

e ¶ Petenti. Vt ſi aliqua, quæ nubit cõſulari uiro, petit ut ipſe nihilominus conſularis dicatur, iſtud q̃deſt petenti ſine læſione alterius, ut ff. de ſenat. ul. Vel ſi aliqua petat, ut intra tempus luctus poſſit nubere, ut ff. de his qui notan. inf. ſoler.

f ¶ Vel crimen.] In talibus facile exauditur aliquis. 35. q. 6. ueniam.

g ¶ Subreptione.] Cum diſtinctione, ut extra de reſcr. ſuper literis.

RESCRIPTA. CASVS. Quia ſupra facta fuit mentio de reſcriptis, & ideo nunc dicit Gratia. q̃ cuiuſcumque modi ſint reſcripta, expreſſam ſe debent habere conditionem, ſi preces ueritate nitantur, quia mendax præcator carere debet impetratis, & iudices delegati puniẽtur ſi probationes ſuper falſi ſuggeſtione non admittãtur. [Adnotationes.] Quæ ſint ſine cauſę cognitione.] Pragmaticæ.] cum cauſæ cognitione.

Adnotatio quid ſit.

h ¶ Adnotationes.] Adnotatio dicitur ſcriptura, quam Imperator

Imperator proprio animi motu facit de aliquo negotio nemine rogante.

a ¶ Pragmaticæ.] Pragmatica dicitur quæ uentilata eſt coram principe, & de hoc facta eſt ſcriptura.

b ¶ Conditionem.] Extra de reſcript.c.2.

c ¶ Ve-

ſiue pragmatica ſanctiones, expreſsã dẽt in ſe habere cõditionẽ: [b] *[Si preces veritate nitantur.] Mi ẽdaxenim precator dẽt cauere impetratis: & quibus ſcripta dirigũtur, ſunt puniẽdi ſi precũ mendacia uetuerint* [a] *argui. Vnde Imper. Diocletianus, & Maximianus, & Conſtantinus lib.1.Cod.tit.ſi contra ius, uel utilitatem publicam:* ¶ *[Præſcriptione* [d] *mẽdaciorũ oppoſita,* [e] *ſiue in iuris* [f] *narratione mẽdaciũ reperiatur, ſiue in facti,* [g] *ſiue in tacẽdi fraude, & tenore ueritatis, nõ deprecantis affirmationem datum iudicẽ cognoſcere debere, & ſecundum* † *hoc de cauſa conuenit ferre ſententiam. [Item Imperator Conſtantinus:] ¶ Puniri iubemus decem librarum auri multa iudices qui uetuerint* [h] *precum argui falſitatem [Itẽ Impp. Theodoſius, & Valentinus.] ¶ Et ſi legib. conſentaneũ* [i] *ſacrum oraculum mendax precator attulerit; & precator careat penitus impetratis: & ſi nimia mẽtiẽtis* [k] *inueniatur improbitas; etiã ſeueritati* [l] *ſubiaceat iudicãtis.] Item Imp. Conſtantinus: ¶ Et, ſi non cognitio, ſed executio mandatur; de ueritate precum inquiri oportet: ut ſi fraus interuenit, de omni negotio cognoſcatur.* [m] *] Item Imp. Anaſtaſius.] ¶ Omnes cuiuſcumque maioris, uel minoris adminiſtrationis, uniuerſæ noſtræ reip. iudices monemus, ut nullum reſcriptum, nullam pragmaticam ſanctionem, nullam ſacram adnorationem, quæ generali iuris, uel utilitati publicæ aduerſa* [n] *eſſe uideatur, ſi*

tit.28.l.2.

Ibid.l.3.

† *ſecundum eam cauſam conuenit.*] orig. Ibid.ic.5.

Ibid.l.4.

Ibid.ic.6.

detur hodie locum habere illa decre. ex parte extra de reſcriptis. quia ſecundum illam decret. ſuper literis nõ eſt neceſſe, quod condicio illa ſubintelligatur.

k ¶ Mentientis.] Quia per eas diu fatigauit aduerſarium ſuum.

l ¶ Seueritati.] Puni tur, ut falſarius. m ¶ Cognoſcatur.] Nõ ab ipſo executore. ledab eo, qui delegauit executionẽ. Et ſic nõ obſt. extra de ſen. & re iu. de cętero. C. de exc. rei iu. ſi ut ¶ ponis vel hodie poteſt diſtingui illa cõtrarietas per illam decr. ſu ꝑ literis. vt quandoq; cognoſcat quãdoq; remittat ad ſuperiorem. Dicunt tamen quidã quod executor poteſt cognoſcere ſummatim de incidẽtibus quęſtionibus. vt ff. de re iu. à diuo. §. ſi ſuper rebus. & talis cognitio nõ facit ꝓiudiciũ i principali iudicio 2. vt ff. de lib. agnoſ. l. ſi qs à liberis. 4. ſi vel parẽs. & qđ dĩ extra de ſent. & re iu. de cętero. qđ incidẽtes ꝙſtiones debeant referri ad ſuperiorem. verũ eſt, ut ibi plenarie examinẽtur. Vel diſtingue an delegetur mera executie, an miſta. ut dixi ĩ. 2. q. 6. §. ſunt quorum. uel. ab executore, ut ſi delegetur mera executio, tunc quæſtiones incidentes remittãtur ad ſuperiorem, & ſi mixta delegatur, tunc poteſt cognoſcere de quęſtionibus incidẽtibus. Sed pone q̃ alicui ſit mandata nuda executio (nudam dico executionem cũ cauſa prætentibus partibus eſt finita, & mandatur aliquibus, ut exequãtur ſententiam) nunquid ſi pars ad uerſa coram illis obijcit exceptionem, audietur exceptio? uidetur quod non: quia tenetur executor exequi ſententiam, licet ſciat eam iniuſtam. extra de officio iudic. deleg. paſtoralis. extra de maio. & obed. omnes. extra de offic. iudic. delega. ſi quando. & de iudic. ſi prætor. & 23. quæſtio. prima. quid cuiquam fin. argum. contra C. ſi ex fal. inſtrum. l. iudicem. extra de teſti. ueniens. Ad hoc dicas, quod ſi euidens eſt, ſententiam eſſe nullam, & per inſtrumenta falſa latam, non exequetur eam alias licet ſit iniuſta, exequetur eam. ff. de iudic. l. ſi prætor. Non obſtan. ff. de confeſſ. l. pen. ubi dicitur, quod executor poteſt abſoluere illum, qui cõfeſſus fuit coram eodem iudice ſe debere fideicommiſſum. nam non intelligitur lex illa de executore, ſed de iudice.

OMNES. CASVS. Præcipit Anaſtaſius Imperator in hac lege, ut nullus iudex recipiat in iudicio aliquod reſcriptum quod generali iuri uel publicę utilitati uideat eſſe aduerſum: ſed modis omnibus generales ſacras cõſtitutiones conſeruet. Sequentes duæ leges planę ſunt: & per ſe patent.

n ¶ Aduerſa. De hoc habes ſup. ea. in illa l. reſcripta cõtra ius elicita. Sed ſi aliquid pro iure allegatur, de quo eſt euidens, qđ non conſonat iuri, remittitur ad ſupe-

1 Sub ſi inde fuerit acenſatus.

Executor an poſſit de incidẽtibus ꝙſtionibus cognoſcere.

Executio eſt duplex.

2 Ad hoc ff. ad exhi. l. 3. §. ſciendum. nam ſuſpenditur executio oppoſita exceptione falſi C. de re iud. l. 2. ſi ex fallio inſt. iudicati. ff. de re iud. diuus fun l. 2.

princeps habet oĩa iura in pectore ſuo.

e ¶ Veruerint.] Extra de appella. ex parte. Ioan.

PRAESCRIPTIONE. CASVS. Quidam impetrauit reſcriptum ab Imperatore dicendo falſum in narratione iuris uel facti, uel tacuit ueritatem: unde quæſitũ fuit qualiter iudex delegatus procedere debeat. Et reſpondet, quod iudex procedere debet in cauſa non ſecundum affirmationem deprecantis, ſed ſecundum ueritatis tenorem. Seq. l. patet.

d ¶ Præſcriptione.] Id eſt, exceptione.

e ¶ Oppoſita.] Ab aduerſario.

f ¶ In iuris.] Conſuetudinarij: quia dixit aliquid eſſe conſuetudinem eccleſiæ iuæ, cum non eſſet extra de pben. uenerabilis. non enim uidet. quod in mre præſcripto poſſit mentiri principi cum ipſe habeat omnia iurã in pectore ſuo C. de teſta. omnium.

g ¶ Siue in facti.] Quia dixit ſe appellaſſe, uel ſpoliatum fuiſſe, cum non eſſet Ioan.

h ¶ Vetuerint.] Tunc enim apellati poteſt, licet inhibita ſit appellatio, ut extra de appella. ex parte.

ETSI LEGIBVS. CASVS. Quidam impetrauit reſcriptum ab Imperatore legibus conſentaneum, ſcilicet ut reſtitueretur, cum diceret ſe ſpoliatum eſſe de re aliqua, hoc tamen falſum erat, quæſitum eſt ergo utrum tale reſcriptum ualeat. & reſpondet. quod non. & ſi nimia fuerit improbitas mẽtientis, etiam extra ordinem puniri debebit. Sequens lex plana eſt.

i ¶ Conſentaneũ. Vt ſi quis dixerit ſe ſpoliatũ, & princeps iuſſit in reſcripto ipſum reſtitui, hoc conſonat legibus: & tamen carebit commodo reſcripti. Contrarium eſt ſup. eadem præſcriptione, & extra de æta. & quali. Intelleximus. ſed omiſſis multis ſolutionibus diſtinguas ut diſtinguitur extra de reſcript. ſuper litteris, nec ui-

Digitized by Google

riorem,vt extra de fide instru.pastoralis.

Authentica scriptura quot modis dicatur.

a ¶ Vt authentica ipsa.] Tribus modis dicitur scriptura authentica,vel quia adest sigillum episcopi, vt extra de fide instru.c.2.extra de fideiuss.peruenit.Secundo dicitur authentica,quia est apud acta insinuata. C.de testa. publicati.& C.de re iud.gesta. Tertio dr authentica si hẽat subscriptionẽ triũ testium, vt C. qui pot. in pign. habe. scripturas.

a • Sine die.] Vel sine indictione, ut extra d. fid. instr.inter dies ideo editur, qa vix aliter posset pbari falsum,nisi scireture dies,ut ext.de test.ex tenore. C.de contrah.stipul.optimam. nisi enim uelit quis probare falsitatem instrumenti, non est exhibendus dies vel consul, ne detur materia fabricandi falsũ vt ff. quemadm.test.aperi.l.1.§.vlt.& ff. de eden. l. 2. §.editiones. vel tũc non est edẽdus dies cũ vult deliberare an uelit cedere uel contẽdere, sed cũ vult agere. Hæc tñ est ueritas, qꝫ in cõibus instrumentis edendus est dies,cũ vult deliberare, ut ext.de ꝓbat.quoniã contra. ext. de dila. ꝓterea. C.de edendis, apud quẽ & ff. de eden.l. 1.§ rõnes. sed in ꝓprijs non,ut ext.de fide instru. cõtingit ff.de eden. l.1.§.diẽ l accusationibus. n. non cogitur qs diẽ commissi criminis ponere, ut supra 2. quæstio ult.libellorum. Est tamen cõtra. huic C.de nouo C.confirm.in fi.Sed istud intelligitur de legibus redactis in authenticum uolumen.item in priuatis instrumẽtis non requiritur apponi dies,& consul.& ut ff.de aqu. plu.arcẽ. l.2. §.antep. & legpen. ff. de pigno.

Editio faciẽda est sine die, & consule.

In accusationib.non cogitur qs diẽ cõmissi criminis ponere.

nerales sacras cõstitutiones modis omnib.non dubitét obseruandas.)C.tit.de diuer.rescript. Imp Diocletianus,& Maximianus (Sancimus, vt authentica ipsa a *atq; originalia rescripta, & nostra etiam manu subscripta, non exempla eorum insinuentur.) Imp.Constantinus.¶ (Si qua beneficia personalia sine die,* b *& consule fuerint deprehensa,auctoritate careant) Imp. Zeno.¶ (Vniuersa rescripta siue in personã precantiũ siue ad quemlibet iudicẽ manauerint, quæ* † *uel adnotatio uel quæuis pragmatica sanctio nominetur:sub ea conditione proferri præcipimus si preces ueritate nitãtur: nec aliquem fructũ precator oraculi percipiat impetrati,licet in iudicio asseueret* † *veritatẽ;nisi quæstio* c *fidei precum* d *Imperiali beneficio monstretur inserta.Nam,& vir magnificus Quæstor,& uiri spectabiles magistri scriniorum, qui sine præfata adiectione qualecumq; diuinum responsum dictauerint, & iudices,qui susceperint, reprehensionem subibunt: & qui illicite dictata scribere ausi fuerunt, cuiuscumque scrinij memoriales, seu pragmaticarij, uel adiutores primicerij,amissione cinguli feriantur.*

tit.23.l.3.

Ibid.le.4.

Ibid.l.7.

† al.quæuis adnotatio.

† al.asserat.

Aust.l.4.c.2.

Item Leo Papa epist. 52. al. 54. ad Martianum Augustum.

¶ Priuilegia ecclesiarum nulla debent improbitate conuelli. C. XXII.

Priuilegia e ecclesiarũ sanctorũ patrum canonib. instituta,& venerabilis Nicęnę synodi fixa decreti: nulla pñt imꝓbitate conuelli,nulla nouitate mutari.

Item Nicolaus Papa uniuersali synodo præsidens dixit in concilio Romano,c.ultimo.

¶ Caput hoc extat in concilio Romæ habito, in quo Nicolaus Papa primus Thietgaudum, & Gũtarium episcopos deposuit. Quod concilium impressum est Romæ post epistolas ipsius.

¶ Anathema sit, qui mandata,vel decreta Romanorum Pontificum seruare contempserit. C. XVIII.

Si quis dogmata, mandata, interdicta, sanctiones,vel decreta pro catholicæ fidei disciplina,pro correctione fidelium,pro emendatione sceleratorum, vel interdictione imminentium, vel futurorum malorum, a sedis Apostolicæ præsule salubriter promulgata contempserit,anathema sit. f

Poly.l.1.tit.17. Dei fidedit D.4. Ansel.l.4.c.26.& l.12.c.3. Iuo p.5.c.35.

VNIVERSA. CASVS. Zeno Imperator statuit in lege hac ut rescripta,quę alicui personæ impetranti dantur, uel ad iudicem aliquem transmittuntur, siue sint adnotationes, siue pragmaticæ sanctiones, a nullo iudice recipiantur,nisi facta sint sub hac conditione,si preces ueritate nitantur,& quicumque iudices talia rescripta dictauerint uel receperint, reprehendantur, & quicumque talia rescripta scripserint,amissione sui honoris feriantur.[Pragmaticari.]ideſt,qui reponunt rescripta.Sequentia tria capitula plana sunt.[Dogmata mandata,interdicta,] pro correctione,[& sanctiones,vel decreta.] pro fide,& ecclesiastica disciplina.

c ¶ Nisi quæstio.] Ideſt,inquisitio veritatis.

d ¶ Precum.] Ideſt,quod illa conditio sit apposita l. si preces &c. hoc tamen non tenet, ut extra de rescrip. ex parte.

e Priuilegia.] Quæ sunt de generali ecclesiæ statu, uel quæ sunt de articulis fidei. Vel dic quod non possunt,ideſt,non debent.

f Si quis.] ¶ Sit.] Ideſt,fiat, supra eadem quæstione prima generali.

a ¶ De-

Item Gelasius Cresconio, & Ioanni Mesaliæ episcopis inter cætera.

¶Statuta priorum successores seruare oportet.

C. XIX.

Deusdedit p.1.

DEcessorum statuta, sicut legitima, & iusta, successorem custodire [a] conuenit; ita debet etiam male facta corrigere. [b]

In cod. Theod. lib. 16. tit. 2. leg. 29. Ansl. 4. c. 16.

Hinc etiam Arcadius, & Honorius inquiunt.

C. XX.

QVæcunque a parentibus nostris, diuersis sunt statuta temporibus, manere inuiolata, atque incorrupta circa sacrosanctas ecclesias præcipimus. Nihil igitur a priuilegijs immutetur, omnibusque, qui ecclesijs deseruiunt [c], tuitio deferatur: quia temporibus nostris addi [d] potius reuerentiæ cupimus, quã ex his, quæ olim præstita sunt, immutari. *Idem le.* 30. ¶Non tam nouum [e] aliquid præsenti sanctione præcipimus, quã illa quæ olim videntur indulta, firmamus. Priuilegia igitur, quæ olim reuerentia religionis obtinuit, mutilari sub pœnæ etiam interminatione prohibemus; ita, vt hi quoque, qui ecclesiæ obtemperant, ipsius beneficijs perfruantur. *Idem le.* 34. ¶Si ecclesiæ venerabilis priuilegia, cuiuscumque fuerint vel temeritate violata, vel dissimulatione neglecta; commissum duodecim [α] librarum [f] auri (sicut etiã prius constitutum est) condemnatione plectatur. Ipsaque [β] priuilegia nihilominus pleniſſimum per omnia obtineant [g] vigorem.

In cod. Theod. li. 34. In cod. Iustin. si tit. de epis. & cler. l. 13.

α ¶Duodecim.] *In lege ipsa tam Codicis Theodosiani, quam Iustiniani legitur*, quinque librarum auri.

β ¶Ipsaque.] *Hæc vsque ad finem non sunt in lege illa, sed horum loco in Theodosiano habentur ista*, Si quid igitur contra ecclesias, vel clericos per obreptionem, vel ab hæreticis, vel ab huiusmodi hominibus fuerit contra leges impetratum; huius sanctionis auctoritate vacuamus.

Item Pelagius Armentario magistro militum inter cætera.

¶Non licet pontifici ab ecclesiæ iure discedere, quod documentorum auctoritate firmatur. C. XXI.

Deusdedit p.1.

POstea quam ecclesiæ iura; documentorum [h] quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata; nullate-

---

[a] ¶Custodire.] Vt sup. 16. q. 6. c. vlt. 12. q. 2. si quis, & c. si illi.

[b] ¶Corrigere.] Extra de re. ec. alie. vel non, episcopi.

[c] ¶Deseruiunt. Sup. 16. q. 1. generaliter.

[d] ¶Addi.] Extra de do. cum dilectus. & eo. tit. cap. 1. de consec. d. 1. vasa.

[e] ¶Nouum.] Nota statutum non dicitur nouum, licet de nouo præcipiatur; dummodo qñq; fuerit statutum.

[f] ¶Duodecim librarum.] durior pœna statuitur cõtra illos qui violant priuilegia ecclesiarum. 16. quæst. 1. nouatum. in fi. Vel ibi loquitur cum agitur criminaliter: hic cum ciuiliter.

[g] ¶Obtineant.] Hic habes, q̃ pœna soluta contractus stat in sua firmitate. sic 12. q. 2. episcopus, qui mancipium. & 23. d. quamquam in fi. ff. de transl. qui fidẽ. C. de fid. ic. qui fidei commissaria. arg. cõtra, ext. de pẽ. suam. Iniquũ enim est, q̃ simul habeat res & pœnã. ff. de except. dol. apud Celsum. §. Labeo. Sol. si præstatus est se velle 30ũ remanere in sua firmitate: tunc potest vtrumque peti, alias nõ. Vel distingue an pœna apponatur loco interesse, an loco contumaciæ, an in fraudẽ vsurarum: Si

Feudum de nouo cõcessum non dicitur nouum, si prius fuerat cõcessũ.

Pœna an possit peti cũ re

loco contumaciæ, & res noluit soluere debitum cum posset. & rem & pœnam præstabit, ff. de collatio. l. 2. §. si rem duobus. & ff. de tabul. exhibend. locum. § condemnatio 1. si est apposita loco interesse, tunc potest agere quanti sua interest. ff. de act. emp. prædia. Sed si in fraudem vsurarum, tunc non potest, ut extra de empt. & vend. ad nostram. in fi. & ff. de act. empt. & vend. Iulianus §. idem Io.

[h] POstea.] Documentorum.] Supple maxime, quia etsi instrumenta nulla essent super hoc facta, nõ tamen posset retractari contractus. Ideo enim fit instrumentũ, non quòd uis cõtractus perficiatur per instrumenta-

Subau. cũ dist. ibid. facta, vt ff. de peti. hæ. nec vllam, §. vlt.

Instrum quare fiat.

Digitized by Google

mentum, sed ut facilius possit per illud probari, ut C. de prob. cum res. Idem est in electione, ut o. d. quanto. & sic est in matrimonio ut in nostris. in fi.

SI ERGO. CASVS. Concludit G. ex supradictis breuiter epilogando ea, quæ sunt superius allegata, ostendés. q; per posteriora priuilegia non potest antiquioribus derogari, cum etiam si contra illa specialiter aliqua priuilegia fierent essent pro infectis habenda.

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc est 2. pars q̃st. in qua ponit diuersos casus, in quibus perditur priuilegium. & primo ponit de specialibus, secundo de generalibus. Ioan.

CASVS. Respondet nunc G. supradictis dicés. q; ecclesia Romana sua auctoritate priuilegia concessa, pietatis uel necessitatis nutu in totum uel in partē pōt commutare. Nam immanente quādoque necessitate, pp vtilia corrigēda multarum ecclesiarum priuilegia, uel imminuūtur, uel penitus immutantur, siue p̄sonaliter fiat hoc siue generaliter. De primo probat p̄ tria proxi. cap. De secundo probeat per illud cap. ita nos.

SIc decet fidē sanctorum. CASVS. Docet Syluerius Papa in hoc cap. q; ille § propria temeritate vsurpat quod non est sibi concessum, debet amittere quod habebat. Casum aūt sequētis c. inuenies notatum sup. 4. distinct. c. ubi ista dicitur.

a ¶ Amittat.] Arg. q; qui vsurpat sibi iuris alterius in hoc onde q; etiā propriam ius electionis debet perdere, vt os. d. ca. vlt. Item arguitur, quod per extendit quando vltra del. ff. in extra de plus pet. cap. 1.

b DEnunciamus.] ¶ Inuitum.] Supra 74. distinctio. vbi ille. B.

c SI qui episcopi.] CASVS. Quæritur fuit a Leone quam pœnam pati debeant episcopi, qui ordinant indignos. Et ibidem, q; de cætero non cōferant illum ordinem, quem illicitè cōtulerunt, quamuis damnum depositionis nō adeant. Et intelligit personaliter, cum persona punitur, & non punitur ecclesia perpetuo.

c ¶ Si qui episcopi.] Hoc est dictum supra 1. q. 1. si qui episcopi.

GE-

nus ab his discedendi liberam pontifex, vel si vult permittatur habere licentiam.

Si ergo priuilegia monasteriorum, vel quarumlibet ecclesiarum auctoritate Leonis, Gregorij, Gelasij, & nonnullorum aliorum Pontificum S. R. E. inuiolata seruantur; si ea quæ contra leges sunt, pro infectis habenda sunt: si Pontifex non habet licentiam discedendi a documentis, quibus iura ecclesiæ firmantur, patet, quod posteriora priuilegia antiquioribus derogare non possunt, nec eorum auctoritate eis aliqua obijcietur exceptio: cum etiam, si contra illa specialiter fierent, pro infectis essent habenda.

2 *His ita respondetur. Sancta Romana Ecclesia sua auctoritate, congregata valet disiungere, & disiuncta congregare rationis tamen æquitate considerata. Inde vel pietatis, vel necessitatis inuitu semel a se concessa valet, vel in totum, vel in partem commutare. Pro necessitate namque corrigendorum vitiorum priuilegia ecclesiarum multarum, vel imminuuntur, vel penitus immutantur siue personaliter, siue generaliter. Personaliter iuxta illud (Priuilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.)* 11. q. 3. priuileg.

Item Syluerius Papa Vigilio episcopo, epist. 2.

¶Quod habet amittat, qui quod non accepit, vsurpat.

C. XXII.

SIc decet fidem sanctorum patrum in ecclesia seruari catholica; vt, quod habuit amittat [a], qui improbabili temeritate, quod non accepit, assumpserit. Anſl. 6. c. 157. Iuo p. 6. c. 73.

Item Simplicius Papa, epist. 2. Ioanni episcopo Rauennatensi post pauca, quibus ab illicita cum ordinatione prohibuit.

¶Priuilegium amittit, qui sua potestate non legitimè vtitur. C. XXIII.

DEnunciamus autem, quòd si post hac quilquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum inuitum [b] facere forte credideris ordinationes ibi Rauennatis ecclesiæ, vel Aemilienſis noueris auferendas. sup. d. 44. vbi ille §. denunciamus.

Item Leo Papa, epist. 85. al. 87. ad episcopos Africanos.

¶Ius ordinandi amittunt, qui immeritum consecrant.

C. XXIIII.

SI qui episcopi [c] talem consecrauerint sacerdotem, qualē nō esse licet; etiā si aliquo modo damnum proprij honoris euaserint; ordinationis tamen ius vlterius non habebunt, nec vnquam ei sacramento intererunt, quos, neglecto diuino iudicio, immerito præstiterunt. sup. 1. q. 1. si quam Anſl. 6. c. 24. Iuo p. 5. c. 107.

Generaliter, veluti dū ciuitati episcopalis dignitas, per-

a ¶ Fuit tamē in 1. compilatione vbi dicebatur. q; p iniustitiā plus petēdi, diabolus amisit totius debiti summam, quam

GENERALITER. CASVS. Probatum est sup. per tria c. prox. q; personale priuilegium potest Apostolicus auferre. Nunc idem probat G. de generali.] Generaliter, idest, pro utilitate generali, uel pro damno generali.

Iu-

Digitized by Google

ITa nos Scyllacęnorum.] CASVS. Ciues Scyllacæni maligno ſpiritu ducti duos ſuos epos, vnum poſt alterũ occiderunt: quod nunquam legitur accidiſſe, etiam in illis ciuitatibus vbi bella continua fiunt, niſi ibi fuerit perſecutor fidei Chriſtianæ, & ideo Papa Gelaſius, quia hoc crimen velut in cõſuetudinẽ iã deduxerãt, licet diu hæſitaſſet quid in tanta atrocitate facere debuiſſet, eos epiſcopali dignitate priuauit, ne de cætero habeant epiſcopum, in quem poſſit ſimilis acerbitas perpetrari: nec alijs p̃beant exẽpla ſimilia faciendi. Sed ne pp malos boni deſeri videantur præcipit Gelaſius duobus epis ut vel inſimul. uel alternatim præfatæ ciuitati præbeant miniſterii viſitationis. [In vtroque,] Id eſt, pro utroq; ep̃o interfecto. [vel in vtroque,] ideſt, pro utroque eorum quæ ſequuntur, ſiue inſtinctu, ſiue furijs, &c.

a ¶ Vſum.] Arg. quod duæ vices in criminib. Inducũt cõſuetudinẽ, ut hic, & C. de epiſc. aud. l. 3. in fi. ſed in ciuilibus negocijs non etiã tres uices conſuetudinem inducunt, ut ext. de cauſa poſ. cũ eccleſia. Itẽ eſt hic arg. quod magis punitur factum iteratum, vt 27. q. 1. peruenit. & ff. de re milit. l. 3. §. ſi plures. & extra de hære. ad abolendam. §. illos autem.

Conſuetudo quot vicibus inducatur.

b ¶ Epiſcopalibus. Hoc delictum ciuium, quod cõſiſtit in faciendo, redundat in damnũ eccleſiæ & hic eſt contra 16. q. 6. ſi ep̃m. vbi dicitur, quod delictum prælati nõ redũdat in eccleſiæ dãnũ. ſed poteſt dici, quod hic eccleſia nõ damnificatur in rebus, licet damnificetur ī honore. de delicto quod conſiſtit in omittendo, nõ eſt dubiũ, quin redudet in damnum eccleſiæ ut 16. q. 3. placuit.

Prælati delictum an redundet in eccleſiæ damnum.

c ¶ In vtroque.] Id eſt pro vtroque epiſcopo interfecto 1.

d ¶ Externis.] ideſt, ſuggeſtionem extra neorum.

e ¶ Viſitationis.] Sic ergo epiſcopi vicini ſupplent defectũ vicinorũ epiſcoporũ vt 7. q. 1. pontifices. & 65. diſt. ſi forte.

HOSTILITATIS. Hæc eſt 3. pars quæſtio. in qua magiſter ſoluit & bene ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Iſte §. I tres partes diuiditur. In prima dicitur, quod Papa non ſolum propter crimen ſua auctoritate priuilegio eccleſiarum poteſt auferre vel diminuere, ſed etiam propter hoſtilitatẽ, uel paupertatem epiſcopales ſedes mutare poteſt, uel duas in unã redigere exemplo B. Gregorij. Nõ ergo ſic intelligunt priuilegia eccleſiarũ permanere inuiolata, vt Apoſtolicus eis derogare non poſſit: ſed ſic debent intelligi pmanere inuiolata, vt p̃ter auctoritatẽ Papæ nulli liceat contraire. In ſecunda parte obijcit huic concluſioni. c. Symmachi Papæ, vbi innuit, q̃ poſſeſſiones eccleſiæ, quæ dant clericis, vel peregrinis cauſa neceſſitatis, vel religionis, uel pietatis intuitu, non poſſunt ab eis poſſideri perpetuo, ſed ad tẽps. Sed huic obiectioni duplicem Grat. ſolutionẽ adhibet. Prima eſt, ut clerici, & peregrini illas poſſeſſiones ad tempus debeant poſſidere, monaſteria uero perpetuo. Secunda eſt, qa ſicut clerici vel peregrini ceſſante neceſſitate coguntur dimittere poſſeſſiones miſericorditer eis conceſſas: ſic monachi cum a religione ceſſauerint priuilegijs exuunt, q̃ religionis intuitu eis ꝓceſſa uidentur. In tertia parte dicitur, quod priuilegia monachorum in eo caſu intelliguntur eſſe conceſſa, q̃ alijs eccleſijs non derogetur, uidelicet ut decimationes

petuo ſubtrahitur, quæ ſuos epiſcopos interimere conſueuit.

Vnde Gelaſius Papa ſcribit.

¶ Epiſcopalis dignitas ciuitati ſubtrahitur, quæ ſuos prę ſules interemit. C. XXV.

† al. Squillacinorum. al. Syllenorũ.

Poly. l. 3. tit. 30. Anſ. l. 6. c. 148. Iuo p. 10. c. 18.

ITa nos Scyllacænorum † cædes geminata pontificum, horrendi criminis atrocitate confudit, vt diu conſtitutio noſtræ deliberationis hæſitaret. dum & ingerere quempiam patricidalibus exemplis deteſtaremur antiſtitem, & eccleſiam, vtcumque deſtitutam non vſque adeo iudicaremus relinquendã. Quapropter iam velut vſum [a], cõſuetudinemque ſacrilegam declinantes, eatenus religioni duximus conſulendum, vt parochiæ vice ab extrinſecus poſitis ſacerdotibus gubernetur; quę ibidem commanentes ferro didicit necare paſtores, inauditoque facinore (quod etiam in illis prouincijs nuſquam prorſus legitur accidiſſe, quæ bellorum continuis, diuerſisque incurſionibus affliguntur) hæc ſit reperta ciuitas, quæ præſules miniſtrantes ſibi fidei Chriſtianæ ſacramẽta ſine perſecutore proſternat: Curandum eſt, igitur, vt illic funeſta pernicies ceſſatione propriorum ſanetur antiſtitum; atque ita ſaltem furoris tanti materia ſubtrahatur: ſi inquam hæc poſſit acerbitas perpetrari, conſiſtens ibidem perſona defuerit, eoque modo vel illa ciuitas, dum in quos deſæuiat, non habebit, ab huiuſmodi temeritate deſiſtat, vel alijs imitandi contagia dira nõ præbeat. Egeat ergo epiſcopalibus [b] ſubſidijs ſibimet aliunde penſandis † quæ ſacram in ſuo gremio collocatam fuſo crudeliter maculat ſanguine dignitatem; quia in vtroque [c] hac eſt vltione plectenda, ſiue inſtinctu domeſtico, ſeu furijs incitata nefas hoc committit externis [d]. Præbeat ergo dilectio veſtra iñ hoc ſtatu poſitæ miniſterium viſitationis [e] eccleſiæ: & aut conueniendo pariter, aut viciſſim, prout qualitas rerum, cauſaq; popoſcerit, diuina miniſteria † repręſentet ingratis; ne cum deuitamus zizania, Dominica videamur præterire frumenta.

† al. diſpenſit.

† al. myſteria.

¶ *In Polycarpo, & apud Anſelmum, & Iuonem continuo ſequitur c. comperimus. inf. de conſecr. diſt. 2.*

3 *Hoſtilitatis quoque, uel paupertatis neceſſitate epiſco-*

noualiũ nulli quondã aſſignatas auctoritate priuilegiorũ ſibi teneant, vel ſi propter paupertatẽ, vel inſtantem neceſſitatem monachis cõſulli non poteſt niſi derogetur priuilegijs aliorũ, & ita eorum ſubueniẽdo inopiæ vt ipſi ratione priuilegiorũ non fiant diuites, & baptiſmales eccleſiæ deſtruãtur. Secunda pars incipit ibi, [Sed obijcitur.] Tertia ibi, [Priuilegio ergo.] Alioquin, [id eſt aliter,] id eſt, ſi non poſſint derogare priuilegijs aliorũ ad paucitatem reducerentur, quia nõ fierent nouæ, & aliæ deſtruerentur.

a ¶ In vnam. Vt 16. q. 1. & temporis.

Priuilegium ceſſat ceſſante ipſius cauſa.

b ¶ Poſſeſſiones.] 16. q. 1. poſſeſſiones.

c ¶ Ceſſauerint. Arquod ſi priuilegium aliquod datur ex cã, vel ratione religionis, vel ratione paupertatis, vel alia de cauſa: quã cito ceſſat cauſa, ceſſat & priuilegiũ, ut extra de verb. ſign. abbate. in fine. ext de deci. ſuggeſtum 16. q. 1. generaliter. & inſtitu. de auct. tut. §. vlt. & ff. de iud. l. 2. §. legatis. & C. de teſta. milit. l. vlt. & inſtit. de pupil. ſubſti. §. qua ratione.

d ¶ Nulli. Hoc non eſt verum quia ſi illud nouale fuit in alicuius territorio, ad illum tñ ſpectabit. ſed ſi nullius parochia fuerit, epiſcopus poteſt aſſignare cui voluerit, ut ext. de deci. quoniam.

e ¶ Penitus. [Supra 12. quæſt. 2. bonæ rei. Ioan.

pales ſedes, vel mutantur, vel duæ in vnã a *rediguntur: ſicut ſupra in tit. de mutatione epiſcoporum B. Gregorius feciſſe legitur. Non ergo priuilegia eccleſiarum ſic inuiolata permanere cenſentur; vt quibuſdã de cauſis interuenientibus Apoſtolica auctoritate eis derogari non poſſit alioquin multitudo eccleſiarũ ad paucitatem redigeretur cum innumeræ eccleſiæ indiœceſibus aliarum frequenter conditæ inueniantur. Seruẽtur ergo priuilegia eccleſiarũ cunctis inconcuſſa temporibus: ne videlicet præter eius auctoritatem a quo data ſunt, cõtra ea liceat ire alicui.* ¶ *Sed obijcitur illud Symmachi Papæ,* [*Poſſeſſiones* b, *quas vnuſquiſque eccleſiæ ſuo relinquit arbitrio, &c.* [*quæ ſupra in titulo de alienatione rerum eccleſiaſticarũ legũtur ad ſcripta. Vnde datur intelligi; quod ea, quæ de iure vniuſcuiuſque eccleſiæ, vel neceſſitatis, ſicut peregrinis, vel pietatis intuitu ſicut religioſis domibus conferuntur; non perpetuo ſed temporaliter ab eis, quibus, conferuntur, ſunt poſſidẽda. Quamquam illud Symmachi ad neceſſitatis intuitum, nõ ad pietatis proſpectũ poſſit referri: videlicet, vt ea quæ peregrinis, vel captiuis largiri neceſſitas ſuaſit, nõ ea quæ religioſis domibus ob quietem religioſæ conuerſationis conceſſa ſunt, prohibeantur perpetuo poſſideri. Vel potius de vtriſque intelligendum eſt: videlicet, vt ſi neceſſitatem patientes ceſſante neceſſitate beneficijs renunciare coguntur, quæ eis miſerationis indulſit intuitus; ſic religioſe viuentes, cum à religione ceſſauerint* c, *priuilegijs exuãtur, quæ religioſa conuerſatio meruit. Priuilegia ergo, quæ religioſis domibus conferuntur vel in eo caſu accipienda ſunt, in quo ita eis conſulitur, quòd nulli aliquid derogatur; videlicet, vt ex noualibus, quorum decimationes nulli* d *aſſignatæ fuerant, priuilegiorũ auctoritate decimas aliquibus perſoluere nõ cogantur; vel ſi propter inſtantẽ temporis neceſſitatem eis conſuli non poterit; niſi derogetur; ita priuilegiorum auctoritas videatur eſſe ſeruanda, vt eorum ſubueniatur inopiæ, non vt ſuarum diuitiarum augumento, & poſſeſſionum nõ modica extenſione porrecta, baptiſmales, ſeu parochiales* † *eccleſiæ penitus* e *deſtruantur.*

7. q. 1. paſtoralis. & c. temporis & 16. q. 1. c. & temporis.

16. q. 1. poſſeſſiones.

† al. parochitanæ.

CAVSA XXVI.

Vidam ſacerdos ſortilegus eſſe, & diuinus conuincitur apud epiſcopũ: correctus ab epiſcopo noluit ceſſare: excommunicatur. tandẽ agens in extremis, reconciliatur à quodam ſacerdote epiſcopo in conſulto: indicitur ſibi pœnitentia ſub quantitate temporis canonibus præfixa.

1 *Hic primum quæritur, qui ſint ſortilegi.*
2 *Secundo an ſit peccatum, eſſe ſortilegum.*
3 *Tertio, a quibus genus diuinationis ſumpſit exordiũ.*

QVidam ſacerdos.] CASVS. Expedito tractatu de priuilegijs, ſupponitur cauſa. 26. in qua tractatur de diuinationibus, & reconciliatione excommunicatorum, & de pœna moriẽtium. Quę omnia vt melius pateant,

Digitized by Google

ceant. Gratian. more ſolito thema proponit de quo ſeptem ſurgunt quæſtiones.

QVi ſint.] CASVS. Hic proponitur prima quæſt. in qua quæritur, quid ſit ſortilegium. quæ quæſtio ſoluitur infra ca. 1.

Sortilegi

4 *Quarto, quot ſint genera diuinationis.*
5 *Quinto, an ſortilegi, uel diuini ſint excommunicandi ſi ceſſare noluerint.*
6 *Sexto, an excommuniatus ab epiſcopo poſſit reconciliari à presbytero, illo inconſulto.*
7 *Septimo, ſi morientibus eſt indicenda pœnitentia ſub quantitate temporis.*

QVAESTIO I.

QVi ſint ſortilegi, Iſidorus diffinit Etymologiarum lib. 8. c. 9. ita dicens.

¶ Qui ſint ſortilegi. C. I.

Rabanus de magorum præſtigiis. lib. 2. c. 22.

SOrtilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis per quaſdam, quas ſanctorum ſortes vocant diuinationis ſcientiam profitentur; aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione, futura promittunt.

QVAESTIO II.

† al. Achar.

QVod autem ſortes exquirere peccatū nō ſit; & exēplis, & auctoritatibus probatur. Cum enim Achar[c] † de anathemate furtim ſubripuiſſet, & ob eius peccatū populus cæſus apud Nay[d] hoſtibus terga dediſſet: præcepit Dominus Ioſue, vt ſortibus exquireret, quo peccante populus in manibus hoſtium cadere meruerat. Ioſue præceptum accipiens miſit ſortes, primum ſuper tribus: deinde ſuper familias; demū ſuper perſonas: & ita cecidit ſors ſuper Achar.

Ioſue 7.

1. Reg. 4.

Saul quoque[e] cum pugnās contra Philiſtæos. iuraſſet ſe interfecturum, quicunque ante ſolis occaſum de populo comederet; ſorte deprehendit Ionatham filium ſuum mel comediſſe, quod ſceptro acceperat: quem cū morti tradere vellet; populo ſupplicāte reuocauit ſententiam. Ionas quoque cum à facie Domini fugeret, à nautis ſorte deprehenſus, in mare deiectus, & à ceto eſt abſorptus. De Zacharia etiā legitur, quod ſorte exiit, ut incēſum poneret. Matthias vero à beato Petro ſortē Apoſtolatū, & Iudæ ſucceſſor eligitur. Quod ergo tantorū exēplis probatur; patet malum non eſſe.

Ion. 1.
Act. 1.
Luc. 1.

Vnde etiam Auguſtinus ait in li pſalmorum, in pſ. 30. concione 2. ad uerſ. In manibus tuis ſortes.]

Vòd autē.] Hec q̄ſt. diuidit in tres partes. In prima ꝓbat ſophiſtice, ꝙ nullū eſt peccatū exq̄rere ſortes tēpore neceſſitatis. Secūda ibi, Has ita.] Tertia ibi.] Hæc autē.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hinc intitulat 2. q. quæ quæſtiō, utrū ſit peccatū inquirere veritatē per ſortes. & reſpōdet quod ſic primo tamē probat, ꝙ nō eſt peccatū, & hoc ꝓbat in hoc §. quinque rationibus, vel auctoritatibus, quę facile in hoc §. diſcernēſ. De hoc tā plenius inuenīt in ſumma huius quæſtionis in apparatu. Seq. autem cap. planum eſt.

b ¶ Sortes. Nota, ꝙ ſortes quædā ſunt licitę: quædā illicitæ. Illicitæ ſunt, q̄ fiūt per magicas incātationes: vel quæ fiūt: ad exercendas vanitates aliquas: vel q̄ fiūt ad inquirēdā aliqua occulta, vt inf. ea. hi q. & c. illud. Sed q̄ fiūt neceſſitatis cauſa, non ſūt illicitę vt ſi cōtētio eſſet ā electione aliquorū, & eſſet paritas vtrinque in oībus, exemplo Mathię poſsūt mitti ſortes, vt inf. ead. nō exēplo. & q. §. nō licet cū. n. nō ſit q̄ eſt humanū auxiliū, tūc poſſum[a] recurrere ad diuinū auxiliū, ut 22. q. 2. q̄rit. & i dubijs ſūt leges ad ſortes recurrit, ut ff. de ind. ſed cū ambo C. cōia delega. ſi duob. & Au. ſcrip. 2. q buſdā

Sortes ſunt in duplici differentia.

a Adde an ſit aliquid dirimēdum ſorte. nota in l. in rub. & in l. ſe. ff. de le. 3. & l. 1. cum gl. no. p Bar. C. quādo, & qui 4. pars libro 10.

SOrtilegi.] CASVS. Quæſitum fuit ab Iſidoro qui dicantur ſortilegi. Qui reſpondet dicens. ꝙ illi dicuntur ſortilegi, qui artem diuinationis profitentur ꝑ ſortes, quæ uocantur ſortes Apoſtolorum, uel per quamcunque aliam ſcripturam futura promittunt.

Sortilegos conſulentes

a ¶ Profitentur.] Qui tales conſuluit, pœnitentia punitur 5. annorū, ut infra ead. q. 5. qui diuinationes. Ipſi autem facientes huiuſmodi artes, tantum pœnitentia vnius anni videntur puniendi, ut extra de ſortileg. c. 1. ſed iſtud intellige eſſe diſpenſationem. ſecundum legem autem ipſe maleficus punitur capite, ut C. de le. & male. l. nemo. 10.

& ipſi ſortilegi puniantur.

s Subau. in epiſtola ad Honoratū, de hoc ſatis per Arc. inf. c. proximo.

b Sors, ſ. ſortilegium.

c ¶ Achar.] Hiſtoriam, habes 1. q. 4. §. item peccato Achor. & Ioſue 7.

d ¶ Nay.] Ciuitatem.

e ¶ Saul quoque.] Hoc habes 22. q. 2. §. item opponitur.

a SOrs.] ¶ Mali.] In ſui natura non eſt mala, tamen prohibetur, quia propter aſſiduitatem labitur talis in idololatriã, ſicut eſt in iuramento 1. vt 22.q.1. & iurabunt. Ioan.

HIS ITA RESPONDETVR. Hæc eſt 2. pars quæſt. in qua probat contrariũ per 9. auctorita. ſanctorum. Io. de Fant.

CASVS. Hic reſpondet Grat. allegatis, dicens, ꝙ in veteri teſtõ multa permittebantur, i. ſortilegia, & alia, quæ hodie non permittuntur. Nã in ver. teſt. ꝑmittebaꝫ copula ſacerdotalis, vel cõſanguineorũ: q̃ hodie eſt penitus interdicta. ſic & ſortilegiũ prohibetur, non ꝙ ſortib. inſit aliqd mali: ſed qa ſub ſpẽ diuinationis ad cultũ idololatriæ peruenit. Et ꝙ ſortilegia ſint ꝓhibita, probatur auctoritate Apoſtoli. Idem ſeruãt catholici, de aſtronomia, vel aſtrologia.

QVOD AVTEM. CASVS. Nunc ꝓbat Grat. ꝙ ſortib. credi nõ dẽt. & ad hoc inducit ſequẽtia c.

NOn ſtatim, CASVS. Docet Hieron. in hoc c. ꝙ nõ ideo ſortib. credere debemus, quia Ionas eſt per ſortẽ in vitio deprehenſus, & Matthias in Apoſtolum electus.

h ¶ Ionæ.] Quia hoc fuit diuina inſpiratione factum, ut 14.q.5. dixit.

HI qui. CASVS Quidã ꝙ quoſdã uerſiculos Pſalterij uel Euangelij diuinabant futura: quare q̃ſiuit Ianuarius ab Aug. vtrum hoc ſit faciendũ; & reſpõdet ꝙ nõ: minus tñ malum eſt hoc facere, quã conſulere dæmones.

e ¶ Potius.] Quia permittitur minus malum, vt euitetur maius malũ, ut 33.q.2. ſi ꝙ verius. & 22.q.1. cõſidera. & eſt ſimilis modus loquendi. 1.q.1. iudices. 2

NOn exemplo.] CASVS. Quidam exemplo Matthiæ & exemplo Ionæ ſortibus utebantur, ſed Beda oſtendit, ꝙ illud non eſt trahendum ad conſequẽtiam quod probat auctoritate Hier. ſi tamen aliquis in neceſſitate hoc putauerit faciendũ, ſciat Apoſtolos hoc non feciſſe niſi fratribus collectis, & precibus fuſis vel porrectis ad Deum. Seq. c. patet. qua no. 7. 3. diſt. c. ult.

d ¶ Cum

C. I.

SOrs non aliquid mali [a] eſt, ſed res eſt indubitatione humana diuinam indicans voluntatem. Pann. l. 8. c. 77.

2 *His ita reſpondetur. Antequam Euangeliũ clareſceret, multa permittebantur: quæ tempore perfectioris diſciplinæ penitus ſunt eliminata. Copula namq; ſacerdotalis, vel conſanguineorum nec legali, nec Euangelica, uel Apoſtolica auctoritate prohibetur: Eccleſiaſtica tamẽ lege penitus interdicitur. Sic & ſortibus nihil mali ineſſe mõſtratur: ꝓhibetur tamẽ fidelibus, ne ſub hac ſpecie diuinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirẽt.*

Vnde quibuſdam conſtellationes, & futurorum ſigna cuſtodientib. Apoſtolus ait:] *Dies obſeruatis, & menſes, tempora, & annos. Vnde timeo, ne forte ſine cauſa laborauerim in uobis.*] *Sic & Aſtronomia,* Gal. 4 *ſeu & Aſtrologiæ apud catholicos in deſuetudinẽ abiit: quia dum propria curioſitate his nimis erant intenti, minus uacabãt his, q̃ ſaluti animarũ erãt accõmodata.*

Quod autem ſortibus credi nõ oporteat, Hieronymus teſtatur ſcribens ſuper Ioannem, c. 1.

¶ Exemplo Ionæ, uel Matthiæ non oportet ſortibus credi. C. II.

NOn ſtatim debemus ſub exemplo Ionæ [h] ſortibus credere, uel illud de Actibus Apoſtolorum huic teſtimonio copulare; ubi fortè in Apoſtolatũ Matthias eligitur. cum priuilegia [α] ſingulorum non poſſint legẽ facere communem. Iuo p. 1. c. 21. Pann. l. 8. c. 73. Act. 1.

α ¶ Cum priuilegia.] *Hæc uſque ad finem ſunt addita ex B. Hieronymo. Referuntur enim à Beda ex eodẽ inf. ea. c. non exemplo.*

Item Auguſtinus ad inquiſitiones Ianuarij, epi. 119.

¶ Ad ſęcularia negocia diuina oracula non ſunt conuertenda. C. III.

HI, qui de paginis Euangelicis ſortes legunt; etſi optandum eſt, ut id potius [c] faciant, quàm ad dæmonia conſulenda concurrant: tamen etiam iſta mihi diſplicet cõſuetudo, ad negocia ſęcularia, & ad vitę huius vanitatem, propter aliam uitam loquentia oracula diuina velle conuertere. Iuo p. 11. c. 29. pan. l. 8. c. 74.

Item Beda ſuper Actus Apoſtolorum, ad c. 1.

¶ Exemplo Matthiæ, uel Ionæ non eſt indifferenter ſortibus credendum. C. IIII.

NOn exẽplo Matthiæ, uel quòd Ionas propheta ſorte deprehenſus ſit, indifferenter ſortibus eſt credẽdum: cũ priuilegia [d] ſingulorũ (vt Hieronymus ait) cõmunem legem facere omnino non poſſit. *& infra.* ¶ Si qui tamẽ neceſſitate aliqua compulſi Deum putant ſor- ſup. c. non ſtatim Pann. l. 8. c. 78. ad c. 1. Ioã.

Malum minus permittitur ut maius euitet.

a Hæc eſt cõparatiua permiſſio: de

d ¶ Cum priuilegia.] 16.q.1. hinc eſt. §. 1. & ſup. di. 3. priuilegia. 3

3 Vide qd no. 7. 1. q. 1. §. ſicut ergo. ex de priu. ſa ne.

Illud

Digitized by Google

† Adde ꝙ ſors pp dubium factū permittiur. l. ſi q̄ ſunt cautiones. ff. fami. ercis.

tibus exemplo Apoſtolorū eſſe † conſulendum; videāt hoc ipſos apoſtolos non niſi collecto fratrum cętu, & precibus ad Deum fuſis egiſſe.

De diuinis uero ſcribit Auguſtinus li. 5. ſuper Deut. 6. 19. ita dicens.

¶ Non ſunt obſeruanda quæ à diuinis præcipiũtur, quãuis ea contingant, quæ ab eis prænunciantur.

C. V.

Iuo p. 11. c. 10.

INtelligi uoluit Dominus etiam illa; quæ à diuinãtib. non ſecundum Deum dicuntur, ſi acciderint quæ dicuntur, non accipienda ſic, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis, aut colantur quæ coluntur ab eis.

Inf. ea. q. 5. c. ult. in fi.

Idem in lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, cap. 19. & 20. & 21.

¶ Inſtitutiones hominum quæ ſint ſuperſtitioſæ, vel non. C. VI.

Iuo p. 11. c. 13.

ILlud, quod eſt ſecũdum inſtitutiones hominum, partim ſuperſtitioſum eſt, partim ſuperſtitioſum nõ eſt. Superſtitioſum eſt, ꝙdquid inſtitutũ eſt ab hominibus ad facienda, & colenda idola pertinens, uel ad colẽdam ſicut Deum creaturam, partẽ ve ullam creaturæ, uel ad cõſultationes, & pacta quædam ſignificationum cũ dæmonibus placita, atque fœderata, qualia ſunt molimina magicarum artium, quæ quidẽ cõmemorare potius quã docere aſſolẽt poetæ. Ex quo genere ſunt, ſed quaſi licentiori [a] vanitate, Aruſpicum, & Augurũ libri. Ad hoc genus pertinẽt omnes etiam ligaturæ atque remedia, quæ medicorum quoque diſciplina cõdemnat, ſiue in præcãtationibus, ſiue in quibuſdã notis, quas characteres uocant, ſiue in quibuſdam rebus ſuſpendendis, atque ligandis, uel etiã ſaltandis quodãmodo, non ad temperationẽ corporũ, ſed ad quaſdam ſignificationes, aut occultas, aut etiam manifeſtas, quæ eminentiori† [b] nomine Phyſicam vocant, ut quaſi nõ ſuperſtitionem † implicare, ſed naturæ ꝑdeſſe videãtur, ſicut ſunt inaures in ſummo auriũ fingularum, aut de ſtruthiorũ oſſibus anſulæ in digitis, aut cum tibi dicit ſingultiẽti, vt dextera manu ſiniſtrũ pollicem teneas. His adiungũtur millia inaniſſimarum obſeruationum, ſi membrum aliquod ſalierit, ſi iunctim ambulãtibus amicis lapis aut canis, aut puer medius interuenerit. *& infra.* ¶ Hinc ſunt etiã illa, limẽ calcare, cum ante domum ſuam tuã ſit, redire ad lectum, ſi quis dum ſe calceat, iter nutauerit redire domum, ſi procedens offenderit, cũ ueſtis à ſoricib. roditur, plus timere ſuſpicię futuri mali, quàm præſens damnũ doleri. ¶ Neque illi ab hoc genere ſuperſtitionis pernicioſæ ſegregãdi ſunt, q olim Genethliaci propter natalium dierum conſiderationes, nũc autẽ vulgo Mathematici vocantur. Nã & ipſi, quamuis ueram ſtellarum poſitionem, cũ quiſque naſcitur, conſectentur, & aliquando etiam perueſtigent; tñ quod inde conãtur, vel actiones noſtras, uel actionum euenta prædicere, nimis errant, & uẽdunt imperitis hominibus miſerabilem ſeruitutem. *& infra cap. 23.* ¶ Hoc autẽ genus fornicationis animę ſalubriter diuina ſcriptura non tacuit, neque ab ea ſic deterruit animã, ut propterea talia negaret eſſe ſectanda, quia falſa dicuntur a profeſſoribꝫ eorũ, ſed [ẽt ſi dixerint vobis, inquit, & ita euenerit: ne credatis eis.] Nõ. n. ꝙa imago Samuelis mortui Sauli Regi uera prænunciauit, propterea talia ſacrilegia, ꝙbus illa imago præſentata eſt, minus execrãda ſunt, aut quia in Actib. Apoſtolor. fęmina

Cap. 21.

Deut. 13.

1. Reg. 28.

Act. 16.

ven-

ILlud quod.] CASVS. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte dicit Au. ꝙ facta hominũ parti sũt ſupſtitioſa, & partim nõ: & de ſuperſtitioſis multa ponit exẽpla q̄ ī ipſa litera facile deprehẽdes. In ſecũda parte dicit, ꝙ diuinatio eſt fornicatio ī qua diuinatione, & ſi vera dicunt quãdoque, vt exẽplo imaginis Samuelis, & vẽtriloq̄ mulieris, i. dęmoniacæ, non tñ propter hoc ſortilegia vel talia ſacrilegia ſunt faciẽda, ſed reprobanda penitus. [Anſulæ.] ideſt, annuli. Secũda pars incipit ibi:] Hoc autem.]

a ¶ Licẽtiori.] .i. non uidetur in tãtum peccare.

b ¶ Eminẽtiori.] id eſt pulchriori, uel maiori.

a ¶ Vei-

Digitized by Google

Fœmina ventriloqua Paulum diu secuta est.

a ¶ Ventriloqua.] Quæ habebat spiritum pythionis in ventre: quæ multis diebus sequebatur Paulum, & alios prædicatores, & clamabāt isti: sunt serui Dei, qui annūciant uerba salutis unde offensus Paulus ad eam conuersus est, & dixit spiritui, præcipio tibi ut ab illa recedas & stati recessit.

ADDITIO. Sub. & q̄ hoc apostolus b cuius est a dominis ancillæ: qa amisserūt, lucrū, qđ recipiebāt ex diuinationibus ancillæ prædictæ. Ioan.

ventriloqua [a] verū testimoniū perhibuit Apostolis Domini; ideo Paulus Apostolus pepercit illi spiritui, ac nō potius fœminam illius dęmonij correptione, atq; exclusione mūdauit. Omnes igitur artes huiusmodi uel nugatoriæ, uel noxiæ superstitionis ex quadā pestifera societate hominum & dæmonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitię constituta penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.

In libro de Ciuitate Dei.

¶ Non est, uita, sed mors, inquisitio, uel curatio, quæ à diuinis, uel magicis expetitur. C. VII.

Habetur in lib. Rabani de magorum præstigijs. Bur. l. 10. c. 41. Iuo p. 11. c. 66.

QVi sine saluatore salutē vult habere, & sine vera sapientia çstimat prudentem se fieri posse; nō sanus, sed æger; non prudēs, sed stultus in ęgritudine assidua laborabit, & in cæcitate noxia stultus, ac demēs permanebit. Ac proinde omnis inquisitio, & omnis curatio, quę à diuinis, & magis, uel ab ipsis dęmonijs in idolorum cultura expetitur, mors potius dicēda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se nō correxerint, ad ęternam perditionē tendūt, psalmista dicente: [Omnes dij gentium sunt dęmonia.] qui per deceptos homines, alios decipere quotidie gestiūt, ut perditionis suæ faciāt eos esse participes. Itaque hęc uanitas magicarum artium ex traditione Angelorum [b] malorum in toto orbe terrarum plurimis sæculis inualuit per quandam scientiam futurorum, & infernorum: & per inuentiones † eorum inuenta sunt aruspicia, & augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromantia.

Psal. 95.

Isid. l. 8. ety. c. 9.

† *al. inuocationes.*

Idem confessionum lib. 4. c. 3.

¶ Christiana, & uera pietas planetarios expellit, & damnat. C. VIII.

Iuo p. 11. c. 20. Pann. l. 6. c. 79.

ILlos planetarios, quos mathematicos uocāt, planè cōsulere non desistebam: quod quasi nullum esset sacrificium, & nullæ preces ad aliquem spiritum ob diuinationem dirigerentur. Quod tamē Christiana, & uera pietas consequenter repellit, & damnat.

Item Hieronymus.

¶ Cultura est idololatriæ, auguria seruare, & stellarum requirere cursus. C. IX.

Origenes hom. 5. ad c. 5. Iosue.

SEd & illud [c] adde, quoniā qui fornicatur, in corpus suum peccat, non illud corpus solum, quod templū Dei effectū est, sed & illud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est. Et in oēm ecclesiā videt delin-

1. Cor. 5. Eph. 1.

Scientia aliqua an sit a diabolo.

b ¶ Angelorū.] Ergo aliqua est sciētia a diabolo. ut infra. q. 5. episcopi. ī prin. et. cōtra sup. 37. dist. §. hinc etiā. ubi dicitur. q̄ a diuinis scripturis oīs scientia sumpsit initium.

3 Sed nunqd est licitū uti arte notoria oīno est illicita. & Christiano fugiēda hæc. n. ars est per quam quidam nitūtur acquisere sciētias sed oīno inefficax est & fiūt ibi quædam pacta illicita cū dæmonib. *sm Thom.*

c ¶ Illud.] Tangit illud quod legitur in Iosue, quia populus circūcisus fuit a tempore Abrahæ usque illud tēpus, quo populus exiuit de Aegypto, sed postea nō fuerunt

¶ Illos planetarios] CASVS. Dicit. Aug. in hoc c. q̄ qñ ipse se erat hęreticus. sępè planetarios consulebat, quos hoies vocant mathematicos: qđ iō faciebat, quia ab eis nullū sacrificiū & nullæ p̄ces ad aliquem spiritum malignum dirigerentur ad diuinationem. hoc tamen qđ faciebāt, erat dānabile. Sic mihi Bar. Brixiē. vī casus iste ponendus, quē ab alio positum nō inueni. & posses ēt dicere, quòd ideſt, quia, uel sicut posui in casu.

S Ed & illud.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Hieron. uerba Apostoli. s. qui fornicatur, in corpus suum peccat. & dicit, q̄ illa verba possunt intelligi non solum de corpore carnali sed etiam de corpore spirituali, quod est ecclesia, quod

plo sunt inuenta. ad quæ nullus homo debet recurrere post baptisma: quod si quis fecerit opprobrium secum portabit Aegypti. Secunda pars est ibi, [Et & illud.]

Digitized by Google

Circumcisio non fuit facta in deserto.

rant circumcisi xl. an. quibus fuerunt in deserto, sed cũ transierunt Iordanem. denuo præceptum fuit, ut unusquisque circumcideretur, quod factum est, & dixit dominus Iosue. Hodie abstuli a te opprobrium. Aegypti.

HÆC AVTEM. Hæc est 3. pars q. in qua quæritur, si

quere, qui corpus suum maculauerit; quia per vnũ mẽbrum macula in omne corpus diffunditur. ¶Est & illud opprobrium Aegypti, quod si neglexeris, etiam post Iordanis transitum, & post baptismi † secundum circumcisionem, vetustæ consuetudinis inustione suggeritur, obseruare auguria, requirere stellarum cursus, & euentus ex ijs futurorum rimari, seruare somnia, cæterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ namq; mater est Aegyptus: ex qua certum est huiusmodi opprobria pullulare: quæ, si transito iam Iordane susceperis, & his te rursus laqueis illigaueris: tecum sine dubio opprobria Aegypti trahis.

† *al. baptismi circumcisionem.*

† *al. sacrilegia.*

3 *Hæc autem sortilegia† non vsque adeo sunt detestanda; vt, si aliquid de area, vel torcular i damonibus fuerit immolatum; quod reliquum est, ideo credatur esse immundum: aut si ipsum, quod oblatum fuerat, a nobis ignorãtibus sumi cõtigerit, ideo credamus nos deliquisse.*

Vnde Augustinus ad publicolam, epist. 154.

¶Non ideo reliqua sunt immunda, quia ab area, vel torcular aliquid ad dæmonum sacrificia tollitur. C. X.

Luo p. 11. c. 98.

† *al. si.*

SI de area, vel torcular tollatur aliquid ad sacrificia dæmoniorũ sciente Christiano; ideo peccat, quia † fieri permittit, vbi prohibendi potestas est. a Quòd si factum non comperit, aut prohibendi potestatem non habuit; vtitur mundis reliquis fructibus, vnde illa sublata sunt.

Item Ambrosius in primam epistolam ad Corinthios, c. 10.

¶Immunis est a reatu, qui emit, quod nescit idoli[s] immolatum. C. XI.

Luo p. 11. c. 96.

LIcet aliquid polluatur, fit per accidentiã, idest, oblationem idoli; cum hoc tamen nescit, qui emit: nullum patitur scrupulum, & apud Deum immunis est.

QVAESTIO III. & IV.

Rabanus de magorum præstigijs.

† *al. diuinatione.*

Iisd. l. 8. ethy. c. 9.

AQuibus autem genus diuinationis exordium sumpserit, vel quot sint genera eius, Augustinus exponit in libro de natura† damonum ita dicens.

Aure. l. 10. c. 43.
Luo p. 11. c. 68.

¶De multiplici genere diuinationis. C. I.

IGitur genus diuinationis a Persis a fertur allatũ. Varro autem dicit diuinationis quatuor esse genera, terram, aquam, aerem, & ignem: hinc geomantiam, hydromantiam, acromantiam, pyromantiam dicta autumat. Diuini dicti sunt, quasi Deo pleni. Diuinitate enim plenos se esse simulant, & astuta quadã fraudulẽtia hominibus futura coniectant. Duo autem sunt genera diuinationis ars, & furor. Incantatores vero vocati sunt, qui artẽ ver-

si fi

non reputatur immũdum: neque si illud immolatũ quis comedit ignorãter, propter hoc creditur deliquisse.

Sed d area.] CASVS. Publicola q̃siuit ab Augus. si de area, uel torculari alicui⁹ aliquid fuerit dęmonibus immolatũ, ille cuius est area, uel torcular peccet si p̃mittit inde aliquid tolli. Et respõdet, si prohibere potest, & nõ prohibet, peccat. si uero nescit, uel prohibere non põt, nõ peccat: & tunc reliquis fructibus sine peccato potest uti.

a ¶Potestas est.] Videtur ergo, qđ non quilibet tenetur prohibere, sed solum iudex, ut diximus 23. quæst. 3. non in inferenda. sup. ea. sup. 23. quæstio. 8. præterea.

b Licet.] ¶Idoli.] sed ipsum idolothytum non potest comedi. 30. distinctio. quis carnem.

AQuib. autẽ.] Hæc quæstio diuiditur in tres partes. In prima ostendit quot sunt genera diuinationum, & unde habuerint originem, & uocabula, & hoc probat per c. Augustini. Secunda ibi, Quærit.] Tertia ibi, Quod autem.] Io. de Fant.] CASVS. Hic intitulatur 1. & 4. q. qua q̃rit a quib. diuinatio sumpsit exordiũ, & quot sint gña diuinationis. Et respondetur, a Persis diuinatio sumpsit exordium: & quod quatuor sunt genera diuinationũ, ut infra ea. cap. 2. & 2.

IGitur genus diuinationis CASVS. Hoc ca. diuiditur in 3. partes. In 1. parte ostendit Aug. quòd diui-

Digitized by Google

diuinatio initium sumpsit a Persis. In secũda ostendit, ꝙ diuinatio sit in quatuor rebus, scilicet in terra, aqua igne, & aere. In tertia vnde nuncupantur diuini. In quarta ostendit, ꝙ duobus modis fit diuinatio, scilicet per artẽ, ut in quatuor elemẽtis, & per furorem, sicut ꝙ arreptitios. In quinta ostẽdit species diuinationum, earum etymologias ponendo: partes autẽ omnes circa principiũ sunt, & ideo non pono vbi incipiant, qa per te facile deprehẽdes. [Coniectãt.] idest, nũciant. [Duo autem genera,] idest duo modi: cũ dictũ est superius quatuor esse genera.

QVAERITVR. Hæc est 1. pars qõ. in qua quæritur de natura dæmonum: & qualiter sciant futura. Io. de Sant.

CASVS. Quia supra facta est mentio de dæmonibus: ideo Grat. quærit incidẽter cui⁹ naturæ sint dæmones: & an futura sciant, & quot modis futura prænoscant. Et de hoc scribit Aug. in seq. capit.

SCiendũ.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte ostẽdit Aug. ꝙ dæmones excedunt naturã hominũ in subtilitate sensus, & ingenij: in celeritate eundi: & in longitudine vitę, & ꝓpter hoc pronũciant multa ante cognita: homines vero propter sensus tarditatem hoc dicere vel facere non possunt. In secũda parte ostendit, ꝙ dæmones quatuor modis futura prædicunt. Primus est, quia ipsi sunt facturi ea, quæ prædicũt, futura mala prędicendo propter pestes, quas immittũt. Secũs est, qa naturalibus signis futura ꝓnoscunt: nõ tũ ꝓpter hoc dicẽdi sũt diuini: sicut nec medicus dicẽdus est diuinus, qui per carnalia signa humani corporis sanitatem, vel infirmitatẽ vel mortẽ sæpe ꝓdicit futurã. Tertius modus est, quia dæmones futura prænoscunt nõ solum per voces hominum, sed etiam per cogitationes, quas per quædam signa discunt, futura denunciant, alij videlicet mira, quia ista disposita nõ nouerũt, in quib. qñ falluntur, culpam in suos cõiectores refundũt. Quartus vero modus est, qa ipsi ꝓdicũt hoibus sue cul-

bis peragunt. Arioli vocati sunt, propterea quòd circa aras idolorum nefarias preces emittunt, & funesta sacrificia offerunt, hisque celebritatibus dæmonum accipiũt responsa. Haruspices nuncupati, quasi horarum inspecto res: Dies enim & horas in agendis negotijs operibusque custodiunt, & quid per singula tempora obseruare dẽat homo, intendunt. Hi etiam exta pecudum inspiciunt, & ex eis futura prædicunt. Augures sunt, qui volatus auiũ, & voces intendunt: aliaq; signa rerum, vel obseruationes improuisas hominib. occurrentes ferunt. Idem sunt, & auspices. Nam auspicia sunt, quæ iter facientes obseruant. Dicta autem sunt auspicia, quasi auium spicia, † & auguria quasi auium garria, idest, auium voces, & linguę. Item augurium, quasi auigerium, quod aues gerunt. Duo sunt autem genera auspiciorum, vnum ad oculos, alterũ ad aures pertinens; ad oculos scilicet volatus, ad aures vox auium. Pythones a Pythio Apolline † dicti, ꝙ is auctor fuerit diuinandi. Astrologi dicti eo quòd in astris augurantur. Genethliaci appellati sunt propter natalitiorum considerationes dierum, Geneses enim hominum per duodecim cœli signa describunt, syderumque cursu, nascentium mores, actus, & euentus prædicere conãtur: idest, quis quali signo fuerit natus, aut quẽ effectum habeat vitæ, qui nascitur. Hi sunt, qui vulgo Mathematici vocantur: cuius superstitionis genus constellationes Latini vocant, idest notationes syderum, quomodo se habeant, cũ quisq; nascitur. ¶Primum autem ijdem stellarum interpretes Magi nuncupabantur: sicut de his legitur in Euangelio, qui natum Christum annunciauerunt. Postea hoc nomine soli Mathematici dicti sunt. Cuius artis scientia vsq; ad Euangelium fuit concessa, vt Christo edito nemo exinde natiuitatem alicuius de cœlo interpretaretur. Horoscopi dicti, quòd horas natiuitatis hominum speculentur dissimili, & diuerso fato. Sortilegi sunt, qui sub nomine, *&c. vt sup.* ¶Salitores † vocati sunt, quia dum eis membrorum quæcunque partes salierint; aliquid sibi exinde prosperum, seu triste significari prædicunt.

† *al. aspicia.*

† Pythius dictus est Apollo a Pythone draco ne, quem iaculis suis cõfecit, per p. enim dictionẽ hanc scribunt Græci, non per ph.

Matth. 2.

ead. q. 1. vnico.
† *al. Saltatores.*

a ¶[Persis.] *B. Augustinus in lib. 6. de ciuitate Dei, c. 35. de hydromantia loquens sic scribit*, Quod genus diuinationis idem Varro a Persis dicit allatum. *Reliqua vero huius capitis sunt in libello Rabani de Magorum prestigijs, quem ipse ex varijs Augustini, & Isidori locis collegit, & Gratianus sæpe citat sub Augustini nomine.*

Rabanus qui Magorum præstigijs. Burc. l. 11. c. 45. & 46 Iuo p. 11. c. 70. & 71 Pann. l. 8. c. 68.

2 *Quæritur autem de natura dæmonum, cuius naturæ sint, an futura præscire ualeant, uel quot modis futura prænoscant.*

De his ita scribit August. in eodem libro de diuinatione dæmonum, c. 3.

SQuot modis dæmones futura prænoscant. C. II. Cien-

Digitized by Google

dum [a] eſt hanc eſſe naturam dæmonum, vt aerij corporis ſenſu terrenorũ corporũ ſenſum facilè ꝓcedant, celeritatẽ ẽt ꝓp eiuſdem aerei corporis ſuperiorẽ mobilitatem non ſolum curſus quorumlibet hominum, vel ferarum, verumẽt volatus auium incõparabiliter vincant. Quib. duab reb. quantũ ad aeriũ corpus attinet, ꝓditi, hoc eſt, acrimonia † ſenſus, & celeritate motus, multo ante cognita ꝓnunciant, vel nunciant, quæ hoies pro ſenſus terreni tarditate mirentur. Acceſſit ẽt, dæmoniũ. per tã longum tꝑs, quo eorũ vita protenditur rerum longè maior experientia, quam põt hoĩb. ꝓp breuitatem vitæ prouenire. Per has efficacias, quas aerij corporis natura ſortita eſt, non ſolum multa futura prædicunt dæmones, verum ẽt multa mira faciunt, quæ qm̃ hoies dicere, ac facere nõ poſſunt, eos dignos quidam, quib. ſeruiant, & quib. diuinos honores deferant, arbitrantur, inſtigante maximè vitio curioſitatis ꝓ amoré felicitatis falſæ, atq; terrenæ, & excellentiæ tꝑalis, *& inf. ca. 5.* ¶ Nunc igitur qm̃ de diuinatione dæmonum qõ eſt, Primum ſciendum eſt illos ea plerunque prænunciare, quæ ipſi facturi ſunt. Accipiũt enim tãpe poteſtate, & morbos immittere, & ipſum aerem vitando morbidum reddere, & peruerſis, & amatoribus terrenorum commodorũ maledicta ſuadere, de quorum moribus certi ſunt, ꝙ ſint eis talia ſuadentib. conſenſuri. Suadent aũt miris, & inuiſibilibus modis per illam ſubtilitatem ſuorum corporum, corpora hoium non ſentientium penetrando, ſeſeq; cogitationib.[b] eorũ per quædam imaginaria viſa miſcendo, ſiue vigilantiũ, ſiue dormiẽtium. ¶ Aliquando aũt non quę ipſi faciunt, ſed quæ naturalibus ſignis futura prænoſcunt (quæ ſigna in hominum ſenſus venire non poſſunt) ante prædicunt. Neque enim quia prævidet medicus, quod nõ prę|videt eius artis ignarus, ideo iam diuinus habendus eſt. Quid aũt mirũ, ſi quẽadmodũ ille in corporis humani perturbata, vel modificata tẽperie ſeu bonas, ſeu malas futuras prævidere valetudines, ſic dæmon in aeris affectione ſibi nota † nobis ignota † futuras prævidet tempeſtates? Aliquando & hoium diſpoſitiones nõ ſolum voce prolatas, verumetiam cogitatione conceptas, cũ ſigna quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiſcunt, atq; hinc etiam multa futura prænunciãt, alijs videlicet mira, qui illa diſpoſita non nouerunt. *& inf. c. 6.* ¶ Fallũt & ſtudio fallẽdi, & inuida voluntate, qua hoium errore lætantur. Sed ne apud cultores ſuos pondus auctoritas amittãt, id agunt, vt interpretib. ſuis, ſignorumq; ſuorum coniectoribus culpa tribuatur, qñ vel decepti fuerint, vel mentiti. ¶ Nonnunquam vero ipſi maligni ſpiritus, & illuſores hominum, atq; ſalutis eorum inuaſores † ſolent prædicere defectum culturæ ſuæ, & idolorum ruinam, quatenus præſcij videantur, quid in ſingulis regnis, aut locis venturum ſit, & quid aduerſi ſuæ factioni contingere poſſit, quod etiam illi, qui gentilium hiſtorias legunt, non ignorant. Quid ergo mirum, ſi iam imminente templorum, & ſimulachrorum euerſione, qua prophetæ Dei ſummi tanto ante prædixerant, ſerapis dæmon alicui cultorum ſuorum hoc de proximo prodidit, vt ſuam quaſi diuinitatem recedẽs, vel fugiens commendaret?

§ *Quod aũt hominũ diſpoñes cogitatione conceptas, per exteriora ſigna*

1 *al. acrimonia.*

† *al. notas.*
† *al. ignotas.*

† *al. inuiſores.*

a ¶ Sciendum.] Hic Aug. credit quib. de cauſis dæmões ſciãt futura ꝓdicere, non qꝙ ipſi faciant futura: ſed qa hẽnt probabiles cõiecturas. primo illa rõne: qa de ſubtiliori materia ſunt creati, vñ fabulus cõſiderant ꝙ hoies. Itẽ qua per antiquã tatẽ multa ſciunt. ꝙ nos ꝓp breuitatem vitæ forte non poſſumus. Item quia ipſimet cõfecerũt morbos immittere, & illud ipſi prædicũt ꝙ aliquis ſit habiturus malu. Itẽ ſicut medicus videt aliqd per ſigna ſibi nota, quæ nos nõ videmus. ſic dæmones. Itẽ ex ſignis ꝙ procedũt ex actu hois, prævident quædam futura. Itẽ qua dicta prophetarum audierũt: ex quibus futura ꝓdicunt. b ¶ Cogitationib.] Ergo vi, ꝙ diabolus nouit cogitationes hoium. Sed cõtra ſolus Deus ſcit occulta cordiũ, ut 2. diſt. erubeſcãt. ſed ipſe ſe ipſum de hoc corrigit infra. c. proxi.

Dæmones futura prædicere poſſunt.

Digitized by Google

QVOD AVTEM. Hæc eſt tertia pars, q. in qua dī, q dæmones neſciunt quæ futura ſunt. Io. de Pant.

CASVS. Supra in ca. ſciēdū. dixerat Aug. q diabolus comprehendebat cogitationes hominum per ſigna exteriora. Sed quia hoc fuit temerarium dicere; ideo non vult illud retractare per c. ſeq.

QVodam loco dixi.] CASVS. Dicit Aug. ſe quodam loco dixiſſe, q dæmones diſpoſitiones uel cogitationes hominum non ſolum per uoces, ſed ēt per quædā ſigna humani corporis tota facilitate perdiſcūt, ſed quia tem dixit occultam, & ſermone nimis audaci: ideo nunc dicit, q inueniri non pōt, vtrum ſigna ſint in humano corpore, per quæ iſta cognoſcant, vel per uim aliam ſpiritualem hoc comprehendant licet quædam p experimenta qñque talia prænotare dicuntur.

VOd autem.] Hæc qō diuidit, in tres partes. In prima quarum dhat magiſter per 11. c. q ſortilegi, & diuini ſunt excōicandi, ſi nō ceſſant, & euntes ad illos. Scda ibi. [Nōnulli.] Tertia ibi. [Ex præmiſſis.] Io. de Fan. CASVS. Hic ponitur 5. q. qua quæritur, ſi ſortilegi, & diuini ceſſare uoluerit, an ſint excōicādi, & dicit q ſic, & ad hoc probandum inducit vnā tōnem, & unam auctoritatem. Auctoritas incipit ibi,] Si quis frater.] Eſtis,] ouos dæmones. Sequētia c. plana ſunt per ea dicta.] Expiādi.] i. purgandi.

a SI quis.] ¶ Phylacterij.] Phylacteria dicuntur hic chartæ, in quib. cōtinētur incātationes.

b QVi diuinationes.] ¶ In domos ſuas.] ſecundū legē illi conueniun tur. ſed ille in cuius domo hęc fiūt, poſt publicationem bonorum in exilium mittitur, vt C. de maleſi. nullus. Non

diabolus deprehendat, non firma ratione videtur approbatum.

Vnde idem Auguſt. ait in lib. 2. retract. c. 30.

¶ Quòd ex corporeis moribus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, occultiſſima res eſt. C. III.

QVodam loco dixi, dæmones aliquando & hominum diſpoſitiones non ſolum voce prolatas, verū etiam cogitatione conceptas, cum ſigna quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiſcere. Rem dixi occultiſſimam audaciori aſſeueratione, quam debui. Nam peruenire iſta ad notitiam dæmonū per non nulla etiam experimēta compertum eſt. Sed vtrum quædam ſigna dentur ex corpore cogitantium, illis ſenſibilia nos autē latētia, an alia vi, & ea ſpiritali, iſta cognoſcant, aut difficillime poteſt ab hominibus, aut omnino nō poteſt inueniri. ſup. c. prox.

QVAESTIO V.

QVod autem ſortilegi, & diuini, ſi ceſſare noluerint, excommunicandi ſunt, ratione, & auctoritate probatur. Eſt. n. quoddam genus cultura idolorum ex dæmonum conſultationibus futura prædicere. Sicut enim auarus, qui cultum Deo debitum, nummo impendit, idolorum cultor ab Apoſtolo nominatur, ſic illi, qui futura, qua ex Dei oraculo nonnunquam reuelata inueniuntur, vel dæmonum conſultatione, vel quibuslibet præſtigijs inuenire laborant, diuinitatis iura creaturis attribuunt. Futura enim præſcire ſolius Dei eſt, qui in ſui contemplatione etiam Angelos illa præſcire facit. Vnde Eſaias ait: [*Priora, & nouiſſima annunciate mihi, & dicam quod dij eſtis.*] *Cultores vero idolorum a fidelium communione ſeparandi ſunt. Vnde in epiſtola ad Corint. Apoſtolus ait:* (*Si quis frater nominatur fornicator, aut auarus aut idolis ſeruiens, cum eiuſmodi nec cibum ſumere.*) *Hinc etiam in decretis Gregorij iunioris in concilio Romano præſidentis, c. 12. legitur.* Eph. 5. Col. 3. Eſa. 45. ſed paulo angūſtius. 1. Cor. 5.

¶ Anathema ſit, qui ariolos, vel incantatores obſeruat. C. I.

SI quis ariolos, aruſpices, vel incantatores obſeruauerit, aut phylacterijs [a] vſus fuerit, anathema ſit. Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 10. c. 24. Iuo p. 11. c. 1. Pann. l. 8. c. 61. Rabanus in pœnit. c. 23.

Item ex concilio Ancyrano, c. 23. al. 24.

¶ Quinquennio pœniteat, qui diuinationes expetit. C. II.

QVi diuinationes expetunt, & morem gentiliū [a] ſubſequūtur, vel in domos ſuas [b] huiuſmodi homines Et in conc. Pariſ. 3. c. 1. Poly. ibidem. Burc. l. 10. c. 5. Iuo p. 11. c. 2. Pann. l. 8. c. 62.

Digitized by Google

NOn liceat.] CASVS. Hoc c. diuiditur in 4. partes. In prima parte dicitur, ꝙ propter domum faciẽdam, vel introducunt, exquirẽdi β aliquid arte malefica, aut expiandi cauſa; ſub regula quinquennij iaceant, ſecundũ gradus pœnitentiæ definitos, &c.

α ¶ Gentilium.] *In Græco impreſſo eſt,* χρό*νων ſed in uetuſto Vaticano, & apud Balſamonem* ε θνῶν.

β ¶ Exquirendi.] *Græce eſt,* ἵνα ἀνεύρωσι φαρμακειῶν *ideſt, adinuenienda medicamenta.*

Item ex concilio Martini Papæ: [*ideſt ex cap. Martini Bracharenſis, c. 72.*]

¶ Elementa colere, lunæ, aut ſtellarum curſus in ſuis operibus Chriſtianis ſeruare non licet. C. III.

NOn liceat Chriſtianis tenere traditiones gẽtilium, & obſeruare, vel colere elemẽta, aut lunæ, aut ſtellarum curſus, aut inanem ſignorum fallaciam ꝓ domo facienda, aut propter ſegetes, [a] uel arbores plantandas, vel coniugia ſocianda. Scriptum eſt enim. [Omnia quæ facitis aut in verbo, aut in opere; omnia in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti facite, gratias agentes Deo.] ¶ Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales ſunt, aliquas obſeruationes, aut incántationes licet attẽdere: niſi tãtum cũ ſymbolo diuino, aut † oratione Dominica, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur. ¶ Si quis autem paganorum conſuetudinem ſequẽs diuinos, & ſortilegos in domum ſuam inrroduxit, quaſi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, uel luſtrationes paganorum faciant; quinque annis pœnitẽtiã agant. ¶ Mulieribus quoque Chriſtianis non liceat in ſuis lanificijs vanitatem obſeruare: ſed Deum inuocent adiutorem, qui eis ſapientiam texendi donauit.

Item ex concilio Laodicenſi c. 36.

¶ Sacris officijs dediti, magi vel incantatores non fiant. C. IIII.

NOn oportet ſacris officijs deditos, uel clericos, magos, aut incantatores exiſtere aut facere phylacteria quæ animarum ſuarum vincula comprobantur. Eos autem, α qui talibus rebus utuntur; proijci ab eccleſia iuſſimus.

α ¶ Eos autem.] *Quæ antecedunt in hoc capite ſunt ex verſione Dionyſij. Quæ autem ſequuntur, ſunt ex priſca verſione, quæ eſt in collectione Iſidori.*

Item ex concilio Toletano quarto, c. 28.

¶ Honore priuetur epiſcopus, uel presbyter, qui magos uel aruſpices conſulit. C. V.

SI quis epiſcopus, aut presbyter, ſiue diaconus, vel q̃ libet ex ordine clericorum, magos, aut aruſpices, aut incantatores, aut ariolos: aut certe augures, uel ſortilegos, vel qui profitẽtur artem magicam, α aut aliquos eorum ſimilia exercentes cõſuluiſſe [b] fuerit deprehenſus; ab honore dignitatis ſuæ ſuſpẽſus, β [c] monaſterij curã γ ſuſcipiat, ibique pœnitentiæ perpetuę deditus, ſcelus admiſſum ſacrilegij ſoluat.

Burc. l. 10. c. 3. Iuo p. 11. c. 40.

Colo. 3.

Ibid. c. 74. Burc. l. 10. c. 20. Iuo p. 11. c. 47.

† *al.* &

Ibid. c. 7. Burc. l. 10. c. 19. Iuo p. 11. c. 34.

Iob 28. apud 70.

Ibid. c. 75. Burc. l. 10. c. 19. Iuo p. 8. c. 330. & p. 11. c. 46. Et in Agathenſi, c. 68.

Rabanus pœn. c. 23. Iuo p. 11. c. 5. Pann. l. 8. c. 63.

Rabanus ibidem. Poly. l. 6. tit. 12. Burc. l. 10. c. 48. Iuo p. 11. c. 5. & 71. Pann. l. 3. c. 169. & l. 8. c. 64.

NOn liceat.] CASVS. Statuit concilium Tole. ꝙ ſi quis epiſcopus, vel cuiuſcũque ordinis clericus diuinos vel ſortilegos cõſulit, deponat, & ad pœnitentiã peragẽdam perpetuo in monaſterio tradatur. Quæ autem ſequũtur, plana ſunt: & per te videbis vſque ad c. epiſcopi.

b ¶ Conſuluiſſe.] No. ꝙ ſolo cõſilio debere quẽ puniri 3 ſiue faceret artẽ, ſiue nõ. ſic ꝙ ſola vocatione punitur, q̃ vocat clericũ ad iudiciũ Imperatoris, vt 11. q. 1. placuit.

c ¶ Suſpenſus.] .i. de-

Aſtronomia nõ eſt reprehendenda.

1 Videtur ꝙ non inf. ca. q. 7. non obſeruetis. &c. ſeq.

2 Signa Lege Ioã. Picus Miran. contra Aſtrologos.

Conſiliũ facit quem puniri.

3 Sic inf. c. proxi. dic, ꝙ in hoc peccat, quia prohibitum eſt cõſilium talium extra de ſortileg. cap. 1. Io. de Fapr.

Digitized by Google

depositus, ut patet per sequentia.

Nescire quę dam melius est, q̃ scire.

a ¶ Magicam.] *In antiquiorib. conciliorum editionibus, duob. codicibus Vaticanis, & Lucensi regio, & Polycarpo legitur* artem aliquam.

Et in Venet. q. 16.

b ¶ Suspensus.] *In omnibus conciliorum editionibus, & manuscriptis exemplaribus, quæ collata sunt, & Polycarpo est*, depositus. *Sed ob glossam non est mutatum.*

c ¶ Curam.] *Sic in uetustioribus conciliorum editionibus, & duobus Vaticanis codicibus; sed in recentioribus Colonien sibus, est*, censuram, *in codice autem regio*, pœnã.

Item ex concilio Agathensi. c. 42.

¶ De his, qui augurijs; & diuinationibus studeant. C. VI.

Rabanus ibidem. Burc. l. 10. c. 27. Iuo p. 11. c. 4. Pann. l. 8. c. 69.

ALiquãti clerici, siue laici studẽt augurijs, & sub nomine fictæ religionis per eas, quas sanctorũ sortes vocant diuinationis scientiam profitentur: aut quarumcumque scripturarum inspectione futura promittunt Hæc † quicũque clericus, aut laicus, detectus fuerit, uel consulere, uel docere; [a] ab ecclesia habeatur extraneus.

† al. Hoc.

Item Leo quartus episcopis Britanniæ, c. 4.

¶ Sors nihil aliud quam diuinatio, & maleficium esse decernitur. C. VII.

Iuo p. 11. c. 8. Pann. l. 8. c. 70.

SOrtes, quibus cũcta uos in uestris discriminatis [b] iudicijs (quod patres dãnauerunt) nihil aliud, quã diuinationes, & maleficia esse decernimus. Quamobrẽ uolumus illas omnino damnari, & inter Christianos vltra nolumus nominari, & ne exerceãtur † sub anathematis interdicto prohibemus.

† al. ne abstineãtur.

¶ *In epistola Leonis quarti, cuius pars extat in uetusto codice*) *c. 4. hæc leguntur.* De expetẽtia autẽ diuinationũ, vel maleficiorũ scriptum quidem in sacris habemus canonibus, ut ipsa ponamus, ita: Qui diuinationes, & c. supra *ead. ex concilio Ancyrano.* Vnde ad illorũ similitudinẽ sortes, quibus vos cuncta in uestris discriminatis iudicijs, nil aliud, quã qd illi patres damnarunt, diuinationes, & maleficium esse decernimus, &c.

Item Gregorius Hadriano notario, lib. 9. epist. 47.

¶ Incantatores, sortilegos velut Christi inimicos insequi oportet. C. VIII.

Polyc. ibidem. Burc. l. 10. c. 4. Iuo p. 11. c. 33.

PEruenit ad nos quòd quosdã incantatores, atque sortilegos fueris insecutus, & omnino nobis solicitudinem, zelumque tuũ gratum fuisse cognoscas. & *infra.* ¶ Et ideo studij tui sit solicite quærere, quoscumque huiusmodi Christi inimicos inueneris, districta ultione corrigere.

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 32.

¶ Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, uel auguria, uel sortes secutus. C. IX.

Concor. concil. Antiod. c. 4.

SI quis clericus, monachus, uel sæcularis, diuinationẽ, uel auguria crediderit obseruãda, uel sortes. quas mentiũtur esse sanctorũ quibuscũq. putauerint inrimandas; cum his, qui eis crediderint, ab ecclesiæ communione pellantur.

Item Gregor. in lib. 7 epist. 66. ad Ianuarium episcopum.

¶ Cõtra sortilegos idolorũ cultores custodia pastoralis inuigilet. C. X.

Burc. l. 10. c. 13. Iuo p. 13. c. 32. & 95

COntra idolorũ cultores, vel aruspices, † atque sortilegos, fraternitatẽ uestram vehemẽtius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque a tanti labe sacrilegij, & diuini intentione iudicij, & præsentis uitæ periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen, si emendare se a talibus, atque

† al. *arupicum*, & *fortilegorum.*

Digitized by Google

1 Si. arg. inuenit 16. q. 1. in canonibus. ubi consimilis pœna irrogatur dãti & accipienti oblationẽ ecclesiæ præter episcopi cõscientiam. L. de hoc legi. & no. d col. d. 2. pro dilectione.

a Aliquanti.] Vel docere.] nam similis est culpa, prohibita discere, & docere, ut C. de male. culpa. 1 & multa sunt, quæ melius est nescire, quã scire. 38. d. quamuis cõtrarium est, C. de hære. quunq;. ultra mediũ, ubi dicitur qille, qui illicita docet uel deportatur, vel punitur ultimo supplicio: discipuli uero puniuntur x. libris auri: sed ibi loquitur de his qui discendi causa uenerunt, non th didicerunt: hic de eo qui didicit, uel consuluit. Item contrariũ est 37. d ftin. qui de mensa: sed illi discebant non, ut sequerẽtur ea, sed ut alijs per ea possent obuiare, 37. dist. legimus.

b Sortes.] ¶ Discriminatis., idest, iudicatis, vel dijudicatis. 2

2 Vel dic. i. in diserimẽ adducitis. Io. de Pant.

Contra idolorũ.] a ¶ Ver-

corrigere nolle repereris, feruenti cõprehendere zelo te volumus: & ſi quidem ſerui ſunt verberibus [a] cruciatibuſque, quibus ad emendationem peruenire valeant caſtigare. ſi vero ſunt liberi, inclusione digna, diſtrictaque ſunt in pœnitentiam redigẽdi, vt qui ſalubria, & a mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus ſaltem eos corporis ad deſideratam mẽtis valeat reducere ſanitatem.

¶ *Caput hoc locupletatum eſt ex epiſtola Greg. cum veuſtis exemplaribus collata.*

Item ex concilio Carthaginenſi 4 c.89.

¶ Ab eccleſia ſeparetur augurijs, & incantationibus deſeruiens. C. XI.

Burc.l.10.c.7. Iuo p.11.c.35. Pann.l.8.c.72.

AVgurijs, vel incantationibus ſeruientem, ſimiliter & Iudaicis ſuperſtitionibus, vel ferijs inhærentẽ, a conuentu eccleſiæ ſeparandum (præcipimus.)

Item ex concilio Anquirenſi a c.1.

a ¶ Anquirenſi.] *Sic etiam in veuſtis. Burchardus & Iuo habent* Anchyrenſi. *Verumtamen in concilio Ancyrano græco, aut latino neque impreſſo, neq; manuſcripto eſt inuentum, licet, qui tomos conciliorum ediderunt, aſſerant haberi in quodam* veuſto *codice 16. librorum partialium.*

¶ Sortilegam, & magicam artem epiſcopi omnibus modis † eliminare ſtudeant. C. XII.

† *al. viribus.*

Burc.l.10.c.1. & l.19. credidiſti. quod multæ.

Iuo p.11.c.30.

Pann.l.8.c.75.

† *al. mal ficam.*

EPiſcopi, eorumq; miniſtri omnib. modis elaborare ſtudeant, vt pernicioſam, & a diabolo inuentã ſortilegam, & magicam † artẽ ex parochijs ſuis penitus exterminent: & ſi aliquẽ virũ, aut mulierem huiuſcemodi ſceleris ſectatorem inuenerint; turpiter dehoneſtatum de parochijs ſuis eijciant. Ait enim Apoſtolus: (Hæreticũ hominẽ poſt primã, & ſecundã correptionem deuita: ſciẽs, quia ſubuerſus eſt, qui huiuſmodi eſt.] Subuerſi ſunt, & a diabolo captiui tenentẽ, qui relicto creatore ſuo, diaboli ſuffragia q̃runt: & ideo a tãli peſte dẽt mundari ſancta Eccleſia. ¶ Illud etiam non eſt omittendum, q̃ quædam ſceleratæ *a* mulieres retro poſt ſatanam conuerſæ, dæmonum illuſionib. & phantaſmatibus ſeductæ & credunt & profitentẽ ſe noctũrnis horis cũ Diana dea paganorũ, vel cũ Herodiade, & innumera multitudine mulierũ equitare ſup quaſdã beſtias, & multarũ terrarũ ſpatia intempeſtę noctis ſilentio ptranſire, eiuſq; iuſſionib. velut dñæ obedire, & certis noctib. ad eius ſeruitiũ euocari. Sed vtinã [b] hæ ſolæ in perfidia ſua periſſent, & non multos ſecum ad infidelitatis interitũ ptraxiſſent. Nã innumera multitudo hac falſa opinione decepta, hæc vera eſſe credunt, & credendo a recta fide deuiãt, & errore paganorũ inuoluuntur, cũ aliquid diuinitatis, aut numinis extra vnũ Deũ arbitrantur. Quapropter ſacerdotes per eccleſias ſibi cõmiſſas populo Dei omni inſtantia prædicare debent, vt nouerint hæc oĩno falſa eſſe, & non a diuino, ſed a maligno ſpiritu talia phãtaſmata mentib. fidelium † irrogari. ¶ Si quidem ipſe ſatanas, qui trãsfigurat ſe in Angelum lucis, cum mentem cuiuſcunq; mulierculæ ceperit, & hãc ſibi per infidelitatem ſubiugauerit, cito trãsformat ſe in diuerſarũ ſpecies perſonarũ, atq; ſimilitudines, & mẽtem, q̃ captiuam tenet, in ſomnis deludens, modo læta, modo triſtia, modo cognitas, modo incognitas perſonas oſtendẽs, per deuia queq; deducit: &

† *al. Infidelium.*

Aug. ibidem. 2. Cor. 11.

¶ Verberib.] Cũ hic feribatur epũs, patet hoc crimẽ eccleſiaſticũ eſſe. Itẽ patet hic q epũs põt aliquos verberibus caſtigare, ut 23.qõ. 5.c.1. Item patet hic q epiſcopus põt in carcerẽ mittere eos. Item habes hic, q alio modo punitur nobilis quam ignobiles, ut 24.q.1. qui cõtra 12.q.2. fraternitatis. Ioan.

Epũs põt aliquos verberibus caſtigare.

EPiſcopi CASVS Hoc c. diuiditur in tres partes. In 1. tractatur de ſolicitudine ſacerdotum circa diuinos expellendos de parochijs ſuis & quod expelli debeant, Apoſtoli auctoritate probatũ. In 2. parte reprehẽdũtur quędam mulieres, quæ cum Diana dea paganorũ & cum Herodiade ſuper quaſdã beſtias noctũrnis temporibus equitare ſe putabant: quod falſũ eſt ſed diabolo decipiẽte hoc mẽtibus fideliũ irrogatũ. In tertia parte oſtendit quomodo fiat hęc illuſio, ſcilicet ĩ ſolo ſpũ diabolo varias formas oſtẽdẽte per ſomnium mẽtibus hominũ & q in ſolo ſpiritu fiat, probat duobus exẽplis, ſcilicet Ezechielis, & Pauli. Secunda pars incipit ibi, [Illud ẽt. Tertia ibi, [Sicdẽ ipſe ſatanas.] ¶ Sed utinã hæ ſolæ.] Ideſt, utinã nõ plures ſimilis expoſitio eſt 1.quæſt.1. duces. 1

1 Aliàs inducens. 23. q.4. ſi. ea. ubi de hoc.

a ¶ Sed

cum ſolus ſpiritus hoc patitur, infidelis mens hoc nõ in animo, ſed in corpore [a] euenire opinatur. Quis enim non in ſomnijs, & nocturnis viſionibus extra ſe educitur, & multa uidet dormiendo, quæ nunquam viderat vigilando? Quis uero tam ſtultus, & hebes ſit, qui hæc omnia, quæ in ſolo ſpiritu fiũt, etiam in corpore accidere arbitretur? cum Ezechiel propheta viſiones Domini in ſpiritu, non in corpore vidit? & Ioannes Apoſtolus Apocalypſis ſacramentum in ſpiritu, non in corpore vidit, & audiuit, ſicut ipſe dicit? [Statim īquit, fui in ſpiritu.] Et Paulus non audet dicere ſe raptum in corpore. Omnibus itaque publice annunciandum eſt, qđ qui talia, & his ſimilia credit, fidem perdit: & qui fidẽ rectam in Domino non habet, hic nõ eſt eius, ſed illius, in quem credit, ideſt, diaboli. Nam de Domino noſtro ſcriptum eſt: [Omnia p ipſum facta ſunt, &c.] Quiſquis ergo aliquid credit poſſe fieri, aut aliquam creaturam in melius, aut in deterius immutari, aut tranſformari in aliam ſpeciem, uel ſimilitudinem, niſi ab ipſo creatore, qui omnia fecit, & per quẽ omnia facta ſunt; proculdubio infidelis eſt, & pagano deterior.

Elech.1.
Apoc.1.& 4.
2.Cor.12.
Io.1.

a ¶ Scelerateq.] *Fere eadem habentur apud Beatum Auguſtinũ in libro de ſpiritu & anima, c.28. & in vita Damaſi Papæ primi, quæ extat Romæ in peruetuſto de vitis ſanctorũ codice sãctæ Mariæ Maioris: ubi poſtq̃ aliqua relata ſunt ex ſynodo Romana in qua Damaſus Macedonium & Apollinarem damnauit, adiungitur anathematizatos in ea ſynodo eſſe, maleficijs, ſuperſtitionibus, & incantationibus ſeruientes. In quibus etiam mentio eſt harum mulierum, quæ putabant nocturno ſilentio cũ Herodiade, & innumera multitudine ſuper beſtias equitare, & multa terrarum ſpatia pertranſire.*

2 *Nonnulli inueniuntur, qui interno liuore permoti, in perniciem ſuorum inimicorum altaria ſacris veſtibus exuunt, aut veſte lugubri accingunt, uel conſueta luminariorum obſequia eccleſiis Dei ſubtrahunt, uel Miſſam pro requie defunctorum promulgatam, pro uiuis celebrant hominibus.*

Quorum omnium maleficia nequiſſima Toletanum concilium 13. condemnat dicens, c.7.

¶ Abijciatur ſacerdos, qui huiuſcemodi maleficijs operam dederit. C. XIII.

QVicumque ſacerdotũ, vel miniſtrorum deinceps cã cuiuſlibet doloris, [b] vel amaritudinis permotus, aut altare diuinum veſtibus ſacris exuere pſumpſerit, aut qualibet alia lugubri veſte accinxerit, † ſeu etiã, ſi conſueta luminariorum ſacrorum obſequia de tẽplo Dei ſubtraxerit, & extingui pręceperit; ſi eũ antea verę pœnitudinis corã metropolitano ſatisfactio [c] nõ purgauerit; ignobilitati perpetuæ mancipatus iuxta ſuperiorem ſententiam Domini loci ſui dignitate ſe nouerit, & honore priuari: illis proculdubio perſonis ab hac ultionum ſentẽtia ſeparatis, quæ aut contaminationem ſacrorum ordinum, uel ſubuerſionẽ ſanctæ fidei metuẽtes, aut hoſtilitatẽ, uel obſidionem perferẽtes, ſeu etiam diuinorũ iudicio

† *al. accingi.*] orig.

a ¶ Sed ī corpore.] Id eſt, corporeo ſenſu percipi. &c.

NONNVLLI. Hæc eſt 2. pars q. in qua dicit, qđ in ſeq. continetur. Ioan. de Fan. [Et ponit hic incidẽtem quęſtionem.

CASVS. Superius p̃hibitæ ſunt diuinationes & ſortilegia. Nũc vero oſtẽdit Gra. qđ ī pniciẽ inimicorũ altaria veſtib. exui nõ debẽt uel lugubri veſte accingi, vl̃ luminaria eccleſijs deputata extingui, uel Miſſa defunctorũ celebrari pro viuis, & ad hoc probãdũ inducit ſeq. c.

QVicũque.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In 1. parte dr. quod ſi quis ſacerdos uel miniſter eccleſię, altaria veſtibus exuat, uel lugubri veſte accingat, vel extinguat luminaria ī perniciẽ alicuius, deponat: niſi corã metropolitano pœnam egerit, exceptis illis pſonis, q̃ hoc faciunt vel pp hęreticos, vl̃ pp hoſtilitatẽ, uel alia iuſta ex cauſa. In ſecũda parte dicitur, qđ ſacerdos, q̃ cãtauerit Miſſam defunctorum vt inimicus mortẽ incurrat, deponatur: tam ipſe ſacerdos, quam ille qui ſacerdotem ad talia incitauerit, perpetuo exilio puniatur. Secũda pars ſcipit ibi: [Pleriſq; etiam.]

Triſtitiæ cã permittuntur aliqua.

b ¶ Doloris.] Niſi forte ideo faciat qa eccleſia ſua ſpoliat, vt illud ī ſignũ mœroris faciat. ſicut qdam ponunt ſpinas ſup altare: ſicut ẽt denudatur altare in paſſione Dñi in ſignum triſtitiæ.

c ¶ Satisfactio.] Ar. quod

Digitized by Google

rum ſententiam metuentes talia feciſſe cõtigerit:in quorum facto plus humilitas,qua Deus placatur, quã interni liuoris dolofitas declaratur. Plerique etiam ſacerdotum ſauciati inimicitiæ dolo Miſſam pro requie defunctorum promulgatam fallaci voto pro viuis ſtudent celebrare hominibus,non ob aliud, niſi,ut is, pro quo ipſum offertur ſacrificium, ipſius ſacroſancti libaminis inueruentu mortis incurrat periculum. Proinde noſtræ eligit vnanimitatis conuentus, vt ſi quis deinceps talia perpetraſſe fuerit detectus, a proprij deponatur ordinis gradu,& tam ipſe ſacerdos,quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitaſſe perpenditur, exilij perpetui ergaſtulo religentur.

† al.relegantur.

¶ *Principium huius capituli vſq; ad verſ.* Plerique,*eſt ex* 13 *concilio Toletano c.*7. *Reliqua vero ſunt ex* 17. *Toletano, c.*5. *quorum conciliorum duo exemplaria ſunt habita ex Hiſpania:et inde nõnulla hic emẽdata,et addita.*

2 *Expreſſis auctoritatibus colligitur, quòd arioli, aruſpices,incantatores,& ſortilegi, atque cæteri huiuſmodi ſectatores ab eccleſia ſunt eliminandi, & niſi reſipuerint,perpetuo excommunicandi.Sed quod in vltimo Anquirenſi* † *capitulo ea,quæ fiunt per incantatores, non in corpore,ſed ſpiritu fieri dicuntur,Auguſtinus in libro de ciuitate Dei videtur aſſerere,ita dicens.*

ſup.ead.epiſcopi.
† al.Ancyrenſi.

¶ *Caput hoc integrum habetur in libello Rabani de magorum præſtigijs, quẽ ipſe ex variis locis Auguſtini,& Iſidori,ut antea dictum eſt, confecit. Burchardus citat ex dictis Auguſtini.*

¶Quæ magorum præſtigijs fiunt, non vera ſed phantaſtica eſſe probantur. C. XIIII.

NEc mirum [a] de magorum præſtigijs, quorum in tantum prodiere maleficiorum artes, ut etiam Moyſi ſimillimis ſignis reſiſterent, vertentes virgas in dracones,& aquas in ſanguinem. Fertur etiam in gentilium libris,ꝙ quædam maga famoſiſſima Circe, ſocios Vlyſis mutauerit in beſtias. Legitur,& de ſacrificio,quod Archades Deo ſuo Liceo immolabant, ex quo quicunque ſumerent, in beſtiarũ formas conuertebantur. Sed hæc omnia magicis præſtigijs potius fingebantur, q̃ rerum veritate complerentur. Vt ergo ipſi errores ignorantibus manifeſti fiant;de eorum proprietate, atq; inuentoribus iuxta traditionem maiorum primum dicere congruum arbitramur.¶Magi ſunt,qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. Hi permiſſu Dei elementa concutiunt,turbant mentes hoium minus confidentiũ in Deo,ac ſine vllo veneni hauſtu,violentia tantum carminis interimunt. Vnde Lucanus: [Mens hauſti nulla ſanie polluta veneni,Incantata perit]Dæmonib.n. accitis audent ventilare, vt quiq; ſuos perimãt malis artibus inimicos.Hi ét ſanguine vtuntur,& victimis & ſæpè contingunt mortuorum corpora.¶Necromãtici ſunt, quorum prẽcantationibus vñr reſuſcitari mortui,diuinare,& ad interrogata rñdere νεκρὸς enim Græce,mortuus, μαντεία diuinatio nuncupatur: ad quos ſuſcitãdos cada-

Iſidorus l.8.etymo. cap.9.
Burc.l.10.c.42.ex dictis Auguſtini.
Iuo p.11.c.67.
Pann.l.8. c.65.
Exod.7.
Auguſt.18. de ciuit. Dei.c.17.

Libro 6.

a Ec mirum.] CASVS. Hoc cap.diuiditur in tres partes. In prima parte Auguſ.docet tria. Primo docet non eſſe mirũ,ſi magi uertebant uirgas in dracones; aquam in ſanguiñ.Moyſi reſiſtẽdo quia ſimilia fecit Circe, & Mercurius ad ſacrificium Bacchi. hæc tamen magis apparebãt,quàm in ueritate conſiſterent. Secundo ponit multa genera magorum, & incantatorum,& eorũ etymologias. Tertia ponit quare tanta poteſtas diabolo datur, ut homines ſic ſeducat, quod fit ideo ut ueritatem ſpernente illudat hoc tamẽ non ſit ſine permiſſu Dei & dicit quare illi incãtatores uirgas ſuas in dracones conuertebant. In ſecũda parte continetur. quod quidam obijciebant Aug. ſi phytonica diuinatio errori magicæ artis eſt deputanda qualiter pythoniſſa Samuelem ſuſcitauit ad colloquium regis Saulis. Cui obiectioni reſpondet Au.dicẽs illũ nõ fuiſſe Samuelem,ſed diabolum. Quod probat tribus rationibus, vel auctoritatibus, multa verba inſeren

quòd ſi aliquis ſatisfecerit ꝺ crimine,vel inde egerit pœnitentiam:amplius nõ poſſit accuſari: licet ſit publicum crimen 1. ut notatur 33.q.3.admonere.Ioan.2.

EX TRAEMISSIS. Hæc eſt 3. pars quæſtio. in qua magiſter ponit caſus, & originem his phantaſmatibus. & quomodo accidant. Io. de Pan. CASVS. Concludit G. ex ſupradictis, ꝙ ſortilegi.& diuini niſi reſipiſcant, ſunt excommunicandi. Poſtea oſtendit, ꝙ ea quæ fiunt per incantatores: non in corpore,ſed in ſpiritu dicuntur fieri. Et ad hoc inducit ſeq. cap.

1 Adde ad hoc qd not. gl.& doc. in l. q ea mente. ff. de fur.

2 De hoc no.49.d.5.i. vbi videas.

Digitized by Google

do. In tertia parte obijcitur Aug. sic: Si illi qui diuini dñr vel faciũt incãtationes, nõ hñt aliquid ꝓpriæ virtutis, vel potestatis: qõ eueniunt quæ dicũt? Et rñdet: Aug. ꝙ licet ea eueniant, tñ nullus eis credere dẽt, quia si sanitatem languidis cõferre videant: vel infirmitatẽ sanis inferre: torũ fit ꝑmissione diuina vt appareat qualis fidei uel deuotionis sint erga Deum qui hæc audiunt uel vidẽt. Et ad hoc ꝓbandum inducit auctoritatẽ Deuter. Secũda pars incipit ibi, Præterea quidam. Tertia ibi, Si autẽ aliquis. Quod aut. s. Saul. retulit. hiſtoria, & quia dicit Augst. titul. s. idest, argumentis vel rationibus.

a ¶ Si nõ attractus.] Quia ab angelo fuit nunciata natiuitas eius.

b ¶ Permanet.] Vt ꝯ.25. dist. qualis.

a ¶ Tri-

† al. & imagines ludificationis, vel & imagines & ludificationes sup. c. q. 2. illud. Burch. l. 10. c. 44. Ino p. 12. ca. 69. Pann. lib. 8. c. 67.

neri sanguis adijcitur. Nam amare sanguinem dæmones dñr: ideoq; quotiescunque necromantia fit: cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur.

¶ Hydromantici ab aqua dicti. Fit enim hydromantia in aquæ inspectione vmbras dæmonum euocare, & imagineas † ludificationes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, vbi adhibito sanguine etiã inferos perhibentur suscitare a & infra.

¶ Ad hæc omnia supradicta pertinent ligaturæ execrabilium remediorum, quę ars medicorum condemnat, seu in præcantationibus seu in characteribus, vel in quibusque rebus suspendendis atque ligandis: in quibus omnibus ars dæmonum est, ex quadam pestifera societate hominum, & Angelorũ malorum exorta. Vnde cuncta vitãda sunt Christiano, & omni penitus execratione repudianda, atque damnanda. ¶ Auguria autem auium Phryges primi inuenerunt. ¶ Præstigium vero Mercurius primus dicitur inuenisse. Dictum est autem præstigium, ꝙ præstringat acié oculorum. ¶ Haruspicinæ artem primus Hetruscis tradidisse dicitur quidam Tages. Hic ex horis haruspicinam dictauit, & postea non apparuit. Nam dicitur fabulosè, arante quodam rustico, subito ex glebis exiliuisse, & haruspicinam dictasse, qua die, & mortuus est. Quos libros Romani ex hetrusca lingua in propriã mutauerunt. His ergo portentis per dæmonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando impudenter appetunt scire, ꝙ nulla ratione eis competit inuestigare. Hæc potestas immundis spiritibus ideo datur, vt per vasa sibi apta, hoc est prauos homines, seducant illos, qui spernunt veritatem, & credunt mendacio, & iuxta Pauli sententiam, sanam doctrinam nõ sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur variis, desiderijs semper discentes. & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem Iannes, & Mambres restiterunt Moysi: ita & isti resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Nec ꝯ ideo quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei,) qui omnia, quæ fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissa iuo ita fieri finit) quòd prædicti magi leguntur similia fecisse Moysi: qui virgam suam proiecit, & conuersa est in draconem, proiecerunt que ipsi singulas virgas suas, quæ versæ sunt in dracones; sed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Non enim fuerunt creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt a enim rebus corporeis per omnia elementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, atque causalis prorumpunt in species debitas suis modis, & finibus; & sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animalium creatores, sicut nec agricolæ segetum, uel arborum, uel quorumcunque in terra gignentium creatores dicendi sunt, quamuis nouerint præbere quasdam visibiles opportunitates, & causas, ut illa nascantur. Quod autem illi faciunt visibiliter, hoc illi inuisibiliter. Deus vero solus vnus est creator, qui causas ipsas, & rationes seminarias rebus inseruit. ¶ Prętera quidam quęrendum putant, quomodo scriptura narret Pythonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquiũ Saul impijssimi regis; si pythonica diuinatio errori magicæ artis deputanda sit. Quibus ita responderi potest, indignum omnino facinus esse, si secundum verba historiæ commodetur † assensus. Quomodo enim fieri poterat, vt arte magica attraheretur vir & bonitate sanctus, & vitæ operibus iustus; aut si non attractus b est, consensit? Quod vtrumque de iusto credere aduersum est. Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia; si autem voluntarius amisit meritum spiritale, quod positus in carne quæsierat; quod valde absurdum est, quia qui hinc iustus recedit, permanet b iustus. Porro autem hoc est præstigium satanæ; quo vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit. Quod Apostolus inter cætera ostendit, dicens: Ipse satanas transf-

Ouid. met. li. 15.

Aug. l. q. sup Exod. q. 21. & l. 2. ad Simplicianũ q. 3 & ad Dulcitium. q. 6.

Augu. q. 22. ex utroque testamento. † al. commodetur.

Aug. st. 3. de Trinit. c. 7.

2. Cor. 11.

transfigurat se in angelum lucis. [Vt.n.errorem faceret, in quo glorificaretur †, in habitu viri iusti, & noie se subornauit: ut nihil proficere spem, quam prædicabant Dei cultores, mentiretur: qñ hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdam fallit, qd de morte Saul, & filij eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo ante occasum, mortem corporis præuidere: cum signa quædam soleant apparere morituris, quippe a quibus Dei protectio amota videtur; quanto magis diabolo †, quem angelica potestate † sublimé prophetica oracula fuisse testantur; de cuius magnitudine Apostolus ait: (An ignoratis, altitudinem Satanæ?) Quid mirum ergo, si imminentem prope mortem potuit præuidere; cum hoc sit, vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari? Nam tãta hebetudine demens effectus est Saul; vt ad Pythonissam cõfugeret. Depranatus enim causa peccati, ad hæc se cõtulit, quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, & ea, quæ verbis expressa sunt, putet non prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit; recte faciet quidem: si tamen minime istud ad veri rapiat rationem, sed ad vsum, & intellectum Saul. Neque enim reprobus factus poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saul, & habitum Samuelis descripsit: ea quæ dicta & visa sunt, exprimens, prætermittẽs, si vera, an falsa sint. Quid enim ait? (Audiens, in quo habitu esset excitatus: intellexit, inquit, hunc esse Samuelem.) Quid intellexerit, retulit: & quia non bene intellexit, cõtra scripturam alium adorauit, quam Deum: & putans Samuelem, adorauit diabolum: vt fructum fallaciæ suæ haberet Satanas. Hoc enim nititur, ut adoretur quasi Deus. Si enim illi vere Samuel apparuisset, non vtique vir iustus permisisset se adorari; qui prædicauerat Deum solum esse adorandum. Et quomodo homo Dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad virum pestilentiæ, dignum ardore gehennæ: (Cras mecum eris?) His duobus titulis [a] subtilitatem fallacię suę prodidit improuidus Satanas: quia & adorari se permisit sub habitu, & nomine Samuelis contra legem: & virum peccatis pressum, cum magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est. Verum potest videri; si de Samuelis nomine taceatur; qa Saul cum diabolo futurus erat: ad eum enim transmigrauit, quem adorauit: Semper ergo diabolus sub velamine latens, prodit se, dũ ea cõfingit, quę horreant † personis, per quas fallere nititur. ¶Si autem aliquis mihi opponit, & dicit: quo modo eueniunt illa, quę illi diuini prædicunt futura; aut quomodo possunt ægris prębere medelam, aut sanis immittere ęgritudinem, si aliquid proprię virtutis, ac potestatis nõ habent; hoc a me recipiat responsum, ꝙ ideo quisque non debet eis credere, quia aliquãdo eueniunt quę prędicunt, aut sanare videntur languidos, aut lędere sanos, quia hoc permissu Dei fit: vt ipsi, qui hęc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, qua fide sint, uel deuotione erga Deum. Sicut in Deuteronomio legitur Moyses verbo Dñi populo Dei præcipisse, ita dicens, [Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somniũ dicat se vidisse; & prædixerit signum, atq; portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies uerba prophetæ illius, aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester; vt palam fiat, vtrum diligatis eum, an non. In toto corde, & in tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, mandata eius custodite, & audite vocem illius, ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis, &c. [Vbi sane intelligi uoluit, etiam illa, quæ a diuinantibus non secundum Deum dicũtur, si acciderint quæ dicuntur, non accipienda sic, ut fiant quæ præcipiuntur ab eis: aut colantur quę coluntur ab eis. Nec pręter suam potestatem Deus ostendit esse, quòd ista contingunt sed quasi quęreretur, cur ea permittat, causam tentationis exposuit, ad cognoscendam vtique eorum dilectionem, vtrum ęam habeant erga Deum suum; cognoscendam vero ab ipsis potius, quam ab illo, qui scit omnia antequam fiant.

a ¶Suscitare.] *Apud Rabanum hic interponitur, c legitur, sup. ea. q. 3. & 4.*

b ¶Ad hæc.] *Bona pars huius versiculi habetur apud beatum Aug. l. 2. de doctrina Christiana, cap. 20.*

c ¶Nec ideo.] *Similia leguntur apud B. Augustinum, lib. 3. de Trinit. c. 7.*

d ¶Insunt.] *Vsque ad ver.* Præterea, *sunt magna ex parte uerba B. Augustini in lib. quæstionum sup. Exod. c. 21.*

e ¶Si acciderint.] *Emendatus est hic locus ex B. August. ut habetur sup. e ad. quæst. 2. capit. intelligi. Apud Rabanum vero legitur*, si acciderint, quæ dicuntur, non accipienda: vel etiam si fiant quę præcipiuntur ab eis, vel colantur, &c.

1 Reg. 28.

Deut. 13.

sup. ea. q. 2. intelligi.

† al. glorietur.

2. Reg. 21.

† al. diabolus † al. malefice. Apoc. 2. & Cor. 2.

† al. abhorrent. al. abhorrent a personis cod. Antuerp.

a Timis.] Ideſt argumentis. Io. Quòd

5 fff 3

QVod autem.]CASVS. Hic intitulatur 6.q.qua quæritur, vtrum excõicatus ab ẽpo possit a presbytero reconciliari, ẽpo inconsulto. Et iñdet ꝙ ligatus a maiori, a minori absolui non potest, ut a 1.dist. inferior. nisi in mortis articulo, ut ext.de sent.excõ. non dubiũ. G.tñ latius extendit quæstionẽ, an sacerdos possit recõciliare pẽnitẽtes ẽpo incõsulto. Et iñdet ꝙ sic primata recõciliatione s.qñ peccata sua confitent uel in articulo necessitatis, vt ij.ea.§.ecce. sed publica non pöt. Primo tamẽ probat, ꝙ excõicatus ab ẽpo. ab alio incõsulto ẽpo recõciliari nõ pöt, nisi p metropolitanũ, uel Apostolicum. Quod probat una ratione, & una auctoritate. Ratio autem inuenitur in §. auctoritas uero in cap.

a ¶ Ab epo. Certum est ligatum a maiori nõ potest minor absoluere, ut 2 1. d. inferior. & c.deniq. & extr.de elect. innotuit. nisi in articulo mortis, ut extra de sent.excom. non dubiũ. Magister tamẽ largius prosequitur quæstionẽ, an presbyter possit reconciliare pẽnitentes. Dicas ergo quod est reconciliatio quædã publica, quædam priuata: publica solus episcopus potest recõciliare, ut ij.e.c.1. & 50 d.in capite. in illa nõ fit nisi in crimine ꝙ totã urbem commouet, ut inf.e.c.vlt. priuata autem potest sacerdos recõciliare, vt inf.e. presbyteri, & ẽpore necessitatis q̃libet potest alibi recõciliare ecclesiæ, vt de consecra. dist. quarta. secundum Ioan.

Recõciliatio est duplex.

QVOD autem ab episcopo [a] excommunicatus inconsulto ab alio reconciliari non possit, nisi forte per eius metropolitanum [b], vel per summum Pontificem; ratione, & auctoritate probatur. Presbyteri namque potestatem excommunicandi, vel reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi a presbyteris: atque ideo excommunicatos a sacerdotibus reconciliare possunt; excommunicatos vero ab episcopis sacerdotes reconciliare non possunt. Reconciliatio namque pœnitentium, episcopalis officij est, non sacerdotalis.

Vnde in concilio Carthaginensi secundo, c.3. Fortunatus episcopus dixit.

¶Pœnitentium reconciliatio, chrismatis, & puellarum consecratio a presbyteris non fiat. C. I.

SI iubet sanctitas vestra: suggero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum, vt chrisma vel reconciliatio pœnitentiũ, nec non & puellarum consecratio a presbyteris [c] non fiat. Si quis autem emerserit hoc faciens; quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit: audiuit dignatio vestra suggestionẽ fratris, & coepiscopi nostri Fortunati; quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est. Chrismatis confectio, & puellarũ consecratio a presbyteris non fiat: vel reconciliare [d] quemquam in publica Missa presbytero non licere: hoc omnibus placet. Sent.4.dist.20.

Puellarum tamen consecratio, episcopo consulto per presbyterum fieri valet.

Vnde in Carthaginensi concil.3.c.36. Sent.ibidem.

¶Permissione episcopi virgines consecrare presbyter valeat. C. II.

PResbyter, inconsulto [e] episcopo, virgines non consecret: chrisma vero nunquam conficiat.

Item ex concilio Agathensi, c.43. & 44.

¶Nec diacono ministrare, nec pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero licet. C. III.

MInistrare [f] diaconus, aut cõsecrare altare presbyter

§.cum duobus sequentibus cap. patet.

c ¶ A presbyteris.] Vidua tamen ab eis potest recipere sacrum velamen, ut 20.q.1.vidua.

d ¶ Recõciliare. Est ergo hic arg. ꝙ cum presbyter non possit aliquẽ reconciliare ecclesiæ, ꝙ multo fortius non possit

& idem no[t]. Gof. in som. de sent. excõ. §. sed nouum idem.

Presbyter simplex an possit aliquẽ reconciliare ecclesiæ.

QVAESTIO VI.

Vod autem ab episcopo [a] excommunicatus inconsulto ab alio reconciliari non possit, nisi forte per eius metropolitanum [b], vel per summum Pontificem; ratione, & auctoritate probatur. Presbyteri namque potestatem excommunicandi, vel reconciliandi ab episcopis accipiunt, non episcopi a presbyteris: atque ideo excommunicatos a sacerdotibus reconciliare possunt; excommunicatos vero ab episcopis sacerdotes reconciliare non possunt. Reconciliatio namque pœnitentium, episcopalis officij est, non sacerdotalis.

Vnde in concilio Carthaginensi secundo, c.3. Fortunatus episcopus dixit.

¶Pœnitentium reconciliatio, chrismatis, & puellarum consecratio a presbyteris non fiat. C. I.

SI iubet sanctitas vestra: suggero. Nam memini præterito concilio fuisse statutum, vt chrisma vel reconciliatio pœnitentiũ, nec non & puellarum consecratio a presbyteris [c] non fiat. Si quis autem emerserit hoc faciens; quid de eo statuendum sit? Aurelius episcopus dixit: audiuit dignatio vestra suggestionẽ fratris, & coepiscopi nostri Fortunati; quid ad hæc dicitis? Ab vniuersis episcopis dictum est. Chrismatis confectio, & puellarũ consecratio a presbyteris non fiat: vel reconciliare [d] quemquam in publica Missa presbytero non licere: hoc omnibus placet. Sent.4.dist.20.

Puellarum tamen consecratio, episcopo consulto per presbyterum fieri valet.

Vnde in Carthaginensi concil.3.c.36. Sent.ibidem.

¶Permissione episcopi virgines consecrare presbyter valeat. C. II.

PResbyter, inconsulto [e] episcopo, virgines non consecret: chrisma vero nunquam conficiat.

Item ex concilio Agathensi, c.43. & 44.

¶Nec diacono ministrare, nec pœnitentem in ecclesia benedicere presbytero licet. C. III.

MInistrare [f] diaconus, aut cõsecrare altare presbyter

Metropolitanus non potest absoluere suffraganeũ subditum, qui ad ipsum nõ appellauit. 1 Ad hoc L. q.1 cap. nul. Lu.s. in prin. ubi de hoc.

b ¶ Metropolitanum. Hoc tamen est uerum, cũ est appellatũ ad ipsũ, ut ext.de sent.excom.per tuas. Si tñ metropolitanus absoluat, cum non sit appellatu ad ipsum: dicunt quidam ꝙ tenet ablatio. licet absoluere non debeat. Sed hoc vix credo, 1 cum canon uocet eũ peregrinum, siue extraneum iudicem ut 6.q.3. scitote. & 3.q.6. peregrina, nec h̃ bet iurisdictionem nisi in certus casibus, ut ext.de offic.ordin.pastoralis. Ioan.

SIubet.] CASVS. Quæsitum fuit in Carthag. concil. vtrum presbyter possit conficere chrisma, uel reconciliare pẽnitentes in publica Missa, uel virgines consecrare. & resp. ẽsum est ad suggestionem episcopi Fortunati, ꝙ presbyteri hoc facere non possunt. Sequens

2 De hoc le. & no.3.2.q.1. nemo. ibi videas. & le. & no.24.q.3. tam sacerdotes. Arch.

f ¶ Ministrare. i. cõficere corpus Christi, uel etiã tractare sine mãdato sacerdotis, vt 1.q.1. in ecclesia.

a Bene-

Digitized by Google

a ¶ Benedictionem.] Scilicet ſolẽnem, quę fit per talia verba: Sit nomẽ Domini bendectum. & ſic non obſt. 95.dist.peruenit.Ioan. 1.

ECCE QVOD AB. CASVS. Concludit G. ex ſupradictis, quod presbyter excommunicatum ab epiſcopo non præſumat. ¶ Benedictionem [a] quoque ſuper plebẽ in eccleſia fundere, aut pœnitentem in eccleſia benedicere presbytero penitus non licebit.

Cap.44.

Ecce quod ab epiſcopo excommunicatus per ſacerdotem reconciliari non poteſt. Sed notandum eſt, quod reconciliatio alia eſt publica, alia priuata. Publica recõciliatio eſt, quando panitentes ante eccleſia ingreſſum publice repræſentantur, & per impoſitionem manus epiſcopalis, eccleſia publice reconciliantur. Hæc ſacerdotibus videtur eſſe prohibita. Vnde circa finem illius capituli non ſimpliciter prohibentur panitentes reconciliare, ſed in publica Miſſa. Priuata uero reconciliatio eſt, quando de occultis peccatis panitentes, vel in extremis agentes ad gratiam reconciliationis accedunt. Hæc recõciliatio poteſt fieri per ſacerdotem.

Vnde Euariſtus Papa ait.

¶ Iuſſione epiſcopi de occultis peccatis presbyteri pœnitentes reconcilient. C. IIII.

Burc.l.18.c.16. Iuo p.15.c.58.

PResbyteri de occultis peccatis iuſſione [b] epiſcopi pœnitẽtes reconcilient: & ſicut ſupra præmiſimus, infirmantes abſoluant, & communicent.

Item ex concilio Carthaginenſi.2.c.4.

¶ Si epiſcopus abſens eſt, per presbyterum reconcilietur in periculo conſtitutus. C. V.

Sentent.ibidem. Burc.l..8.c.13. Iuo par.15.c.2.

AVrelius epiſcopus dixit: ſi quiſquã in periculo fuerit conſtitutus, & ſe reconciliari diuinis altaribus petierit: ſi epiſcopus [c] abſens fuerit: debet utique preſbyter conſulere epiſcopum, & ſic periclitantem eius præcepto reconciliare. Quam rem debemus ſalubri cõſilio roborare. Ab vniuerſis epiſcopis dictum eſt; Placet, quod ſanctitas ueſtra neceſſario nos inſtruere dignata eſt.

Item ex concilio Martini Bracharenſis, c.82.

¶ Qui metu mortis reconciliatur, conualeſcens, ſine communione pœnitentiæ impleat tempus. C. VI.

Ex conc. Niceno.i. c.13.

SI quis de corpore exiens nouiſſimũ, & neceſſariũ [d] communionis viaticum expetit: non ei denegetur. Quod ſi in deſperatione [e] poſitus poſt acceptam cõmunionem iterũ ſanus fuerit factus; tantum oratione particeps ſit: ſacramentũ uero nõ accipiat, [f] donec conſtitutũ pœnitentię impleat [g] tempus. Qui ergo in exitu mor

Abſentes ſunt ad electionem vocandi.

Euchariſtia etiam ſuſpendendis in patibulo non eſt deneganda.

Aurelius epiſcopus. CASVS. Dubitatum fuit in conci. Carthag. utrum presbyter possit reconciliare hominem in periculo constitutum. Et respondet. Aurelius epus. vbi epus est absens. presbyter eum cõsulere debet, & ei⁹ auctoritate periclitantem reconciliare cuius responsio fuit a cæteris approbata.

a ¶ Benedictionem.] Illud intelligas, cũ qs. est excõmunicatus ab epiſcopo, uel cũ epus indixerit ei pœnitẽtiam. alias ſecus videt, ut inf. c.e.vl. & de conſe.d.4. ſanctum. Et eſt hic arg. ꝙ cum in ſacramentis cõferendis abscitatur. ꝙ multo potius abſentes in electione ſunt vocandi de illa materia notatur 7.q.1.factus. Io.

SIqs de corpore.] CASVS. Duo dicũt in hoc c. Primũ eſt, ꝙ ſi qs in extremis poſit⁹ petat viaticum, ei negari nõ dẽt, ſed ſi poſtea cõualeſcat, debet à viatico abſtinere, donec adimpleatur pœnitentiæ tempus. Secundum eſt, quod ſi pœnitens in extremis laborans deſiderat reconciliari. fiat hoc cum conſideratione epiſcopi.

d ¶ Neceſſariũ.] Neceſſarium eſt ad ſalutem, ſaltem quia tollit peccata uenialia, vt de conſe. dist.2.cũ omne, nec alicui negatur etiã ſi debeat ſuſpendi in patibulo 13.q.2.quæſitum.

e ¶ In deſperatione.] ſanitatis.

f ¶ Nõ accipiat.] Nõ tñ idem eſt in illo, q eſt abſolutus ab excommunicatione, ille non recidit in excommunicationem. talis enim ſi fuerit abſolutus tenet adire ſedẽ Apoſtolicam

g ¶ Quod ſi non fecerit. in eandem ſententiam reincidit ipſo iure, ut libro 6. de ſent. excom. eos qui. Vbi corrigitur dicta ſententia Ioã. de Fan.

---

po reconciliare non poteſt. Poſtea ſoluit diſtinguendo inter publicam & priuatam reconciliationem. Publica reconciliatio tantum per impoſitionem manus epiſcopalis fieri debet ante ingreſſum eccleſiæ. Priuata vero reconciliatio per ſacerdotem fieri poteſt. Et ad hoc inducit ſequentia c. Sequens cap. patet.

b PResbyteri.] Iuſſione.] Si intelligas hoc de excõmunicato planum eſt; uel intelligas de illo cui epiſcopus pœnitentiam iniunxerit. Nam abſente epiſcopo ſine mandato eius poteſt reconciliare, ſi neceſſariũ opportunũ fuerit. 2 ut ext. de ſent.exc.de cætero. & ſic eſt arg. quod re aliqua reſtituta in priſtinum gradũ priora iura ei uel contra ipſum reſtituũtur, ut infra e. q.proxi.c.1.extra de elect. quia diligentia arg. contra de conſec.diſt.4.quæris. Sed hæc fuit ad tempus ſopita, non omnino ſublata extra de ſol. Odoardus.

g ¶ Impleat. Quandoque tamen indulgetur communio corporis Dominí ante finitum tempus pœnitentiæ, ut 82. diſt. ſacerdotes. presbyter. 12.quæſtio.2.de uiro. Ioan.

Digitized by Google

QVi recedunt.] CASVS. Quatuor dicuntur in hoc c. Primum eſt, q̃ pœnitentes, de quorum uita deſperatur, communionem corporis Domini recipiant ſine reconciliatoria manus impoſitione ſolẽni. ſi uero euaſerint, abſtineant à cõmunione donec ipſi pœnitẽtię ſit cõpletũ, & tunc cõmunionẽ, & reconciliationẽ accipiãt. Secũdũ eſt, qđ clericus pœnitentibus priuata pœnitẽtia nõ eſt deneganda. quod quidã intelligũt de publica. Tertiũ eſt quod ſubito obmutescẽs & baptizari, & pœnitẽtiã accipere poteſt ſi de eius cõſtiterit præterita uolũtate. Quartum eſt, quod amẽtibus quæcũq; ſunt pietatis, ſunt conferenda.

a ¶ Sine reconciliatoria.] Solẽni. ſ. epiſcopali, ne ſit cõtra inf. c. proxi.

b ¶ Pœnitentia.] Priuata, nã ſolẽni non faciũt clerici, ut 50. d. cõfirmãdũ. 82. d. presbyter. niſi fuerit depoſitus, ut de pœni. d. 6. ſacerdos.

c ¶ Pœnitentiã.] Id eſt, fructum pœnitentiæ.

d ¶ Amentibus.] Id eſt, ſi quis fuerit amẽs * à natiuitate. talis põt baptizari, & Corpus Chriſti i neceſſitate recipere: ſi uero nõ fuit amẽs à natiuitate ſed creditur eſſe in mortali peccato, nõ eſt ei dãdũ corpus Chriſti, ut ex. de ba. & ei? eſſe. maiores.

ISqui.] CASVS. Infirmus quidã pœnitẽtiã petit; ante quã ſacerdos ueniret obmutuit, uel factus eſt phreneticꝰ. quæſitũ fuit in Carthag. concil. qd ſit ſuper hoc faciẽdũ? Et reſpõ. q̃ qui eũ audierunt, debẽt teſtificari de hoc, & ſic infirmus pœnitentiã accipiat: & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur priuata reconciliatione, & Euchariſtia ori eius infundatur. ſi uero conualuerit, prædicti teſtes dicant ſuæ uoluntati ſatisfactum fuiſſe, & pœniteat quamdiu ſacerdos qui pœnitentiã dedit, approbauerit. Pœnitentes uero ſolenniter, qui communionem recipiũt, ſi ſuperuixerint manum reconciliationem ſolẽniter p epiſcopum recipiant. Sequ. eadem dicit cum illo, ſi quis de corpore exiens.

a ¶ Qui cum audierunt.] Nunquid creditur ſimplici uerbo iſtorum, ſiue iſti ſint bonæ famæ, ſiue non. Item. cit ſe audiuiſſe à defuncto, licet ſup tali negocio alius uerus teſtis hẽatur. ext. de ſucceſſ. ab inte. cũ dilectus.

f ¶ Pœnitentiam.] Id eſt, abſolutionem. Formam abſolutionis habes extra de pœn. excom. uobis.

g ¶ Et infundatur.] Sed qualiter recipiat Euchariſtiã qui ita infirmatur? ſi enim tincta in pane datur ei, hoc prohibetur de conſec. diſt. 2. omne nec alio modo uidetur danda, quia punitur infirmus, qui euomit Euchariſtiam. vt de conſec. d. 2. ſi quis per ebrietatem.

h DE his.] ¶ Recedunt.] Hic eſt argu. quia abſolui deſiderat, ſine mora, (etiam non obſtante

---

tis ſunt, & deſiderant accipere ſacramentum; cum cõſideratione, & probatione epiſcopi accipere debent.

Item ex concilio Arauſico, c. 3.

¶ Sine manus impoſitione pœnitentes recedentes de corpore reconcilientur. C. VII.

QVi recedunt de corpore pœnitentia accepta; placuit ſine recõciliatoria [a] manus impoſitione eos † communicare: quod morientis ſufficit recõciliationi [a] ſecundũ diffinitiones patrum; qui huiuſmodi cõmunionem congruè uiaticum nominauerunt, Quòd ſi ſupẽruixerint; itent ordine pœnitentiũ; ut oſtenſis neceſſarijs pœnitentiæ fructibus legitimam communionem cũ recõciliatoria manus impoſitione recipiant. Clericis quoque deſiderantibus pœnitentia [b] non eſt neganda. Similiter ſubito obmutescens (prout ſtatutũ eſt) baptizari aut pœnitentiam [c] accipere poteſt, ſi uoluntatis præteritę, teſtimonium aliorum uerbis habet, aut præſentis in ſuo *nutu*. Amentibus [d] etiam, quæcunque pietatis ſunt, conferenda ſunt.

Burc. l. 18. c. 17. Iuo p. 15. c. 19. † *al. ait.*

Ibidem c. 4.

Ibidem c. 11.

Ibidem c. 13.

[a] ¶ Reconciliationi.] *In originali impreſſo, ac manuſcripto, & apud Burchardum, & Iuonem legitur*, conſolationi: *aut* conſolatione.

Item ex concilio Carthaginenſi, 4. c. 76.

¶ Aliorum teſtimonio moriturus recõcilietur, ſi obmutuit, uel in phreneſim uerſus eſt. C. VIII.

IS, qui pœnitentiam in infirmitate petit; ſi caſu, dum ad eũ ſacerdos inuitatus uenit, oppreſſus infirmitate obmutuerit, uel in phreneſim uerſus fuerit; dent teſtimonium qui eum audierunt, [c] & accipiat pœnitentiam, & ſi continuo creditur moriturus, recõcilietur per manus impoſitionem, & infundatur [g] ori eius Euchariſtia. Si ſupuixerit, admoneat à ſupradictis teſtibus petitioni ſuæ ſatisfactũ, & ſũdet ſtatutis pœnitẽtię legibus; q̃din ſacerdos, q pœnitẽtiã dedit, p̃bauerit. *Item cap. 78.*

Capit. l. 5. c. 75. Poly. l. 8. tit. 1. Bur. l. 1. c. 10. Iuo p. 15. c. 8.

Burc. l. 18. c. 25. Iuo p. 15. c. 10.

¶ Pœnitentes, qui in infirmitate uiaticum Euchariſtiæ acceperint, non ſe credant abſolutos ſine manus impoſitione ſi ſuperuixerint.

Item ex Nicæno concilio, c. 12.

¶ Cura, & probatione epiſcopi morientes reconcilientur. C. IX.

DE his uero qui recedũt [h] ex corpore, antiquæ legis

Burc. l. 19. c. 6. Iuo p. 15. c. 32.

Euchariſtiã infirmus euomens punitur.

---

* *Amentia. à natiuitate non eſt dãdũ corpus Chriſti ſed bene in mortis articulo, ut quibus cum erãt compotes ſuæ mentis apparuit deuotio huius ſacramẽti. Vide B. Th. p. 3. q. 80. art. 9.*

Digitized by Google

aliqua appellatione)eſt abſoluendus,vt extra de appel. qua fronte L.

HIs,qui.] CASVS.Hoc cap.diuiditur in duas partes. In prima dicitur,quòd ſi peccator catholicus,qui eſt in mortis articulo cõſtitutus, pœnitẽtiam petat,& reconciliationem, non eſt deneganda, quia Dominus eum recipit quandocunque cõuertatur. & hoc probat Leo auctoritate prophetæ.Si verò antequam veniat ſacerdos obmutescat: teſtificentur pro eo qui ipſum audierunt,qui ei prodeſſe debebunt.In ſecunda parte dicitur,quod in hæretico ſupradicta omnia ſunt ſeruãda, & præterea dẽt recipi cum iuramento.Secunda pars incipit ibi,[Simul.]

regula obſeruabitur etiam nunc:ita vt ſi fortè quis recedit ex corpore, neceſſario vitæ ſuæ viatico non defraudetur.Quòd ſi deſperatus aliquis recepta communione ſuperuixerit;ſit inter eos, qui ſola oratione cõmunicãt. De omnibus.n.his,qui a corpore recedunt, in tradendo eis communionem cura,& probatio ſit epiſcopi.

7. de pœnit. diſt. 1. multiplex. §.his autem.

¶ *Canon hic eſt ex priſca verſione, quæ eſt in collectio. Iſidori:& ibi eſt numero duodecimus Græcè, & tamen apud Dionyſ eſt 13.*

Item Leo epiſcopus ad Theodorum, epiſt.89.al.91.

¶ Non eſt neganda reconciliatio his, qui tempore neceſſitatis eam implorant. C. X.

Sent.4.diſt.20. Burch.l.18.c.4. Iuo p.15.c.29.

HIs, qui in tpe neceſſitatis, & in periculi vrgentis inſtantia præſidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant,nec ſatisfactio interdicenda eſt,nec reconciliatio deneganda: quia miſericordiæ Dei nec mẽ ſuras poſſumus ponere,nec tẽpora definire:apud quem nullas patitur vẽniæ moras conuerſio dicente Deo ſpiritu per prophetam: [Cum conuerſus ingemueris;tunc ſaluus eris.] *& infra.* ¶ Quòd ſi aliqua ægritudine ita fuerint aggrauati,vt q̃ paulo ante poſcebant, β ſub præſentia ſacerdotis ſignificare non valeant;teſtimonia eis fideliũ,& circumſtantiũ prodeſſe debebunt, vt ſimul & pœnitentiæ,& reconciliationis beneficium conſequantur: ſeruata tñ regula canonum paternorum circa eorũ perſonas, qui in Deum a fide [a] diſcedendo peccarunt.

Eſa.30.apud Ixij.

α ¶ Veniæ.] *Sic in conciliorum editionib. & apud Ivonem,& infra de pœnitentia, diſt.1.c.multiplex.In codice autem epiſtolarum cum aliis S. Leonis opuſculis impreſſarum,& apud Burchardum, & in pleriſque vetuſtis Gratiani legitur,* venire moras.

β ¶ Poſcebant.] *Quæ ſequuntur emendata ſunt ex aliquot manuſcriptis Gratiani, & ipſo originali cum in vulgatis paulo aliter haberet.*

Item ex concilio Epaunenſi.

¶ Non reſpuatur eius oblatio,qui feſtinans ad pœnitentiam ſacerdotem inuenire non potuit. C. XI.

Sent.4.diſt.20. Burch.l.11.c.51. Iuo p.14.c.44. Ivon.l.5.c.110.

SI aliquis excõmunicatus γ fuerit mortuus, qui iam ſit confeſſus, [b] & teſtimonium habet bonum, & nõ poterat venire ad ſacerdotem, ſed præoccupauit eum mors in domo, aut in via; faciant pro eo parentes eius oblationem [c] ad altare,& det redemptionem pro captiuis.

γ ¶ Excommunicatus.] *Addita eſt uox iſta ex ceteris collectoribus.*

Ecce, quid epiſcopo præcipiente pœnitentes de occultis peccatis, ſiue in periculo conſtituti per presbyterum poſſunt reconciliari. Sed ſi neceſſitate mortis peccator vrgetur, & epiſcopus ita remotus eſt, quid presbyter eum conſulere nõ poſſit: negabitur pœnitentia morienti?

[a] ¶ Fide.] Tales.n. non ſunt recipiendi ſine reconciliatione ſoléni, aut iuramẽto,ut 1. quæſt.7.cõuenientibus.& capquoties.

SI aliquis.] CASVS. Quidam poſt receptionẽ pœnitẽtiæ mortuus eſt in via, vel in aqua, ita quod ad ſacerdotem venire non potuit:quæſitũ fuit in cõcilio Hiſpalenſi, vtrum pro eo oblationes fint faciendę ad altare? Et reſpondet quòd ſic.

[b] ¶ Confeſſus.] Se velle accipere pœnitentiam.

[c] ¶ Oblationẽ.] Hoc intelligẽdum eſt de tali, qui deliquerat, & nõ ſatisfecerat. ſi enim talis fuerat excõicatus, licet apparuiſſent ſigna pœnitentiæ, non tamen orandũ eſt pro eo. Et licet infirmus poteſt abſolui a quolibet ſacerdote, a nõ tñ mortuus, vt extra de ſent.excom.à nobis.in fi.ſed a ſolo Papa ſi incidit in canonẽ latæ ſententiæ. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. Ioan. ECCE. CASVS.Cõcludit Gra. ex ſupradictis dicẽs,q̃ pœnitẽtes de occultis delictis pñt per presbyterũ reconciliari, vel in periculo conſtituti, ẽpo tñ præcipiente. Sed ſi ẽps abſens eſt, nec conſuli poteſt:omnes I neceſſitate poſiti poterunt per presbyterũ reconciliari, qd pbat quibuſdã auctoritatib. & rõnibus, cum ẽt a laicis in articulo mortis baptiſma ſuſcipi poſſit,maxime cum ſecundum Auguſtinũ ſocio

Sacerdos q̃ ſit habet infirmũ, ſed nõ mortuum abſoluit.

[r] Intellige de illo infirmo,q̃ ſtatim credit moriturus,ſ. cadde his q̃ infirmitate. I. ead.c.ult.17. qõ.4. ſi quis ſuadẽte,extde ſen.excom. non dubiũ, &. c. ea naſcit. 4. ſi uero, & ea. qũ de his, & ea. q̃uis, ext.de ſepult.parochiano. extde raptoribus in literis, & I. e. §.cũ autem. Archi-

Digitized by Google

& beneficium recõciliationis non preſtabitur pœnitẽti, quem conuerſum Deus recipit ad veniam, iuxta illud: [*In quacũque hora peccator conuerſus fuerit, &c.*] *& item:* [*Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.*] *Eccleſia ſibi reconciliare negliget? quem Deus noſtus ſuſcitauit, eccleſia foris abſoluere contemnet? damnabit abſentia epiſcopi, quem gratia diuina præſentia illuſtrat per lauacrum regenerationis? Morituris ſuccurritur etiã a laicis, ſi presbyter deſint. Cur ergo beneficio recõciliationis per presbyterũ ei ſubueniri non poterit ſi contigerit epiſcopum deeſſe? ſi ſecundum Auguſt. qui agens in extremis confitetur ſocio turpitudinem criminis, ſit dignus venia ex deſiderio ſacerdotis, cur ſimiliter non ſit dignus reconciliatione ex deſiderio epiſcopi, qui ſacerdoti non negat maculam ſui reatus? Item morientibus pœnitentiam negare presbyteri non debent.*

Exech.18. Malach.3.

Vnde Iulius Papa ait.

¶ Reus eſt animarum presbyter, qui pœnitentiam morientibus abnegat. C. XII.

SI presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum: quia Dominus dicit, [Quacunque die conuerſus fuerit peccator, vita viuet, & nõ morietur.] Vera.n. confeſſio † in vltimo [a] tempore eſſe poteſt; quia Dominus non ſolum tẽporis, ſed etiam cordis inſpector eſt: ſicut latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo in hora vltima confeſſionis.

Sent.4.diſt.20. Burch.l.18.c.21. Iuo p.15.c.43. Exech ibid. † al.conuerſio. Burch.& Iuo. Luc.23.

Itẽ Celeſtinus Papa ait in epiſ.2. ad epiſcopos Gallie.

¶ Pœnitentia morientibus non eſt deneganda. C. XIII.

In concilio Triburiẽſi ſub Arnulpho. cap.31. Rabanus in lib. de pœn. c.38. Burch.l.18.c.22. Iuo p.15. c.44.

AGnouimus pœnitẽtiam moriẽtibus denegari, nec illorũ deſideriis annui, qui obitus ſui tpe hoc animæ ſuæ cupiũt remedio ſubueniri. Horremus (fateor) tã tæ impietatis aliquem inueniri, vt de Dei bonitate † deſperet: quaſi nõ poſſit ad ſe quouis tpe concurrenti ſuccurrere, & periclitantem ſub onere peccatorum hoiem redimere, a quo ſe expediri deſiderat, & liberari. Quid hoc, rogo, aliud eſt, quàm moriẽti mortẽ addere, eiuſq; animam ſua crudelitate, ne abſoluta eſſe poſſit, occidere? cũ Deus ad ſubueniendum paratiſſimus, inuitans ad pœnitentiam, ſic promittat peccatori, inquiens; In quacũque die conuerſus fuerit, peccata eius non imputabũtur ei.] & iterum: [Nolo mortem peccatoris, ſed tantum vt conuertatur, & viuat.] Salutem ergo homini adimit, quiſquis mortis tpe ſperatam pœnitentiam denegarit, & deſperat de miſericordia † Dei, qui eum ad ſubueniẽdum morienti ſufficere, vel in momẽto poſſe nõ credit. Perdidiſſet latro in cruce præmium ad Chriſti dexterã pendens, ſi illum vnius horæ pœnitentia non iuuiſſet. Cum eſſet in pœna, pœnituit, & per vnius ſermonis profeſſionem, habitaculum paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum mente [b] potiuꝰ eſt æſtimanda, quàm tempore, propheta hoc taliter afferente. [Cum conuerſus ingemueris, tunc ſaluus eris.] Cum ergo ſit Dominus cordis inſpector, quouis tempore non eſt deneganda pœnitentia poſtulanti; cum ille ſe obliget iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari.

In Moguntino ſub Raba.c.27.

Exech.33.

† al.pietate.

† al.clementia. Luc.23.

Burch.l.18.c.1. Iuo p.15.c.26. Eſ.30.apud LXX.

ſocio poſſit peccator turpitudinem criminis confiteri. In fine dicit, ꝙ nulli pœnitẽti eſt pœnitẽtia denegãda, & hoc probat per ſequentia.

SI presbyter.] CASVS. Quidã preſbyteri morientibus pniam denegabant, quare q̃ſitum fuit a Iulio Papa vtrũ hoc facere debeãt? Et rñdet, ꝙ non: & hoc ꝙ bat auctoritate Euãgelii exemplo latronis, quẽ Dñs recepit in hora ſuæ vltimæ cõfeſſionis. Si q̃s uero presbyter cõtrafecerit, erit reus aiarũ eorum, qui ſine pœnitẽtia moriuntur. a ¶ Vltimo.] Tamẽ dicit Aug. ꝙ ſero pœnitentib. pœnitentiã dare poſſumus, ſecuritatẽ dare non poſſumus: nõ dico, ꝙ cõdẽnabitur; ſed nec dico, ꝙ liberabitur, ut de pœnit. diſt. 7. nemo. & §. ſi q. Itẽ raptori nocet ſera pœnitẽtia, quia negatur ei ſepultura, licet admittat ad pœnitentiam, extra de rapt. ſuper eo. Ioan.

AGnouimus] CASVS. Quidam ſacerdotes pœnitentiã denegabant quibuſdã in multis, uel magnis ſcelerib. conſtitutis, de ipſorũ ſalute deſperãtes. Quos Cœleſtinus Papa grauiſſimè reprehẽdit, eũ de miſericordia Dei diffidãt, & mortem morientib. addãt. & ꝙ hoc facere nõ debeant, auctoritatibus probat, & rationib. & uno latronis exẽplo. Quæ aũt poſtea ſequunt vſq; ad quæſtionẽ, plana ſũt, & p te videbis.

Mẽſura doloris eſt conſideranda.

b ¶ Mente. Non.n. cõſideranda eſt mẽſura tẽporis, ſed doloris, ut de pœn. diſt. 1. menſuram.

a ¶ Preſ-

Digitized by Google

Pœnitentia solemnis tãtum pro notorio imponitur.

a PResbyter.] Publicum.] Hoc ideo fit, vt non tantum prosit illi ad salutem, sed alijs sit in exemplum, ut de pœn.d.1.in actione.in fi.& patet hic, q tantum pro notorio crimine est inungenda solemnis pœnitentia.

b ¶Apsidam.] Altera producta.

De tem-

CASVS. Hic intitulatur 7.q.qua quæritur an morientibus sit pœnitentia imponenda. Et respondet, q nõ: sed eis est indicenda, uel innotescenda, ut eam facere debeant si conualescant, ut inf.c.1.

c ¶De tempore.] In hac q.quæritur an pœnitentia sit morientibus imponenda, & dicenda, q non, ut j.ea.c.1.sed tñ innotescenda est eis per hæc verba, q pter ea quæ tu commisisti, quæ tu fecisti, taliter debes pœnitere, sed expectamus quousq; euaseris, ut de pœ.d.6.qui vult. Sedm membrũ huius q. est, utrum sacerdos pro suo arbitrio possit iniũgere pœnitẽtiã? Et dicẽdũ q sic, 1 ut j.e. tpa.c. hoc fit.consi- derabit tñ quilibet sacerdos circumstãtias omnes.s. personæ, temporis, loci, criminis quantitatẽ & causam, prout dicitur de pœni. d.5.in prin.& d.1.c. aut facta, quæ per hos versus habentur.

Pœnitentia non est morientibus inungenda.

Quis, quid, ubi, quib' auxilijs, cur, quomodo, quando.

Pœnitentia est arbitrio sacerdotis inungenda.

1 De hoc le. & no. de pœ. d.1.mensurã ibi videas.

A B infirmis.] CAsus. Quæsitum fuit a Theodoro Cãtuar. archiepiscopo, vtrum pœnitẽtia in mortis articulo constitutis sit sub quantitate temporis indicenda? Et respondet q non, sed est notificãda. in cæteris vero sacramentis est eis subueniendũ, in quibus ecclesia morientibus cõsulere q̃suevit: ita tñ, ut cũ conualuerint, pœnitẽtiæ modum sibi a sacerdotibus impositum diligẽter obseruẽt.

d ¶Inquirẽda.] Diligẽter sacerdos inquirat circumstãtias. vt de pœn.d.5. in prin. et Orationib. ¶Nam per orationẽ unius deletur peccatum alterius, ut 18.q.2. q obeuntibus, & c.anima.

ALIIS. Hæc est 2. pars q. in qua probat magister, q pœnia est secundum canones imponenda, tamen secundum arbitrium sacerdotis ex causa est moderanda, & hoc tu neas pro regula alias contra de pœn.d.5.falsas. Io.de Fant.

CASVS. Supra dictum est qualiter pœnitentia sit danda infirmis. Nunc vero tractat. C. de illis, quibus pro arbitrio

a Redimere.] *Sic etiam est in manuscriptis, & in uetustiorib. conciliorum editionibus. Verum in codice canonũ impresso, & uno manuscripto inter decreta Cælestini, nu. 15 legitur*, perdere. *In recentiori autem Colonien si conciliorum editione, itemq; apud Burchar. & Iuonem est*, pondere, quo se ille expediri desiderat, liberare.

Et in Afr.c.10.

Cui autem pœnitentia non negatur; nec reconciliatio sibi deneganda est. Inconsulto ergo episcopo pœnitentem presbyter reconciliare nõ dẽt, nisi ultima necessitas cogat.

Vnde in Carthaginensi concilio 3.c.32. legitur.

¶Inconsulto episcopo pœnitentem presbyter reconciliare, nisi vltima necessitas cogat, non debet. C. XIV.

Sent.4.d.20. Burc.l.19.cap.40.& 70. Iuo p.15.c.4. & 84.

† al.& necessitate cogente.

PResbyter inconsulto episcopo non reconciliare pœnitentem, nisi absente episcopo vltima necessitas † cogat. Cuiuscumque autem pœnitentis publicum,[a] & vulgatissimum crimen est, quod vniuersam commouerit ecclesiam; β ante apsidam [b] manus ei imponatur.

β ¶Ecclesiam.] *Antea erat*, vrbem. *Emendatũ est plerisq; conciliorũ editionibus, et duobus codicib. Vaticanis, & Sorien si regio, & Burch. & Iuone. In recentiore aũt Colonien si editione est*, quod vniuersa ecclesia nouerit.

QVAESTIO VII.

DE tempore vero satisfactiones, an sit imponendum morituris; Theodorus Cantuarien sis Archiepiscopus in pœnitentiali suo ita diffinit.

¶In periculo constitutis, pœnitentiæ quantitas non est imponenda, sed innotescenda. C. I.

Sent.ibid. Burc.l.18.c.34. Iuo p.15.c.36.

AB infirmis in periculo mortis positis per presbyteros pura inquirenda [d] est confessio peccatorum; nõ tamen illis imponenda quantitas pœnitentiæ: sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, [e] & eleemosynarum studijs pondus pœnitentiæ subleuandum, & si forte migrauerint, ne obligati a communione, & consortio veniæ fiãt alieni. A quo periculo si diuinitus ereptus conualuerit, pœnitentiæ modũ a sacerdote † sibi impositum diligenter obseruet: & ideo secundum auctoritatẽ canonicam, ne illis ianua pietatis clausa videatur? orationibus, & consolationibus ecclesiasticis, sacra vnctione olei inuncti, † secundum statuta sanctorum patrum, communione viatici reficiantur.

† al.sue concedere.

† al.animati.

2 *Alijs vero pro qualitate peccati, & presidentium arbitrio tempora pœnitentia decernenda sunt.*

DE tempore.] Hæc q. diuiditur in 5. partes quarum prima dicitur, ut hic in summa continetur. Secunda ibi, [Alijs [Tertia ibi, [Quo affecta,] Quarta ibi, [Non licet] Quinta ibi, [De temporum.] Io.de Fant.

Digitized by Google

arbitrio ſacerdotis ſecundum quantitatem peccati eſt pœnitentia imponenda.

TEmpora.]CASVS. Quæſitum fuit a Leone ſub quanto tempore ꝓnitentia ſit peccatoribus imponenda? Et rñdet, quod eſt in arbitrio ſacerdotis habita conſideratione, & moderatione circa denotionã cõuerſorum, ætatem ſenilem, & ægritudines, & pericula, in oĩbus quib. tempora pœnitentiæ moderari debebit ſacerdos prout viderit expedire.

a ¶Tuo iudicio.]Ex hoc patet, ꝙ pœnitentiæ omnes ſunt arbitrariæ, unde epiſcopus põt diminuere pœnitentiam, quam indixit Pap. 2 vt 33. q.2. latorem 2 ſicut procurator ex cauſa poteſt mandare contrarium illius quod mãdauit Dominus, vt ff. mandati, ſi hominem.

b ¶Actatis ſenilis.] nota, ꝙ habeẽ ratio ſenectutis, ut 86.d. tanta. Et iuuẽtutis. vt 33. q.2. in adoleſcentia. & 50.d. pœnitentes. Itẽ & nobilitatis, ut 41.d. non cogantur. Itẽ paupertatis. ext. de ſent. excom. c. ult. melius in c. quod de his. Item ãimicitiarum, ut ext. ea. de cæteio. cõtra 23. qõ. 8. peſſimã Sol. ibi incorrigibilis. hic corrigibilis. Ioan.

Pœnitentia omnes ſunt arbitrariæ.

2 Iſtam glo. dicit ſingul. Lu. Pont. in ſuis ſing. ad hoc, ꝙ minor magiſtratus poteſt tollere legẽ ſuperioris.

2 Vbi de hoc & 50. d. precedens.

Vnde Leo Papa epiſt. 77. al. 79. Nicetam epiſcopum, c. 6.

¶Præſidentium arbitrio præfigantur tempora pœnitudinis. C. II.

TEmpora pœnitudinis habita moderatione conſtituenda ſunt † tuo iudicio [a] prout conuerſorũ aĩos proſpexeris eſſe deuotos: pariter etiam habens ætatis ſenilis [b] intuitum periculorum quorumque, autẽ ægritudinis reſpiciens neceſſitates. In quibus ſi quis ita grauiter vrgeatur, ut dum adhuc pœnitet, de ſalute ipſius deſperetur; oportet ei per ſacerdotalem neceſſitudinem cõmunionis gratia ſubueniri.

† Concord. text. in l. Arianus. ff. de act. & obl. & l. reſpiciendum, ff. de pœn.

¶*In epiſtola, & apud Burch. & Ivonem hac antecedunt.* His vero, de quibus dilectio tua nos credidit conſulendos, qui ad iterandum baptiſmum, vel metu coacti ſunt, vel errore† traducti, & nunc ſe contra catholicæ fidei ſacramẽtum egiſſe agnoſcunt: ea cuſtodienda eſt moderatio, qua in ſocietatem noſtram nõ niſi per pœnitentiæ remedium, & per impoſitionem epiſcopalis manus, communionis recipiant vnitatem temporis, pœnitudinis habita moderatione tuo conſtituenda iudicio, prout, &c.

† ſic legunt Burch. & Ivo.

Item Nicolaus Papa.

¶Et qualitas criminis, & contritio pœnitentiũ in ſatisfactione imponenda à ſacerdote conſideretur. C. III.

DE his vero, qui pro criminibus pœnitentiam egerunt, † & ad cingulum militiæ [c] reuertuntur, conſtat eos cõtra ſacras regulas agere. Verum quia crimina non æqualia ſunt, perhibeſque alios horum propter nimiam hebetudinẽ in ſeparationẽ cecidiſſe, alios ob hoc ad paganos fugiſſe; tibi hoc committimus decernendũ, nimirum, qui loca, & tpa religionis † illius, & modũ cul pæ, necnon & pnĩam, & gemitus hominum ad confeſſionem venientium præſens [d] poſitus inſpicere vales.

† *al. gerunt.*] aliquot manuſcrip.

† *al. regimis.*] aliquot manuſcript.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 2.

¶De eodem. C. IV.

HIs; qui diuerſorum peccatorum lapſus incurrunt, & oratione, [a] & confeſſione, ac pœnitentia malorum ſuorum perfectam conuerſionem demonſtrant, pro qualitate peccati, pœnitentiæ tempus attribuendũ eſt propter miſericordiam, & bonitatem Dei. Qui ergo huiuſmodi ſunt; reuocandi, & ad communionem ſunt applicandi.

a ¶Oratione.] *καὶ προσκαρτεροῦντας τῇ προσευχῇ τῆς ἐξομολογήσεως καὶ μετανοίας quod Dionyſius vertit*, & perſeuerantes in oratione confeſſionis, & pœnitentiæ: *cuius verſio propius accedit ad verba Græca, etiam in cæteris huius capitis partibus, quam priſca: quamuis in hac etiã ſententia conſtet.*

Item ex concilio Carthaginenſi 3 c. 31.

c ¶Militiæ.] Quod licet, ut d. 51. ſi quis poſt acceptum, & 33. q. 2. admonere.

d ¶Præſens. Sic iudex poteſt melius ſcire quanta fides adhibenda ſit teſtibus, ut ff. de teſtib. l. 3. Ioan.

Cap. l. 5. c. 68.

Poly. l. 3. tit. 10. Burc. l. 4. c. 48. Ivo p. 1. c. 342.

Burc. l. 19. c. 41. Ivo p. 15. c. 66.

In Afric. c. 10.

Digitized by Google

¶Episcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentiæ tempora distribuantur. C. V.

Burch.l.19.c.40. Iuo p.15.c.30.

POenitentibus secundũ differentiam peccatorum episcopi arbitrio pœnitentiæ tempora decernantur.

Item ex concilio Carthaginensi quarto,c.74.

¶Sine personarum acceptione imploranti pœnitentia detur. C. VI.

SAcerdos pœnitentiam imploranti absque personarum † [a] acceptatione † pœnitentiam secundũ leges iniungat.Negligentiores vero pœnitentes tardius reconcilientur.Omni autem [b] tempore iciunij [c] manus pœnitentibus a sacerdotibus imponantur. Diebus aũt remissionis [d] pœnitentes genua flectant, & mortuos in ecclesiam afferant & sepeliant. [e] Die autem Dominico β [f] nõ iciunent.Nam qui Dominico die studiosè iciunant,non creditur esse catholicus.Pœnitentes [g] vero,qui leges pœnitentiæ attente exequuntur,si casu in itinere,vel in mari fuerint mortui,vbi eis subueniri non potest; memoria eorum & oblationibus, & orationibus commendetur.

† *al.personæ.* Burch. lib.19. c.35.
† Tex.est in similiin his accusare. C. de accusa. & in §. hinc nobis, in Authen.de mona.col.1. & 38. Iuo p.15.c.6. 7. 11. & 12. Ibid.c.75. C.80. C.82. C.81. C.64. C.79.

[a] ¶In ecclesiam.] *In recentiore Colonensi conciliorũ editione legitur*,ecclesiæ afferant.*In antiquioribus vero editionibus,& duabus Vaticanis codicibus sic habet integer locus*,mortuos ecclesiæ pœnitentes efferant, & sepeliãt. β¶Die autem Dominico.] *Pro his vsq; ad vocem*,catholicus, *in can.64. hæc leguntur.*Qui Dominico die studiosè ieiunat,non credatur catholicus.

Vnde in octaua [h] *synodo legitur.*

¶Tempus pœnitentiæ pro qualitate peccati impendatur. C. VII.

PRo qualitate delicti tempus pœnitentiæ impendatur.

¶*Videri potest sumptum ex regulis breuioribus B. Basilij c.106. quod notatum alibi est, euenire in ijs capitibus, quæ ex octaua synodo citantur.*

Item.

¶Tempus,& modus pœnitendi delinquentibus præsidentium imponatur iudicio. C. VIII.

Smaragdus in regulis B. Benedicti, capit.24.

HOc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt, uel quanto [i] tempore,vel quali modo pœnitere debeãt qui delinquunt:quia ætas, [k] & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ.

¶*Caput hoc habetur in libello B. Basilij de institutis monachorum, Ruffino interprete c.90.ibi enim vltima interrogatio est hæc.* Qualibus correptionibus vti oportet inter fratres ad emendationem, eorum,qui delinquunt? *Responsio.* Hoc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt,vel quanto,&c. *Itaque ex interrogatione,& responsione confectum est hoc caput;sicut & duo sequentia,quæ apud eundem Russinum leguntur.*

3 *Quo affectu pœnitentem suscipere, & impœnitentem abijcere debeamus, ex eadem synodo euidenter ostenditur,cum dicitur.*

¶Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus suscipere. C. IX.

Burch. l.19.c.39. Luc.15. Iuo p.15.c.55. † *al.qui* | *orig.*

POenitentem ex corde ita oportet suscipi,sicut Dominus ostendit,cũ dicit,quia conuocauit amicos suos,

[a] SAcerdos.¶Absque plenarũ.] Id est,nõ fauore personæ:sed alias personæ qualitates cõsiderabit.vt dixi 1.ea. tempora.

[b] ¶ Omni autem.] idest,in omni anno.

[c] ¶ Tpe iciunij.2] vt 50.dist.in capite.

[d] ¶ Rem.ssionis.] id est, iciunij.

[e] ¶ Sepeliant.] Debent enim pœnitentes se vilioribus officijs applicare, vt de pœniten. dist. 2. in princ.

[f] ¶ Dominico.]3.30. distinctio. si quis tã quam.& cap.si quis presbyter,76.distin. vtinam.

[g] ¶ Pœnitentes.]Hic non erit §. vt patet per sequentia.Ioan.

[h] ¶ Vnde in octaua.] Hic nõ erit vnde.sed item.

[i] HOc sit.¶Quanto.] Sed numquid potest sacerdos totum tempus remittere? Non, vt 23.quæstio. 4.si is qui prælatus.;

[k] ¶ Quia ætas.]Supra ea. tempora.33. q.2.c.vlt.in fi. quandoque ætas nõ excusat,ut 21.q.5.si quis cuiuslibet. Ioan.

1 Quia non respicit an sit amicus, uel nõ. Lau.

2 Idest, per singulos annos in Quadragesima, *sm* Ioan. de Fant.

3 Ad idẽ de pœn. dist. 2. mensurã, &c. si peccatũ. 90.dist. alienus,ẽ.c.1 pa. arg. 15.q.7. hi qui.secundum Laur.

QVO AFFECTV. Hæc est 3.pars quæst. in qua probat per 4. auctoritates, q̃ cum directione,& dulcedine debent sacerdotes suscipere pœnitentes, semper in mitiorem partẽ declinando. Ioannes de Fant. & hic ponitur quæstio incidens. Archidiac.

CASVS.Dictum est sup. quod pro arbitrio sacerdotis pœnitentia est iniungenda.Nũc vero docet Gratian. quo affectu pœnitentes suscipere debeamus.& impœnitentes abijcere.

POenitentẽ.]CASVS.Probatur in hoc cap. quòd pœnitẽs debet recipi affectuosè ab ecclesia: quod probatur auctoritate Domini dicentis: Congratulamini,&c.

Asse-

Digitized by Google

& vicinos, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram.

¶ *Burchardus, & Iuo citant ex dictis Baſilij epiſcopi, & in regulis illius breuioribus nu. 8. eſt ſnĩa huius capitis: qđ tamen acceptũ videtur ex c. 24. eiuſdẽ libelli de inſtitutis monachorũ. Vbi ſecunda interrogatio ſic habet.* Pœnitentes ex corde quomodo debent ſuſcipi pater? *Reſponſio.* Sicut Dominus oſtendit, cum dicit, qui conuocauit, &c.

Item.

¶ Pœnitentes legem Dei diligant, iniquitatem odio habeant. C. X.

AFfectum [a] illum in ſe recipiat pœnitens, quem gerebat ille, qui dixit: [Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum.] Sed & ea, quæ ſcripta ſunt in ſexto pſalmo, atq; in quamplurimis alijs: ſed & illa, quæ Apoſtolus dixit ad eos, qui ſm Deum contriſtati ſunt. [Quantam, inquit, operatum eſt hoc ipſum [b] in vobis ſolicitudinẽ, [c] ſed excuſationem, ſed indignationem, ſed æmulationẽ, ſed vindictam. In omnibus exhibuiſtis vos caſtos [d] eſſe negotio.] Sed & in his ipſis, in quibus deliquit, [d] agens multa contraria: [e] ſicut & Zachæus fecit.

Pſal. 118.

2. Cor. 7.

¶ *Sententia huius capitis eſt in regulis breuioribus nu. 5. Acceptũ tamen uidetur ex c. 19. eiuſdẽ cõmemorati libelli in quo hæc eſt interrogatio.* Qũo quis debet pœnitere in vnoquoque, delicto? *Reſponſio.* Affectum illum in ſe recipiens, quem gerebat ille qui dixit, iniquitatem, &c.

Item.

¶ Impœnitentes tanquam ethnici habeantur. C. XI.

ERga eum qui peccata ſua non punit, tales eſſe debemus, ſicut Dominus præcepit dicens, [Sit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.] & ſicut Apoſtolus docuit dicens, [Subtrahite [f] vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam tradidimus vobis.

Burch. l. 19. c. 64. Iuo p. 15. c. 78. Matth. 18. 2. Theſſ. 2.

¶ *Hoc etiam habetur in regulis breuioribus, nu. 9. In eodẽ vero libello c. 24. ultima interrogatio eſt hæc.* Erga eum, qui non pœnitet pro peccato, qualiter eſſe debemus pater? *Reſponſio.* Sicut pcepit Dominus, dicens, ſit tibi, &c. *Apud Burchardũ, & Iuonẽ, qui hoc citant ex dictis Auguſtini, initiũ ſic habet,* Erga eum qui pro peccato commiſſo non pœnitet, tales, &c. *quod magis conuenit cũ prædicta interrogatione, quam qũo eſt apud Gratianum.*

Item Ioannes Chryſoſtomus, [ideſt auctor operis imperfecti homilia 43. ad c. 23. Matthæi.]

¶ Melius eſt errare in miſericordia remittendi, quàm in ſeueritate vlciſcendi. C. XII

ALligant autem onera grauia, & importabilia, &c.] Tales ſunt nunc etiam ſacerdotes: qui omnem iuſtitiam populo mandant: & ipſi nec modice † ſeruant: videlicet, non vt facientes † ſint iuſti: ſed vt dicentes appareant iuſti. Tales ſunt, & qui graue pondus venientibus ad pœnitentiam imponunt: qui dicunt, & non faciũt: & ſic, dum pœna preſentis pœnitentiæ fugitur; contemnitur

Matth. 23.

† *med. iram.* † *al. faciendo, dicendo.*

[a] ¶ Affectum.] Hoc vult dicere, qđ tantum debemus habere affectũ in eijciendo, & in recipiendo peccatores, ſicut Apoſtolus habuit cũ excõicauit, & poſtea recepit Corinthium qui publicè tenebat nouercam ſuam.

Peccatores ſunt cauẽdi, & recipiendi.

[b] ¶ Operatum eſt hoc ipſum.] Scilicet contriſtati ſecundũ Deum.

[c] ¶ Solicitudinem.] De futuris peccatis.

[d] ¶ Deliquit.] Aliquis, ſed excuſationem habet de præteritis peccatis.

[e] ¶ Multa cõtraria.] Pœnitens enim cõtraria debet facere illis pro quib. pœnitet: quia contraria contrarijs curãtur, ut de pœnit. d. 1. ſi quis ſemel. Io.

Contraria cõtrarijs curantur.

[f] ¶ Subtrahite.] A ſocietate eius ex quo eſt excõmunicatus. Vel dic, ſcilicet opere, nõ pietate. 23. q. 4. recedite, ſecundũ Ioan. de Fant.

ERga eum.] CASVS. Dicitur in hoc c. qꝺ impœnitentẽ debemus abijcere: & non eicõiuncte. Et hoc probatur duab. auctoritatib⁹ Chriſti, & Pauli.

ALligant.] CASVS. Quidã erãt ſacer-

Digitized by Google

ſacerdotes, qui nimis grauem pnam imponebãt delinquentib. quã ad inſtar grauis ponderis, uel faſces abijcere oportebat, ſicut adoleſcens portãs pondus graue reijcit illud ne ſub nimio pondere cõfringatur. Sed tales ſacerdotes Io. Chry. reprehẽdit dicens, melius eſt impo nere

pœna peccati futura. † Sicut enim ſi faſcem ſuper humeros adoleſcẽtis, quem non poteſt baiulare poſueris, neceſſe habet, ut aut faſcem reijciat, aut ſub pondere confringatur; ſic & homini, cui graue pondus pœnitentię imponis, neceſſe eſt, ut aut pœnitentiam tuã reijciat, aut ſuſcipiens, dum ſufferre nõ poteſt, ſcãdalizatus amplius peccet. Deinde, etſi erramus modicam pœnitentiam imponentes; nonne melius eſt [a] propter miſericordiam rationem reddere, † quãm propter crudelitatẽ? Vbi enim paterfamilias largus eſt; diſpenſator non debet eſſe tenax. [b] Si Deus benignus eſt, ut quid ſacerdos eius auſterus? Vis apparere ꝛ ſanctus? circa vitam tuam eſto auſterus? circa alienum benignus.

† al. dare.

α ¶ Vis apparere.] *Locupletatus eſt hic locus ex indicata homilia: cũ antea legeretur*, vt qu.d ſacerdos eius auſterus vult apparere.

Item Martinus Bracharenſis, c. 74.

¶ Calendarum obſeruationes agere non licet.

C. XIII.

Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 10. c. 15. Iuo p. 11. c. 43.

NOn licet [c] iniquas obſeruationes agere Calẽdarũ, & otijs vacare gẽtilibus: neq; lauro, aut viriditate arborum cingere domos: [d] omnis enim hæc obſeruatio paganiſmi eſt.

Vnde Zacharias Papa concilio Romano, c. 9.

¶ Anathema ſit, qui ritum Paganorum, & Calendarum obſeruat. C. XIIII.

Poly. ibid. Burc. l. 10. c. 16. Iuo p. 11. c. 43.

SI quis [e] Calendas Ianuarias, & brumam ritu paganorum colere, uel aliquid plus noui facere propter nouũ annũ, β aut mẽſas cũ dapibus uel epulis i domibus p parare, & p vicos, & plateas cantiones, & choros ducere ꝑſũpſerit, qd magna iniqtas ẽ corã Deo: anathema ſit.

¶ *Hoc eſt caput nouũ in cõcilio Romæ a Zacharia habito, quod aſſeruatur in Vaticana bibliotheca, & inde nõnulla ſunt emẽdata, & addita. De hac aũt ſuperſtitione Bonifacius legatus Germaniæ epiſ. 2. q̃ eſt in tomis cõciliorũ, ad ipſum Zachariã multa ſcribit; cui Zacharias vltima epiſtola reſpondens mentionem huius concilij uidetur facere his uerbis.* Et quia per inſtigationẽ diaboli iterũ pullulabant; a die, qua nos iuſſit diuina clementia (quamquã immeriti exiſtimus) Apoſtoli vicẽ gerere; illico omnia hæc amputauimus. *Idem prohibetur pluribus uerbis in canonibus, qui ſexta ſynodo adſcribuntur. c. 62. Et multa in huiuſmodi ſuperſtitionem ſcribit Tertullianus in libro de idololatria, & alij graues auctores.*

β ¶ Vel aliquid plus noui facere propter nouum annũ.] *Hæc non ſunt in codice iſtius concilij Vaticano.*

quandoque tamen potius ſeruatur rigor quàm miſericordia, ſcilicet ubi non eſt ſpes correctionis, ut 23. q. 4. eſt iniuſta.

d ¶ Tenax.] Hæc eſt ratio, quare iudex poteſt augere onus legis, ſed illud nõ põt diminuere. ut ff. de re iu. ſi ſe nõ. §. ſi quis. ſimiliter generalia verba q̃ prĩceps ponit ĩ ſuis priuilegijs, tu nõ debes ſtricte, & tenaciter interpretari, ut extra de decim. ad audiẽtiã, & 16. q. 1. frater ex. de dorum dilecti.

NOn licet.] Hęc eſt 4. pars q. I qua reuertit ad q̃ntam q̃. & probat p 4. cap. q̃ non debemus ſeruare augu ria, nec alia ſupſtitioſa Ioan. de Fan. & iſta cap. nihil faciunt ad iſtam quęſtio. Lau.

CASVS. Ab iſto loco vſque ad finem cauſæ repetit. G. q̃dã c. q̃ ſuperſ põ termiſerat ſup diuinationibus & ſupſtitionibus quibuſdã in quibus omnibus Chriſtiani reprehẽduntur, qui ad inſtar paganorũ dies obſeruabãt, & annos, & alias multas ſupſtitiones, & iõ per vos legatis, quia in ſcholis legi nõ cõſueuerũt. Si aũt aliq̃ ex ſua diligẽtia caſus voluerit formare facile poterit, qa tales ſi clerici ſunt, deponãtur, & laici anathematizent. In illo c. nõ obſeruetis, ĩ c. ſeq. repetit q̃ dicta fuerãt ſ. e. q. §. nõ licet. & c. ſortes, & ẽt addit quæ dã alia, quæ facile p te videbis.] Pycta ciolas. i. breues ĩ chartula ſcriptos. [In grãdinarijs. q̃ grãdo poſſit mouerĩ p magicas artes. c ¶ Non licet.] Ab hoc loco vſque ad fine repetit q̃dam ca. q̃ omiſerat in 5. quęſt. in q bus omnibus reprehendũtur Chriſtiani, qui ad inſtar paganorũ dies obſeruant, & annos, & alias friuolas ſuperſtitiones.

Dies, & anni nõ ſunt obſeruandi.

Mã eſt prę ſumenda rigo

nere minorem pœnitentiam quam maiorem, quia ubi pater familias, i. Deus, benignus eſt ad miſer ndum, ſacerdos eius uicarius auſterus eſſe non debet.

a ¶ Melius eſt. Arg. q̃ iudex potius ſ robit miſericordiã quã rigorẽ. 50. d. ponderet. in fi. & dicit. non ſatis. 11. q. 3. nemo poſtorũ extra de ſortileg. cap. 42.

d ¶ Domos.] Cum hoc ſit ideo quia creditur aliquid ĩ luſus inde recipere.

e ¶ Si quis.] Hic recepit magiſter ea quæ tradidit obſ uationi in 5. q.

a ¶ Non

Digitized by Google

Item Augustinus.

¶ Infirmitatibus hominum incantantiones nihil remedij præstant. C. XV.

ADmoneāt sacerdotes fideles populos, ut nouerint magicas artes, incantationesq; quibuslibet infirmitatib.hominum nihil remedij posse conferre; nō animalibus languētibus, claudicātibusve, vel etiam moribundis quidquam mederi; non ligaturas α ossium, vel herbarum cuiquam mortalium adhibitas prodesse; sed hæc esse laqueos, & insidias antiqui hostis: quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. Et si quis hæc β exercuerit; clericus degradetur, laicus anathematizetur.

In Turonensi 3. ca. 42. & in adiectis capit. c. 94. Poly. ibidem. Bur. l. 10. c. 40. Iuo p. 11. c. 65.

¶ *Caput hoc Burchardus, & Iuo citant ex dictis Augustini: apud quē similia reperiuntur in locis allatis supra ea. q. 5. nec mirum. Sed eadem omnino verba præter vltimam clausulam leguntur in cōcilio Turonensi 3. cap. 42. & in adiectis capitularibus, cap. 94.*

α ¶ Non ligaturas.] *Hinc usque ad ver.* prodesse. *sunt addita ex concilio, & capitularibus.*

β ¶ Et si quis hæc.] *Postrema hæc tota clausula non legitur in concilio, neque in capitularibus, sed apud Burchardum, & Iuonem.*

Item Augustinus.

¶ *In plerisque vetustis exemplaribus est tantum*, Item. *& in Polycarpo etiam refertur sine auctoris nomine.*

¶ Dies Aegyptiaci, & Ianuarij Calendæ non sunt obseruandæ. C. XVI.

e ¶ Infirmitatis.] Idest contra infirmitatem, incontinentiæ concessum: ita tamen & olim erat, sed non erat legis obsequium.

f ¶ In quibusdam.] Vnde in senibus est humanitatis solatium, idest, contrahitur ut eis seruiatur in suis necessitatibus; s. d. omnino. & est arg. hic ex quo senes, qui iam arrigere non possunt, contrahũt: ergo & spado & frigidus potest matrimonium contrahere. ar. 33. q. 5. qã ille. no. nã & posthumũ instituit spado, ut ff. de liber. & posth. sed est quæstionem §. spadonem. sed non est uerum: quia non potest contrahi matrimoniũ nisi ibi sint tria bona matrimonij, uel re, uel spe. ¶. ea. q. 2. omne. de sene nõ est simile. nemo. n. est adeo senex q̃n aliqñ calere possit natura, vel artificio: quod non est in frigido, uel in puero, uel spadone: & ideo senex habilis est ad contrahendum. Sufficit. n. ꝙ prolem non euitet. 32. q. 2

2 Istam glo. sic ponũt H. & L. quę cõiter male habetur, & falsè signatur: nam dẽt signari in uerbo occasio. & dẽt incipere, in vouentib. Arch.

Matrimoniũ põt a senib. contrahi, sed non a spadonibus, aut frigidis.

Senex calescere potest.

1 Ant. cont. ex de fug. & fam. c. 2. & die, ut ibi no. de hoc.

solet. sic enim generale dicitur. ex quo non cuitat procreationis & coitus est ad coeundum 1. Vel die humani solatij, &c. id est contrahitur causa prolis. quæ patris solatium est, & hoc vult litera sequens, filiorum, &c. Vel die. vt dixi. 32. q. 7. hi qui.

a ¶ Promiscuum.] Id est, indifferenter, & indistincte coniscere scilicet canino more. Canes enim indifferenter, & indistincte commiscentur.

tatis solatium. Filiorum quippe procreationi operam dare, non canino more per vsum promiscuum [a] fœminarũ, sed honesto ordine coniugali, non est in homine improbandus affectus: [b] & ipsum [c] tamen laudabilius transcendit, & vincit cœlestia [d] cogitans [e] animus Christianus. Sed quoniam, sicut ait Dominus, non omnes capiunt verbum hoc; quę potest capere, capiat; quę se non continet, nubat; quæ non cœpit, deliberet [f]; quæ aggressa est perseueret: nulla aduersario detur occasio [g], nulla Christo fraudetur [h] oblatio.

Matth. 19.

b ¶ Affectus.] Scilicet prolis procrandæ ad cultum Dei. 32. q. 1. non in sola.

c ¶ Et ipsum.] Scilicet affectum.

d ¶ Cœlestia.] Nam cœleste est in carne viuere, & opera carnis non facere: quia virginitas replet Paradisum 31. quæst. 1. nuptiæ. & ib. nequaquam habent, nec esse habentur superiora dignitate dicunt Theologi, quod vita Angelica viuunt.

Virginitatis laudes.

Beda 1. Tim. 5. & ibi glossa.

e ¶ Cogitans.] Id est præfert continentiã bono coniugali.

f ¶ Deliberet.] An sit aduertendum.

g ¶ Detur occasio.] in non aduertib.

h ¶ Subtrahatur.] In aduertibus. immo filij accedite ad seruitutem Dei, & parate vos ad tentationem de pœnitẽ. d. ſt. 2. si enim. extra de renuncia. nisi, in princip.

1. Tim. 5.

Sed cum dicit, [b] Affectus, [c] Et ipsum, [d] Cœlestia, [e] Cogitans, [f] Deliberet, [g] Detur occasio, [h] Subtrahatur, [a] Sed etiam.] Hinc enim emergunt duæ opiniones. Augustin. dicit quod contrahere, actus, scilicet contrahendi, non est malus: & hoc ea ratione, quia ex eo sequitur bonum, scilicet matrimonium. Non enim vult dicere, quòd ex malo sequatur bonum pro eo facit infra eod. & si non nubendo. & illud, non solum suscepto, &c. & illud, non quia coniugalem. sed voluntas frangendi votum tantum (vt dixit) est peccatum, vt patet infra eod. non quia ipse nuptiæ, &c. 2 sed hæc litera ei contradicit non solum capescere. sed ipse exponit, non solum voluntas frangendi votum in actum producta est damnabilis: sed etiam nubere velle. id est, voluntas frangendi votum contenta suis finibus est damnabilis, sed ex dicto eius sequetur, quod aliquis faciat simul bene, & male. quia contrahendo bene facit. sed recedendo a voto male facit & intelligit hoc coram de voto solenni præsenti vel nudo. [f] quia secundum eum vtrumque dirimit matrimonium, sed de proposito. quod quis habet votum emittendi, vt dixim. supra in princip. quæst. Nos dicimus, quod ipsum velle contrahere, & contrahere est peccatum istius: & tamen inde sequitur matrimonium, quod est bonum. & intelligitur capit. de voto præsenti simplici. Nec est mirum si sequitur ex bono malum arguim. de consec. d. ſtinct. 2. sicut ludas. & 31. d. ſtinct. si qui sunt presbyteri. sicut ex malis bonum 11. q. 3. quid ergo. sicut in passione Christi opus operans fuit malum, id est, crucifixio Iudęorum. opus autem operatum, id est, passio fuit bona actio enim fuit mala, passio bona, & sic malum potest habere bonum effectum. contra nos est illud, & si non nubendo. sed die,

Op⁹ de pte fuit in Christi passione

1. Tim. 5.

† *al. nubentes. sup. d. 27. ca. vouentib. & 27. q. 1. eod.*

¶ In coniugali quippe vinculo, si pudicitia non conseruatur, damnatio non timetur. Sed in virginali, & viduali continentia, excellentia muneris amplioris expetitur; qua expetita, & electa, & voti debito oblata, iam non solũ capescere nuptias, sed etiã [i] si nõ nubant † nubere velle damnabile est. Nam vt hoc demonstraret Apostolus; non ait, cum in delitijs egerint, in Christo nubunt; sed [nubere volunt, habentes (inquit) damnationem: quoniam primam fidem irritam fecerunt.] etsi non nubendo, tamen volendo: non quia ipsæ nuptiæ, vel talium damnandę iudicẽtur: sed damnatur propositi [k] fraus [l]: damnatur fracta voti fides: damnatur non susceptio [m] a bono inferiore [n], sed ruina ex bono superiore [o]. Postremo damnatur tales, non quia coniugalem fidem posterius inierunt, sed quia continentię primam fidem irritam fecerunt. Quod vt breuiter insinuaret Apostolus; noluit eas dicere habere damnationem, quæ post amplioris sanctitatis propositũ nubunt, non quia non damnẽtur, sed ne in eis ipsę nuptię damnari putarentur: sed cũ dixisset, [nubere volunt,] continuo addidit, [dãnationem habentes.] & dixit, quare: [qm̃ primã fidẽ irritã: fecerunt:] vt voluntas, quæ à proposito cecidit.

i ¶ Etiam.] Scilicet continentia. dic enim & si. i. quamuis ipsum nubere non sit peccatũ, &c.

k ¶ Propositi.] Id est uoti.

l ¶ Fraus.] Id est, deceptio.

m ¶ Susceptio.] i. susceptum matrimonium, † sed tamen primam fidem irritam fecerunt. item no. q Apostolus hic locutus est de his, qui uouerunt per uerba de præsenti. & Aug. hic de talibus locutus est. Et hoc probat illa litera, si uiro suo uiuo. & ubi dicit, cui uiuente marito nubit. Nam si nubit, ergo Christo uouet: & ideo intelligimus hoc de uoto præsenti. Hæc ibi: & secundum eum superficialiter inducitur auctoritas illa Apostoli, q poterant contrahere. & dicit B. q uotum in sua natura consideratum non impedit circumstipta omni solennitate: sed ecclesia potius uel post inuenit huiusmodi solennitates, & constituit ut impedirent. numquid ergo monachi antequã ecclesia instituerent, poterant contrahere? Dic quod tunc monachi non erant, cum monachus esse non possit quin aliqua solennitas obseruetur, sed posito quod fuerint: poterant contrahere * Ino.

† Hæc fuit expositio Gr. & L. sed Io. de Fa. exponit. susceptio. i. ipsã fuisse perfectam in matrimoniũ maximũ, & nõ damnatum. Archid.

** Non propriè monachi, sed qui votum nõ emittentes instituerunt hanc causa monachos se adiungendi.*

n ¶ Bono inferiore.] Id est, coniugio.

o ¶ Bono superiore.] Scilicet continentia. duo enim sunt bona, vnum superius, ut continentia, & bonum inferius, ut matrimonium.

p ¶ Non ergo quod nupsit peccauit. sed dic eo, quod sic nupserit contemnit. & est fides cons. d. 2. sicut Iudas, &c.

Vouẽtes contrahendo, & contrahere nolendo, & peccare.

p ¶ Proin-

a ¶ Proinde.] Hic ponit Aug. quid eos inducebat ad dicendum, ꝙ nubentes poſt uotum ſimplex erant ſeparãdi. & durat uſque ad id. qui hoc dicunt, ubi ponit ſuam primam improbationem, ſecundam autem ibi, [Deinde.] Tertiam ibi. [Fit autem. &c.]

b ¶ Cum enim.] Salua ſua pace Aug. non bene opponit iſtis, hoc non eſt ſimile de carnali matrimonio, & ſpirituali. Non enim de ſpirituali matrimonio ad carnale eſt regreſſus, ſed bñ de carnali ad ſpirituale ꝓgreditur: & ita dormitauit hic Aug. Vel dicebãt forte illi omnimodã eſſe ſimilitudinem inter hoc, & illud.

c ¶ Melioris ſint.] Id eſt, ſigñm melioris meriti, quia ſecundæ nuptiæ indiciũ ſunt incõtinentiæ. ut 31. q. 1. de his & ca. hac ratione.

d ¶ Virgo.] Quia ſine macula, & ruga peccati. ut 32. q. 4. ne currat. 21. diſt. quia. e ¶ Vxores.] Hic habes, ꝙ votũ ſimplex non dirimit ex ſui natura, eadem ratione nec ſolenne, cum idem ſint: quia ſolẽnitates non ſunt de ſubſtãtia, & verum eſt: ſed cõſtitutio eccleſiæ dirimit matrimoniũ: religio tñ dirimit matrimoniũ, vt extra de conuerſ. coniuga. ex publico. Sed nũquid ſimpliciter vouens, qui cõtrahit tenetur cõtinere mortua vxore? Videtur quod non, qa obligatio extincta nõ reuiuiſcit, ut de conſecr. diſtinct. 4. quæris, ff. de ſolu. qui res §. aream. Sed contrarium eſt uerũ quia nõ tollitur per matrimonium niſi voti executio extra de conuerſ. coniug. quidam. nam uouit ille quantum in ſe fuit, ideo poſtea cõpellitur continere: ꝙ non fieret ſi omnino eſſet abſolutus à uoto. ſi tamen cõtraxerit tenet matrimoniũ, ut no. in illa decre. quidam.

f ¶ Adulteria.] Id eſt adulteros eſſe, non coniuges. & eſt emphaſis. i ſicut illud, Dauus ẽ ipſũ ſcelus.

g ¶ Sed plane.] Ab hinc tractat de uoto ſolẽni ſecũdũ quoſdam: ſed uerius per totũ ca. de voto primato agitur.

h ¶ Grauius.] Sup. 17. q. 4. ſunt qui.

i Impropietatem locutionis nõ ſic 24. q. 1. pudẽda, in pr. ubi de hoc.

Auguſtinus qñque dormitauit.

Solemnitas non eſt de ſubſtãtia matrimonij.

Vouens ſimpliciter qui cõtraxit, an mortua vxore tenetur continere.

ſup.d.27.quidam.

† al. non nubit. Matth. 19. Rom. 6.

ſup. ea. melior.

† al. quod.

Ibid. 1. Cor. 7.

2. Cor. 11.

appareat eſſe dãnata, ſiue ſubſequantur nuptiæ ſiue deſint. ¶ Proinde, [a] qui dicunt talium nuptias non eſſe nuptias, ſed potius adulteria; non mihi videtur ſatis acute ac diligenter conſiderare, quid dicant. Fallit eos quippe ſimilitudo veritatis. Quia enim Chriſti coniugium dicuntur eligere, quæ Chriſtiana ſanctitate nubunt; ꝛc † hinc argumẽtantur quidam dicentes: ſi viro ſuo viuo, q̃ alteri nubit, adultera eſt, ſicut ipſe Dñs in Euãgelio diffinit: viuo ergo Chriſto, cui mors vltra nõ dominabitur, quæ coniugium eius elegerit, ſi homini nubit, adultera eſt. ¶ Qui hoc dicunt, acute quidem mouentur: ſed parũ attendunt hanc argumentationem quãta rerum ſequatur abſurditas. Cum enim [b] laudabiliter etiam viuente viro, ex eius conſenſu continentiam fœmina Chriſto vouerit: iam ſecundum illorum rationem nulla hoc facere debet, ne ipſum Chriſtũ (quod ſentire nefas eſt) adulterum faciat, cui viuente viro nubit. Deinde cũ primæ nuptiæ melioris ſint [c] meriti, quam ſecũdæ: abſit, ut ſanctarum viduarũ iſte ſit ſenſus, vt Chriſtus eis videatur quaſi ſecundus maritus. Ipſum enim habebant, & antea (quando viris ſuis fideliter ſubditæ ſeruiebant) nõ carnaliter, ſed ſpiritualiter virum, cui eccleſia ipſa, cuius mẽbra ſunt, coniunx eſt; quæ fidei, ſpei, & charitatis integritate non in ſolis virginib. ſacris, ſed ét viduis, & cõiugatis fidelibus tota virgo [d] eſt. Vniuerſæ quippe eccleſiæ, cuius illæ mẽbra ſunt, Apoſtolus dicit: [Aptaui vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto.] Nouit autem ille virginem coniugem ſine corruptione fœtare, quem in ipſa etiam carne potuit mater ſine corruptione procreare. ¶ Fit autem per hanc minus conſideratã opinionem, qua putant lapſarum a ſancto propoſito fœminarum, ſi nupſerint, non eſſe coniugia, non paruum malũ: vt a maritis ſeparentur vxores, [e] quaſi adulterę ſint, non vxores: & cũ volunt illas ſeparatas reddere continẽtiæ, faciũt maritos earũ adulteros ueros, cum ſuis vxoribus viuis, alteras duxerint. ¶ Quapropter non poſſum q̃dem dicere a propoſito meliore lapſas, ſi nupſerint, fęminas, adulteria [f] eſſe, non coniugia: ſed plane [g] non dubitauerim dicere lapſus, & ruinas a caſtitate ſanctiore, q̃ vouetur Deo adulterijs eſſe peiores. Si.n. (quod nullo modo dubitãdum eſt) ad offenſionẽ Chriſti pertinet, cũ mẽbrum eius fidem non ſeruat marito: quãto grauius [h] offenditur, cum illi ipſi non ſeruat fides in eo, qd̃ exigit oblatũ, qui † non exegerat offerẽdũ? Cum enim quiſque non reddit quod non imperio compulſus, ſed conſilio commonitus uouit; tãto magis fraudati uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi neceſſitatem.

a ¶ Nubunt.] *In aliquot uetuſtis, & originali legitur,* non nubunt: *& utraque lectio uidetur ferri poſſe. Multa uero alia ex ipſo B. Auguſtino ſunt emendata.*

Digitized by Google

DE viduis.] CASVS. Hoc c. ſecundum H. poſſet melius legi de voto ſolenni, quàm de ſimplici. Sed vt faciat ad propoſitum G. leges de ſimplici. Diuiditur ergo hoc c. in tres partes. In prima parte dicitur, quod viduæ velo conſecrationis velari non debent. In ſecunda parte dicitur, q̃ ſi viduæ poſt votum ſimplex nubant, peccãt & pœnitentiam agere debent: tñ matrimoniũ ſeparari non debet, ne talibus fornicationis laqueum injiciamus, ſed hortari eas ad pœnitentiã debemus. In 3. parte dicitur, q̃ ita debemus eas hortari ad pœnitentiam, ne nimis earum cõſcientiã terrẽamus. Secũda pars incipit ibi, Quæ ſi propria.] Tertia ibi, [Cauendum.]

a ¶ De viduis.] Videtur hoc c. intelligendum de voto ſolenni. arg. ſup. ea. ſi qs ſacro. vbi fit mẽtio de conſtitutionibus Gelaſij ſuæ pelagij, & hæc eſt Gelaſij. ſecundum hoc non facit ad propoſitum G. intelligas ergo de uoto ſimplici, & ibi facit mentionem de alijs conſtitutionib. Gelaſij, non de iſta.

Vidua non benedicitur.

b ¶ Sub nulla.] Quia vidua non conſecratur, ne benedicitur in ſua velatione, ſed tantum virgines, ut 21. quæſt. 1. deuotis ſup. ea. uiduæ.

c ¶ Caſtitatem.] Vidualem. ſcilicet poſt priſtinum coniugium aſſumptam. fides enim ſeruanda eſt priori coniugio 34. diſt. fraternitatis. & C. de ſecun. nup. l. 3.

d ¶ periculi.] Id eſt, propter periculum earum uitãdum poterit deliberare, quali, &c.

e ¶ Vetabantur.] Ar. q̃ peccatum timore maioris lapſus ſ[illegible] non notatur. 32. q. 2. ſolet. 13. diſt. nerui.

§ Et ſi ſubintelligẽ cõmunionis, ut patet ibi, ſed ſolũ, & c. 17. q. 3. nos nouimus. ſm H.

Excõicatio non eſt pro quolibet mortali peccato ferẽda.

f ¶ Laqueũ.] Si ſimpliciter uouerunt, permittendi ſunt contrahere, ut maius malum uiterur. extra qui cle. uel nouen. neniens.

g ¶ Vt & noſtra.] Ar. quod ex quo prælatus functus eſt officio admonendo, increpando, & corripiendo, non deberet ei imputatari, ſi ille non emendatur, arg. 47. diſt. quòd ad nos.

h ¶ prætermittuntur.] Et ideo aliqua prætermittuntur exponi ne terror incutiatur. ſicut dicit Beda de pœn. diſt. 4. reuertar.

i SI quis votum.] Sed nunquid ſimpliciter uouens poteſt contrahere cum alia, quæ ſimpliciter uouit? Non videtur quod teneat matrimonium, cum neuter

Vouentes ſimpliciter, an poſſint ad inuicem contrahere.

Item Gelaſius in epiſtola ad epiſcopos Lucaniæ, & Bruttiorum, c. 23.

¶De viduis, quæ primam fidem irritam fecerunt. C. XLII.

Poly. l. 4. tit. 54. Burc. l. 8. c. 34. Iuo p. 7. c. 53.

DE viduis [a] ſub nulla [b] benedictione velandis ſuperius late, ſufficienterque prædiximus. Quæ, ſi propria voluntate profeſſam priſtini coniugij caſtitatem [c] utilibili mente calcauerint; periculi [d] earum interierit, quali Deum debeant [e] ſatisfactione placare: quia iuxta Apoſtolum, primam fidem irritam fecerunt, Sicut enim ſi ſe forſitan continere non poterant, ſecundum Apoſtolum nubere nullatenus vetabantur [f]: ſic habita ſecũ deliberatione promiſſam Deo pudicitiæ fidem debet cuſtodire. Nos autem nullum talibus laqueum [g] debemus inficere, ſed ſolum adhortationes præmij ſempiterni, poenaſque proponere diuini indicij vt, & noſtra [h] ſit abſoluta conſcientia, & illarum pro ſe rationem Deo reddat intentio. ¶Cauendum eſt quippe, quod de earum moribus, actibusque beatus Paulus Apoſtolus teſtatur. Quod plenius exponere prætermimus [h], ne ſexus inſtabilis non tam detineri, quàm admoneri videatur.

1. Tim. 5.

1. Cor. 7.

1. Tim. 5.

Item Theodorus.

¶De eodem. C. XLIII.

iiij SI quis votum virginitatis habeus, &c. ſup. d. 29. c. ſi vir.

a ¶ De viduis.] Videtur hoc c. intelligendum de voto ſolenni. arg. ſup. ea. ſi qs ſacro. vbi fit mẽtio de conſtitutionibus Gelaſij ſuæ pelagij, & hæc eſt Gelaſij. ſecundum hoc non facit ad propoſitum G. intelligas ergo de uoto ſimplici, & ibi facit mentionem de alijs conſtitutionib. Gelaſij, non de iſta.

b ¶ Sub nulla.] Quia vidua non conſecratur, ne benedicitur in ſua velatione, ſed tantum virgines, ut 21. quæſt. 1. deuotis ſup. ea. uiduæ.

c ¶ Caſtitatem.] Vidualem. ſcilicet poſt priſtinum coniugium aſſumptam. fides enim ſeruanda eſt priori coniugio 34. diſt. fraternitatis. & C. de ſecun. nup. l. 3.

d ¶ periculi.] Id eſt, propter periculum earum uitãdum poterit deliberare, quali, &c.

e ¶ Vetabantur.] Ar. q̃ peccatum timore maioris lapſus ſ[illegible] non notatur. 32. q. 2. ſolet. 13. diſt. nerui.

§ Et ſi ſubintelligẽ cõmunionis, ut patet ibi, ſed ſolũ, & c. 17. q. 3. nos nouimus. ſm H.

Excõicatio non eſt pro quolibet mortali peccato ferẽda.

f ¶ Laqueũ.] Si ſimpliciter uouerunt, permittendi ſunt contrahere, ut maius malum uiterur. extra qui cle. uel nouen. neniens.

g ¶ Vt & noſtra.] Ar. quod ex quo prælatus functus eſt officio admonendo, increpando, & corripiendo, non deberet ei imputatari, ſi ille non emendatur, arg. 47. diſt. quòd ad nos.

h ¶ prætermittuntur.] Et ideo aliqua prætermittuntur ex-

, ſed accipiunt uelum de altari, ut

ter poſſit debitum exigere pone eos uouiſſe, quod nunquam exigerent, dico q̃ bene tenet matrimonium: quia uterque poteſt reddere. Sed quomodo, cum alter non exigat? Reſponde vterque enim ſi ſciat alterum indigere, nec poſſe exigere, reliqui debet commiſceri, & uterque reddere dicitur. Sed quid ſi quis uouit q̃ nunquàm redderet debitum, ſi uxorem contigeret eum ducere? ſi poſt ducat, non tenetur uotum tale ſeruare; quia præceptum eſt Apoſtoli de debito reddendo uxori, ut 33. quæſt. 4. §. Apoſtolus. Sed quid ſi aliquis iurauit quod nunquam co. noſceret aliquam mulierem, ſi poſtea duxerit uxorem, bene tenet matrimonium. nunquid ergo peccat cognoſcendo, cum iurauerit non cognoſcere? Dicunt quidam q̃ prima uice peccat, ſed poſtea non; & ijdem dicunt q̃ poſt uotum ſimplex prima uice cognoſcens uxorem, peccat; quia ſi ſemper peccaret cognoſcendo, tale matrimonium illicitum eſſet. ſed hoc nihil eſt; ſed dico quod non peccat cognoſcendo, licet contra iuramentum faciat; ſed tunc peccat quando fidem frangit Deo. Vel dic, q̃ talis permittitur ſe cognoſci, & non cognoſcat, & ſic ſaluabit iuramentum, cum potius uideat pati quam agere. Item quæro, cum iuramentum ſit de iure naturali, ſicut & uotum, quia ſicut Dominus præcepit, Vouete & reddite, ita præcepit, Reddas Dño iuramenta tua, quare uotum diſſoluit matrimonium, & nõ iuramentum? Ad hoc dico, q̃ iuſm non eſt præſtandum niſi ſubſit neceſſitas. vt 22. q. 1. ſicut unde qui tale iuramẽtum facit temerarie iurat, vnde forſitan eſt vinculũ voti quam iuramentum. ſecundum nos tñ non eſt quæſtio, quia

Iurans nunquã mulierẽ cognoſcere, an poſſit poſtea matrimonium cõtrahere.

Matrimoniũ ſoluitur uoto, ſed non iuramento.

Digitized by Google

* Imò obligat licet non fimplex non dirimat contractum. Vide S. Tho. sent. 4. d. 38. q. 1. ar. 3. q. 2. & 3.

quia votum de sui * natura non obligat: sed constitutio circa votum emissa.

QVOD AVTEM . CASVS. 18e §. diuiditur in duas partes . In prima parte dicit Gratian. ut sciamus quorum vouentium matrimonia dissoluantur recurrendum

dicto c. fi uir.

f. ea. quæ Christo.

Quòd aũt vouentes præmissis auctoritatib. inbentur ab inuicem discedere, quorum vero coniugia auctoritatibus Augustí. & Theodori soluenda non sunt, in cap. de ordinatione clericorum euidenter ostenditur . a Illud b aũt Innocẽtij, quo virgines sacrã publicè nubentes illo uiuente, cui se coniunxerant, prohibentur admitti ad pœnitentiam; nõ ita intelligendum est, vt aliquo tempore excludantur a pœnitentia, quæ dignè pœnitentiam agere voluerint: sed prohibentur admitti ad pœnitentiam, quæ ab incesti copula discedere noluerint . Post propositum namque sacræ religionis non põt c Deo per pœnitentiam reconciliari; quæ ad habitum suæ professionis redire neglexerit . Tunc n. ille, cui se iunxerat defunctus erit, cum ab illius illicitis amplexibus hæc penitus recesserit: vt iste sensus capituli. [Quæ Christo . . . . . si postea publicè nupserint, non eas admittendas . . . . . pœnitẽtiam censemus; nisi his quibus se iunxerant, de mũdo recesserint . [eis subintelligendum est, nubentibus. Tũc enim uiri de mundo recedunt, tunc defunguntur, cum ab eorum concupiscentia ipsa pœnitus se alienauerint: sicut mundus ei dicitur, mortuus, quem suis illecebris nõ adstringit: & ille perhibetur mortuus mundo, qui nihil in mũdo mũdi concupiscit. Hoc aũt sic intelligendũ esse ex subsequenti exemplo idem Innocentius ostendit dicens. [Quacunque viro viuente alteri nupserit, adultera habeatur nec ei agendæ pœnitentiæ locus concedatur; nisi vnus ex his fuerit defunctus.] Hoc de derelicta d intelligẽdum est quæ, si de viuente viro suo alteri nubit, adultera est: nec ad pœnitẽtiam admittitur, nisi uel primus reuertatur in puluerem, de quo sumptus est, vel secundus ab eius copula cessãdo ei moriatur, vt dictum est supra. Quia ergo Christus, cui spiritualiter nubunt, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, restat, vt ille, cui secundo nubunt, eis, moriatur . In utroque e autem, nisi sic intelligeretur, esset contrarius f Domino dicenti per prophetam: [In quacumque hora peccator conuersus fuerit, &c. & cunctis interpretibus diuinæ legis inueniretur aduersus. Probatur illud idem auctoritate illius capituli, quo deuota, g quæ maritum acceperit, prohibetur ad pœnitentiam admitti: nisi uel uterque continentiam professus fuerit, vel ille, cui se iunxerat, de hoc mundo decesserit.

ex gl. antiq. Gal. 6.

Gen. 4.

Rom. 6.

Ezech. 33.

sup. ea. deuotam.

a ¶ Ostenditur.] Ea. 27. dist. §. ulti.

b ¶ Illud.] sup. ea. q. quæ Christo.

c ¶ Potest.] Dignè tunc quis reconciliatur Deo, cum pœnitet de omni peccato, de pœn. distin. §. fratres min° dignè cũ pœnitet de quibusdam. de pœn. dist. §. placuit.

d ¶ Derelicta.] Gra. soluit hic ex parte illius c. quę Christo & male . non. n. inuitur a contrario sensu, quòd illu pos fe habere nuptũ, cui fid in de- in matr. ce. fol. dum pa- p Grat. soluit primã partem.

e ¶ In utroque . . . a su. Innocentij.

f ¶ Esset contrarius.] Innocentius.

g ¶ Deuota .] sup. ea. q. c deuotam.

1 Hoc dicit hodie: nullã ge ut . . &

QVAESTIO II.

1 SEquitur. Hæc quæst. diuiditur in quinque parte. In prima intẽdit probare quod sponsa sit uxor, quę tamen non est nisi spe futurorum, & non re præsentium. Secunda ibi, [His omnibus.] Tertia ibi, [Apparet.] Quarta ibi, [Sed aliud.] Quinta ibi. [Quod autem.] Iode Fant.

CASVS. Hic ponitur secũda quæstio, qua quærit, an puella desponsatæ uniliceat, eo dimisso alteri nubere. huic quæstioni (vt facilius explicetur) aliã quęstionem incidẽtem subiungit, talem scilicet, utrum inter sponsum, & sponsam sit matrimonium. illam primo soluit, allegans pro utraque parte, qua soluta facile soluitur illa, quæ hic principaliter proponitur. & soluit eam infra eadem. §. iuxta. Probat ergo Gr. quadrupliciter, quod inter sponsum & sponsam est matrimonium. Primo, per descriptionem matrimonij. Secundo, auctoritate Isidori dicẽtis, quòd

dum est ad §. supra 27. distinctione, §. vlt. In secunda parte determinat capit. illud, quæ Christo, ubi dicitur, quòd non admittitur ad pœnitentiam Deo deuota, quæ alij nupserit, nisi uir cui se iunxerat, defunctus sit quod sic intelligit Gratian. dicens, quod tunc uir dĩ ei defunctus, cum ab eius concupiscentia mentem suã, & monium. illam primo soluit, allegans pro utraque parte, qua soluta facile soluitur illa, quæ hic principaliter proponitur. & soluit eam infra eadem. §. iuxta. Probat ergo Gr. quadrupliciter, quod inter sponsum & sponsam est matrimonium. Primo, per descriptionem matrimonij. Secundo, auctoritate Isidori dicẽt: quòd

Digitized by Google

consensus facit matrimonium. Tertio auctoritate Io. Chrys. Quarto auctoritate Nicolai, qui dicit solum consensum sufficere ad matrimonium.

a ¶ Sequitur.] Hic depingitur secunda q. an. s. desponsata cum eo dimisso possit alij nubere. Cui quæstioni (vt facilius explicetur) subiungit G. aliam q. incidẽtẽ, s. vtrum inter sponsum & sponsam sit coniugium, & allegat ad vtramq; partem huius incidentis q. eam soluit dupliciter inf. ea. iuxta. scilicet, quod inter sponsum & spõsam est matrimoniũ initiatum, i. non cõsummatum, vel inter sponsum & spõsam dicitur esse matrimonium non re præsentium, sed spe futurorum. Sed his relictis certum est, ꝙ inter sponsum & sponsam nõ est matrimonium proprie sumptis vocabulis. Sponsus enim a spõsalibus dicitur, & sponsalia sunt conuentio & repromissio futurarũ nuptiarum. ff. de spon. l. 1. Et hãc quæstionem tractat G. vsque ad §. Sed cõcedatur. ibi de secunda quæstione dicitur.

Matrimoniũ an sit inter sponsum & sponsam.

Sponsaliũ diffinitio.

tur [a] secunda quæstio, qua quæritur an puella alteri desponsata possint renunciare priori conditioni, & transferre sua vota ad alium.

1 *Hic primum videndum est, an coniugium sit inter eos.*

2 *Secundo, an possint ab inuicem discedere.*

Eos autem coniuges esse, & ex diffinitione coniugij, & auctoritate multorum facile probatur. Sũt. n. nuptiæ, siue matrimonium, viri [b] mulieris q; coniunctio [c] individuam [d] vitæ consuetudinem retinens. [e] Inter hos autem fuit coniunctio, quæ individuam vitæ consuetudinẽ exigebat. Fuit enim inter eos consensus, qui est effic. ens causa matrimonij, iuxta illud Isidori: [Consensus facit matrimonium.]

Sent. 4. dist. 27. Iuo p. 8. c. 1. Pann. l. 6. c. 1.

inf. ead. c. coniugij. inf. ead. omnes.

Item Ioannes Chrysostomus, [ideſt auctor operis imperfecti, homilia 32. in Matthæum.]

C. I.

Sent. 4. dist. 27. Iuo p. 8. c. 333.

MAtrimonium quidem nõ facit coitus, g sed voluntas: [h] & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. [i] Ideo qui dimittit coniugem suã, & aliam nõ accipit; adhuc maritus est. Nam etsi iam corpore separatus est; tamen adhuc voluntate [k] coniunctus est. Cum ergo aliam acceperit; tunc plene dimittit. Non ergo qui dimittit, mœchatur; sed qui alteram ducit.

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 3.

C. II.

Sent. ibidem.

SVfficiat secundum leges solus [l] eorum consensus,

Sponsaliũ definitio. Sponsus enim a spõsalibus dicitur, & sponsalia sunt conuentio & repromissio futurarũ nuptiarum. ff. de spon. l. 1. Et hãc quæstionem tractat G. vsque ad §. Sed cõcedatur. ibi de secunda quæstione dicitur.

b ¶ Viri.] Quia in pari sexu nõ potest esse matrimonium. est enim matrimonium quiddam habens suum mõdum existendi per se, & sunt duæ correlationes, & ita plura.

c ¶ Coniunctio.] Animorum. infra eo. eam initiatur. & inf. ea. multorum.

d ¶ Individuam.] Quo ad propositum. perpetuo. n. debet contrahi matrimonium 32. q. 2. solet. dicit lex, qd dotis causa perpetua est, quia eo uoto datur. vt semper apud maritum sit. ff. de iure dot. l. 1.

Matrimoniũ infideliũ bene dissoluit.

e ¶ Retinens.] Supple diuini & humani iuris communicatio. ff. de ri. nup. l. 1. eiusdem enim religionis debẽt esse. C. de Iudæ. nequis. 28. q. 1. caue. Sed obijcitur de matrimonio quod est apud infideles, si alter non vult sine contumelia creatoris habitare cum fideli dissoluitur matrimonium. non ergo est individua coniunctio. Sed dic ꝙ tunc lex dissoluit, non homo. vt 33. q. 2. quos Deus. quia tunc contumelia creatoris soluit ius matrimonij, ut extra de diuor. gaudemus.

f ¶ Efficiens causa.] infra 29. q. 2. si quis ancillam.

g MAtrimonium.] ¶ Coitus.] Nisi cũ sponsalia contracta sunt sub conditione. tunc enim per coitum recedituꝛ a conditione, ut extra de condi. appo. de illis.

Consensus matrimonij. an sit voluntarius.

h ¶ Sed voluntas.] Ideſt, voluntarius consensus: uerbis tamen legitimis expressus: requiritur. n. quod consensus sit voluntarius: & non coactus. extra de sponsa. cum locum. verba enim requiruntur quantum ad ecclesiam, & ut extra de sponsa. tuę.

i ¶ Sed voluntas.] Vtriusq; intercedentis. qã sit quando maritus & uxor se absoluerunt ab exactione reddendi debiti cã continentiæ. inf. ea. Agathosa. & in

autem scias, ꝙ licet dominus aliquis nolit esse dominus rei alicuius, non ideo perdit dominium. secus est in possessione. ut ff. de acq. poss. si quis ui. §. 1.

Dñium non ita facile perditur ut possessio.

CVM ERGO. CASVS. Infert G. ex supradictis, ꝙ inter sponsum & sponsam est matrimonium: quia consensus inter eos matrimonium facit. Postea quærit qs consensus matrimoniũ facit, an cõsensus cohabitationis, an carnalis copulæ, an uterque. si consensus cohabitationis matrimonium facit, tunc frater cum sorore matrimonium faceret, quod falsum est. Item nec carnalis copulæ consensus, quia sic hoc inter Mariam & Ioseph non fuisset matrimonium: quia illa proposuerat continere. & hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, ꝙ Maria non fuit rea uoti uirginalis, & excusat eam quia proposuerat uotum uirginitatis sub tacita conditione, nisi Deus aliter reuelaret uotum tamen illud ore non expressit, deinde diuina reuelatione in carnalem copulam consensit; & exinde salus uirginitate uotum corde conceptum cum uiro penitus expressit & seruauit expressum. In tertia parte determinat dicens ꝙ utrq; consensus simul cohabitandi, & individuam vitæ, & e faciunt matrimonium. sed hoc ultimũ est allegatio. Secunda pars incipit ibi. [Si ergo.] Tertia ibi. [Consensus ergo] [Postea, ſi. postquam.] [Ex corde,] scilicet uotum inter istos in themate positos. & quod ipsi sint coniuges, probat per sequentia.

l SVfficiat.] ¶ Solus.] Verba enim tantum necessaria sunt ad probationem ext. de spõs. tuæ, & exponũt quidam secundum leges, ideſt, secundum canones. Sed ubi sunt isti canones? immo potius uidetur cõtrarium per canones infra 32. q. 2. c. ult. & pe. Sed dic ꝙ illi canones

nones sunt. 19.q.2.si quis,extra de cõiug.seru.c. 1.extra de rapt.cum causam. Vel dic secundum,prout sonat litera.Sed hæc dictio,solus, non excludit cõsensum parentum,immo tãtum alias solennitates, quæ sunt circa matrimonium,q.d.solus eorum consensus est causa esse.

Consensus parẽtum an sit in matrimonio requisitus.

de quorum coniunctionibus agitur.Qui consensus si in nuptijs solus fortè defuerit; cætera omnia etiam cum ipso coitu celebrata fruantur.

¶ *Emendatum est caput hoc ex ipsis Nicolai responsis.*

Cum ergo inter istos consensus interceſſerit, qui solus matrimonium facit: patet hos coniuges fuisse. Sed quæritur, quis consensus facit matrimonium, an consensus cohabitationis,an carnalis copulæ,an uterque.Si cohabitationis consensus matrimonium facit;tunc frater cum sorore matrimonium potest contrahere;si carnalis copula,inter Mariam & Ioseph non fuit coniugium. Vouerat enim Maria se uirginem perseueraturam.Vnde ait Angelo:[Quomodo [a] *fiet istud, quoniam uirum non cognosco?] id est,me nõ cognituram proposui.Neque enim quia tunc uirum non cognoscebat : necesse erat inquiri, quomodo posset filium habere : sed quia nunquam se cognituram proposuerat.¶ Si ergo contra suum propositũ postea consensit in carnalem copulam:res facta est non* † *al.corpore.* *uirginalis* [b] *mente,& si non opere* † *uiolati.Quod de eã sentire nefas est:sed sicut Augustin.ait.*

Sent.4.dist.30.

C. III.

BEata Maria proposuit se seruaturam votum uirginitatis in corde; sed ipsum uotum uirginitatis nõ expressit ore. [c] Subiecit se diuinæ dispositioni, dum ꝓposuit se perseueraturam virginẽ, niſi Deus aliter ei reuelaret.Committens ergo uirginitatẽ suam diuinæ dispositioni;consensit [d] in carnalem copulam non illã appetendo, [f] sed diuinæ inspirationi in utroque obediendo. Postea uero filium genuit,& quod corde conceperat,simul cum uiro labijs expressit,& uterque in uirginitate permansit.¶ Consensus [f] ergo cohabitãdi,& indiuiduã vitæ consuetudinẽ retinendi interueniens, eos cõiuges fecit.Indiuidua uero uitæ consuetudo est talẽ se in omnibus exhibere uiro,qualis ipsa sibi est,& ecõuerso. Ad indiuiduam itaque cõsuetudinem pertinet, absque legitimi consensu uiri,& orationi aliquãdo non posse vacare,nec continentiam profiteri.Quia ergo iste consensus fuit inter eos;patet eos coniuges fuisse.

Hactenus magister.

¶ *Caput hoc in uetustis exemplaribus coniunctum est superiori:& uidetur à collectore ex uarijs locis B. Augustini potissimum ex libello de uirginitate confectum.*

[*Ioannes Chrysostomus,*] *id est auctor operis imperfecti,hom.32. in Matth.*

Ino p.8.c.33.

PALEA. C. IIII.

OMnis res per quascunque causas nascitur , per

Maria non uouerat absolutè.

Votũ quoddam est expressũ,quoddam tacitũ.

a ¶ Quomodo.] Licet hoc interrogatet, non tamẽ dubitauit de uerbis angeli : sed dubitauit quomodo illud posset fieri,ut sint duæ partes,quo & modo : de modo enim dubitauit,non de facto.

b ¶ Voti virginalis.] Sic ergo patet,ꝙ Maria non uouerat cõtinẽtiam , sed ꝓposuerat uouere: & virginitatẽ cõseruare, niſi Deus aliter reuelaret,vel lex ꝓhiberet, uel parẽtes cogerẽt: & inde est, ꝙ licite potuit cõtrahere matrimoniũ Deo reuelãte,si uouerat etiã solẽniter:qa votũ fuit sub cõditione,immo q̃tumcũque absolutũ sit uotũ,semper intelligit excepta auctoritas maioris, ut extra de iurciu. veniẽtes.similiter hoc subintelligit̃ , si res in eodẽ statu permaneret,22.q.2.ne q3. & ff.de solut.l.cum q5 & hoc si tibi seruatur fides, extra de iureiurã. quemit. & hoc si numerauit pecuniam, ut C.de nõ nũ.pec. indubitati. & honestę & possibiles, ut extra de iureiur. quemadmodum, & alias posui. 32.q. vlt. cap. vno.

c ¶ Ore.]Expressio .n.oris in uoto multũ operatur,vt extra de vo.& vo.rede.literarũ.ar.j.ca.duobus.i fi.ar.de pę.di. 1.magna.in prin.vbi ꝙ quo ad Deũ nõ sit necessaria oris cõfessio.22.q.5.humanæ,& cap.cauete,& 24.q.5.si qd. sed tñ secus est in uoto tacito, q̃ expresso. nã dicit lex.ꝙ ¶ legaui tibi decem,si uolueris, tale legatum nõ trãsmittes ad hæredes , niſi primo expresseris te uoluisse; secus uerò est si legauero, tibi x.purè: qa illud trãsmittes. ff.de le.1.si ita legatũ sit.§.illi si uoleti. immo nec uotũ dicit conditionale vbi cõditio subintelligitur.ut ff.de cõditio. & demonst. cõditiones,quæ. Ioan.

d ¶ Consensit.] Infra ea.prius quam.

e ¶ Appetendo.] Argum.ꝙ aliquis consentit in aliqd. non tamen vult illud fieri.8.q.1.audaces. Vel dic sicut in glos.sic ergo patet.

f ¶ Consensus.] id est,maritalis affectus.

Cum

effectum matrimonij,ideo nõ sunt cõtrariæ leges illę. C.de nupt.nec filium ff.de ritu nupt.nuptię. q̃ dicũt. quod in matrimonio requiritur consensus parentum. sed dic,quòd requiritur ex honestate,non ex necessitate.30.q.5.nostrates. I

g Ad hoc 32. q.2.c. ubi ibi videas.

CVm initiatur.] CASVS. Probat in hoc cap. Ambroſ. quòd ſi matrimoniali conſenſu mulier tum viro tũgatur, matrimonium eſt inter eos, etſi carnalis cõmixtio nõ interuenerit, uel defloratio virginitatis. Sequens capitulum planum eſt.

a ¶ Cũ initiatur.] id eſt incipit, & exiſtit. Ex hoc ſumpſit Grat. ſuam di. ſcilicet matrimonium aliud initiatũ, aliud cõſummatũ, ut j. c. §. iuxta. Sed tu dic, quod hoc refert ad actus, qui cõſiderãtur circa matrimonium, nã primo cõſẽtit, poſtea cognoſcit. Vel initiatur quo ad ſignificationẽ, vt dicemus infra ea. qua ꝓpter non quo ad ſui eſſẽtiã, cũ matrimoniũ ſacratiſſima res ſit, & j. cito eſt pfectũ, & cõſummatũ quo ad ſui eſſentiã nec recipit ſectionẽ nec interſtitia tẽporum.

Matrimoniũ eſt res ſacratiſſima.

b ¶ Pactio. j. conſenſus de præſenti.

c ¶ Non cum uiri.] Argum. cõtra extra de eo q duxit in matrimo. ſignificauit. nã ibi dicit, quod copula carnalis facit matrimonium: ſed illud refer as ad ꝓſumptionẽ, ff. de donatio. inter virũ & vxo. cum hic. §. ſi mulier ff. de ritu nuptiarum. l. 4.

d Coniuges verius.] Comparatiuus ꝑ poſitiuo, uel verius. id eſt ſanctius, & honeſtius quàm à coitu. ſicut inter Mariã & Ioſeph. argu. 33. q. 5. quod Deo.

Fides inter coniuges eſt duplex.

e ¶ Prima.] dicit H. quòd vna fides, qua vir vxori, & eõuerſo debet mutuã ſeruitutem, & etiã caſtitatem. ſecundũ hoc expone, prima fide, id eſt, primo à fide deſpõſationis. alijs dicunt, ꝙ duæ ſunt fides. Prima ẽ qua ei debet caſtitatem. arg. 28. q. 1. cauete. Secũda qua mutuã ſeruitutẽ ei debet: ſed hoc nõ niſi poſt duos mẽſes, extra de conuerſio. cõiu. ex publico. & ſecundum priorẽ expoſitionẽ ex prima vtrumque debet, ut prædixi. unde ſecũda eos primus coitus neque eſt gratuitus. nam ſtatim poſt conſenſum mutuum de præſenti tenetur reddere debitũ petẽti. 1 habet tamen alter exceptionem uſque ad duos menſes, per prædictã decret. niſi dicatur aliud ſpeciale de duobus diebus, vel vno. 30. quæſtio. 5. ſponſus. j. ad inſtitutum. hoc tamẽ eſt

1 Ad hoc ſacit quod no. infra 36. q. 1. c. 2. in fin.

† al. ipſas.] orig. j. c. matrimonium. extra de reg. in. c. 2.

eaſdem † diſoluitur. Matrimonium enim non facit coitus, ſed uoluntas: & ideo nõ ſoluit illud ſeparatio corporis, ſed ſeparatio voluntatis. Ideo, qui dimittit cõiugem ſuam, & aliam non accipit; adhuc maritus eſt. Nã & ſi corpore iam ſeparatus eſt; tamen adhuc voluntate cõiũctus eſt Cũ ergo aliã acceperit, tũc planè dimittit. Nõ ergo qui dimittit, mœchatur: ſed qui alteram ducit. ¶ *Palea hæc eſt in multis uetuſtis codicibus. Initium vero uſque ad uer.* Matrimonium. *eſt regula prima de regulis iuris, quæ eſt in Decretalibus. Verba autem homilia 32. ſunt hæc:* omnis res, per quas cauſas naſcitur, per eaſdem abſoluitur. Matrimonium, &c.

Item auctoritate probantur eſſe coniuges: ait enim Ambroſius in libro de inſtitutione uirginis, c. 6.

¶ Coniugalis pactio, non virginitatis defloratio coniugium facit. C. V.

Sent. 4. diſt. 27. Anſi. l. 10. c. 1. Iuo p. 8. c. 2. Pann. l. 6. c. 14. Poly. l. 6. tit. 4.

CVm initiatur [a] coniugiũ; tunc coniugij nomẽ aſciſcitur. Non enim defloratio virginitatis facit cõiugium, ſed pactio [b] coniugalis. Denique cum iungitur puella, coniugium eſt: non cum uiri † [c] admixtione cognoſcitur.

† al. virili.] orig.

Item Iſidorus Etymologiarum lib 9. c. 7.

¶ A prima fide deſponſationis coniuges verius appellantur. C. VI.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 3. Pann. l. 6. c. 15.

CConiuges verius [d] appellantur à prima [e] deſpõſationis fide: quamuis adhuc ignoretur inter eos cõiugalis concubitus.

PALEA. C. VII.

QVòd conditio interpoſita non ualeat, ex concilio Africano probatur.

¶ *Palea hæc abeſt ab oĩbus collatis exẽplaribus, duobus exceptis: in quorũ altero emendatiore ponitur tangũ ſumma ſeq. ca. In neutro aũt ad finẽ ca. præcedẽtis erat verba illa,* Item ex concilio Africano, *& ideo ſublata ſunt.*

[De eodem.] PALEA. C. VIII.

Extra de conditio. appoſ. cap. quicunque.

QVicunq; ſub conditionis nomine aliquã diſpõſauerit, & eam poſtea relinquere uoluerit: dicimus, quòd conditio frangatur, & deſponſatio irrefragabiliter teneatur.

¶ *Hæc palea etiã in Decret. lib. tit. de cõd. appoſ. c. qcũque. & in collectione in quinquaginta partes diuiſa (q̃ i tomis cõciliorũ eſt poſt decreta Alexãdri iij.) par. 6. c. 5. citaũ ex cõcilio Africano. Sed ī eo qđ extat, nõ hẽtur.*

Item Auguſtinus de nuptijs, & concupiſcentia, lib. 1. cap. 11.

¶ *Sic eſt reſtitutum ex Iuone, cum antea citaretur, liber de bono coniugali.*

CONiunx.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̃ Maria habuit verum nomen coniugis, & non mendax: quam Ioſeph non cognouerat, nec fuerat cogniturus, qui fuit pater Chriſti, & maritus matri eius: ſed vtrumque fuit mente, & non carne. [Vocatur.] beata Virgo [Non

¶De eodem. C. I X.

† al. ſtr. Sent. Ibidem. Iuo p. 8. c. 14. † al. priora. Pann. l. 6. c. 16.

CONiunx vocatur [a] a † prima fide deſponſationis: quam concubitu non cognouerat Ioſeph, nec fuerat cognituru: nec perierat † nec mendax manſerat cõiugis appellatio: vbi nec fuerat, nec futura erat vlla carnis cõmiſtio. *& inf.* ¶Propter quod fidele [b] coniugium parentes Chriſti vocari ambo meruerunt, non ſolum illa mater, verum etiam ille pater eius, ſicut coniunx matris eius, vtrumque mente, non carne.

Idem in eodem libro, & capite.

¶Triplex bonum coniugij fuit in parentibus Chriſti. C. X.

Sent. 4. d. 30. Iuo p. 8. c. 15. Pann. l. 6. c. 30. Ibidem c. 12.

OMne [c] itaque nuptiarum bonum impletum eſt in illis parentibus Chriſti, proles, fides, ſacramentum. [d] Prolem cognoſcimus ipſum Dominum Ieſum: fidem, qa nullum adulterium: ſacramentum, quia nullum diuortium, [e] ſolus ibi nuptialis concubitus non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat [f] ſine vlla pudenda carnis concupiſcentia, quæ accidit ex peccato: ſi ne qua concipi voluit, qui futurus erat ſine peccato.

Deut. 22.

Item in Deuteronomio præcepit Dominus Moyſi dicens, [Si quis ſponſam alterius in agro oppreſſerit, morte moriatur: ‖ quia uxorem alterius uiolauit.] ¶Item in legibus principum ſponſa iubetur lugere [h] mortem ſponſi, tanquam viri ſui.

Item in canonibus inuenitur.

¶Frater ſponſam fratris poſt eius mortem ducere non poteſt. C. X I.

inf. eod. ſi quis.

¡SI quis deſponſauerit ſibi aliquam, & præueniente mortis articulo eam cognoſcere non potuerit; frater eius non poteſt eam ducere in vxorem.

Item Gregorius Mauritio Imperatori ob quendam comitem, qui nepotis ſui mortui deſponſatã duxit vxorem

Matrimoniũ ad tẽpus nõ contrahit.

d ¶Sacramentum.] ideſt, inſeparabilitas ad tempus non poteſt contrahi matrimonium, ut 32. q. 2. ſoler. ſicut nec filiũ adoptare ad tempus poſſum. ff. de adopt. l. ſi quis. Io.

e ¶Nullum diuortium. ¡imò inſeparabilis coniunctio animorũ, ¬. eod. 5. eccc. cõtra ibi dicitur, inter Mariã & Ioſeph fuit diuortiũ, ſed ibi im¡pprie fuit diuortium. ſ. corporalis ſeparatio cauſa honeſtatis tantum facta: proprie autẽ diuertium eſt ſeparatio corporalis, quæ cauſa delicti fit.

Diuortium quid paopriè ſignificat.

f ¶Non poterat.] Hic colligit, quod maritus nõ põt eſſe cum vxore ſine peccato. arg. 33. q. 4. vir cum propria. Argucontra 12. diſt. nemi. De hoc dicemus 33. q. 4. vir cum propria.

g ¶Moriatur.] 34. q. 2. non ſatis.

h ¶Lugere.] ¡. intra tẽpus luctus non cõtrahere, & inſignia luctus deferre. Et eſt multiplex cã quare prohibetur contrahere intra tempus luctus, ne fiat perturbatio ſanguinis. p̃ incertitudinem, quia neſciretur cui partus illo tempore

Mulier intra tempus luctus certis ex cauſis contrahere prohibetur.

[Non cognouerat.] Ioſeph.
a ¶Vocatur.] Sup. 33. diſt. c. vlt.
b ¶Fidele.] Ideſt, ex fide non tamen vſu carnis conſtebat.

OMne itaque.] CASVS. Dicitur hic, q̃ in nuptijs Mariæ & Ioſeph fuit omne bonum nuptiarum. ſ. proles, fides, & ſacramentum. Proles. ſ. Chriſtus. Fides caſtitatis. Item ſacramentum, quia inter eos fuit inſeparabilis coniunctio animorum, & inter eos nullum diuortiũ interuenit: ſolum carnale cõmercium defuit inter eos, quod ſine peccato fieri non poterat, ſine quo ipſum decuit naſci, qui ſine peccato erat futurus. Sequens cap. patet: quod poteſt intelligi non ſolum ſponſa de præſenti, ſed etiam ſponſa de futuro, & tunc interuenit publicæ honeſtatis iuſtitia.

Matrimonij bona sũt tria quid dicat Gãdulphus.

c ¶Omne.] Gandulphus dixit duo eſſe tantum bona matrimonij. ſcilicet fidem, & prolẽ, ſed ipſum ſacramentum non eſſe bonũ matrimonij, niſi intranſirue intelligatur, ¡ideſt bonum quod eſt matrimonium, quia ſacramentum matrimonij (vt dicit) nihil aliud eſt quam ipſum matrimonium. Sed die q̃ ſacramentum matrimonij dicitur hic inſeparabilis coniunctio animorum: vel ẽt mutua ſeruitus: quorum vtrumq; eſt bonũ matrimonij. ſine his aũt bonis matrimoniũ cõtrahi nõ põt, poſtea verõ ſine his eſſe p̃d ¶Sacramentum.] ideſt, inſeparabilitas ad tempus non poteſt contrahi matrimonium, ut 32. q. 2. ſoler. ſicut nec filiũ adoptare ad tempus poſſum. ff. de adopt. l. ſi quis. Io.

d ¶Prolem.] Sup. 33. diſt. c. vlt.

e ¶Nullum.] Sup. 33. diſt. c. vlt.

f ¶Quæ quidẽ impedit matrimonium, & ditimit, vt patet in cod. leg. & no. eſt qui filij ſint leg. referente, & de deſpon. impu. duo pueri.

i Quæ quidẽ impedit matrimonium, & ditimit, vt patet in cod. leg. & no. eſt qui filij ſint leg. referente, & de deſpon. impu. duo pueri.

QVi deſponſatam.] CASVS. Hoc capit. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod nullus ducat in uxorem ſponſam alterius: nec conſentiat ducenti: alioquin excõicetur. In ſecunda parte dicitur, q̃ nomine ſponſæ intelligitur uxor: quod probat Gregor. primo per Euangeliũ, ſecũdo per Deutero. In tertia parte oſtendit, q̃ nec conſanguineam, nec affinem debet quis ducere in uxorẽ. Secunda pars incipit ibi. [Nam diuinæ. Tertia ibi, Et inf. [Non quæ,] Verba ſũt Gregor. [Vxor erat,] ideſt, carnaliter cognita. [A parentibus fieri,] ideſt, coniungi, & tradi ſponſo. [Vxor.] ideſt, carnaliter cognoſcenda.

a ¶ Moriantur.] 34. q. 2. non ſatis.

b ¶ Iam vxor erat.] ideſt, carnaliter cognita, & ſunt uerba Gregorij.

ADditur.] CASVS. Oſtendit hic, q̃ pter tres ſpecies matrimonij poſitas. 7. 36. q. 2. tria. cuius pars eſt hoc c. addit hæc quarta ſpecies, ſcilicet, cũ quis mortua uxore ſua, uxorẽ accipit non repudiatã, uel deſponſatam alteri, ſed abſolutã. Idem dicitur de muliere, quę ſi uiuente uiro contraheret, adultera eſſet, ut probatur auctoritate Pauli.

c ¶ Additur.] Hoc c. continuatur illi 36. quæſt. 2. tria. & cap. nullus.

d ¶ Cum altero viro.] non conſanguineo prioris.

SI quis uxorem.] CASVS. Hoc cap. & ſeq. per ſe patent, & poſſunt intelligi de ſponſa de præſenti, uel de ſpõſa de futuro, & ſm hoc erit ibi publicæ honeſtatis iuſtitia. Seq. §. patet, & allegat amodo Gratia. pro parte contraria.

e ¶ Deſponſauerit.] Videtur ergo q̃ alterũ iſtorũ per ſe ſufficiat ad hoc, q̃ ſit matrimonium, & ita per arrhas probantur ſponſalia. Sed dicendum, uel, ideſt, etiam ſubarrhauerit præcedente diſpenſatione. Vel dic, q̃ alterum ſufficit, quia & ſi ſubarrhat, licet non conſentiat, præſumitur pro ſponſalibus, & matrimonio. Dicitur de hoc 30. quæſtio. §. noſtrates, & c. fœminæ.

f ¶ Subarrhauerit.] Extra de præſumpt. illud contra.

g ¶ Ducere. ideſt, carnaliter cognoſcere.

C. XII.

QVi deſponſatam puellam proximi ſui acceperit in coniugium; anathema ſit ipſe, & omnes conſentientes ei, quia ſm legem Dei mori decernitur. ¶ Nam diuinę legis eſt mos ſponſas appellare coniuges, vt in Euangelio, [Accipe Mariam coniugem tuam.] Et illud in Deuteronomio, [Si quis cuiuslibet hois deſponſatã puellam in agro, vel in quolibet loco oppreſſerit, vel abduxerit in domũ ſuã; moriatur: [a] quia vxorẽ proximi ſui violauit:] non quæ iã vxor erat, [b] ſed quæ a parentibus vxor fieri debebat: *& inf.* ¶ Sicut nulli Chriſtiano licet de ſua conſanguinitate, vel quam cognatus ſuus habuit in matrimonium aſſumere; ita & de conſanguinitate vxoris ſuæ. ¶ *Apud Anſelmum ante hoc caput eſt hic titulus rubris literis deſcriptus.* Capitula B. Greg. doctoris de linea conſanguinitatis edita. *Poſtea vero eſt hic alius titulus nigris literis deſcriptus.* Mauritio Imperatori ob delatum quendam comitẽ, qui nepotis ſui mortui deſponſatam virginem duxit vxorẽ. *Deinde ſequitur.* Qui deſpõſatam, &c.

Sent. 4. d. 37. Anſl. l. 12. c. 93. Poly. l. 6. tit. 4.

Leuit. 20. Matth. 1. Deut. 22.

inf. 35. q. 2. nullum.

Item Hieronymus.

¶ Vxore mortua licet viro aliam ducere, ſed non repudiatam, vel deſponſatam.

C. XIII.

ADditur [c] aliud quartum coniugium legitimum. Dũ mortua fuerit vxor cuiuslibet, licet illi accipere aliam, ſed non repudiatam, nec deſponſatam viro, ſed liberã: ſimiliter debet, & mulier. Vnde & Paulus ait, [Mulier, quæ ſub viro eſt, ligata eſt ſub lege viri, quamdiu viuit vir eius.] Viro igitur viuente vocatur adultera, ſi iuncta fuerit alij viro. Si autem mortuus fuerit vir eius, libera eſt a lege viri: ita ut nõ ſit adultera, ſi coniuncta fuerit cum altero viro [d].

Iuo p. 8. c. 41. Pann. l. 6. c. 34.

Rom. 7.

¶ *Ab Iuone ante hoc caput refertur caput, tria inf. 36. q. 2. Neutrum tamen apud B. Hieronymum eſt inuentũ.*

Item Gregorius.

¶ Poſt mortem alicuius nullus de eius conſanguinitate ſponſam accipiat.

C. XIV.

iij SI quis vxorem deſponſauerit, [e] vel eam ſubarrhauerit, [f] quamquam poſtmodum pręueniẽte die mortis eius nequierit eam ducere [g] in vxorem; tamen nulli de conſanguinitate eius licet accipere eam in coniugio. Quòd ſi inuentum fuerit factum; ſeparetur omnino.

Sent. ibidem.]

Item Iulius Papa.

¶ *Sic eſt emendatum ex manuſcriptis & Magiſtro. Nã in vulgatis erat.* Iulianus. *In Polycarpo autem citatur,* ex concilio Triburienſi a Iulio Papa confirmato. *In quo titulo ſubeſt aliquod mendum.*

Voluntas verbo aut facto declarati poteſt.

a ¶ Si quis.] ¶ Alijs.] Puta frigiditate, uel ex maleficio. & ita idem iuris est siue dispensatio interueniat de solo facto, siue de iure. & ita si quis dispensauit consanguineam suam, vel aliquam aliam, cũ qua ipse contrahere non possit, & separat ab ea, nullus de cõsanguinitate

¶ De eodem. C. XV.

iij SI quis desponsauerit vxorem, vel subarrhauerit, & siue præueniẽte die mortis, siue irruentib. quibusdam alijs [a] causis, minimè eam cognouerit; neque eius superstes frater, neq; ullus de consanguinitate eius eandem sibi tollat in vxorem vllo vnquam tempore.

2 *His omnibus auctoritatibus probantur isti esse coniuges. Sed Augustinus testatur contra, dicens.*

¶ Non est inter eos matrimonium, quos non copulat commixtio sexus. C. XVI.

NOn est dubium illam mulierem non pertinere ad matrimonium, [b] cum qua commixtio sexus non docetur fuisse.

¶ *Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinum: & videtur summa seq. c.*

Item Leo Papa seq.

¶ Illa mulier non pertinet ad matrimoniũ, cum qua non celebratur nuptiale matrimonium. C XVII.

CVm societas [c] nuptiarũ ita a principio sit instituta, vt pręter cõmixtionem sexuum non habeant in se nuptiæ cõiunctionis Christi, & ecclesię sacramentum, [d] non dubiũ est illam mulierẽ non pertinere ad matrimoniũ, cum qua docetur non fuisse nuptiale ministeriũ. [e]

¶ *In codicib. epistolarũ Leonis impressis, & manuscriptis in epist. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 4. itemq; apud Burchardũ, & Iuonem longè aliter hẽt hic locus.* Cum societas, inquit, nuptiarum ita ab initio constituta sit, ut pręter sexuũ coniunctionem haberet in se Christi, & ecclesię sacramentum; dubium non est, eã mulierem non pertinere ad matrimoniũ, in qua non docetur nuptiale fuisse mysterium. *Verum, vt respondeat verbis Grat qui manifestè utitur hoc loco depravato, item quo Magistri, & glossæ, & posteriorũ doctorũ, nihil est in textu mutatũ.*

SI quis.] CASVS. Deſponſauit aliquis aliquam per verba de futuro, pater eius eam poſtea oppreſſit. cũ ea filius poſtea per uerba de præſenti contraxit de facto. Dicitur hic, q̃ tam pater, quam illa ſint ſine ſpe cõiugij: filius uero aliam accipiat.

d ¶Sponſam.] Scilicet de futuro.

e ¶Præter.] Quare ergo frater permittitur vxorem habere in conſimili caſu, ut ſup. in c. præcedenti; Reſpon. quia pater proximior eſt filio quam frater. nam una perſona intelligitur eſſe cum eo: 1 vnde magis punitur. Ioan.

1 De hoc 35. q.1.4. hac autoritate. in princ.

SI ILLA. CASVS. Infert Grat. ex ſupradictis dicens, ſi illa quam vir ſororis ſuæ cognouit, contrahere non poteſt: quia uero ſpõſam fratris ſui corrupit. poſt pœnitentiam contrahere poteſt; apparet q̃ hęc non fuit coniunx fratris eius. Item uxor poſt fornicationem poteſt uiro ſuo reconciliari; & eo uiuo manebit innupta: de ſponſa uero contrarium inuenitur: quod probat per ſequen. cap.

f ¶Cognouerit.] Supra ea. qui dormierit.

g ¶Apparet.] Allegando dixit.

h ¶De ſponſa.] De futuro: nam ſi ſit de præſenti, idem eſt quod cognita.

RAptor.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd ſi aliquis rapuit ſponſam alterius, raptor debet puniri: & ſi ſponſus ẽa recipere noluerit, ipſa poteſt alij nubere ſi raptori in crimine non conſentit. Idẽ eſt caſus ſeq. cap.

i ¶Noluerit.] De facto. ſupple, ſi intelligas de ſponſa de præſenti, nam de iure compellitur eam recipere, ſi ipſa non peccauit nec conſenſit, ſed per uim eſt paſſa. argu. 32.q.5.reuera. ff.de adult.ſi uxor. §. ſi quis planè. niſi uelit ſponſus religionem intrare, ut extra de conuer.coniug.ex publico. & ſecundum hoc quod dicitur in fin. quia illa poſſit nubere cum alio, intelligas poſt mortem uiri ſui ſi autem ſponſa eſt de futuro non eſt compellendus: 2 quia libera debent eſſe matrimonia, ut extra de ſpon.requiſiuit, non propter modicam cauſam poteſt dimitti uxor de futuro. extra. inteciuran. quemadmodum.

2 Hoc notã 35. quæſt.2. in ſumma.

K ¶Conſentiens.] Tunc enim non poſſet nubere, niſi timeretur in continentia eius. ut extra de eo qui cog. conſ.c.ex literis. in fi. 32.q.2. ſi autem. Ioan.

l ¶Non facit.] Ante uel poſt. non enim refert quando dolus cõmittatur, arg.1.q.1.cos. & ff. de calum. l.1. §. quiautem.

Statu-

Digitized by Goog

a ¶ Tatutum eſt.] Rapuerit.]Ideſt,violenter corrupe-rit. Si hoc intelligas de ſponſa de præſenti, die alij:ſcilicet ſponſo,qui eſt alius a raptore.& ſecundum hoc dicit nubendi:ideſt,carnaliter commiſcendi:ſi au-tem legas de ſponſa de futuro,dicas alij, ſcilicet a ſpō-ſo.

De eodem. C. XXXIIII.

Sent.4.diſt.27. Bure.l.9. c.37. Iuo p.8.c.275.

STatutum eſt à ſacro conuentu, ut ſi quis ſponſam alterius rapuerit ; [a] publica pœnitentia mulctetur , & ſine ſpe coniugij maneat.Et ſi ipſa eidem crimini cõſentiens [b] non fuerit , licentia nubendi alij non negetur. Quòd ſi poſt hęc coniungere ſe preſumpſerint [c] utrique vſque ad ſatisfactionem α [d] anathematizentur.

α ¶ Vſque ad ſatisfactionem.] *Hæc uerba non ſunt in Troſleiano,neque in capitularibus ſunt tamen apud Burchardum,& Iuonem,qui etiam citant Toletanum.*

Ex cum initiatur. & inf. ſi quis deſponſata cum ſequ.

3 *Apparet ergo hanc non fuiſſe coniugem ; cui uiuente ſponſo , alteri nubendi licentia non negatur . Quomodo ergo ſecundum Ambroſium , & reliquos patres , ſponſæ coniuges appellantur ; & his omnibus argumẽtis coniuges non eſſe probantur? Sed ſciendum eſt, [c] quod coniugium deſponſatione initiatur , commiſtione perficitur. Vnde inter ſponſum & ſponſam coniugium eſt , ſed initiatum; inter copulatos eſt coniugium ratum.*

Vnde Ambroſius.

¶In deſponſatione coniugium initiatur.

C. XXXV.

ſup. ea. cum initiatur. † al. virili. Iuo p.8. c.2.

ij CVm initiatur [f] coniugium; coniugij nomẽ aſciſci tur , non cum puella uiri † admiſtione cognoſci-tur.

¶ *Integer textus affertur ſup.ea.cum initiatur.*

Ecce quòd in deſponſatione coniugium initiatur , non perficitur.Item Ambroſius in lib.1. de Patriarchis.

¶ *Caput hoc non eſt inuentum apud Ambroſium,neque ſequens apud Hieronymum.*

¶ Coniunctorum commiſtio matrimonium perficit.

C. XXXVI.

Sent.4.diſt.30.

INomni matrimonio coniunctio intelligitur ſpiritua-lis;quam infirmat, & perficit coniunctorum commi-ſtio corporalis.

Item Hieronymus ſuper Abdiam prophetam.

¶ Matrimonium ſponſali conuentione initiatur,commi ſtione perficitur.

C. XXXVII.

Oſee.4.

QVapropter in filiabus ueſtris fornicabuntur , & ſponſæ ueſtræ adulterę erunt.] Notandum eſt, ꝙ in filiabus dicit fornicationem futuram,& in coniugi-bus adulteria:quæ ſponſali conuentione initiantur , & commiſtione corporum perficiuntur. g

Item Ambroſius ad Paternum, epiſt. 66.

APPARET. Hæc eſt 3. pars quæſt. in qua probat G. per 12.ca. ꝙ ſponſa de preſenti dicitur: vxor,nõ de preſenti, ſed ſpe futuroru ſcilicet quia nõ eſt ibi ſignificatio,quę eſt inter Chriſtũ & Eccleſiã. unde qui ducit talem, nõ eſt bigamus.Io. de Fa. CASVS. Concludit Grat.ex ſupradictis illam non fuiſſe co iugem, cui uiuente ſponſo nubendi liẽ tia conceditur. Po-ſtea dicit,ꝙ inter ſpõ ſam.& ſponſam eſt matrimonium initiatum , & no ratũ, quod in deſpõſatio ne initatur , ſed in commiſtione ꝑficitur. Q ſed probat p ſeq. quatuor c. quæ per ſe patent.

c ¶ Sed ſciẽdũ eſt.] Ponit diſtinctionẽ ſuã de matrimonio initiato.& cam,p-bat ex ſui ſane i-tel. da aliud ſonãt

f CVm initiatur.] quo ad ſignifi-cationem,nam quo ad eſſentiam ſtatim plenum eſt & perfẽ ctum: quia ſimplex eſt.ſicut,& omne ſa cramentum.Ioa. 1

g QVa propter ꝑficiuntur.] Non quo ad ſui eſ-ſentiam:ſed quo ad ſignificationem.nõ tamen ſequitur. qđ ante nõ fuerit per-fectum:quia perfe-ctum amplius põt perfici.ar. 12.q.3.an ceſſor . Perficitur autem matrimon.ũ per coitum quo ad ſui ſignificationẽ: quia tũc utramque hẽt ſignificationẽ ſcilicet coniunctio-nẽ animæ fidelis ad Deum,& Chriſti ad eccleſiã,ex. ã biga. c.debitũ. Sed quare ſeparatur matrimo-nium cã religionis poſt coniunctionẽ

r De hoc ẽt le. & no. . e.cũ.initiat.

Mſimoniũ per quod ꝑficitur.

Mſimoniũ raptoris , & raptæ tenet.

ſo & raptore. nam cum raptore non debet contrahere in odium rapinæ. ſi tamen contrahit , tenet matrimo-nium argum.extra de rap.accedens.Ioan.

b ¶ Conſentiens.¶ Infra 36.quæſt.2.ſi autem. contra. ſed hoc de rigore iuris.Ioan.

c ¶ Præſumpſerint.] Infra 34.q.2.nõ ſatis.36.q.2.tria

animæ fidelis ad Deũ.& nõ poſt coniunctionem Chriſti ad eccleſiã?Ratio eſt,quia aĩa ſeparatur a Deo ꝙ pecatũ.unde nõ eſt meritũ, ꝙ poſt talem coniunctionem matrimonium ſeparetur.ſed illa coniũctio Chriſti ad ec cleſiam deſignatur per unionẽ , qua unita eſt diuinitas carni humanæ in utero uirginali. uñ quia humana ca-

ro nunquam à deitate separata est, ideo post talem cõiunctionem matrimonium nunquam dissolutur. Vel põt dici, q̃ facilius est q̃ vna aia separetur à Deo, quam tota ecclesia: immo impossibile est, q̃ tota ecclesia separetur à Deo: quia ecclesia nõ potest nulla esse. 24.q.1. pudenda. & 21. di. c. Ioannes.

d ¶ Hanc distinctionem.] De initiato, & cõsummato.

e ¶ Non pertinere.] Ex his verbis Grat. bonus intellectus haberi potest: sed quod ipse malum habuit, patet ex illo lo. oecumenta ergo.

f ¶ Sponsæ.] Nec hæc solutio multum valet: quia eadem

¶ Cum desponsata fuerit tradita, & in usum deducta, recte coniunx appellatur. C. XXXVIII.

Luo p.8. c.101. Pann.l.6.c.17.

SI quis desponsata sibi, & tradita [a] utatur; rite ę coniugum uocatur.

a ¶ Rite.] *Apud b. Ambrosium legitur*, vtatur; coniugium vocat. *Sicut etiam apud Ioannem. Et quæ antecedunt, ac sequuntur ostendunt aliam fuisse ipsius mentẽ, atque Gratianus putarit, & auctor Pannormiæ.*

Quare autẽ post nuptialia pacta nõ statim tradantur sponsæ Aug. in lib. 8. confessionum, c. 3. ostendit dicens.

¶ Quare sponsę post pactum non statim tradantur. C. XXXIX.

Sent.4.dist.27. Luo p.8.c.33. Pann.l.6.c.10.

INstitutum est, ut iam pactæ sponsæ non statim [b] tradantur; ne utilem [c] habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatam.

sup.c. non dubium.

Iuxta hanc distinctionem [d] intelligenda est illa auctoritas Augustini: (Non dubium est illam mulierem non pertinere [e] ad matrimonium, cum qua docetur nõ fuisse commixtio sexus.) Ad matrimonium, perfectum, subintelligendum est, tale videlicet, quod habeat in se Christi, & ecclesiæ sacramentum. Ita & illud Leonis Papæ intelligendum est. ¶ *Seu obijciatur illud Augustini: (Inter Mariam, & Ioseph fuit perfectum cõiugiũ.) Sed perfectum intelligitur non ex officio, sed ex ijs, quæ comitantur [f] officium coniugij ex fœdere uidelicet, prole & sacramento. Quæ omnia inter Christi parentes fuisse, auctoritate Augusti probantur. Cuncta ergo, quæ de non separãdo coniugio inducta sunt de perfecto intelligũtur, quod sponsali conuentione est initiatum, & officio corporalis cõmixtionis est consummatum. Illa uero quibus separabile coniugium ostenditur de initiato intelliguntur, quod nondum officio sui perfectum est.* ¶ *Potest & aliter distingui. Sponsæ appellantur coniuges consuetudine scripturæ. spe futurorum, non effectu præsentiũ. Vnde Ambrosius cũ dixisset, (cum initiatur coniugiũ) non addidit, tunc res, uel effectus, sed, (tunc nomen coniugij assistitur.) ostendens tales coniugij nomen habere, non rem, vel effectum. Item Augustinus cum de parentibus [h] Domini loqueretur, ait (coniuges fuerunt mente, non carne, sicut parentes. [i]) Ex quo datur intelligi, quod sicut Ioseph pater Domini dictus est non effectu genituræ, sed officio, & cura*

sup.c. cum fuerit. sup.c.B. Maria.

† al. comitantur coniugium.

sup.eod.

sup.ea.coniunx.

Ioseph fuit pater putatiuus Dñi.

1 Vide quod le. & not. ſ. ea. cõiugis.

b INstitutũ.] Non statim.] Quia ni si ita duos inter se extr. de cõuer. cõiuges publico. similiter fidelior nõ debet statim venire cũ facere paratus. ff. de sol. quod dicimus. 50. di stinc. quamuis.

Fructus diu expectatus gratissimus est.

c ¶ Nec illem.] Nã gratior est fructus, quem spes producitur edit. Et not. q̃ p̃ cauendam utilitatem multa omittũ tur. 16. qõ. 1 p̃cipimus. ff. de off. p̃sid. obseruãdum 45. distinc. de Iudæis. 50. dist §. potest.

IVXTA. CASVS. Iste §. diuidit in tres partes. In prima approbat distinctionẽ positã sup. ea. in §. apparet. de matrimonio initiato & p fecto; secũdum quã ut dicit Gra. itelligitur auctoritas Aug. sup. c. nõ est dubiũ. &c. Leonis. & c. cũ societas. In secunda parte obijcitur, quia dicit Au. q̃ inter Mariam, & Ioseph fuit perfectum matrimoniũ: & tamẽ carnalis copula non interuenit. Sed soluit Gratia. dicens, q̃ perfectum intelligitur, non ex officio carnis, sed ex his bonis, quæ officium coniugij comitãtur. In tertia parte ad solutionem aliã, dicẽs, q̃ sponsa dr uxor spe futurorum, & nõ re præsentium: fœtus in carnaliter cognita. Quod probat quatuor auctoritatibus, una Ambrosij: duabus Aug. & una Bedæ. Secunda pars incipit ibi, ſ sed obijcitur. Tertia ibi: Potest & alter. ſ Non effectu præsentium. i. non usu carnis. Ad probãdum autem hanc ultimam distinctionem inducit Gra. cap. seq. dem ratione dici potest, quod committat adulterium spe futurorum, non re præsentium, qui cum sponsa alicuius fornicatur: quod ridiculum est dicere.

g ¶ Effectu.] Id est, propter fidele cõiugium. ut supra ea. coniunx.

h ¶ De parentibus.] Ioseph enim putatiuus pater Domini dictus est.

i ¶ Sicut, & parentes.] Quo ad Ioseph. Nam Marie carne fuit eius parens. unde expone, parentes, i. parens, plurale pro singulari 2. q. 1. i principio.

k ¶ Quia

Digitized by Google

prouidendi: ſic & coniunx matris eius appellatur non coniugij effectu, ſed ſubmiſſ tratione neceſſariorum, & indiuiſa † mentis affectu. Hinc Auguſt. ait: [*Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.*] *coniugem nominauit, quia futura* [a] *erat uxor.*] *Hinc & Beda ſuper Leuiticum,* [*Si quis ſponſam alterius violauerit, &c.*] *ſponſam uxorem dixit, non quæ tunc erat, ſed quæ futura erat uxor.*

† *al. indiuiduo. ſup. ea. coniunx. Matth. 1.*

Hinc etiam Hieronymus ſuper Matthæum in Euãgelio, [*Cum eſſet deſponſata.*]

Ad cap. 2.

¶ Conſuetudine ſcripturæ, ſponſæ coniuges, & ſponſi viri appellantur. C. XL.

GEnuit [b] Ioſeph [c] virũ Mariæ.] ¶ Cum virum audieris, ſuſpicio tibi non ſubeat nuptiarum, [d] ſed recordare conſuetudinis ſcripturarum: quod ſponſi, viri, & ſponſæ, vocentur uxores. *& infra.* ¶ Non ab alio inuẽta eſt, niſi a Ioſeph: qui pene licentia maritali futuræ uxoris omnia nouerat. *& infra.* [¶ Ioſeph fili Dauid, &c.] iam & ſupra diximus ſponſas uxores appellari: quod plenius liber aduerſus Heluidium [e] docet.

Item ſuper Geneſim.

¶ De eodem. C. XLI.

EGreſſus itaque Loth, locutus eſt ad generos ſuos: qui accepturi erant filias ſuas.] In ſequentibus filiæ Loth virgines eſſe dicuntur. Et ipſe ad Sodomitas dixit: [Ecce [f] duæ filiæ meæ, quæ non cognouerunt virũ. Nũc autem dicitur habuiſſe generos. Quidã arbitrantur eas, quæ viros habuerunt, in Sodomis periiſſe: & quæ virgines erant cum patre exiiſſe. Sed Hebraica veritas habet, [Egreſſus Loth locutus eſt ad ſponſos, [α] qui accepturi erant filias eius.] Nec dum igitur virgines filiæ matrimonio fuerant copulatæ.

Beda in quæſtionib. in Gen. ex Hier. Gen. 19.

¶ *In hoc capite Gratianus retulit verba gl. ord. in c. 19. Gen. ex Hieronymo.*

α ¶ Sponſus.] *Sequebantur hæc; ſuos qđ quidẽ magis verum eſſe videtur, ex hoc qđ ſequitur, qui accepturi, &c. quæ ſunt expuncta, quia neque apud B. Hieronymum, neque in gloſ. ordinaria habentur. Ex iiſdem vero addita ſunt a iuer.* Necdum. *uſque in finem, quoniam inde colligitur id quod vult Gratianus.*

Vnde datur intelligi, q̃ ſcriptura ſpõſos generos nocat. †

† Conc. tex. in l. lege Iul. & ibi glo. & D. Aug. ff. de teſt.

Item Ioannes os aureum hom. 4. ad c. 1. Matth.

¶ Maria coniunx dicitur more ſcripturæ, cum ſimpliciter ſponſa eſſet. C. XLII.

PRius quam [h] conuenirent.] ¶ Non dixit, prius q̃ in

a ¶ Quia futura.] Ex hoc loco habuit tam Gandulphus q̃ Gratianus 1 cauſam ſui erroris, dicentes verũ cõiugiũ non fuiſſe inter Mariam & Ioſeph: quod iñ falſum eſt, vt ſ. ea. coniunx. Et eſt hic arg. aliquẽ ſumere appellationem ab eo, quod futurum erit, vt 23. q. 1. paratus. Ge-

1 Scilicet 7. ea. §. in ſcda ſolutione. Matrimoniũ verũ fuit inter Mariã & Ioſeph.

b ¶ Genuit.] In prima parte cõmentatur Hieronymus ſuper illa auctoritate, Genuit Ioſeph. In ſecunda commentatur ſuper illa, inuenta eſt, &c. In tertia commentatur ſuper illa, Ioſeph fili Dauid, &c.

c ¶ Genuit Ioſeph.] Verba ſunt Euangeliſtæ.

d ¶ Nuptiarum.] i. carnalis commixtionis, quia carnalẽ copulam eius non cognouit.

e ¶ Heluidium.] Hęreticum, qui dicebat B. Virginem alios filios genuiſſe, eo q̃ Euangelistã dicit, Peperit a filium ſuũ primogenitũ: & Ioſeph de alia mulierecula plures filios habuiſſe: vt ſic Chriſti parentes infamaret. Maria unicũ genuit.

a Sic dicitur, quia ante ei, nullus eſt natus ex ea, & di uaſ. ſ. quia ſe cũ nullus ex ea natus eſt. ſin Hug. de hoc legis &c. uer. & ex a verb. ſig. Ioſeph. Arch.

BGreſſus itaque.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima ponuntur verba Geneſis. In 2. verba Hieronymi probantis. q̃ nomine generi ẽt ſponſus filiæ intelligi: quia filiæ Loth nondum viros cognouerant, & tñ ſponſi earum generi appellãtur: licet quidam aliter opinentur dicentes. q̃ quæ viros habuerunt, perierũt in Sodomis, virgines aũt exierunt cũ patre. Secunda pars incipit ibi, [In ſequentibus.] [Nunc,] ideſt ſuper loco Geneſis, Egreſſus eſt, &c.

f ¶ Ecce.] 14. d. c. 1.

g ¶ Ad ſponſos.] Tamẽ appellatione generi ſponſus cõtinetur. ut 4. q. 3. §. item lege Iulia, verſ. item ne liberto.

PRius quam. CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In 1. parte ponũtur uerba Euãgelij. In ſecunda offendit Ioãnes. quod Maria ſponſa iuxta morem antiquum habitauit cũ ſponſo tuo, ſicut eõuerſo gẽri Loth apud ſuas ſpõſas habitauerunt. In tertia parte oſtẽdit. q̃ nomine coniugis ſpõſa intelligitur. In quarta parte dicit, q̃ cum Ioſeph uellet Mariam uelut ſuſpectam dimittere: angelus eum reconciliauit ſibi, non ad carnale commercium, ſed ad cõmunis habitaculi conſortium. Secunda pars incipit ibi, [Non dixit.] Tertia ibi, [Noli timere.] Quarta ibi, [Sicut enim.] Seq. c. patet. [Vxoris,] ſcogniræ. [Illi,] ſ. diſcipulo Ioannis.

h ¶ Prius quam.] Hic prius non notat ordinẽ, argumẽto

Prius q̃ ſ. q ie nõ notat ordinem.

Digitized by Google

extra de verb. ſign. quod dicitur.arg.19. q. vlt.6. nunc autem.Vnde non ſequitur.quod poſtea cõuenerunt.Et etiam cõcur.huic argum.lex.nam lex dicit, ꝙ ſi ſeruus non fuerit euictus prius quam moreretur,vel mortuus eſſet, nec inde ſequitur quòd poſt euincatur: quia hoc eſſet impoſſibile. ff. de euict.ſi ſeruus.

a ¶ Seruabat.] Non tamen vbicunque: imo alicubi ꝛrium obtinebat: prout ſtatim ſubditur de generis Loth.

b ¶ Haberentur.] ff. de ritu nup.l.mulierẽ, vnde niſi poſt puberes annos ſponſa inueniatur in domo ſponſi,non præſumitur vxor,vt ff. de rit. nuptiar.l.4.Item licet poſt puberes annos ſponſa inueniatur in domo ſponſi, tamẽ niſi conſtet de ſponſalibus, hoc ipſo quod ſecum reperitur,non præſumit matrimoniũ, vt ff. de ſponſ.quæſtum. & can.de reſt.ſpol. ex parte.

c ¶ Sic etiã Maria.] Similitudo eſt ꝙ cõtrarium:vel in eo ꝙ & iſti & illi cohabitabãt ſpõſis ſine carnali commixtione.

d ¶ Sed dimittere.] ideſt ad eam non accedere.

e ¶ Retinere.] Ergo & accipere eſt retinere, arg.32.q.2. ſi qua de rebus.

f ¶ Dimiſerat.] quia ſuſpicatus de ea fuerat adulterium. 2.q. 1. ſi peccauerit.

g ¶ Copulat.] Ideſt, reconciliat, non deſponſat. ſed quod dicit,copulat:iam mẽte dimiſerat eam: & quaſi ſeparati erant quo ad mentem: Ioſeph tamen prius ei fuit coniunctus per conſenſum matrimonialem,& conſenſit in carnalẽ copulam, ſup.eod.§.1.

h ¶ Si enim.] ¶ Vxoris.] Arg.ꝙ uiuente Ioſeph, ſeparata eſt uirgo ab eo.arg.ꝛ.eod.§.ecce.& hoc contra Petrum manducatorem, qui dixit, ı quod Ioſeph mortuus erat tempore Dominicæ paſſionis. Hic enim exprimitur cauſa quare Dominus ſeparauit eam a Ioſeph.

Ioſeph tpe paſſionis uiuebat, & a uirgine ſeparatus fuerat.

ı Scilicet in hiſtoria Euãgelica, ubi tractat de nuptijs actis in Cana Galilææ.

ſponſi adduceretur domum. Hunc quippe morẽ ſeruabat [a] antiquitas; vt ſponſæ in ſpõſorum domibus haberentur. [b] Quod nunc quoque fieri interdũ videmus. Vt .n.generi Loth apud ſocerum leguntur habitaſſe cũ ſpõſis nondum ſibi copulatis lege cõiugij; ſic habitabat ét Maria [c] cum ſponſo. *& infra.* ¶ Neque.n.eam voluit de domo expellere,ſed dimittere. [d] *& infra.* ¶ Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.] Quo ſermone ſpõſam ſimiliter indicauit;ſicut etiam eos, qui adhuc ſpõſi ſunt,generos appellare ſcriptura conſueuit.Quid enim eſt,[accipere?] domi profecto retinere. [e] Iam enim illã mente dimiſerat. [f] *& infra.* ¶ Sicut enim poſtea illam commendauit Chriſtus ipſe diſcipulo; ſic & nunc Angelus copulat [g] ſponſo,non in fœdus ſolẽne coniugij, ſed in conſortium communis habitaculi.

Gen.19. Matth.1.

Spõſa fornicata, an erat olim lapidãda.

Idem homilia 5 ad idem c.1. Matth.

¶ Dominus non cõmendaſſet matrem diſcipulo, ſi eam Ioſeph cognouiſſet. C. XLIII.

SI enim cognouiſſet eam, & loco habuiſſet vxoris; [h] quomodo illam Dominus quaſi abſque ſolatio, & nihil penitus habentem, diſcipulo commendaſſet, iubens illi,vt eam reciperet in ſuam?

Item Origenes in eadem homilia 1. Euang. Ioan.19.

¶ Maria vxor Ioſeph appellatur, quia ſic ab eo putabatur futura. C. XLIIII.

INuenta eſt habẽs in vtero.] A beato Ioſeph,qui licet eam nõ contingeret;futurę tamen,vt putabatur,vxoris omnia nouerat. *& infra.* ¶Si tibi vxor nominatur,ſi deſpõſata [a] tibi eſſe dicitur; nõ tamen tibi vxor eſt,ſed Dei vnigeniti electa mater eſt. *& infra.* ¶ Dico coniugem [i] propterea vt diabolo virginitaté eius occultem; & vt Iudæorum prauitatem excludam, atq; deijciam; & vt legis [k] inſtituta non deſtruam. In conſequentibus demonſtrabo,quòd nec iſta tua coniunx,ſecundum cõſuetudinem coniugij habeatur: nec iſte qui generatur, tuus filius eſſe credatur.

Copioſius in homilia.

a ¶ Deſponſata.] *Sic eſt emendatum ex ipſa homilia. Antea legebatur,* & ſi in deſponſatione vxor tibi eſſe dicitur. *Alia etiam nonnulla emendata, & addita.*

Item Greg.in expoſitione Euangelij,homilia 26.

Occultare licet ex cauſa.

i ¶ Dico coniugem.] In perſona angeli quaſi loquitur hoc Origenes.

k ¶ Vt legis.] Quia ſm legem,quæ iam ſpõſa erat,lapidabatur ob fornicationem.34.q.2.nõ ſatis.ſed quę nõdũ erat ſponſa alicuius,& fornicabatur,nõ puniebatur mor-

Digitized by

occultatio. quandoque occultatur aliquid pp rei excellentiam.43.d.in mandatis, quandoque ideo quia auditores capaces non ſunt.8.q.1.oportet. & ibi.Multa habeo dicere,quæ non poteſtis portare modo.

Sic quippe.] CASVS.Grego.facit hic quandam collationem inter Ioſeph.& Thomam apoſtolum, utrumq; enim permiſit Deus dubitare; alterũ de virginitate Mariæ,& alterum de Chriſti reſurrectione:tamẽ neutrum in dubitatione perſiſtere permiſit, & utroque uſus eſt pro teſte tam reſurrectionis,quàm uirginitatis Mariæ.

[Ad nuptias, id eſt,ad carnalem cognitionem.

EX HIS OMNIBVS. CASVS. Concludit Grat.ex præmiſſis,quod nunc patet ſponſa, & coniunx non repręſentium,ſed ſpe futurorum, & ſuam concluſionem tribus ſimilitudinibus approbat, reſpondendo quibuſdam ex ſuperius allegatis. Prima ſimilitudo incipit ibi. ¶ Sed a prima. Secũda ibi: [Sed talis. Tertia ibi: ¶ Sic qui merito.]Et dicit H.quod Grat. fere per totã hanc quæſtionem maledicit, & p unum falſum vult probare aliud falſum. Tu autẽ dicas quod matrimoniũ eſt cum ſponſa de præſenti : ſed non conſummatum.

DE SPONSIS NON REPRESENTIVM. CASVS. Gratianus ad principalem quæſtionem. Sed ſic put planum eſt, & intelligitur cum ſequenti de ſpon. de præſenti.

SED CONCEDATVR. CASVS. Nunc reuertitur Gratianus ad principalem quæſtionem. Sed ſic put planum eſt, & intelligitur cum ſequenti de ſpon. de præſenti.

¶ Ad nuptias Mariæ Ioſeph non peruenit.

C. XLV.

Ioan.20. SIc quippe diſcipulum Dominus poſt reſurrectionẽ † ſuã dubitare permiſit,nec tamen in dubitatione deſeruit; ſicut ante natiuitatem ſuam habere Mariam ſponſam voluit,qui tamen ad eius nuptias non peruenit. Nã ita factus eſt diſcipulus dubitans,& palpans teſtis veræ reſurrectionis, ſicut ſponſus matris fuerat cuſtos integerrimæ virginitatis.

Ex his [a] omnibus auctoritatibus apparet,ſponſas coniuges appellari ſpe futurorum non repræſentium. Quomodo ergo coniuges a prima fide deſponſationis appellantur; ſi iſta,q̃ aſſeritur ſponſa,coniunx eſſe negatur? Sed a prima fide deſponſationis coniunx dicitur appellari; non quòd in ipſa deſponſatione fiat coniunx : ſed quia ex fide, quam ex deſponſatione ſibi inuicem debent, poſtea efficiuntur coniuges: ſicut [b] per fidem dicuntur remitti peccata, non quòd ante baptiſmum per fidem remittantur,ſed quia fides eſt cauſa, quare in baptiſmo a peccatis emondamur.¶ Illud autem Ioannis Chryſoſtomi:[Matrimonium non facit coitus,ſed voluntas.] ¶ Item illud Ambroſij. [Non defloratio virginitatis,ſed pactio coniugalis matrimonium facit.]ita intelligendum eſt:coitus ſine uoluntate contrahendi matrimonium,& defloratio virginitatis ſine pactione coniugali non facit matrimonium, ſed præcedens uoluntas contrahendi matrimonium,& coniugalis pactio facit, ut mulier in defloratione ſuæ uirginitatis, uel in coitu dicatur nubere uiro, uel nuptias celebrare. ¶ Item Syricius [c] Papa diſceſſionem ſponſæ a ſponſo vocat coniugalem ſeparationem. ¶ Sed talis diſceſſio dicitur violatio coniugij non iam exiſtentis,ſed futuri,vt ex ipſa deſponſatione ſperabatur.Sic & diabolus dicitur cecidiſſe a beatitudine, [d] non ſolum, quam tunc habebat, ſed etiam, ad quam habendam creatus erat.¶ Sic qui merito ſuæ vitæ uel † ſciẽtiæ in ſacerdotem, [e] vel epiſcopum eligitur; ſi interim electionem ſuam caſſari meruerit, dicitur amittere ſacerdotalem, vel epiſcopalem unctionem,non quam iam acceperat, [f] ſed ad quam accipiendam electus erat. Non ergo illa auctoritate ſponſa coniunx poteſt probari. Sed concedatur quòd ſponſa non ſit coniunx : tamen quæritur, utrum & liceat ei renunciare priori conditioni. Hoc autem prohibetur auctoritate Ancyrani concilij,c.11.in quo ſtatuũ ſic legitur.

ſup. eod. matrimonium.
ſup. eod.cum initiatur.
inf. eo. de cõiugali.
† al. ẽ

a ¶ Ex his. Fere per totũ iſtum §. male dicit Gratian.immo per totam hãc quæſtionem.Ioan.

b ¶ Sicut.] Hic per unum falſum vult aliud probare nam quod adulto non dimittantur peccata q̃ fidem ante baptiſmum,nemo catholicus dicit. hoc etiam Aug. expreſſe negat de conſec.d.4. non. dubito & cap. baptiſmi uerum eſt q̃ non dimittũtur omnino ante baptiſmũ quo ad omnem pœnam, quia non quo ad temporalem, q̃ ſit per baptiſmum. de conſecr. diſtinct. 4. ſine pœnitentia, niſi ſumma eſſet cõtritio,ut in latrone. de conſec. d.4.c.baptiſmi uicem.

c ¶ Syricius.]Inf.eo. q.de cõiugali. & ita ſoluit quod non obiecerat,& ſic eſt rota præcurrens,

d ¶ A beatitudine.] Habuit quidẽ beatitudinẽ, ſed nõ permanentem,uel confirmatam, vnde dr nõ habuiſſe charitatẽ in cęlo.16.q.2. viſis.de pę.d.2.principium.19.diſ. propter totius.

e ¶ Sacerdotem.] Sed hoc nõ niſi poſt confirmationem. vt ext. de accuſ. ſuper his.Io.

f ¶ Acceperat.]Amittit ergo quis, quod non habet, ut C. de admin.tut.pupillorum i arg. contra. ff.de reg.iur.non uidetur. Non uidetur re excluſus.quarem non habuit.

¶ Quæritur utrum.] Huius quæſtionis nulla eſt uis, determinatur enim per id quod eſt extra de ſponſ.duo.

¶ Ad nuptias. Ioſeph.

[a] Ad idẽ 23. d. quorundã in fi. ubi de hoc.& 30.q.5.c.quia nullatenus ubi de hoc. Spõſa utrum cogatur ire ne cum ſponſo.

duo-

duobus modis,&c. licet præter solitum. Sed in hoc dissentiunt doctores, an sponsa de futuro cogatur stare cũ sponso suo, quod videtur, ut extra de spon. ex literis, & de conuers. coniug. sane. Item quia pro quolibet mortali peccato possumus cogi ad pœnitentiam. 22. q. 1. c. vlt. 1 Sed contra extra de spons. requisiuit. & ex. e. q. 1. de uiduis. Dicunt quidam, ꝙ cogi debeat a principio: si tamẽ perseuerauerit cõtumax nõ est amplius cogenda. Tu dicas semper esse cogendam, nisi euidentissima sub sit causa. Sunt tamẽ casus 7. in quibus sponsa de futuro licite potest recedere a sponso. Vnus, si alter vult intrare religionem, & illud ẽt tenet in sponsa de præsenti. ext. de conuer. coniug. ex publico. Secundus casus si alter recedit ad remotã regionẽ nec põt inueniri. extra de spon. de illis. Tertius casus si alter incurrit leprã, vel aliquã deformitatẽ corporis ex de coniug. leprosi. literas. ext. de iureiu. quem admodũ. Quartus si superuenit affinitas, vel si fornicẽt sponsa tanee, vel coactus. ex de iureiur. quẽadmodum. sup. eod. quidam despõsauit. Quintus secundum quosdam est, si mutuo se absoluerint. extra de spons. præterea. Sextus, si contraxit cum alio per uerba de præsenti. ext. de spon. duorũ. c. 1. & 2. sed in hoc casu est peccatum. Septimus, si id quod minor fecit: non uult seruare in adulta ætate, ut extra de despons. impub. de illis. Hi casus, & aliqui alij possunt his uersibus haberi.

Lepra superueniens, furor, ordo: sanguis, & absens.
Læsaque uirginitas, membri damnum, minor ætas,
Hæreticos lapsus, fideique remissio prorsus,
Sponsos dis iociant, & uota futura retractant.

a DEsponsatas.] ¶ Erui.] idest, auferri a raptore.

b ¶ Desponsatæ.] inf. 34. q. 2. non satis. contra ubi præcipitur non reddi priori uiro: sed ibi consentit raptori & hic loquitur de spon. de præsenti. Itẽ contra C. de sponsa. l. 1. ibi dicitur, ꝙ uni desponsata potest alij nubere, sed illud est abrogatum.

ATho.] CASVS. Quidam nomine Atho conquestus est Papæ mulierẽ sibi desponsatam raptam fuisse, quare Papa rescribit Rostanno archiepiscopo, ut compellat raptorem eam sibi restituere: alioquin conuocatis suis suffraganeis excommunicet eum, & ipsam raptam si ad suum spõsum noluerit remeare. Quæ autem sequuntur, plana sunt usque ad cap. de coniugali. in fine. cap. scilicet desponsatas. hæc autem, de qua agitur in themate.

c ¶ Remeare.] Si intelligas hoc de sponsa de præsenti, pla-

1 Ar. ad hoc 33. q. 2. quicunq; dicũt ibi no. d hoc l. & no. 6. q. 1. ili qui.

Spõsalia solũtur multis cautis.

¶Puellæ desponsatę prioribus reddendę sunt, si eis raptę fuerint. C. XLVI.

DEsponsatas puellas, & post ab alijs raptas placuit Anſ. l. 10. c. 8. Burc. l. 9. c. 38. Iuo p. 8. c. 176. Pann. l. 9. c. 19. erui, [a] & eis reddi, quibus ante fuerant desponsatæ; [b] etiam si eis a raptoribus uis illata constiterit.

Item. Ioannes octauus a Rostanno archiepiscopo.

a ¶Octauus.] *Sic est restituendum ex plerisque ueruſtis, & Iuone. In uulgatis erat,* Chrysostomus.

¶Communione priuetur sponsa, nisi raptorem deserere, & ad sponsum suum redire voluerit. C. XLVII.

ATho præsentium lator, dum in nostro seruitio fideliter excubaret, quendam virum fœminam sibi despõsatam conqueritur rapuisse. Et ideo fraternitas tua nostra auctoritate suffulta suffraganeos suos episcopos præsentialiter conuocet, & sic vnanimi sententia, si sponsam huic raptor non reddiderit, tam idem, quàm rapta, si ad pristinum sponsum remeare [c] noluerint, omni communione priuentur. Iuo p. 14. c. 64.

4 *Sed aliud est priori conditioni renunciare, & de nuptijs cum alio agere aliud est rapi, hoc est illicite constuprari.*

Vnde Isidorus Etymolog. lib. 5. c. 26. ait.

¶Quid sit raptus. C. XLVIII.

RAptus [d] est illicitus coitus, a corrumpendo dictus: vnde qui rapta potitur, stupro fruitur. 36. q. 1. raptus. Iuo p. 8. c. 26. Pann. l. 6. c. 53: inf. 36. q. 1. lex illa.

Hæc añ non ab alio rapta, sed alij desponsata mõstrantur. Raptã uero talẽ dici prohibet Gelasius Papa dicens.

¶Ibi raptus admittitur, vbi puella abducitur, de cuius ante nuptijs nihil actum probatur. C. XLIX.

LEx illa [e] præteritorum principum ibi raptum dixit esse commissum, vbi puella, de cuius ante nuptiis nihil actum fuerit, videatur abducta. In codice Theodos. l. 9. tit. 24. de raptu virg. uel uiduarum, le. j. Poly. l. 6. tit. 4. Anſ. l. 10. c. 11. sup. c. desponsatas.

5 *Quod autem in fine capituli subiungitur; [etiam si eis a raptoribus uis illata constiterit: f] ideo additum est: quia raptorum aliæ se rapiendas exponunt: aliæ uiolenter*

planum est, si de sponsa de futuro, dicut in summa.

SED ALIVD. Hæc est quarta pars quæst. in qua quæritur quid iuris sit de raptis, & quis dicatur raptor, uel rapta, uel raptus. Io. de Fant.

d RAptus.] Hoc c. induxit G. ut probet illicitum esse coitum in rapta: vnde per consequens vult probare, quod debeat a secundo separari, si eam raperet, cũ illicite ei adiungatur: ita tamen, ꝙ ille qui secundo rapuerit, non tractasse primo de sponsalibus, & ad hoc inducit c. sequen.

e LEx illa.] Sed ubi sit lex illa, ignoro. forte in Codice Theodosiano; potius contrarium inuenio, ut C. de rapto. virg. l. 1. §. quibus. sed illud non tenetur, ut ext. de rapt. cum causam.

QVOD AVTEM. Hæc est 5. pars quæstio. In qua dicitur, quod si per uerba de præsenti fuerit sponsa, & rapta, omnibus modis uiro reddenda est. Ioan. de Fant.

f ¶Constiterit.] Sup. c. desponsatas.

¶Hæc

Digitized by Google

abducuntur. Quolibet ergo modo rapiantur, priori reddenda ſunt. Hæc autem, vt ſupradictum eſt non inter raptas, ſed inter alias deſpõſatas connumeratur, & ideo non eſt huic auferenda, & priori reddenda. Sequuntur aliæ auctoritates, quibus iſta prohibetur nubere ſecundo, & iubetur ad priora uota redire.

Ait enim Syricius Papa Hymerio epiſcopo Tarraconenſi, epiſt. 1. c. 4.

¶ Puellam alij deſponſatam alter accipere non valet.

C. L.

Poly. ibidem. Anſ. l. 10. c. 9. Bur. h. l. 6. c. 51. Iuo p. 8. c. 169. Pann. l. 6. c. 18.

DE coniugali violatione requiſiſti, ſi puellam alteri deſponſatam alter in matrimoniũ poſſit accipere. Tale ergo [a] cõnubium anathematizamus, & modis omnibus, ne fiat, prohibemus: quia illa benedictio, quã nupturæ ſacerdos imponit, apud fideles, cuiuſdam ſacrilegij inſtar eſt, ſi vlla tranſgreſſione violetur.

[a] ¶ Tale ergo] *In epiſtolarum Syricij codicibus, & in codice canonum, & apud cæteros collectores (præter Pãnormiam) & in Capitular. Caroli Baſileæ impreſſis lib. 1. c. vltimo legitur*: Hoc ne fiat, modis omnibus inhibemus. *Sed quoniam in caſu ſit mentio anathematis, non eſt mutatum.*

Sed auctoritate hac Syricij illa prohibetur ad ſecũda vota tranſire, quæ in propriam domum eſt ducta, [b] *& cum ſponſo ſuo eſt uelata, & benedicta. Talium diſceſſione violatur benedictio, quam nuptura ſacerdos imponit. Verum hanc necdum ſponſus in ſuam duxerat, nec cum ea benedictionem acceperat. Non ergo hac auctoritate huiuſmodi copula prohibetur.* ¶ *Item illud Euſebij Papæ.* [*Deſponſatam puellam non licet parentibus alij vero tradere.*] *ſimiliter & de huiuſmodi deſponſata intelligitur, quæ videlicet cum ſpõſo eſt uelata & benedicta.* ¶ *Item obijcitur illud Gregorij,* [c] [*Quæ propter frigiditatẽ a uiro ſuo ſeparata eſt, & alij nupta; ſi vir eius aliam cognouerit; illa eſt detrahenda ſecundo, & reddenda primo.*] *Sed eodem modo ſoluitur, quia iſta videlicet cum illo benedictionem acceperat.*

[*Auguſt. de fide pactionis, & conſenſus.*]

¶ *Etiam in Decretalibus tit. de ſponſ. duor. c. 1. citatur ex Auguſt. apud quem non eſt inuentum.*

¶ Si quis alicui mulieri conſenſus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere. PALEA. C. L I.

DVobus modis dicitur fides, pactionis, & conſenſus. Si aliquis alicui mulieri fidem fecerit pactionis, nõ debet aliam ducere. Si aliam duxerit, pœnitentiam debet agere de fide mentita? maneat tamen cum illa, quam duxit. Non enim reſcindi debet tantum ſacramentum. Si autem fecerit fidem conſenſus, non licet aliam ducere. Si autem duxerit, dimittet eam, & adhærebit priori.

Eſt autem fides pactionis, quando aliquis promittit fidem alicui quod eam ducet, ſi permiſerit ei rem ſecum habere, vel etiam pro conſenſu. Fides autem conſenſus eſt, quando etiam ſi nõ ſtringit manum, corde tamen, & ore conſentit ducere, & mutuo ſe concedunt unus alij, & mutuo ſe ſuſcipiunt.

ſup. c. deſponſatam.

ſup. 13. quæſt. 1. requiſiſti.

a ¶ Hæc autem.] De qua agitur in themate.

DE coniugali.] CASVS Aliqua fuit deſponſata alij per uerbi de præſenti quærebatur utrũ poſſit eã accipere in vxorẽ? Et reſpõdetur quod non: & ſic contrahentes debẽt anathematizari nã ſi qs violat benedictionem, quam nupturæ ſacerdos imponit, ſacrilegiũ facit nupturę, nõ quo ad matrimoniũ. ſed quo ad copulam carnalẽ. Vel nupturæ, id eſt, carnaliter cognoſcendę.

SED AVCTORITATE. CASVS. Soluit Gratian. & malè dicens, quod ſi ſpõſa uelata ſit & b ne dicta cum ſpõſo, & in domũ ducta, debet reddi priori: alioqn nõ hoc autẽ facit G. reſpondẽdo quibuſdam ei p cõtra hoc allegatis Illud Greg. 33. q. 2. re quiſiſti.

b ¶ Ducta.] Hoc male ſoluit. nã huiuſmodi ſolennitates nõ faciũt ad eſſentiã matrimonij, 30. q. 5. noſtrates.

c ¶ Illud Gregorij.] 33. quæſt. 1. capit. 1. &c.

DVob⁹] CASVS. Caſum huius Palee ſic pone. Dicit enim hic. q ſi quis deſpõſauerit aliquã fide pactionis, non debet aliam ducere. ſi tamẽ duxerit, maneat cum ſecunda: agat tamẽ pœnitentiam de fide mentita. Si autem contraxerit per fidem cõſenſus, erit tantum matrimoniũ cũ prima: & hoc in prima parte. In ſecunda dicitur, quod fides pactionis eſt quando aliquis promittit alicui mulieri quod accipiet eam i uxorẽ, ſi permiſerit rem ſecum habere. Fides cõſenſus eſt cum inter ſe cõſentiũt per uerba de præſenti. Secunda pars incipit ibi, Eſt autem.

Qui-

Digitized by Google

Vidam infidelis.] CASVS. In ſuperiori cauſa tractatum eſt de quibuſdam impedimentis matrimonii, & quòd matrimonium non eſt inter religioſas perſonas, ſi de nouo contrahant: ſed ne idem putetur eſſe inter infideles, ideo magiſter ſupponit hanc uigeſimãoctauam cauſam, in qua oſtendit matrimonium eſſe inter eos. Oſtẽdit etiam quid iuris ſit, ſi alter infidelium cõuertatur, & addit utrũ debeat dici bigamus qui ante baptiſma habuit unã, & poſtea alterã. ut ſũt hæc omnia cõpetentius agat, ꝓponit thema, de quo tres elicit qõnes.

ac Quidã infidelis.] Superiori cã quinq; notauit cauſæ, quæ prohibent matrimonium cõtrahere, & contractum iubent dirimere: uerbi gratia, votũ, ordo, religionis habitus, ligatio, & pulſatæ honeſtatis iuuentus. in hac uero cauſas ponuntur, q̃ impediunt matrimonium: uerbi gratia, diſpar cultus, uel diſſimilitudo fidei, ut inter fideles, & infideles, & primo tractat an matrimoniũ ſit inter infideles, & oſtendit etiã quid iuris ſit, ſi alter de duobus cõiugib. infidelibus ad fidẽ a conuertatur.

a Subau. altero remanẽte in infidelitate: uel ſi alter de duob. coniugibus fidelibus diſcedat a fide, altero remanente in fide, ſm H. uel aliter tractauit magiſter de duob. impedimentis, ſ. de uoto, & de cõiugijs, & ſpõſalib⁹: mõ intendit tractare de diſpari cõiugio, & bigamis, ut autẽ hæc &c. Io. de Fant.

Matrimoniũ eſt inter infideles.

QVod aũt.] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes. In prima quarum probat multis auctoritatibus, quod matrimonium non eſt inter infideles. Secunda ibi. [Si quis.] Tertia ibi, [Iam nunc.] Quarta ibi. [Contra.] Quinta ibi. [Ex his.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſt. qua quæritur, an ſit matrimonium inter infideles. Et certum eſt, ꝙ ſic, ut inf. cad. §. 1. & cap. 1. Gratianus tamen pro utraque parte allegat. & bene ſoluit infra cad. §. ex his. Ponit etiam quædam cap. in hac quæſtione, quæ ad ſecundam pertinent quæſtionem, quæ eſt, an altero remanente: infideli poſſit conuerſus ad fidem ſe alij copulare, & de hoc quid iuris ſit, in 2. quæſt. tractatur. Eſt ergo caſus huius §. talis. Probat hic Gratia. ſuperficialiter inter infideles non eſſe matrimonium. & hoc facit quatuor auctoritatibus, ſcilicet una Pauli, duabus Auguſtini, & una Ambroſij.

b ¶ Quid autem.] Hic intitulatur 1. q. an ſcilicet matrimonium ſit inter infideles: & certum eſt, ꝙ ſic, licet nõ ſit ratum ℣. cad. §. 1. & c. 1. Gratian. tamen ad utramque partem allegat, & bene ſoluit. ℣. cad. §. ex his. ſed quia in hac q. quædam c. ponũtur pertinentia ad ſecundã quæſtionẽ, quæ eſt, an altero remanente in infidelitate poſſit conuerſus ad fidem alij ſe copulare, de ea videamus. Notandum ergo, quod cum unus coniugum ad fidem conuertitur: ſi remanens in infidelitate eſt Iudæus, nullo modo fidelis debet cohabitare cum eo, niſi uelit ad fidem conuerti. & ſi non uult conuerti, poteſt aliam ducere. ℣. cod. Iudæi ſed contrarium eſt hodie uerum. & extra de diuor. quanto, & c. gaudemus. ſi autem eſt paganus,

Coniugium infidelium & alter conuertatur ad fidẽ, an poſſit cũ infideli habitare.

CAVSA XXVIII.

Vidam infidelis [a] *in coniugio poſitus ad fidem conuerſus eſt: uxor uero odio fidei Chriſtianæ ab eo diſceſſit. Ille quandã fidelem in uxorem accepit: qua mortua clericus efficitur. Tandem uitæ, & ſcientiæ merito in epiſcopum eligitur.*

1 *Hic primum quæritur, an coniugium ſit inter infideles.*

2 *Secundo, an liceat huic aliam ducere, priori uiuente.*

3 *Tertio, an ſit reputandus bigamus, qui ante baptiſmum habuit unam, & poſt baptiſmum alteram.*

QVAESTIO. I.

Vod autem [b] *inter infideles coniugium non ſit; multis auctoritatibus probatur. Ait enim Paulus,* [*Omne, quod non eſt ex fide,* [c] *peccatum eſt.*] *Conuentio autem infidelium non eſt ex fide: & ideo peccatum eſt. Non eſt ergo coniugium, quia nullum coniugium peccatum* [d] *eſt.* ¶ *Item Auguſtinus, a* [*Non eſt uera* [e] *pudicitia hominis infidelis cum coniuge ſua.*] *Vbi autem uera pudicitia eſſe non poteſt, ibi nec uerum coniugum eſt.* ¶ *Item Ambroſius, ß* [*Iuſſit* [f] *Eſdras dimitti* [g] *uxores alienigenas, per quas ibant ad Deos alienos. Non eſt enim putandum matrimonium, quod extra* [h] *Dei decretum eſt factum; ſed cum cognoſcitur, eſt emendandum.* [i]]

Rom. 14.

lib. 1. de adult. coniug. c. 18.

Senten. 4. diſtin. 39. Ad c. 7. 1. ad Corint. & ibi glo. ordin.

a ¶ Vidam.] Vt 36. diſt. deinde.

b ¶ Vxor uero odio fidei.] Vt 32. q. 2. ſi quis.

c ¶ Peccatum.] Vt 36. diſt. deinde.

d ¶ Peccatum.] Vt 36. diſt. deinde.

e ¶ Non eſt uera.] Ideſt, ad ueritatem ducens.

IVSSIT ESDRAS. Hiſtoria. Legitur in Eſdra, quòd filij Iſrael tempore Babylonicæ captiuitatis, & poſt reuerſionem de illa duxerunt in matrimonium alienigenas contra præceptũ Domini: ſed poſtea ad præceptum, & admonitionem Eſdræ dimiſerunt eas.

f ¶ Iuſſit.] Hoc cap. non facit ad propoſitum, quia non erat inter eos matrimoniũ, niſi de ſolo facto: ſed quod Dominus permiſerit eſſe fidelem cum uxore infideli, intelligitur cum matrimonium præceſſerat inter eos.

g ¶ Dimitti.] A Iudæis.

h ¶ Extra.] ideſt, contra.

i ¶ Emendandum.] Arg. quòd non currit preſcriptio in matri-

matrimonio: quod uerum eſt hodie, ut extra de cõſan. & affi. non debet.

a ¶ Ratum.] ideſt, ſeparabile.

EX HIS. CASVS. Infert Gratia. ex ſupradictis auctoritatibus matrimonium nõ eſſe inter infideles. Poſtea pro-

¶ *Item Auguſtinus:* γ [*Non eſt ratum* a *coniugiũ, quod ſine Deo eſt.*] ¶ *Et his omnibus auctoritatibus probatur, coniugiũ non eſſe inter infideles. Sed contra alię inueniũtur auctoritates, quibus probatur cõiugium eſſe inter infideles. Quarũ prima eſt illud Euangelij, quod Chriſtus ait:* [*Erunt quinque* b *in vna domo: duo* c *in tres,* d *& tres diuidentur in duos.* e] *Deinde cum perſonas illas enumeraſſet, vxorem in virum eſſe diuidendam dixit, & econuerſo.* ¶ *Item,* [*Qui non odit* f *patrẽ, aut matrem, aut uxorem, aut ſororem propter me; non eſt me dignus.*] *Vxorem infidelem, non fidelem, dixit odio habendam.* ¶ *Item,* [*Omnis, qui reliquerit domum, aut patrem, aut matrem, aut ſororem, vel vxorem propter me: centuplum* g *accipiet, &c.*] *uxorem in hoc loco infidelẽ ſignificat, qua propter Chriſtum dimittitur, dum potius ipſa, quam Chriſti fides deſeritur.* ¶ *Item Apoſtolus,*] *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hęc conſenſerit* h *habitare cum illo; non dimittat* i *illam, & ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa non dimittat uirum. Sanctificatus* k *eſt enim uir infidelis per mulierẽ fidelẽ: & ſanctificata eſt mulier infidelis per virum fidelẽ.* ¶ *Itẽ ad Titum,* [*Hortare adoleſcẽtulas, ut diligant uiros ſuos.*] *Hoc tam de fidelibus, quã de infidelibus intelligendum eſt. Infidelibus namque uiris mulieres propenſius propter Deum debent obſequi, vt ſic viros ſuos Chriſto lucrari ualeant.* ¶ *Sicut in paſſione beati Clementis de Theodora,* l *& Siſinnio legitur mirabiliter contigiſſe.*

Luc.12. Luc.14. Matth.19. 1.Cor.7. ad Titum.2.

1 Abdiæ hiſtoria, & vita S.Clementis antiqua.

a ¶ Auguſtinus.] *Verba ipſa B. Auguſtini referuntur inf. ead. ſic enim. uer. nec uera.*

β ¶ Ambroſius.] *Hæc ſunt potius accepta ex gloſſa ordinaria ad locum indicatum.*

γ ¶ Auguſtinus.] *Hoc non eſt inuentum apud B. Auguſtinum. Verum apud B. Ambroſium in idem c. 7. primæ ad Corinthios hæc leguntur.* Non enim ratum eſt matrimonium, quod ſine Dei deuotione eſt, *& ſimilia in gloſſa ord. ibidem ex B. Ambroſio.*

Item Innocentius Papa Rufo, & Euſebio epiſcopis Macedonibus, epiſt. 22. c. 2.

¶ Bigami probantur, qui ante baptiſmũ habuerunt vnã, & poſt baptiſmum alteram. C. L

ſup.d.16. deinde §. nunquid. Burc.l.4.c.98. Iuo p.8.c.303. Pann.l.6.c.96.

NVnquid.] CASVS. Hoc ca. diuiditur ī duas partes. In prima Innocentius Papa reprehendit quoſdam epiſcopos Macedoniæ dicentes matrimonium non eſſe inter infideles, & ꝙ matrimonium ſit inter eos, probat ex re ſpõſione Dñi, qui a Iudæis interrogatus rñdit eis

b ¶ Quinq;] .i. pater, filius: mater, filia nurus, vel gener.

c ¶ Duo.] .i. duo ſeparabũtur a tribus, qui conuertũtur.

d ¶ In tres.] .i. contra tres: contrarij enim ſunt quando conuertuntur ad fidem.

e ¶ In duos.] .i. tres conuertuntur ad fidem, & ſeparabuntur a duobus.

f ¶ Qui non odit.] ideſt, qui nõ poſtponit amorem patris amori Dei.

g ¶ Centuplum.] Nõ dicit centum vxores: ſed id quod excedit, centuplum, .ſ. uitam æternam accipiat.

h ¶ Cõſenſerit.] Si vero nollet habitare cum eo, poſſet eam dimittere, & aliam ducere viuente illa. inf. ead. q. 2. ſi infidelis.

i ¶ Non dimittat.] inf. ea. Iudęi. contra Sed hic de Gentili, ibi de Iudæo: circa quẽ ſpecialiter illud obſeruatur: habent enim Iudæi legẽ, & prophetas, quib. muniti, & parati ſunt animas ſimplicium fallere. 11.q.3. ad mẽ ſam: ſed gẽtiles hoc nõ habẽt hodie tamẽ hoc idem videtur de utriſque. extra de diuor. quanto.

Iudæi facilius fallunt animas quã pagani.

k ¶ Sanctificatus.] Frequenter enim vnus ſanctificatur p alterũ. inf. ead. iam nunc. Et eſt ar. ad ea quæ frequẽtius accidunt, iura adaptati, ff. de legi. nã ad ea. 3.qõ.5. accuſatores, vel teſtes, & 25. de Syracuſanæ.

SIC IN PASSIONE. Hiſtoria Legitur in paſſione beati Clementis, ꝙ Theodora vxor Siſinnij infidelis fuit ad fidẽ conuerſa, cũ que monaſteriũ ingrederetur, zelo ductus, ſecutus eſt eã, ſed poſt orationem Clemẽtis, idem cæcus & ſurdus factus eſt, & cũ dixiſſet ſeruis ſuis vt eũ reducerent, ipſi nõ poterãt eccleſiam egredi: precibus tandem Theodoræ expreſſi ſunt. Deinde beato Clemẽte ꝓ ipſo in domo ſua orante viſum, & auditum recepit, qui ſtatim, ut Clemẽtem vidit, cũ juſſit ligari, ſed cũ ſerui eum ligare crederẽt, columnas, & ſaxa trahebant, & tãdem orationibus & prædicatione beati Clementis eſt conuerſus ad fidem.] Erũt quinque.] Scilicet pater, mater, filius, filia, vxor, filij, uel maritus filiæ. [In tres.] i. ꝫ tres, ſeparando ſe ab eiscõtra fidẽ.

l ¶ De Theodora.] Vxore Siſinnij, quia ambo erant infideles: ſed poſtea illa conuerſa eſt ad fidem, & per eam poſtea uir conuerſus eſt.

eis dicens: Quos Deus cõiunxit,hõ non separet. In secũda parte probat 5 opinionem Maced. q̃ mrimonium in baptismate non delet̃:qm̃ nec fraternitas nec filiatio immutatur per baptismum. Secunda pars ibi.]Quero.]

a ¶ Nunquid.] Hoc ca. est de uerbo ad verbum 19. dist. deinde. & ibi exponitur. Ioan.

S I quis gẽtilis.] ¶ Hæc est secũda pars quæstio. i qua ponit magister tres casus, in quibus potest fidelis uir contrahere uiuẽte uxore infideli, quod ꝓbat per 6. cap. Io. de Fant.

CASVS. Dr q̃ ll gẽtilis ante baptismũ uxorem gẽtilem dimiserit causa fornicationis, uel secundum cõsuetudinem gẽtiliũ. uel alia iusta causa. si postea factus ẽ Christianus, in potestate sua erit eam habere, uel nõ habere de consilio Apostoli. Sequens c. patet.

b ¶ Dimiserit.]propter fornicationem quam fecit.

c ¶ Post baptismũ.] si dicas alterius tm̃, planum est. quia fidelis non compellitur in aliquo casu ĩ fidelẽ eam habere, sed non contrahere cũ alia, nisi i tribus casibus. extra de diuor. gaudemus. Sed si uterq; factus fuerit fidelis, dicit H. q̃ quocũq; mõ cã dimiserit, siue q̃a dedit libellũ repudij, siue alio mõ, semp cõpellit eã recipere post utriusq; baptismũ, nã dicit oẽ peccatũ deletũ esse in baptismo, ẽt exceptionẽ, q̃ uiro competebat propter delictum mulieris. Sed tam" est distinguere cum Innocentio, ut si dicatur q̃ ſm morem gentilium, & non pp fornicationem illius ante dedit ei libellum repudij, & modo uterque conuersus est, compellit̃r eã recipere nec potest modo ei obijcere, si cum alio cõtra xerit, quasi obiectu fornicationis eam repellat. nam licet ueritate fornicata sit, quia tm̃ illa fornicatio licita est ſm eos nõ põt eam repellere. Si uero alias fornicata fuisset, & pp illam fornicationem eam dimisisset, non compellitur eam recipere. Hoc totum habes ext. de diuor. gaudemus, §. ult. nec est contra. de cõse. d. 4. fine pe nitentia. & de pe. d. ult. nullus. Non enim dico per baptismum alterius exceptionem sibi competẽtem auferri posse r & rationẽ istius plene notaui 26. d. deinde. in fi. quia fornicatio non tantum uxorem, sed etiam uirum maculat. 32. q. 1. in coniugio.

Coniuges infideles si efficiãtur Christiani, utrũ teneantur se mutuo recipere.

i Tollitur tã accusatio p baptismũ, ut notatur inf. 32. qõ. 7. qd autem.

V Xor legitima.] CASVS. H. intellexit hoc cap. de impatri coniugio. est ergo casus. Duo erãt infideles, uir & uxor: uir conuersus est ad fidem: uxor remanens infidelis nolebat habitare cum uiro: uel nolebat aliter habitare nisi traheret ad mortale delictum, uolens eum peccare mortaliter: quærebatur ab Aug. utrum uir licite

quid a non erunt admittendi in hereditatis cõsortium, qui ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit uxor? eruntque appellandi uel naturales, uel spurij, quia non est matrimonium legitimum (ut vobis videtur;) nisi illud, quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus cũ interrogaretur a Iudæis, si liceret dimittere uxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit: [Quod Deus coniunxit, homo nõ separet.] Ac ne de his putetur esse locutus, qui post baptismum uxores sortiũtur; meminerint hoc, & a Iudæis interrogatum, & Iudæis esse respõsum. Quæro, & solicitus quæro, si una & eadem sit uxor eius, q̃ antea cathecumenus, & postea fit fidelis, filiosque ex ea, cum esset cathecumenus, susceperit, & postea alios filios; cum fidelis, utrum sint fratres appellãdi, an non habeãt postea defuncto patre cum cæteris erciscundæ hereditatis consortium; quibus filiorum nomẽ regeneratio spiritualis creditur abstuliſſe? Quod cũ ita sentire, atque iudicare absurdum est; quæ (malum) ratio est hoc defendi, & uacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate roborari, cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit?

Matth. 19.

Item ex decreto Eutychiani Papæ.

¶ Infidelis potestate sit, post baptismum uxorem recipere, quam ante dimiserat. C. II.

Iure. l. 9. c. 59. Iuo p. 8. c. 195. Pann. l. 6. c. 97.

2 S I quis gẽtilis gẽtilium uxorem dimiserit b ante baptismum, post baptismum c in potestate eius erit eam habere, uel non habere.

Idem.

¶ Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. C. III.

Iure. l. 9. c. 60. 1 Cor. 7. Iuo p. 8. c. 196. Pann. l. 6. c. 97.

S Imili modo, si unus ex coniugatis baptizatus est, & alter gentilis, & sequi nõ vult; sicut dicit Apostolus, infidelis ſ discedit, discedat.

Item Augustinus de fide, & operibus. c. 16.

Beda c. Cor. 7.

¶ Sine culpa relinquitur uxor, quæ cum fideli habitare noluerit. C. IIII.

Iuo p. 8. c. 215. Pann. l. 3. c. 32.

V Xor a d legitima socie-

g¶ Parentũ.] Secundum canones licet filię prętẽr uoluntatẽ parentũ nubere.Vnde nec eſt neceſſaria patris uoluntas quantum ad hoc.quin teneat matrimonium, licet non adſit uoluntas eius . alias bene dico requirendum eius conſenſum:maxime ſi eſt minor: unde corrigitur illud inſtit.de nup.in princ. Nunquid ergo pater eã dotare teneatur?Sic.arg.2.ff.de ritu.nup.qui liberos. & punitur hic.uel pro &.

Filia nubere poteſt ſine parẽtum uoluntate.

a Sic arguit idem Archi. hic , Pann. conſ.12.l.1.

Digitized by Google

Si quis uero propoſitum caſtitatis viduæ, [a] vel virginis impedierit;a ſancta communione, & a liminibus eccleſiæ habeatur extraneus.

a¶ Caſtitatem.] *In antiquioribus cõciliorũ editionibus, & duobus codicibus Vaticanis reliqua habent ut apud Gratianũ: ſed poſt uerbũ iſtud, addunt hæc.* & nulla vi dua ad nuptias iterandas ei venire cogatur. Quod ſi, &c. *In recentioribus uero editionibus, & apud cæteros collectos resuariat aliquantulum ſtructura uerborum ſed eadem ſententia.*

Præmiſſis auctoritatibus euidenter aſſeritur, quod quamuis aliqui non filiorum procreandorum, ſed incontinentiæ cauſa conueniant; tamen coniuges appellantur.

QVAESTIO III.

DE tertia [b] vero quæſtione Pelagius definit ſcribens Potentio defenſori.

¶ Arbitrium liberi, aui non originarij patris, puellam in nuptijs ſequi oportet. Cap. I.

PAtrem puellæ, eccleſiæ noſtræ famulũ, auum vero eius liberis ortum cõſtat eſſe natalibus: & ideo aui magis [c] electionem de coniunctione neptis, [d] quam patris eius, cuius nullo modo liberum poteſt eſſe arbitrium, [e] decernimus attendi.

Luo p.8.c.27.

Quia ergo electione aui, huic iſta nupſiſſe probatur, hanc conſtat legitimè ſibi copulatam.

QVAESTIO IIII.

VOla aũt [f] ex ancilla propter uxoris ſterilitatẽ filios quærere alicui liceat, exẽplo probatur Abraha, [g] propter ſterilitatẽ uxo- Gen.16.

Puella nata patre ſeruo & auo libero, cuius cõſenſum requirere debeat.

b¶ De tertia.] Hic deſcribitur 3.qu.an.ſ. puella in matrimonio contrahẽdo debeat ſequi arbitriũ patris ſerui, an libertatis aui. & quidẽ aui. quia ſeruus non habet liberũ arbitriũ de ea, quę liber homo facere poteſt: ſed nec aui, niſi de honeſtate.

PAtrem puellæ.] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ vbi puella hẽt patrẽ ſeruũ, & auum ingenuũ: non patris, ſed aui arbitrium ſequatur in nuptijs: cũ pateat non habeat liberũ arbitrium. Sequens §. patet.

c¶ Aui magis.] Spõſa.n.ab illis petẽda, qui poteſtatẽ hẽnt ſuper illam 30.q.5. c.3. ſed pater nõ habet, cum ipſe ſit in ptãte alterius. vt ff. de adul. ſic euenietd ¶ Neptis.] Si hæc cõcepta eſt patre in ſeruitute manẽte, & eſt i poteſtate aui ad quẽ iſtit. quib. modis pa. po. ſol. §. vltimã, q̃ patrẽ acq̃ritur eoo poteſtas i neptibus. Sed ſi iſte liber erat qñ eas ſuſcepit: ſed poſtmodũ factus eſt ſeruus: tũc filij remanent in poteſtate aui ſui inſt. quibus mod. ius pa. por. ſol. §. admonẽdi. & in hoc caſu oportet intelligi quod hic dicitur. Vel dic, q̃ vbi auus eſt liber: ſiue nepos ſit in eius poteſtate, ſiue non, requiri debet eius conſenſus ubi pater ſeruus eſt: & hoc de honeſtate. in poteſtate autẽ aui materni nullus eſt. inſ. de pa. po. in fi. hic ergo de auo paterno dicitur. Sed nunquid originarius filium habet in poteſtate? Non, cum ipſa ſit in poteſtate alterius. C. de agri. & cen. nec diutius. lib. 11. & qui in poteſtate alterius eſt, alium in poteſtate habere nõ poteſt. ff. de adul. ſic euenict. & ſic potes de originario hoc intelligere ſicut G. poſuit in themate. Vel intellige de ſeruo.

Originarius filiũ nõ hẽt i poteſtate. ı Dic cum ſeruus hẽt liberũ arbitriũ cõtrahẽdi ſi matrimoniũ, ut 29.q.2.§ qs

e¶ Arbitrium.] Arg. q̃ nec ſeruus ſuo arbitrio poſſit ducere vxorem. ı Qualiter enim in ſe liberum arbitrium habebit, & non in ſua ſobole? ergo ſicut per illud extra de conıu. ſeruo. c. 1. hodie liberum hẽt arbitriũ cõtrahẽdi matrimoniũ. ita liberũ hẽbit filiã tradendi. Qualiter enim in ſe habebit liberum arbitrium, & non in ſua ſo-

bole? Sed hic nõ habet liberum arbitrium: quia filia nõ erat in poteſtate eius, ſed liberi aui. Vel dic, quod nec ſeruus habet liberum arbitrium contrahendi ſine volũtate domini: ſi tamen contraxerit, tenet, ut 29. q. 2. c. fin. & 30. q. 5. §. ſed obijcitur.

Liber ita liberum habet in filia maritanda: qualiter enim. &c. ſcdm Hoſtien.

Quod autem.] Hæc q. diuiditur in 6. partes. In prima quæritur, utrum teneatur quis propter ſterilitatem vxoris quærere filios ex ancilla, ſicut fecit Abraham, & Iacob, & dicendum eſt, quod non, quia omnia in figura contingebant illis. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi. [Origo.] Quarta ibi. Sicut ſatius: Quinta ibi, [Ecce quod nullo.] Sexta ibi. Quare autem. Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 4. q. qua quæritur, an liceat alicui viuente uxore quærere filios ex ancilla, & indiſtinctè dicit, quod non, vel propter ſterilitatẽ uxoris uel ex quacunque alia cauſa. Et quod de Abraham, & de alijs dicitur, non obuiat; quia excuſati ſunt auctoritate ſpiritus ſancti. Probat ergo H. in hoc c. ſuperficialiter. q̃ licet cõiugato ex ancilla poſſem quarere exemplo Abrahæ, & Iacob, & ſuperficialiter ſoluit in fi.

f¶ Quod autem.] Hęc quarta quæſtio nihil habet quæſtionis, quia non licet ex quacunque cauſa viuente vxore ex alia filios procreare. & quod de Abraham, & de alijs dicitur, nõ obuiat: quia auctoritate ſpiritus ſancti

Digitized by Google

ſi excuſati ſunt.ex.c.de diuor.gaudemus.14.q.5.dixit.

a¶ Ingreſſus eſt.]Hiſtoria. Legitur in Gen. & dixit Sara ad Abraham.ecce concluſit me dominus ne pariam : ingredere ergo ad ancillam meam Agar,ſi forte ex illa ſuſcipiam filios,& factum eſt,& ſuſcepit ex ea Iſmaelē.

b¶ Ad

ris ſuæ Sarę ingreſſus eſt [a] *ad Agar Aegyptiam, vt ex ea filios acciperet. Item Iacob,cum ex Rachele filios habere non poſſet;ex ancilla eius filios ſibi ſuſcitauit : nec ſolū propter ſterilitatem,verum etiam propter fœcunditatem ceſſantem legitur intraſſe ad ancillam Liæ,* [b] *& ex ea genuiſſe filios.* [c] *Ex quibus omnibus colligitur, propter ſterilitatem vxoris ſiue ex ancilla,* [d] *ſiue ex qualibet alia licite filios quari : alioquin adulterij macula Abrahā & Iacob notabuntur. Sed ſicut poſt mortem Sarę Abrahā Cethuram* [e] *duxit vxorem, ne ſecundum Auguſtinum Chriſtiani putarent eſſe peccatum poſt mortem vxoris aliam ducere, ſic uidetur viuente vxore ſua filios ex ancilla ſuſcepiſſe, ne ab aliquibus hoc reputaretur in crimē.*

Gen.16.

Gen.25. Inf.eq.c.

a¶ Chriſtiani.] *In capite ſequenti Auguſt. ait.* ne putarent hæretici.

Illud autem Auguſtini dicitur contra aduerſarium legum & prophetarum.lib.2.c.9.

¶Quomodo Abraham excuſetur a crimine fornicationis. Cap. I.

Iuo p.8.c.269. Paun.l.6.c.60.

ISte Abrahæ etiam vſque ad decrepitam ſenectutē fornicationis obijcit crimen; profectō quia & poſt mortē Sarę alteram ducit. Vbi etſi nullum intelligeretur rei abditæ ſacramentū; [f] propter † hoc ſolum id facere debuit Abraham : ne putarent hæretici g aduerſus Apoſtolum (quibus etiam Tertulianus adſtipulator [h] exiſtit) poſt vxoris mortem crimen eſſe ducere vxorem.

† al. vel propter. 1.Cor.7. Li. de Monogamia.

Sacramentum huius rei eſt,quod per bonos mali & boni erant.in fide generandi ; & per malos boni & mali erant ad fidem acceſſuri.

Vnde Auguſt.ait ſuper Ioannem,tractatu xi.

¶Sicut bonorum miniſterio boni & mali;ita miniſterio malorum boni & mali in fide generantur. Cap. II.

REcurrat nunc animus veſter ad Abraham,Iſaac,& Iacob.In iſtis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas.Inuenimus ibi & partus liberorū,inuenimus ibi & partus ancillarum. Ancilla nihil boni ſignificat : [i] [Eijce ancillam,inquit,& filium eius,] *& infra.*

Gen.21. Copioſius in orig.

¶ Inuenimus rem miram in iſtis generationib. liberarū, & ancillarum,quatuor [k] ſcilicet genera hominū,in qui-

3 Tertullianus hæreticus ſecundas nuptias accuſans damnabat Abraham, quia poſt mortem Sarę Cethuram duxit vxorem.vbiē ſi nullum ſacramētum intelligerē : tñ vir iuſtus ideo hoc facere debuit, ne cenſereē hoc eſſe peccatum : [Iſte ſcilicet Tertullianus.] Adſtipulator ideſt adiutor,Sequ.9.patet.

f¶ Sacramentum.] Quia eſt a viro ſancto factum, ſanctū præſumi, vt 9.qō. 2. Ludun. & 7. q. 1.omnis.

g¶ Hęretici.]Scilicet Tertullianus, q condemnabat ſecūdas nuptias:qui nec legē nec prophetas recipiebat ; & quæ fuerit ei hęreſis,habes.24.q. 3. quidā. ver. Tertullianiſtæ.

h¶ Adſtipulator.]i. adiutor.11.q.3. anteceſſor.

RECurrat.] CASVS. Beneu. ſic ponit hunc caſum. In hoc ca. diſtinguit Aug. tres generationes carnales, q fiūt in trib.patriarchis, ſ.quia boni generāt bonos,& mali malos, & boni malos, & mali bonos:quæ hēnt ſignificare quatuor generationes ſpirituales,quę ſimiliter fiūt Eccleſia, & ante legē, & ſub lege, & in tempore gratiæ,quędiuerſis tēporibus generat bonos & malos.Sed mali ſiue aperte foris ſint,ſiue intus eſſe videantur, nunquam tamen ad illam eccleſiam pertinebunt,quę eſt ſine macula & ruga. H. vero poſt diſtinctionē illorū modorū dicit diſtincturus ergo Aug.has & illas generationes ſeruat hunc ordinem.Primo inuitat ad conſiderandum generationes carnales trium patriarcharum, & ſupponit quid ſignificēt.& hoc facit uſque ibi[Inuenis.] &c Ex inde oſtendit qualiter ancillæ & vxores peperierunt bonos & malos ante legem,& ſub lege,& in tempore gratiæ vſq; ibi.[Sed cum tales.]Ex inde diſtinguit quatuor modos generandi ſpiritualiter, & ſic poſſes ponere caſum ſecundum Hug.

i¶ Ancilla nihil boni ſignificat.] Hic † alibi enim bonū ſignificat, ut ibi.[Ecce ancilla Domini.&c.

† Ideſt, in hac ſerie. H.

k¶ Quatuor.] Ideſt, quatuor modi generandi homi-

b¶ Ad ancillam Liæ.]ſ.Zelpham Hiſtoria.Legitur ſimiliter in Gen.quòd[Lia ſentiens quod parere deſiſſet, Zelpham ancillam ſuam ſuppoſuit viro ſuo Iacob : qui genuit ex ea duos,ſcilicet Gad,& Aſer.

c¶ Filios.]Hiſmaelē,& alios filios.ſ.Dan, & Neptalim.

d¶ Ex ancilla.]ſ.Balam.Hiſtoria.Legit in Ge.q Rachel]nuidens ſorori fœcundæ ait ad Iacob:Da mihi liberos, alioquin moriar,qui ait:Nūquid ego ſum Deus?& illa, ſi non de me, ſaltem de ancilla & ſuppoſuit Balam, ex qua genuit duos filios.ſ.Dan,& Neptalim.

e¶ Cethuram.]Quæ fuit binomia, quæ alio modo uocabatur Agar,matrem Iſmaelis.Arg. contra: quia eo tem-

Hominum mes in fide.alia ſ enim duo tantum ſunt genera hominũ duo ſunt genera.

12.q. 1. duo. & quo ad condemnationem.nam aut ſunt ſerui,aut liberi,ff.de ſta.hom.in ſumma.

a ¶ Quatuor.] Ideſt, iſtis quatuor modis generandi in fide.

b ¶ Tenuerunt.]Infra ead. dicat cõtra. ſed hic illegitimi in figura ſucceſſerunt, ſignificatur enim.q̃ etiã ſi illegitimi parentum uitia non hereditatem habebũt. 56.diſ.naſci.Vel legitimi iſti erãt, q̃a fas erat illis tunc filios ex ancillis ſuſcipere. inf.e.q.7.tãtũ valet. immo potius dicebãtur filij vxoris legitimi,quam ancillę, vt 56.diſ.Iſmael.1

1 De hoc regre c. quod non omnis. in gl.in para diſo.

c ¶ Per malos.]Arg. q̃ acquiriũ eccleſiæ, vel alij religioſo loco per hereticos.ar. 16.q.6. ſi epiſcopũ.

Hæretici poſſunt acquirere eccleſię.

d ¶ Expulſus.] Non quia ſecundum carnẽ natus eſt : ſed q̃a fratrem perſequebatur,vt 56.di.Iſmael. nam qui ſecundum carnem erat, perſequebatur eum, qui ſecundum ſpiritum, vt ſup.23.q.4.qui ſecundum.

e ¶ Seducere.]Iſmael enim faciebat lureas imagines,& cogebat eum eas adorare, cõtra illud , Adorabis Deum. &c.22.ca.1. conſidera.

f ¶ Sacramentum.] Sacramentum erat illud ſecundum quod ſemper carnalis ſpiritualem perſequitur. 23.q. 4. qui ſecũdũ.

g ¶ Peperit.] Patres veteris teſtamẽti, & perperit eccleſia per dilectionem, noui q̃ ſacramẽta.ſu. 12.q. 1.qui abſtulerit.

Eccleſia eſt mater nra.

h ¶ Societate.] Mater noſtra ẽ eccleſia, quę nos in baptiſmate regenerauit. nã in vna fide ad vnũ præmium tendunt. Sed nunquid eadem eſt eccleſia , quę fuit in veteri teſtamẽto? Poteſt dici q̃ non iuxta illud. Vocabo plebẽ meam non plebem meam. Et alibi : Ecce conuertimur ad gentes,& ſecundum hoc dicatur, q̃ illud relatiuũ , quæ , quod præcedit,quæ peperit,&c. ſimpli-

cem facit relationem. Alij dicunt eam eandem eſſe. arg. de conſec.d.4.ſi ut 7.q.1.denique.ff.de iud.proponebatur,& 16.diſt.h.beo.

i ¶ Ciuitatis.]Hieruſalem cœleſtis.

k ¶ Animali.]Ideſt,beſtiali.a

l ¶ Sed cũ tales.]i. mali hic generantur per bonos malos

a ¶ Spi-

bus cõpletur figura toti⁹ populi futuri Chriſtiani,vt nõ ſit mirum,quod in illis tribus dictũ eſt. [Ego ſum Deus Abrahã,& De⁹ Iſaac,& Deus Iacob.] In omnibus enim Chriſtianis(fratres intendite) aut per malos naſcũtur boni,aut per bonos naſcuntur mali,aut per bonos boni,aut per malos mali. Amplius iſtis quatuor [a] generibus nõ poteſtis inuenire. *& infra.* ¶Inueniſ†ibi bonos filios Iacob natos d' ancillis,&bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt ſemen ſuum : & conſequenter regnũ cum fratribus tenuerũt [b] Quomodo ergo in filijs Iacob non obfuit illis,qui nati ſunt de ancillis,quo minus tenerent regnum , & terram repromiſſionis cum fratribus ex æquo acciperent & nõ illis obfuerunt natales ancillarũ , ſed pręualuit ſemẽ paternum: ſic quicumque per malos[c] baptizantur,tãquam de ancillis videntur nati: ſed tamẽ, quia ex ſemine verbi Dei , quod figuratur in Iacob , non cõtriſtentur, ſimul hęreditatem cũ fratribus poſſidebũt. Securus ergo ſit,qui de ſemine bono naſcitur; tantũ non imitetur ancillam. Si de ancilla naſcitur, ancillam malam ſuperbientem non imitetur. Vnde enim filij Iacob de ancillis nati,poſſederunt terram promiſſionis cũ fratribus , Iſmael aũt de Agar ancilla natus expulſus [d] eſt de hęreditate? Vnde? niſi q̃a ille ſuperbus erat,illi humiles? Erexit ille ceruicẽ,& voluit ſeducere[e] fratrẽ ſuum ludens cum illo. Magnum ibi ſacramẽtum.[f] Ludebant ſimul Iſmael,& Iſaac: vidit illos Sara ludentes , & ait Abrahę: [Eijci ancillam, & filium eius : non enim hæres erit filius accillæ cum filio meo Iſaac.] Et cum contriſtatus eſſet Abrahã , confirmauit ei a Domino Angelus dictum vxoris eius. Quę [g] autẽ peperit [h] Abel,& Enoch,& Noe,& Abrahã; ipſa peperit Moyſem,& prophetas tempore poſteriores ante aduentũ Domini:& quæ iſtos,ipſa & Apoſtolos, & martyres noſtros,& omnes bonos Chriſtianos. Omnes enim diuerſis quidem temporibus nati apparuerũt: ſed ſocietate [h] vnius populi cõtinẽtur,& eiuſdem ciuitatis [i] ciues,labores huius peregrinationis experti ſunt, & quidã eorum nunc experiũtur, & vſq; in finem cæteri experiẽtur. Item quæ peperit Cain,& Cham,& Iſmaelem, & Eſau;eadem ipſa peperit, & Datham,& alios in eodem populo ſimiles:& quæ iſtos,eadem ipſa & Iudam pſeudoapoſtolum,& Simonem magum,& cęteros vſq; ad hęc tẽpora pſeudochriſtianos in affectione animali [k] pertinaciter obduratos,ſiue in vnitate pmiſti ſint;ſiue aperta præciſione diſſentiãt. ¶ Sed cum tales [l] a ſpiritualibus euãgelizantur , & ſacramentis imbuuntur ; tanquam per ſeipſam Rebecca eos parit,ſicut Eſau : cum autem per illos , qui non caſte annunciant Euãgelium tales in Dei populo generatur : Sara quidem,ſed per Agar. Item boni ſpi-

1 Sed ſ Ideſt , carnalia ſapientes unde animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus ſancti. Hug.

Eccl.3.

†al.inuenimus] orig.

Aug.l. 1. de baptiſmo contra Donat. c.16.

Oſee 2. Act.13.

Gen.25.

Gen.21.

Digitized by Google

a ¶ Spirituales.] Et ſic per bonos boni.
b ¶ Vadunt.] Scilicet cum regenerantur.
c ¶ Deſiſtunt.] Scilicet cum catechizantur.
d ¶ Quia non poſſunt.] Sicut pueri.
e ¶ Inouam.] inf.de conſe.diſt.4.ſicut.
f ¶ Na-

ritales,[a] aliquãdo euangelizantib. β vel baptizantib. carnalibus generantur: Lia quidem, vel Rachel iure cõiugali eos, ſed per ancillarem vterum parit. Cum vero per ſpirituales in Euangelio generantur boni fideles, qui vel vadunt, [b] in ſpiritualem affectum pietatis, vel eo tendere non deſiſtunt, [c] vel ideo non faciunt, quia non poſſunt; [d] ſicut ex vtero Saræ Iſaac, vel Rebeccæ Iacob in nouam [e] vitam; & nouum teſtamẽtum naſcuntur. [f] Itaque ſiue intus ſ verſari videantur, ſiue aperte foris ſint, quod caro eſt, caro eſt; ſiue in area [h] in ſua ſterilitate perſeueret, ſiue occaſione tentationis, tanquam vento extra tollatur, φ palea eſt, [i] palea eſt: & ſemper ab illius eccleſiæ, quæ eſt ſine macula [k] & ruga, vnitate diuiſus eſt; etiam qui congregationi ſanctorum in carnali obduratione miſcetur. De nullo tamen deſperandum eſt, [l] ſiue qui intus talis apparet, ſiue qui foris manifeſtius aduerſatur.

¶ *Caput hoc cõfectũ eſt partim extractum* 1 *in Ioannẽ, partim ex lib.*1 *de baptiſmo cõtra Donatiſtas, c.*16. *& 17. atque inde nonnulla ſunt addita, & multa emendata.*

a ¶ Quæ autem.] *Hæc apud B. Auguſtinum ſequuntur poſt verſi. omnes ſcribentur, in cap. ſicut in ſacramentis. de conſecra. diſt.* 4.

β ¶ Aliquando Euangelizantib.] *Sic emendatũ eſt ex pleriſq; vetuſtis, & originali, & Eugyppo, tom.*2. *p.*216. *Antea legebatur*, quando Euangelizantur, & ſacramentis, vel baptiſmatibus carnalibus generantur.

b ¶ Vel vadunt. *Apud B. Auguſtinum, & Eugyppum legitur*, vel euadunt in ſpiritalis ætatis affectum.

2 *His ita reſpondetur. Pro varietate temporum varia inuenitur diſpenſatio conditoris. Promiſſum erat Abrahæ, quod in ſemine eius benedicerentur omnes gentes; promiſerat quoque ſe daturum ſemini eius terram peregrinationis* [m] *ſuæ. Cum ergo cæteris in idololatria relictis, Abraham, & filios eius in peculiarem* [n] *populum ſibi Dominus elegiſſet, rite multarum fœcunditate mulierũ populi Dei multiplicatio quærebatur: quia in ſucceſſione ſanguinis erat ſucceſſio fidei. Vnde in lege dicebatur:* [*Maledictas* [o] *ſterilis, quæ non reliquerit ſemen ſuum ſuper terram. Hinc etiam ſacerdotibus coniugia decreta ſunt: quia in ſucceſſione familiæ, ſucceſſio cõſtabat* [p] *officij. Quia vero per incarnationem Chriſti, gratia fidei vbique dilatata eſt, nec iam dicitur,* [*Dic domui Iudæ, & domui Iſrael:*] *ſed,* [*Euntes docete omnes gentes,*] *&,* [*In omni gente quicumque timet Deum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.*] *nec electio muneris* [q] *quæritur* [r] *in ſucceſſione generis, ſed in perfectione vitæ, & ſinceri-*

Sent.4.d.33. Gen.12. & 14.

Matth. 28. Act.10.

Ezech. 16.

Ibidem.c.17.

Eph 5.

1 Subau. homineminno uantem. Eccleſia præſens dicitur area.

f ¶ Naſcuntur.] Id eſt, charitatem, & fidem habent. 1. Ioan. 3.

g ¶ Intus.] q.d. mali ſunt ſiue in eccleſia videantur boni, ſiue mali: ſiue ab eccleſia tolerantur, ſiue ab eccleſia ſeparati ſint.

h ¶ Area.] Arca dicitur præſens eccleſia, in qua mali permiſti ſunt boni 2. ſicut in area palea granis. H.

i ¶ Palea eſt.] Ergo ſiue intus ſiue extra quod palea eſt palea eſt, &c. ſicut vſura non deſinit eſſe vſura, licet in ſortem conuertatur. C. de vſu. l. vlt.

2 Ad hoc 23. q.7.c.1.in fi.

k ¶ Sine macula.] Supra diſt.21. quamuis. ſu.27.q.1. nuptiarum. §.1. & dic ſine macula, id eſt ſine mortali peccato. 34.q.1. omnibus.

l ¶ Deſperandũ eſt.] Sup.ea.q.2. ancillã. ſup.24.q.3. corrigãtur.

HIS ITA RESPONDETVR. Hęc eſt 2. pars quæſt. in qua excutatur Abraham, quia præuenit legẽ & quia erat præceptum vt relinqueret ſemen ſuper terram, ſicut olim faciebãt ſacerdotes. Io. de Deo. & dic φ ſane loquebatur magiſter, & bene ſoluit ſecundum Hu.

CASVS. Soluit Gra. dicens, φ no eſt trahendũ ad cõſequentiam factũ Abrahæ & Iacob: quia tunc factũ fuit hoc, quia in ſucceſſione sãguinis erat ſucceſſio fidei & officij. Nunc aũt ſecus eſt, quia electio ſacerdotij nõ quæritur ſucceſſione generis, ſed in perfectiõe vitæ, & ſinceritate ſcientiæ vnde Abraham, & Iacob non delinquerunt.

m ¶ Peregrinationis.] in qua ſcilicet ipſe Abraham, fuit peregrinatus, nã vita hominis ſup terrã eſt peregrinatio, in qua ipſe Dñs apparauit vt peregrinus. 1.q.1.§. opponitur uer. qđ vt plane.

Vita hominis eſt peregratio.

n ¶ In peculiarem.] Id eſt, propriũ. ar. ff. ad Treb. cog. 1. reſp. & diſtinct. 54. ex antiquis.

o ¶ Maledicta.] Id eſt, ignominioſa, & obſcuræ famæ apud homines habita eſt, & eſt maledictũ opprobrij, vt hic: & eſt culpæ, vt 1.q.7. Paulus, & eſt maledictũ pœnæ. vnde maledictus homo qui pependit in ligno. de

Maledictum dicitur multipliciter.

p ¶ Conſtabat.] ſup.82.di. plurimos, & ſup.d.31. tenetę.

q ¶ Muneris.] Id eſt, officij ſacerdotalis.

r ¶ Quæritur.] Argu. quod ceſſante cauſa ceſſabit effectus. 61. diſt. §. his omnibus.

a ¶ Imperator.] Poſt ordinem, qui votum continentiæ habet annexum, argu. diſtin. 27. diaconus, ſup. d. 84. cum in præterito, alioquin contradicit Ambroſius ſup. ca. q. 1 integritas.

b ¶ Non ergo Abraham.] Ad hoc inducit cap. ſequent. &c. obijciuntur.

c ¶ Nec illorum.] Ad hoc inducit cap. nemo, & c. dicat.

d ¶ Et immoderatus vſus.] ad hoc iducit cap. origo.

e ¶ Fere, Optime tẽperat, quia nemo imitatur.

tate ſcientiæ; & virginitas fœcunditati præfertur, & ſacerdotibus continentiæ caſtitas imperatur [a]. *Non ergo Abraham* [b], *aut Iacob deliquit, quia præter vxorem filios ex ancilla quæſierit: nec illorum* [c] *exemplo, præter coniugale debitum, fœcunditatem in aliqua licet alicuius quærere, cum illorum coniugia noſtrorum æquentur, vel præferantur virginitati: & immoderatus vſus* [d] *coniugij noſtri temporis turpitudinem fere* [e] *imitetur fornicationis illius temporis.*

¶ Maledicta.] *Verba hæc non ſunt inuenta in ſacra ſcriptura quamuis inde a multis ſanctis, & antiquis doctoribus citentur. Deuteronomij 7. hæc habentur*, Non erit apud te ſterilis vtriuſque ſexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis.

Vnde Ambroſius ſcribit in libro de Patriarchis, libr. 1. de Abraham, c. 4.

¶ Abraham non eſt reus adulterij, qui viuẽte vxore filios ex ancilla ſuſcepit. Cap. III.

DIxit Sara [f] ad Abraham: Ecce cõcluſit me Dominus, vt nõ pariam: intra ergo ad ancillam meam, vt filiũ facias ex illa] Et ita factum eſt. Sed cõſideremus primum, quia Abraham ante legem Moyſi; & ante Euangeliũ fuit, nondũ interdictum [g] adulterium videbatur. Pœna [h] criminis ex tempore [i] legis eſt, quæ crimen inhibuit. Nec ante legem [k] vlla rei damnatio eſt, ſed ex lege. Non ergo in legem commiſit Abraham; ſed legem præuenit [l]. Deus in paradiſo coniugium † laudauerat [m], non adulterium damnauerat [n]. *& infra.* ¶ Habes primam † Abrahæ defenſionem. Secunda illa eſt, quod non ardore aliquo vagæ ſuccenſus libidinis, non petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem poſthabuit [o] thorum: ſed ſtudio quærendæ poſteritatis, & propagandę ſobolis. Ad huc poſt diluuium raritas erat generis humani. erat etiã religionis, ne quis nõ reddidiſſe debitum videretur naturæ. Denique & Loth ſancti filiæ hanc cauſam quærendæ poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris [p] gratia priuatam culpã prætexuit [q].

Idem in eodem libro, & cap.

¶ Quod præter legitimam vxorem committitur, adulterij crimine damnatur. Cap. IIII.

NEmo blandiatur ſibi de

Sent. ibidem. Gen. 16.

† al licet coniugium laudauerit. orig. † al vnam.

Poly. li. 6. tit. 8.

Intentio bona malũ factũ excuſat.

Item arg. quod malũ in parte excuſatur propter publicam vtilitatem. arg. ff. de noui op. de neg. gẽ. ſiue. & 16. q. 1. lex. arg. q. exculpatur malum ſi nun. de pallio. §. ſi quis nouos.

Conſtitutiones præuenientia non ſunt irritanda.

b ¶ Non ergo Abraham.] Ad hoc inducit cap. ſequent. &c. obijciuntur.

c ¶ Nec illorum.] Ad hoc inducit cap. nemo, & c. dicat.

d ¶ Et immoderatus vſus.] ad hoc iducit cap. origo.

e ¶ Fere, Optime tẽperat, quia nemo imitatur.

f ¶ Dixit Sara.] Gene. 16.

g ¶ Interdictum.] In aliquo præcepto: vel interdictum per aliquã legẽ ſuper hoc ſpecialiter latã: erat tamen quodammodo interdictũ in paradiſo, cũ Dominus ait: Erũt duo in carne vna: & etiã in lege naturali, qa cuicunque naturaliter inſitum erat, quod tibi non vis, &c.

g ¶ Interdictum.] Expreſſe, ſed tacite, cũ dixit Dominus: Erũt duo in carne vna, vt 31. q. 1. quomodo.

h ¶ Pœna.] Bene dicit pœna ex tẽpore. nã culpa ante legẽ fuit in Caim & Lamech. Et not. q hæc ẽs excuſationes inſufficiẽtes ſunt, ſed illa eſt ſola, extra de diuor. gaudemus, & dic pœna criminis, id eſt, legis temeratæ eſt.

i ¶ Ex tempore.] Legis ſcriptæ: alias nec Lamech. nec Cain puniri debuit, cum illi ante legem ſcriptam peccauerunt: ſed non erat adhuc pœna ſtatuta contra eorum peccatum.

k ¶ Ante legem.] Scriptam, non autem naturalem.

l ¶ In legem.] Quæ enim præueniunt conſtitutionem, non ſunt poſtea irritanda, vt ſup. diſtinc. 81. propoſuiſti in fi. eadẽ obijciuntur, & extra de conſtitu. cap. vlt. C. de teſt. iubemus 31. diſtin. ante.

m ¶ Laudauerat.] cũ dixit, creſcite, & multiplicamini.

n ¶ Damnauerat.] expreſſe, & eſt arg. quod licet vnum contrariorum commendetur, non ideo reliquum vituperatur. 8. q. 1. ſciendum.

o ¶ Poſthabuit.] Ideſt poſtpoſuit.

p ¶ Muneris.] Id eſt, officij, quo publice ſeruire humano generi videbatur.

q ¶ Prætexuit.] i. diminuit & extenuauit: non autem extinxit vt di. 35. ſexto die. Et eſt arg. q malũ factum excuſatur per bonam intentionem 1. & obſtetrices licet peccauerunt mentiendo, propter bonam iſt intẽtionem remuneratæ ſunt 22. q. 2. ſi quis liber & ita in eodem. facto quis meretur, & demeretur: quod eſt cõtra [illegible] de neg. gẽ. ſiue. & 16. q. 1. lex. arg. q excuſatur malum ſi bono zelo fit propter bonum ar. 10. [illegible] Homma.

NEmo ſibi. CASVS. Hic ponit hunc caſum: Et aut

quidam

quidam coniugati, qui præter vxores volebant habere concubinas ſolutas: & dicebant q̃ hoc non licet fœminis, ſcilicet habere alios præter maritos. ſed viris licet habere præter vxores alias ſolutas & ad hoc allegabant auctoritatem legis humanæ, quæ hoc permittit viris,

legibus [a] hominum. Omne ſtuprum [b] adulterium [c] eſt†; nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro quæ ab vxore [d], debetur † caſtimonia. Quidquid in ea †, quæ non ſit legitima vxor, commiſſum fuerit, adulterij crimine damnatur. *& in eodem lib. c. 7.* ¶ Nulli licet ſcire mulierem præter vxorẽ: ideo coniugij tibi datum eſt ius [e], ne in laqueum incidas, & cũ aliena muliere delinquas. *& poſt pauca.* ¶ Tolerabilior [f] eſt, ſi lateat culpa, quàm ſi culpę vſurpetur auctoritas. Nec hoc ſolum eſt adulteriũ, cum aliena peccare cõiuge, ſed omne [g], quod non habet poteſtatem coniugij. Tamen locus iſte [h] docet grauius crimen eſſe, vbi celebrati coniugij iura temerãtur, & vxoris pudor ſoluitur. Ideoq; cum prætenderet Abimelech, [i] quòd vxorem alienam eſſe ignorauerit, quam ſororẽ eſſe vir ipſe ſuam dixerit: reſpondit ei Dominus: [Et † ego cognoui, quoniam puro [k] corde feciſti hoc, & peperci tibi, vt non peccares in me: propter hoc non ſum paſſus te tãgere eam.] Cognoſcimus velut præſulem, cuſtodemque coniugij eſſe Deum, qui non patiatur alienum thorũ polluí: & ſi quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem violet, & gratiam ſoluat. Et ideo, quia in Deum peccat, ſacramenti cœleſtis [l] amittit conſortium.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Nihil eſt fœdius, quam vxorem amare quaſi adulteram. Cap. V.

Sent. 4. d. 26. i.

3 ORigo [m] quidem amoris honeſta erat: ſed magnitudo [n] deformis. ¶ Nihil autem intereſt, quàm ex honeſta [o] cauſa quis inſaniat. Vnde & Xiſtus in ſententiis.

Gen. 20.

† *al. Ecce.*]*orig.*

† Conc. tex. in l. inter liberos. §. Iulianus, alias eſt l. Iulianus. ff. de adul. no. in l. inter ſtuprũ ff. de uerb. ſigni.

† *dl. exigitur.* † *al. nam.*]*orig.*

Stuprum in multis perſonis cõmittitur.

1 Sed contra de pœ. d. 1. q. puero quæ eſt lex canonizata.

Fornicatio eſt crimẽ canonicum.

Crimina facta palã ſunt occultis grauiora.

viris, & non vxoribus & maritale priuilegium, ſcilicet quia vir eſt caput mulieris, & maior in matrimonio, & exemplum ſiue auctoritates patriarcharum, qui præter vxores immiſcebantur ancillis. Iſta ergo tria, quibus viri ſe uolebant excuſare ab adulterio, in hoc c. remouet Ambr. & primo auctoritatem legis humanæ. Secundo loco priuilegium maritale. Tertio exemplum & auctoritatem patriarchũ. Et probat, quod coniugatus ſemper adulteratur [b] cognoſcit aliquã præter uxorem: plus ĩ peccat, & grauius eſt adulterium ſi accedit ad coniugatam, quã. ſi ad ſolutã, quia tunc cõmittitur adulteriũ ex utraque parte. H. hunc caſum plenius, & melius poſuit quam Ben. unum tamen uerbum dixit Ben. quod H. nõ dixit: ibi, grauius eſt adulterium cũ cõiugata, ut apparet exẽplo Abimelech [Peccare eum,] ſupple cognoſcimus.

a ¶ De legibus.] Quæ dicunt, q̃ adulterium non committitur cum ſoluta, ſed cum nupta, ff. de adul. inter. Vel loquitur de legibus, quæ permittunt concubinatum, ut ff. de concu. l. 2. Vel loquitur de legibus, quæ permittũt fornicari militibus, ut C. de dona. inter ui. & uxo. l. 2.

b ¶ Stuprum.]Stuprum committitur in uirgine, uidua, uel puero, uel etiam in ſoluta muliere, q̃ ſ non habetur loco uxoris, uel concubinæ, ut ff. de adul. ſtuprum. ſecus ſecundum canones 1. ut 32. q. 1. dex illa. §. 1.

c ¶ Adulterium.]Coniugatorum.

d ¶ Vxore.] Sic inf. eod. q. 6. per totum. ff. de adul. ſi uxor. Hic no. ſimplicem fornicationem eſſe canonicum

e ¶ Eſt ius.] dicitur quod ex indulgentia uel ex diſpenſatione Apoſtoli habetur, vt vnuſquiſque habeat, &c. vt ſu. q. 2. §. his ita. ſicut dicitur ius patronatus quod ex gratia tantum habetur. vt 16. q. 2. ſi quis epiſcoporum. ſic etiã ex neceſſitate habet fieri, quod diſpenſatione ſit ex, vt 50. diſt. Domino ſancto. & 35. q. 4. cõſanguinitas.

f ¶ Tolerabilior.] Q. dic. maius peccatum eſt manifeſte peccare quam occulte. ſic ẽ cõtra 12. q. 2. certe ego, ſu. 11. q. 3. præcipue. Sed dic, q̃ occulte peccans magis dicitur peccare, id eſt, periculoſius: qa nominem habet cotrigentem. Item maiũ eſt cadere à propoſito, ſed peius ſimulare propoſitũ. Item manifeſte peccans alio modo dicitur magis peccare, qa tueri ſe vult rõnibus, & auctoritatibus, vt in hoc c. volebat. Itẽ quãtum ad hoc pluribus præbet exemplum peccandi vt 11. q. 3. præcipue. Item alia conſideratione, qui clam peccat, plus peccat, qa videtur ſcienter peccare: ſed q̃ palã peccat, minꝰ peccat, qa p̃ſumitur errare, vt ff. de ritu. nup. l. vlt.

g ¶ Sed omne.] Qui committit in non ſua coniuge, adulterium eſt.

h ¶ Locus iſte.] In Geneſi, ſcilicet ubi dicitur, qualiter Abraham dum eſſet in peregrinatione, rogauit Saram ut diceret ſe eſſe ſororem ſuam 22. q. 2. quæritur.

i ¶ Abimelech.] Nõ eſt huic contra 22. q. 2. quæritur. ubi dicitur, ut pudicitiam eius ſeruare poſſet apud Pharaonem. & hic dicitur Abimelech, quia uterque ſin ipſũ peccauit, uel ipſum uterque timuit ab initio.

K ¶ Quoniam puro.] Volebat enim eam uxorem habere: nec intendebat alicui iniuriam facere: & ideo excuſandus erat.

l ¶ Sacramenti cœleſtis.]Id eſt, eccleſiæ.

ORigo quidẽ.] Hæc eſt 3. pars q. in qua probat, quod ratione debet homo diligere uxorem, non tãquam adulter. Io. de Fan.

CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima oſtendit Hier. q̃ origo matrimonij, & conſtitutio fuit, & eſt honeſta: ſed abuſio turpis eſt. In 2. parte dicit, q̃ cum diſcretione ſunt uxores diligendæ. In tertia parte oſtẽdit, q̃ qui accedunt ad uxores cauſa ſobolis procreandæ, ſaltem pecudes in hoc imitentur ſcilicet ut ad eas p̃gnantes non accedant. Secunda pars incipit ibi, [Nihil autem. Tertia ibi, Certe qui dicunt.]

m ¶ Origo.] Scilicet ſpes prolis, uel etiam uitatio fornicationis, quæ eſt nuptiarum cauſa, ut ſu. q. 2. §. his ita.

n ¶ Sed magnitudo.] Scilicet immoderata 2. exactio nimio ardore libidinis.

o ¶ Honeſta.] Nihil. n. eſt adeo licitũ, ut non poſſit peccari.

f Vt infra c. liberorum.

nicies irrogari. 23.q.5. de occidendis. in fine. Item vſus rei non condemnantur, ſed libido, vt 41. diſt. quiſquis. & ſic vides quod quandoque peccatur in re honeſta, vt 14. d. quod ait.

a ¶ Adulter. ſup. e. q. 2. quidquid. cõtra. Sol. hic. adulter talis dicitur nõ reatu criminis illius capitalis, ſed ſimilitudine adulterinę libidinis, ſicut. n. adulter in adulterã ardet: ita iſte in propriam. & quod nõ peccet mortaliter, patet in fi. nã ibi diſſuadetur ad ꝓ emittandum non tenetur. & hoc modo infra ea. q. 7. adulterij. Sic ergo propter ſimilitudinem dicitur adulter. Nec eſt hoc mirum. nam ſimilitudine facti aliquid ſæpe dicitur fieri. 11. q. 3. excellẽtiſſimus. 12. q. 3. fraternitas.

Vir non ſit uxoris ardẽs amator.

b ¶ Amator.] Vehemẽs amator dicitur qui tantum vxorem diligit, vt apud ſe diſponat, quod ſi ipſa eſſet forte vxor alterius, nõ minus carnaliter ſe cum ea cõmiſceret.

c ¶ Iudicio.] Cũ iudicio, & diſcretioni cõmiſceri vxori ſuæ debet.

Mulier poſt conceptũ debet continere.

d ¶ Affectu.] explẽdæ libidinis.

e ¶ Pecudes.] Pecudes enim poſt conceptum nõ coeunt, vt inf. ea. q. 7. non ſolũ. nec mulier faciat copiam ſui corporis à cõceptione vſque ad purgationem, vt ſupra diſtin. 5. ad eum. 33. q. 4. ſi cauſa.

f ¶ Non perdãt.] Peritur. n. partus ex frequenti concuſſione.

[Adulter a eſt, inquit, in ſuam vxorem amator b ardentior.] In aliena quippe vxore omnis amor turpis eſt, in ſua nimius. Sapiens vir iudicio c debet amare coniugẽ, non affectu d. Reges impetus voluptatis, nec præceps ſeretur in coitum. Nihil fędius, quam vxorem amare, quaſi adulteram. ¶Certè qui dicunt ſe cauſa Reip. & generis humani vxoribus iungi, & filios † procreare, imitentur ſaltem pecudes e: & poſtquam vẽter vxoris intumuerit, non perdant f filios; nec amatores ſe vxoribus exhibeãt, ſed maritos.

Idem. 6. in ca. 18. Ezechielis.

† *al. liberos tollere.*] orig.

Idem libro ſecundo.

¶ Virginalis caſtitas non præfertur coniugio Abrahæ. C. VI.

QVis ignorat g ſub altera h diſpenſatione Dei omnes retro ſanctos eiuſdem fuiſſe meriti, cuius nunc ſunt Chriſtiani? Quomodo ante Abraham placuit in cõiugio, ſic nunc virgines placẽt in perpetua caſtitate. Seruiuit ille legi i, & tempori ſuo, ſeruiamus & nos Euangelio, & tempori noſtro k, in quos fines ſęculorum l decurrerunt.

Sent. 4. d. 33.

Item Auguſtinus a lib. 22. contra Fauſtum, c. 47. et 48. 1. Cor. 10.

a ¶ Auguſtinus.] *Repoſitum eſt ex omnibus vetuſtis, cũ in vulgatis legeretur*, Ambroſius.

¶ Patriarchæ non concupiſcentia explendæ libidinis, ſed cauſa numeroſæ prolis plures habebant vxores. Cap. VII.

OBijciuntur Iacob quatuor vxores; quod, quando mos m erat, crimen non erat n; ſicut Patriarchæ ß coniugibus excipientibus ſemen ſuum miſcebantur, nõ concupiſcentia percipiendæ voluptatis, ſed prouidẽtia propagandæ ſucceſſionis; ſic Apoſtoli auditoribus admirantibus doctrinam ſuam condelectabantur, non auiditate o conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandæ veritatis,

Sent. 4. d. 33.

ß ¶Sicut patriarchæ.] *Apud B. Auguſtinum diuerſus eſt verborum ordo.* Sicut Apoſtoli, inquit auditoribus admirantibus doctrinam ſuam condelectabantur non auiditate conſequendæ laudis, ſed charitate ſeminandę veritatis; ita patriarchæ, &c.

Item Auguſtinus de bono coniugali, c. 16.

1 Vt 23. q. 4. de Tyrijs, ſmL. ſed melior littera ẽ altera quod oſtẽditur: quia olim ſub cõiugali: nunc ſub uirginali. & ita altera fuit diſpẽſatio, altera juſta ſecundum H.

2 De iſta materia uide late per Bart. & Alexã. & Imo. in l. qđ te. col. 3. & 4. ff. ſi cert. pet.

Q Vis ignorat.] CASVS. Obiecit Hier. in hoc cap. quòd ita Abraham Deo ſeruiuit in vinculo coniugali, ſicut uirgines nũc Deo ſeruiũt in caſtitate, ſeruiuit. n. ille legi iuxta tẽpus ſuũ: & nos ſeruiamus legi iuxta tempus noſtrum. [Sub altera. id eſt, coniugali.

g ¶ Quis ignorat.] Hoc capitulum habes de uerbo ad verbũ de pẽ. diſt. 2. ſi enim. ver. memento. & ver. Paulus.

h ¶ Sub altera.] id eſt, ſub coniugali, quæ eſt altera à caſtitate. Alia litera habet alta, nam profunda ſunt iudicia eius. 1

i ¶ Legi.] Naturali uel conſuetudinariæ: vel id eſt diſpoſitioni diuinæ.

k ¶ Tempori noſtro.] Arg. ꝙ ſi primo currebat fortior moneta, & modo currit utilior de mandato principis: liberor ſoluendo utiliorem 2. argum. ff. de contrah. empt.

duplicitur de eo, ꝙ habuit filij. uxores. primo quia tunc mos erat. ſecundo quia non ex ardore, ſed ad prolẽ procreandam hoc fecit, ſicut Apoſtoli in multitudine filiorum delectabantur ex charitate, & non ex amore humanæ laudis.

m ¶ Mos.] Scilicet diuinus. & à Deo inſpiratus. ext. de diuor. gaudemus. ponitur hic, quando pro quia.

n ¶ Crimen non erat.] Arg. ꝙ conſuetudo a crimine excuſat aliquando. arg. ſu. d. 4. denique & ex. de tẽp. or. ſane. ar. contra extra de ſi. non ſatis. & 1. q. 3. c. ult.

o ¶ Non auiditate. Si enim auiditate conſequendæ laudis, tunc peccarent. 22. q. 2. primum.

Sicut

SIcut ſatius.] Hæc eſt 4.pars q.in qua dr q melius eſt mori ſine filijs, quam eos quærere de damnato coitu.Io.de Fant.

CASVS.Aug.admonet in hoc c.vt quis non habeat concubinam,ſed vxorem : quia ſicut eſt melius fame mori, quam carnes comedere in Quadrageſima, ar.de conſec. diſt.4. carnem.& ext.de obſeru.ieiu.conſilium? Reſp.dummodo non fiat ad veneratioñ idoli:nulla tamen neceſſitas excuſat a fornicatione,vt ff.de rit.nup.palam,§.non eſt ignoſcendum.

¶Satius eſt abſque liberis defungi,quam ex illicito concubitu ſtirpem quærere. C. VIII.

Sent.4.diſt.33.in fi. ſup.d.56.vndecumque.

4SIcut ſatius eſt mori fame [a] quam idolothytis veſci : ita ſatius eſt defungi ſine liberis, quã ex illicito coitu ſtirpem quęrere.Vndecumque [b] autẽ naſcantur homines,ſi parentum vitia nõ ſectentur, & Deum recte colãt; honeſti, & ſalui erunt.[c] Semen enim hominis ex qualicũque homine, Dei creatura eſt, †& eo male vtentibus male erit,non ipſum aliquando malum erit.

† Concor. tex. in ſimili.l.accuſari.ff.de accu. & inſt.de rediui. §. immuni.

Item Ambroſius in ſermone de S.Ioanne, qui ſic incipit [Diximus ſuperiore Dominica.] num.65.

¶ Ex ancilla filij non ſunt quærendi. C. IX.

Iuo p.8.c.30.

DIcat aliquis vxorem non habeo, ideo ancillam mihi ſociaui.Audi quid dicat ſcriptura ad Abraham, Eijce ancillam,& filium eius.]non enim hęres erit filius ancillę cum filio liberę.Si igitur ancillæ filius hæres nõ eſt, ergo nec filius eſt. Cur autem quæritur tale coniugium; de quo ſuſceptus filius,nec ſucceſſionis [d] poſſit hæres eſſe,nec ſanguinis.[e] Nec enim habere poteſt hęreditatis cõſortium,qui non habet originis priuilegium. Cur inquã quæritur tale contubernium,de quo nati,nõ filij ſint matrimonij, ſed teſtes ſint adulterij? Cur autem huiuſmodi ſuſcipiuntur adulterini,qui patri pudori,ſint,nõ honori; Dicit ſcriptura:[Adulterorum filijæ in conſumatione erũt:& ab iniquo thoro ſemen exterminabitur.]Mulier igitur tua,ſi talibus moribus prædita eſt, vt mereatur cõſortium,mereatur & nomen [f] vxoris. Præſta concubinæ tuę libertatem,& nomẽ vxoris, ne tu adulter ſis potius, quam maritus.

Gen 21. Gal.4.

Cap.3.

[a] ¶ Filij.] *Repoſita ſunt reliqua uerba ſcripturæ ex B. Ambroſio;pro quibus in uetuſtis eſt,& c.in uulgatis autem,* Abominatio ſunt Deo.

Item Auguſtinus ad Claudium contra Iulianum.c.8.

¶Adulteria non ſunt facienda etiam voluntate generandi filios. C. X.

Iuo p.8.c.105. Pann.l.7.c.20.

SIc non ſunt facienda adulteria [g] etiam volũtate generandi regenerandos.quemadmodum nec furta facienda ſunt etiam voluntate paſcendi pauperes [h] ſanctos : quod tamen faciendum eſt non perpetrando furta, ſed

b ¶ Vndecumque.] quaſi dicat,etſi quærãt ex illicito coitu.
c ¶ Et ſalui erunt.] Arg. cõtra tex.de fi. presb. per totum.

DIcat aliquis.] CASVS. Aliqui non habentes vxores, dicebant ſibi licere concubinas habere.Ambroſ.autem probat hoc eſſe falſum:cum dictum ſit Abrahæ,Eijce ancillam, & filium eius, non enim quærendi ſunt alij, qui nõ poſſunt ſuccedere, & q potius ſint oneri q honori. Dẽt igitur quis habere vxorẽ, vt & crimen euitet, & vt filios habeat, qui poſſint eſſe hęredes.Sequens ca.cum §.patet.

d ¶ Nec ſucceſſionis. Nisi in vncia. C. de na.li.auth.licet.

e ¶ Nec ſanguinis.] .i.honoris.Filius.n. ſequitur priuilegiũ patris in tribus:quo ad honores,& dignitates : & quo ad curialem cõditionem, vt C.de decur.eos,& l.exemplo. & l.nullus. & quo ad originẽ, vt ff. ad muni.l. 1. matrem ſequitur quo ad conditionẽ. vt C.de rei vend.patum.

Filius in tribus patrem ſequitur.

f ¶ Et nomen.] Arg. ad præſumptionem. matrimonij clandeſtini ex appellatione vxoris : q̃ eoipſo q̃ nominatur vxor, eſt habenda pro vxore, vt ext.de præſumpt. illud.C.de nup. ſi vicinis. Arg.cõtra C. & lib.cau.l.pe.At.ſup. 93.diſt.Dñs.23.q.1. paratus.inf.d cõſec. d.4.ſi eos. ff. de pb. l.vlt.§.vl.ſup.1.q.1.

Ancilla contrahere permiſſa, emitur in libertatem.

g Subau. & neceſſitas eſt contraria voluntari. ff. quod met.c. l.1. & nullũ eſt peccatum niſi voluntarium.35.q.1. §.1.& Coilia.

quam idolothytis veſci. ſic melius eſt mori ſine liberis.quã ex illicito coitu filios quærere. Verum tamen ſi filij ex illicito coitu quæſiti fuerint. ſi parentum vitia non imitentur:honeſti,& boni erunt quo ad Deum.

a ¶ Fame.] Sed nonne propter neceſſitatem famis licitum eſt comedere idolothytum,cum neceſſitas non habeat legem,vt inf.de conſe.diſt.1.ſicut 4.& propter neceſſitatem famis licitum eſt auferre aliena, vt de cõſecr. diſt.5. diſcipulos. & etiam furari, vt extra de furtis, ſi quis,& homicidium cõmittere,vt extra de homi.c.1.& ſi qui a ſimoniacis.27.q.2.inuenta.Et quod dicit,& nomen, dic & pro ideſt: nam eoipſo quod quis permittit ancillam ſuam contrahere matrimonium, rapitur in libertatem.C.de lati.li.tol.authen.ad hæc.ſed & concubina rapitur in libertatem morte domini: ſimiliter, & filijs eius.ſi dominus nihil de eis diſpoſuit.C.cõmunia. de manu.l.vlt.

g SIc non.] ¶ Adulteria.] Supra ea.q.2.ſicut ergo.

h ¶ Pauperes.]Supra 14.q.5.forte,ſup.30.q.1.noſſe.ſup. 22.q.2.ſi autem.iup.1.q.1.non eſt putanda.

i ¶ Mani-

Digitized by Google

bene vtendo mammona [a] iniquitatis.[b]

§ *Ecce quid nullo modo licet alicui viuente vxore ſua vel ex ancilla, vel ex alia qualibet filios quærere: qui etiam ſuſcepti, filiorũ nomine iudicantur indigni. Simplex etiam fornicatio in ſacra ſcriptura prohibetur.*

Vnde Auguſtinus in quæſtionib. Deuter. q. 37. ad c. 23.

¶Illicitus concubitus,& omnis illegitimus vſus illorum membrorum nomine mœchiæ intelligitur. C XL.

MEretrices eſſe,& ad meretrices accedere prohibet[c] Dominus:quarum[d] publice venalis eſt turpitudo. In decalogo autem mœchię nomine non videtur hoc aperte prohibuiſſe: quoniam mœchia nõ niſi adulterium intelligi ſolet. *Idem ſuper Exodum. q. 71.* ¶ Omnis mœchia etiam fornicatio dicitur in ſcripturis. Sed vtrum ét omnis fornicatio mœchia dici poſſit in eiſdẽ ſcripturis; non mihi interim occurrit locutionis [e] exemplum:ſed ſi non omnis fornicatio etiam mœchia dici,poteſt; vbi ſit in decalogo prohibita illa fornicatio,quam faciunt viri, qui vxores nõ habent,cũ fęminis quę maritos nõ habẽt, vtrũ inueniri poſſit, ignoro.Sed ſi furti nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ (nõ enim rapinam permiſit,qui furtum prohibuit,[f] ſed vtique a parte ẽs totum intelligi voluit,quidquid illicite rerum proximi aufertur,(profecto & nomine mœchię omnis [h] illicitus [i] concubitus,atque illorum membrorum non legitimus vſus prohibitus debet intelligi.

Iuo p. 8. c. 311.

Iuo p. 8. c. 279.

ſup. 14. q. 5. c. pœnale, §. furti.

Item Hieronymus in c. 5. epiſtolæ ad Gal. ad ver. [Manifeſta autem.]

¶Extraordinaria voluptas,& inuerecunda opera nuptiarum, luxuria & immunditia appellantur. C. XLI.

IN eo fornicator [k] maioris [l] eſt criminis,quia tollit mẽbra Chriſti, & facit ea membra meretricis, [Erunt [m] non poſſunt habere locum permiſſio & præceptum, ſiue prohibitio. ideo dicit, q illud intelligitur de comparatiua permiſſione. ſimile. infra. 33. q. 3. ſi quid verius. nam in veritate illud ſemper fuit peccatum. extra de diuor. gaudemus.

1 Cor. 6.

IN eo.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima oſtendit Hiero. quod in eodem genere fornicationis plus peccat fidelis quam infidelis. quia fidelis de mẽbro Chriſti facit membrum meretricis. In ſecũda parte probat, quod nomine immunditiæ Apoſtolus diſſuaſit omnes extraordinarias voluptates,etiã cum vxore propria. Secunda incipit ibi, [Secundum opus.] In eo,] id eſt,propter hoc, [Quomodo.] id eſt, ſicut. [In hoc loco,] ſcilicet Apoſtoli.

---

a ¶ Mammona.] Ideſt,pecunia,quam quis per iniquitatem i. per ſolicitudinem acquiſiuit. 23. q. 5. §. ſed hoc multipliciter.

Mammona iniquitatis quid ſit.

b ¶ Iniquitatis.] Ideſt,inæqualitatis. Æquum enim eſt tibi neceſſaria retinere, & ſuperflua pauperibus erogare. & hæc eſt iniquitas,ſi contra fiat.

ECCE QVOD NVLLO. Hæc eſt 5. pars q. in qua quæritur, an ſimplex fornicatio ſit prohibita in decalogo? & eſt dicendum quod ſic. Io. de Faut.

MEretrices.] CASVS. Hu. ſic ponit hunc caſum. In hoc c. oſtendit Aug. q ſimplex fornicatio fuit prohibita a Dño in Deut. fuit ẽt ꝓhibita ĩ decalogo, vbi dictum eſt, Non męchaberis. licet ibi ſolum adulteriũ videatur prohibitum: ſed ſicut in prohibitione furti nomine partis totum intelligitur eſſe ꝓhibitũ, ſcilicet omnis vſurpatio illicita rei alienę: ita in prohibitione męchię, nomine partus intelligit totũ eſſe prohibitũ. ſ. omnis illicitus concubitus. Rñ. vero ſic incipit caſũ ſup illo verbo in Deuter. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, neque ſcortator ex filiis Iſrael. Probat Aug. q ſimplex fornicatio fuit ꝓhibita a Dño in decalogo: vbi dictũ eſt, Nõ męchaberis. Nã ſicut in prohibitione furti nomine partis, &c. omnia dicit poſita vt H. [A parte. ſed interpretatione prohibuit.

c ¶ Prohibet.] Cum dicit, Non mœchaberis. Et in Deuter. vbi dicitur: Non erit meretrix de filiabus Iſrael.

Meretricis diffinitio.

d ¶ Quarum.] Alibi, meretrix eſt, quæ multorum libidini patet, vt ſup. d. 34. vidua. hoc etiam lex dicit, ff. de rit. nup. palam.

e ¶ Locutionis.] expreſſe.

f ¶ Prohibuit.] Arg. ẽq idẽ iuris eſt in parte & in toto, vt 14. q. 5. pœnale. Item arg. q prohibito minori, id quod maius eſt intelligitur prohibitum: 1 arg. 44. d. nulli clerico: 2 ſimiliter conceſſo maiori cõceſſum videtur & minus 16. q. 2. viſis. 3

1 Ad hoc 24. q. 1. miramur. vbi de hoc.

2 Adde de hoc inſti. de interd. §. fin. & no. in l. 1. C. ſi ſer. expor. ve.

3 De hoc extra de deci. ex parte. 27. q. 2. ſunt q.

g ¶ A parte.] Pars enim eſt furtum: illicita vſurpatio rei alienę eſt totum. omne nãque furtum eſt illicita vſurpatio rei alienæ: & non conuertitur. Hug. ſed hæc glo. non valet: ſed expone vt dicit 14. q. 5. pœnale.

Concubinã an liceuerit olim habere.

h ¶ Omnis.] Licet nõ prohibuerit rapinã verbis legis, prohibuit tamen ſententia legis, quæ magis attendenda eſt. extra de verb. ſig. propter ea. ſup. 1. q. 1. Marchion.

i ¶ Illicitus.] Hic videtur ſurgere quædam inextricabilis contrarietas: nam in Deuteronomio licitum erat habere concubinam, & dare ei pretium ſuæ pudicitiæ, & eam dimittere. ſed in Decalogo ſecundum interpretationem Aug. prohibita fuit omnis fornicatio, vt hic. Dicit Hug. q non ſunt contraria. nam aliud eſt permiſſio, de qua in Deuter. & aliud eſt præceptum, de quo in Decalogo. Sed hæc ſolutio nulla videtur, quia circa idẽ non

k ¶ Fornicator.] Melius eſt viam veritatis non agnoſcere, &c. de pœnit. diſt. 4. ſi refugientes.

l ¶ Maioris.] Quia fidelis in hoc magis peccat, quia mẽbra Chriſti facit mẽbra meretricis. ſed infidelis ſua, nõ Chriſti membra, facit membra meretricis.

m ¶ Erunt.] Id eſt, conuenient in vno carnali opere per hoc dicit Hug. affinitatem contrahi par illegitimum coitum, vt no. 30. q. 4. ſi quis.

8 ¶ Econ-

a ¶ Econtrario.] Id eſt, ſed vel, id eſt, econuerſo caſu.
b ¶ Ædificet.] Tamen per fornicationem magis ædificatur diabolo templum quam violetur.
c ¶ Neſcio.] Hoc non definit: ponit tamen perſuaſionem ſuam cum dicit: per vitia, &c. vel dic, neſcio, i. non defi-

quippe duo in carne vna,] Qui non eſt fidelis, nec credit in Chriſtũ, ſeu membra facit mẽbra meretricis, q̃ credit & fornicatur, Chriſti membra facit membra meretricis. Ecõtrario [a] infidelis in fornicatione ſua vtrum violet, an ędificet [b] templum idolo, neſcio.[c] Per vitia quippe luxuriæ vel maximè dęmones coluntur. Hoc vnũ ſcio, quod qui poſt fidem Chriſti fornicatur, violat templũ Dei. Secundum opus [d] carnis; immunditia enuncupatur, & eã comes luxuria ſequitur. Quomodo enim in veteri lege de nefandis criminibus, quæ in occulto fiunt, & ea nominare turpiſſimũ [f] eſt, ne & dicẽtis os, & aures audiẽtium pollуerentur, [g] gñaliter ſcriptura complexa dſt dicens; [Verecundos, vel reuerentes facite filios Iſrael ab omni immunditia:] ſic in hoc loco cæteras extraordinarias voluptates ipſarum quoque opera nuptiarum, ſi nõ verecũde, & cũ honeſtate quaſi ſub oculis Dei fiant, vt tãtum liberis ſeruiatur, immunditiam, [h] & luxuriam nominauit.

Leuit. 15.

[a] ¶ Luxuriæ.] *Abeſt vox iſta a pleriſque veruſtis, & originali.*

Item Gregorius in moralibus, lib. 12. c. 12.

¶ Immoderatus vſus mulierem Salomonem ad idolatriam traxit. C. XIII.

SAlamon quippe immoderato vſu, atq; aſſiduitate mulierum ad hoc vſque perductus eſt, vt templum idolis [i] fabricaret: & qui prius Deo templum conſtruxerat, aſſiduitate libidinis etiam perfidiæ ſubſtractus idolis conſtruere templa non timuit.

Item Hieronymus in c. 5. epiſt. ad Epheſios, ad uerſ. [viri diligite.

¶ Liberorum procreatio in marimonio laudatur, meretricia voluptas etiam in vxore damnatur. C. XIV.

LIberorum ergo, vt diximus, in matrimonio opera cõceſſa ſunt: voluptates autem, quę de meretricum capiuntur amplexibus, in vxore damnatæ.[k]

6 Quare autem tales non dicantur filij, uel quem ſuorũ parentum ſequantur, qui ex libero, ancilla naſcuntur, Iſidorus Etymologiarum, lib. 9. c. 5. determinat.

¶ Qui ſint liberi, & quam conditionem ſequantur. C. XV.

Luo. p. 8. c. 71.

LIbe-

[f] ¶ Etiam turpiſſimum.] Et ita quædam omittẽda ſunt propter turpitudinem, vt 1. q. 4. §. item peccato. & Imperator dicit de ea, quæ nubit intra tempus luctus, quomodo ei dicamus erubeſcimus, in auth. de reſtitu. & ea quæ parit §. vnum ſi quidem. coll. 4.

[g] ¶ Pollуerent.] Nã dicit Imperator, q̃ pp iſta etimina inducunt fames, & peſtilentiæ, & terręmotus, vt in authen. ne luxu. contra natu. §. ſi enim. coll. 6.

[h] ¶ Immunditiam.] Arg. opera nuptiarũ quæ non ſunt cauſa liberorum, mortalia eſſe: quia luxuria, & immunditia nominantur, vt infra c. liberorũ. ſed hoc dicitur non quo ad reatũ mortalis vt. i. ſed quo ad ſpeciẽ facti, ſpeciẽ enim & ſimilitudinem luxuriæ, & immunditiæ prętendunt. & habent deſignare, vt no. iuc. ca. origo.

Nuptiarum opera nõ ſũt mortalia.

SAlomõ quippe.] CASVS. Probat Greg. q̃ ex nimia aſſiduitate mulierum de facili q̃s ducitur ad idolotriam. Salomonis exemplo qui cum Deo prius conſtruxerat templum, poſtea amore libidinis idolis tẽpla conſtruxit. Sequens c. cũ §. ſeq. patet.

f ¶ Pœnitentia. Arg. q poſt peractam pœnitentiã, & crimen purgatum poteſt quis accuſari de crimine illo, ut 33. q. 5. presbyt. & 25. d c. ult. extra de ſimo. fraternitatis. 2. nam perferens memorandi criminis labem, &c. dic. non negamus, & 1. q. 1. ſi quis omnem. nam per pœnitentiam non definit quis eſſe nocens ff. de rei. edi. edict. quis ſit fugitiuus. immo etiam poſt baptiſma poteſt de hoc accuſari, ut extra de diuor. gaudemus. in fi. Arg. contra 25. q. 1. ſi illic. & 32. q. 1. quod autem. in fi. 3. &c. non ſunt &c. apud & 50. di. ferrum. & extra de accuſ. de illis. ff. de rei. ed. quod ita. De hoc dixi 6. q. 1. qui crimen. & c. illi qui. Sed nonne præiudicat ſibi maritus tacendo per ſeptennium: cum ultra quinquennium non audiatur accuſatio adulterij ut C. de adulter. adulter? Sed illud obtinet quo ad pœnam legalem, non quo ad petendum diuortium, extra de proc. mul. Nunquid ergo in infinitum poteſt eam accuſare. Dicunt quidam, q non ultra viginti annos vt C. de fal. querela. Hugo dicit, q vſque ad milleſimum, & quandocunque clamauerint crimina, vt

curamus, fili Haſtulphe; ſed non filius debes dici,[a] qui tã crudeliter infelix homicidium perpetrauiſti. Nam occidiſti vxorem tuam, partem [b] corporis tui, legitimo matrimonio tibi ſociatam, ſine cauſa mortis, nó tibi reſiſtentem [c], non inſidiantem [d] quoquo modo vitæ tuæ. Non inueniſti eam cum alio viro nefariam rem facientem: ſed concitatus à diabolo, impio furore inflammatus, latronum more atrocius eam gladio tuo, crudelior omni beſtia, interemiſti: & nunc poſt mortem eius addis iniquitatem ſuper iniquitatem, filiorum tuorum improbe prædo.[e] Qui matri non pepercilti, & filios tuos orphanos feciſti, inducere ſuper eam vis mortis cauſam poſt mortem:[f] per vnum homicidam, & reprobum teſtem incuſare vis mortuam. Quoniam nec Euangelium, nec vlla diuina humanaq; lex vnius teſtimonio ẽt idoneo quempiam cõdemnat, vel iuſtificat? † quãto magis per illum flagitioſiſſimum, & ſceleſtũ nec illa viua debuit cõdemnari, nec à te [α] poſt eius mortem accuſari; Prius cauſa criminis ſubtiliter erat inueſtiganda; & tunc, ſi ita fuiſſet inuenta, ſecundum legis tramitem debuit accipere vltionis vindictam. Nam ſi verum (quod abſit) fuiſſet, ſicut ille adulter mentitus eſt, poſt ſeptem annos pœnitentia [h] peracta dimittere eam per approbatam cauſam poteras, ſi voluiſſes: occidere tamen eam nullatenus debuiſti. Non enim vult Deus mortem peccatoris; ſed vt conuertatur ad pœnitentiam, & viuat. † Idcirco placeat tibi cõſilium noſtrum, & hoc fac, quod melius tibi, leuiuſque videri poteſt. miſerere animę tuæ, vt non ſis tu tibimet ipſi homicida. Relinque quapter, te rogamus, hoc malum † ſæculum, quod te traxit ad tam immaniſſimum peccati facinus: ingredere monaſterium,[i] humiliare ſub manu abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus obſerua cuncta ſimplici † animo, quæ tibi fuerint imperata; ſi forte [k] ignoſcat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priuſquã crucieris perpetuis flãmis. Hoc leuius, & melius tibi

Ezech. 33.

† Limita hũc tex. per l. ſi quis de curio. C. de fal. & per l. Theopõpus ff. de dot. pleg.

† Tex. eſt ſimi. in auth. ut non luxc. contra na. in prin. coll. 6. & in l. Imperialis. C. de nup.

† al. malignum.

† al. ſupplicio.

a De vxore prius habita credit H. hoc eſſe verum, ſed de poſtea ducta non ut eſſe ut miſerum dum. H. & Ian.

Adultera licet interficiatur, dos tamen ad eius filios deuoluitur.

Vxor adultera perdit dotem.

a Cõc. cum hac g. l. 3. & quod ibi no. C. de accuſ. gl. magi. in c. cum dilecta. de eiect. b Vbi de hoc & 26. q. 5. q. 9 unique.

Accuſatio adulterij poſt quinquẽnũ nõ auditur.

Religio multa ſoluit.

i ¶ Monaſterium. Ex hoc loco uí, q quantumcumque pœnitentiam quis teneatur finire, ſi interet religionẽ ad illam non teneatur: quia religio ſoluit uinculum iuramenti, ut extra de iureiur. perueniens. Item ſoluit uotum, ut extra de uo. & uo. redem. ſcripturæ. Itẽ ſoluit uinculum obedientiæ. 19. q. 2. duæ. Licet ergo a Papa ſit alicui iniunctum in pœnitentiam ut eat Romam, uel aliquid huiuſmodi faciat, & inter religionem, non dicitur trãſgreſſor. ille enim dicitur tranſgredi, qui deſerit maius pro minori, ut 20. q. 3. propoſitum, & 17. qu. 1. qui bona. ar. ad idem. inf. de pe. diſt. 1. §. his auctoritatibus. & hoc Hugo concedit. Alij dicunt q tenetur adimplere, quod promiſit. & quod iniunctum eſt ei in pœnitentia: niſi abbas diſpenſet ſecum, 18. q. 2. cap. nullam.

k ¶ Si forte.] Non ponitur dubitatiue, immo nota eſt aſſertionis, & eſt penitus ſi. de pœn. d. l. quamobrem.

a ¶ Et

Digitized by Google

a ¶ Et grauius.] Viſum enim fuit maioris pœnæ conuerſari inter homines, & hominum carere ſuffragijs, quàm procul ab hominibus ſolatium hominum nō ſentire. C. de apoſta. hi qui.

Siceram.

b ¶ Siceram.] Per ſiceram intellige omnem potum, qui inebriat.

eſſe certiſſime ſcias. Sin autem publicam pœnitentiam, permanens in domo tua, vel in hoc mundo, vis agere, (quod peius tibi & durius, & grauius eſſe non dubites) ita, vt agere debeas, exhortamur, omnibus diebus quibus pœnitere debes, vinum & ſiceram [b] nō bibas, carnem [c] nullo vnquam tempore comedas, præterquam in Paſcha, & in die Natalis Domini, in pane, & aqua, & ſale pœnitētia age, in ieiunijs, & vigilijs, & orationibus, & eleemoſynis omni tempore perſeuera, armis nunquam cingere [d], nec in quolibet loco litigare [e] præſumas. Vxorem nunquam ducere [f], concubinam non habere, nec adulterium cōmittere audeas: in balneo nunquam laueris [g], in conuiuijs lę tantium nunquam te miſceas, in eccleſia ſegregatus ab alijs Chriſtianis poſt oſtiū & poſtes humiliter te repone: ingredētiū & egredētium ſuppliciter orationibus commendare, cōmunione corporis & ſanguinis Domini cunctis diebus vitæ tuæ indignum te exiſtimes [h]: in vltimo tamen exitus vitæ tuæ die, ſi meruerit, pro viatico, ſi ſit, qui tribuat, tantummodo venialiter [i] vt accipias, tibi cō cedimus. Sunt & alia multa, quæ tibi nimis durius, & ſatis acrius erant iuxta magnū pondus peccati infælix adijciēda. Sed ſi hæc omnia quæ tibi miſericorditer ſupra dicta ſunt, perfecto corde, Domino auxiliante feceris, & cuſtodieris; confidimus de immenſa Dei clementia remiſſionem habiturum te tuorum peccatorum, & ſecundum dictum † iuſti, bonique paſtoris reſoluet te ſācta eccleſia ab hoc vinculo peccati in terris, vt per ipſius gratiā, qui eā ſuo ſanguine acquiſiuit, ſolutus ſis in cœlis. Si autem aliter feceris, & ſanctæ matris eccleſiæ tam ſalubrem admonitionem deſpexeris; ipſe tibi ſis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & ſanguis [k] tuus ſuper caput tuum, nos alieni [l] à conſortio tuo pro aliorū filiorum Dei ſalute, ipſo opitulante, omni ſolicitudine nitimur deſudare, & Domini miſericordiam attentius quotidie implorare.

† al. imperium.

Oſee. 4. Matth. 19.

x Suba. præter vinum. Sed nūquid licet ei bibere lac vel amygdalinam aquam aut vuas cōmedere? Dicit H. credo ꝙ ſic, ꝙa talia non inebriāt. Ar. Lardum an comprehendatur nomine carnis.

2 Concor. text. in l. repetita, & ibi B.C. de eromilita. an. lib. 12.

a ¶ Nec à te.] *Apud Burchardum, & Iuonem legitur*, nec tu poteris poſt mortem eius excuſari.

Item Auguſtinus de adulterinis coniugijs, lib. 2. c. 15.

b ¶ Siceram.] Per ſiceram intellige omnem potum, qui inebriat. 1. vt 35. diſt. in palea vinolentum.

c ¶ Carnem.] Sed nunquid oua, cum ouum ſit caro liquida, vel lac, cum lac non ſit niſi ſanguis colore mutato? Dicimus quod non, & hoc vult littera illa, quæ ſequitur, in pane, & aqua, ſed tamen poteſt intelligi, ꝙ hoc debeat facere in certis diebus vt legitimis feriis. Sed nūquid de lardo vel turi nunquid nomine carnis eſt prohibitum? Videtur ꝙ non. arg. 82. diſt. presbyter. ibi enim ſagimen permittitur, quando oua permittuntur 2.

d ¶ Nunquam cingere.] Niſi conſilio epiſcopi pro iuſtitia defendenda. & eſt ſi. infra de pœniten. diſtinct. 5. falſas.

e ¶ Litigare. Hoc ideo dicit, quia apud ſæculare tribunal non debet ſuam querimoniam diſceptando pro-

f ¶ Nunquam ducere.] Si tamen duxerit, tenet matrimonium, argumen. ſupra. ead. quicunque. Alij dicunt contra, vt not. infra ead. 5. de pœnitentibus.

g ¶ Nunquam laueris. Niſi de neceſſitate, de conſec. d. 3. peruenit.

h ¶ Exiſtimes.] Ergo vi ꝙ magis peccat qui vxorē interficit, quam qui matrem: quia maior pœnitentia imponitur hic vxoricidæ, quam matricidæ in illo c. latorem. quod eſt inf. ca. q. & ſic maius eſt crimē. ar. 24. q. 3. nō afferamus. quod cōcedit H. nam dicit ꝙ magis peccat q ſeipſum interficit, quā qui alīū 2. 23. q. 5. ſi nō licet. vnde magis peccat qui patrē corporis ſui interfecit, quam qui matrē. ꝙ bat hoc etiā per illā auctoritatē, propter hoc relinquet homo patrē & matrem, & adhærebit vxori ſuę ext. de biga. debitū. alij dicunt, ꝙ magis peccat qui matrē interfecit, quam qui vxorē. ſed quia homines ꝓmores ſunt ad interficiendū vxores, ideo ob hoc magis puniuntur, vt ſic retrahantur a tali facinore. Vnde nō valet hæc argumētatio: grauius puniuntur, ergo grauius peccāt. Et eſt ſi. in formatiōe notoria, licet enim multa crimina ſint grauiora: tñ qa facilius, & fędius delinquitur in hoc crimine, quàm in alijs ideo durior pœna in eo ſtatuitur. argum. 32. diſt. §. verum.

Vxorem occidere grauius eſt quā matrem.

3 Hæc ratio etiam eſt in matre, vt patet 35. q. 3. §. hac auctoritate, & c. de imp. & al. ſubi. l. vlt. in fi. Arch.

i ¶ Venialiter.] Arg. ꝙ eccleſia poteſt corpus & ſanguinem Domini quibuſdam etiam in fine prohibere. argu. 27. q. 1. impudicas, arg. diſt. 50. pœnitentes. contra ſu. 26. q. 6. de his. cōtra ſu. 2. q. 5. ſi quis epiſcopum aut presbyterum ſu. 13. q. vlt. quæſitum eſt, ibi, ſecundum præcepta canonum. Ad hoc dic. ꝙ quandoque illud quod iure cōmuni competit, dicitur concedi reſpectu miſericordiæ & pietatis, arg. ſu. 11. q. 1. quoniam. ff. de vſufru. ſi extraneo. & in cæteris ca. hic ſignatis, nam vniuerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Ioan.

k ¶ Sanguis.] Id eſt. peccatum. Vnde illud. Sanguis. ſanguinem tetigit, id eſt, peccatum. 44. diſtinc. Epheſijs. Ioan.

l ¶ Alieni.] Ar. ꝙ nō imputatur ꝓlato ſubditorū malitia ex quo

Digitized by Google

ex quo per eum non ſtat quo minus corrigantur. arg.7. q.1.§.cum autem.ſup.d.43.Epheſijs.ſup.47.d.c.vlt.

SI quod verius dicitur. CASVS. Beneuen.ſic breuiter ponit hunc caſum. Non licet viro vxorem adulteram occidere, nec etiam ita dimittere quod aliam viua ea ſuperducat: ſed ſi alterum præcise vult facere potius ſua viua aliam ducat, quam ſuã occidat. Sequẽs §.patet, & ad id qđ in fine §.dicitur, inducit c.ſequens.

a ¶ Non licet.] Nam dicit lex q̃ vnũ delictum propter aliud non minuit pœnam, vt ff.de pri.deli.l.2. & eſt arg.quod in delictis compenſatio non admittitur.arg. 14.d.c.1.

b ¶ Quod nõ licet.] Scilicet occidere vxorem ſuam.

c ¶ Quod non licet.] Scilicet aliam ducere ea viuente.

d ¶ Adulterium.] Sic ergo permittitur minus malum, vt cauetur maius 1.ſup.26. q.2. hiq.ſu.22.q.1. c.vlt.ſu.diſt.84. preſbyter ſu.px.q.7. qđ in oĩbus.contra.Sol. grauius eſt homicidium quàm adulteriũ.ſed ibi 3.expone grauius: id eſt,generalius 50. diſt. quia tua. Vel turpius rõne ingnationis. 32. q.1.i m coniugio. & non eſt conſiliũ vel præceptũ quod hic dicitur: ſed eſt comparatiua permiſſio, quæ non excuſat à peccato.

2 Sic 32.q.1. conſidera.

Homicidiũ grauius eſt adulterio.

3 Scilicet in præced. cap. quid.

ADDITIO. Quod die vt plene no.3. diſtinct.capitul.vlt.in prin.

IN PRÆMISSIS. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua dicitur quod in ſequenti c.continetur.Io.de Fan.

e ¶ In præmiſſis.] Sic intellige 32.q.1.hac ratione.

f ¶Impendatur.] Supra ead.interfectores.

PLacuit.] CASVS Dicitur hic,q̃ ſi vxores clericorum peccauerint, eas non occidant,ſed eas cuſtodiant,ne de cætero habeant licentiam peccandi, macerando eas verberibus & fame:ſed non vſque ad mortem: cum eis autem non comedat: niſi prius vere pœniteant.ſequens. §.patet.ad quem inducit ſequens c.

g ¶Licentiam,] Ideſt impunitatem.Simile.45.diſt.qui ſincera.

h ¶ Poteſtatem.] Nam ſi eam etiam male verberauerit, niſi pro cauſis in lege expreſſis,punitur in pecunia.quia dabit ei tertiam partem donationis, quam dedit propter nuptias, vt in auth.vt liceat.mat.& auiæ. §.ſi quis aũt. coll.8.ſi autẽ quis nõ dedit dona.propter nuptias, punitur in quarta parte totius ſuæ ſubſtãtiæ.ſi eius ſubſtantia non excedit 300.aureos: ſi excedit dabit 100.aureos. C.de repu.l.vlt. Item non dico quod ipſimet debeant eis pœnitentiam iniungere 3 ſed compellere vt accipiant ab alijs. Sed nunquid laicus idem poteſt de vxore ſua? Dico q̃ non: quia non inuenio expreſſum caſtigare tamen poteſt eam, vt notaui ſupra ea.q.1.ſicut cuit clericus. Sed quare dicit,q̃ pauperes clerici ſeruiant ſibi? Dic q̃ reſpondet tacitæ obiectioni.q.d.& ſi mulieres ligatæ non poſſunt ei ſeruire: pauperes clerici, qui non poſſunt alios ſeruientes habere, ſeruiant ſibi vice mutua. Item ſecundum Hug.non poterunt illas reconciliare ſibi, niſi nollẽt promouere.argum.33.diſtinct.ſi cuius. Alij autem dicunt illum nõ impediri, cuius vxor cognoſcitur ab alio, ſi ipſe non conſentiat eius adulterio.vnde bene poſſunt eas reconciliare etiam quo ad carnis comercium: nec eis in aliquo præiudicatur, quod tamen intelliges ſecundum quod dixi ſup.34.diſtinct.ſi cuius.

3 Super hoc videas quod no. 31. q.1. omnes in gl. non no.&c. Arch. Vxores clericorum ſi peccent,quid iuris.

i ¶ Ita vt inuicem.] Ar.32.q.1.dilectiſſimis.arg.11.q.1. ſicut enim.arg.d.90.præcipimus.

K ¶ Si ſeruitia.] Ideſt,ſeruientes.

l ¶ Cibum.] Et eſt hoc propter enormitatem delicti: ita tamen ipſam excommunicatam non debet vitare 4 11.q. 3.quoniam multos.quod forte falſum eſt.

4 Idem ſentit hic Lacius fuit iſta gloſ. de hoc no. 27. q.1. d c filia Arc.

¶ Potius vxore viuente aliam ducat quis, quàm humanum ſanguinem fundat. C. IX.

SI(quod verius dicitur)non licet [a] homini Chriſtiano adulteram coniugem occidere,ſed tantum dimittere: quis eſt tam demens,qui dicat ei,fac quod non licet [b],vt liceat tibi quod non licet [c]? Cum enim vtrumque ſecundum legem Chriſti illicitum ſit, ſiue adulteram occidere,ſiue illa viuente alteram ducere;ab vtroque abſtinendum eſt,non illicitum pro illicito faciendum.Si enim facturus eſt,quod nõ licet; iam faciat adulterium [d],& non faciat homicidium;vt viuente vxore ſua,alteram ducat, & non humanum ſanguinem fundat.Quod ſi eſt vtrumque nefarium; non debet alterum pro altero perpetrare, ſed vtrumque vitare. Iuo p.8.c.242. Pann.l.7.c.17.

4 *In præmiſſis [e] auctoritatibus quique prohibentur adulteras coniuges ſuas occidere: ſed permittitur poſt ſeptem annorum pœnitentiam eis illas dimittere. Si autem illas interfecerint,iubentur ſine ſpe coniugij perpetuo manere: niſi forte propter lapſum iuuenilis incontinentiæ ad matrimonia contrahenda eis miſericordia impendatur [f]. Clericis autem conceditur,ſi vxores eorum peccauerint, ſine mortis acerbitate habere eas in cuſtodia, & ad ieiunia eas cogere:non tamen vſque ad necem affligere.*

Vnde in Toletano concilio primo,c.7 legitur.

¶Clerici,ſi vxores eorum peccauerint,præter necem eas domi cuſtodiant,& ad ſalutaria eas cogant ieiunia. Cap. X.

PLacuit,vt ſi quorumcumque clericorum vxores peccauerint: ne forte licentiã [g] peccandi plus habeant; accipiant mariti earum hanc poteſtatem [h] præter necem cuſtodiendi ac ligandi in domo ſua, ad ieiunia ſalutaria, non mortifera eas cogentes: ita, vt inuicem [i] ſibi clerici pauperes auxilium ferant.ſi ſeruitia [k] forte non habeãt, Cum vxoribus autem ipſis, quæ peccauerint,non cibũ [l] Iuo p.8.c.283.

NVNC

Digitized by Google

NVNC AVTEM. Hæc est 5. pars q. in qua dicitur q̃ hic & in sequenti c. continetur. Io. de Fant.

HOc ipsum.] CASVS. Quod peccator post septennẽ pœnitentiam ad pristinum statum restituitur, hoc non ex carnali arbitrio, sed ex diuina sententia sancti

sumãt, nisi forte ad timorem Dei acta pœnitentia reuertantur.

5 *Nunc autem quaeritur, quare sacris canonibus sit institutum, vt post septem annos pœnitentes in pristinum statum reuocentur.*

† *al. Massonem.* *De his ita scribit Isidorus ad Massonem † episcopum in præfatione ad librum de summo bono.*

¶ Quare sit institutum post septem annos in pristinum statum pœnitentes redire. C. XI.

Rabanus l. pœnit. c. 1.
Poly. l. 4. ti. 39.
Ans. l. 8. c. 398.
& p. 15. c. 91.
† *al. cum.*
† *al. obtrectationis.*
Num. 12.

HOc ipsum, quod canonum cẽsura post septẽ annos remeare pœnitentẽ in pristinum statum præcipit, * &c. *vt in tractatu ordinandorum de Lapsis,* α nõ hoc ex electione proprij arbitrij, sancti Patres, sed potius ex sententia diuini iudicij sanxerunt. Nã legitur b quod Maria soror Aaron prophetissa, dum † detrectionis † aduersus Moysem incurrisset delictum, illico stigmate leprę perfusa est, cumq; peteret Moyses vt emũdaretur, præcepit eã Deus extra castra septem diebus egredi, & post emundationem rursus eam in castra admitti. Maria ergo soror Aaron, caro intelligitur sacerdotis, quæ dum superbiæ dedita, sordidissimis cogitationum † maculatur contagijs; extra castra septem diebus, hoc est, extra collegium sanctæ ecclesiæ septem annis proiicitur, vt post emundationem vitiorum, loci, vel pristinæ dignitatis recipiat meritum. *& post pauca.* ¶ In fine autem β epistolæ hoc adiiciendũ putaui, vt quotiescumq; in gestis conciliorum discors sententia inuenitur; illius sentẽtia magis teneatur, cuius antiquior c aut potior extat auctoritas.

† *al. corruptionum.*

sup. dist. 50. domino sancto.

α ¶ Vt in tractatu ordinandorum de lapsis.] *Absunt hæc a pleriſque vetustis, sed non sunt expuncta, quia sic solet citare Gratianus; & indicatur c. presbyter. supra dist. 84.*

β ¶ In fine autem.] *Hæc vsque ad finem absunt ab vno antiquo Gratiani exemplari.*

2. Reg. 12.

Hoc autẽ quamquã de sacerdotibus videatur specialiter dictum: generaliter tamen de omnibus pœnitẽtibus oportet intelligi. Ad imitationẽ namq; illius Dominicæ sententiæ Dauid de adulterio, d *& homicidio reprehẽsus vni⁹ hebdomadæ ieiunijs in satisfactionẽ admissi sceleris Deo legitur obtulisse. Hinc etiam ecclesiastica cõsuetudo est vsurpatum,* e *vt maiorũ* f *criminum pœnitẽtia sep-*

Pœnitentia septẽnis est pro mortali imponenda.

NON MVLCTATVR MORTE: hodie tñ repellit (vt dicit H.) a promotione. ar. 90. dist. alienus. q. a nec omnia, nec sola, &c. vt notaui 54. dist. multos. Hic infertur vna ratio, quare septẽnis pœnitẽt. a imponat. quia Maria. &c. Theologi aliter assignant, vt sicut propter peccatum septiformis spiritus sti gratiã amisit, ita p pœnitentiam septenem eam recuperet. e ¶ Cui⁹ antiquior.] Sim. sup. 50. d. domino sancto. in fi. vbi de hoc dixi.

HOC AVTEM QVAMQVAM. CAVS. Dicit Gr. q̃ licet videatur dictũ, q̃ sacerdotes spiritualiter debeant facere septennem pœnitẽtiam, hoc tamẽ generaliter ad omnes extenditur, vt p̃bat exẽplo Dauid, qui ad imitationem Dominicæ sentẽtiæ de adulterio & homicidio septẽ diebus pœnituit. Vñ postea eccl. sia habuit in vsu, vt p̃ mortali peccato septẽnis pœnitẽtia fieret: nisi enormitas delicti, vel dignitas officij maiorẽ fieri exigat. I sequẽti aũt §. dicit q̃ pœnitentes n. firmamenta trahere p̃hibẽtur, & ad hoc. I. ducit seq. c. Dñicæ sententiæ, de Maria scilicet, vt sup. c. p̃xim. o.

d ¶ Dauid de adulterio. Legitur i libro Regum 2. c. 12. q̃ Nathã propheta cũ redargueret Dauid de adulterio & homicidio, descendit de

di Patres sanxerunt: quod probatur exemplo sororis Aaron: quæ propter murmurationem, quã fecit aduersus Moysem, eiecta fuit extra castra septem diebus, vt mundaretur: per quod notatur quod vij. annis debet aliquis pœnitere antequam in statum pristinũ reuertatur. In secunda parte dicitur, quod cum in gestis conciliorum diuersa inueniatur sententia vel opinio: illius sententia teneatur, cuius antiquior & potior extat auctoritas. Secunda pars incipit ibi,] In fi. autem epistolæ.]

a ¶ Præcipit.] Idest, permisit post septem annos, supra distinctio. 82. presbyter. contra, sed varietas canonum

filio. & grauiter est contritus: & dixit Nathan: tamen tulit Dominus peccatum tuum: verumtamen filius qui natus est tibi, morte morietur; percussit ergo Dominus paruulum vsque ad vitæ desperationem: & pro paruulo ieiunauit Dauid, & noluit consolari. Accidit autem die septimo vt moreretur infans, & videns Dauid seruos vlulantes, intellexit, quod mortuus esset, qui lotus facie; & mutata veste intrauit domum Domini, & adorauit: & exhilaratus rediit in domum suam.

e ¶ Vsurpatum.] Idest, vsu habitum.

f ¶ Vt maiorum.] Sup. 22. q. 1. prædicandum.

a ¶ Exe-

Digitized by Google

a ¶ Excellentia.] Vt ſup.82.di.presbyter.& 27.q.1.de uotã.ſup.24.q.1.ſi quis dederit,tñ oĩa iſta ſunt in arbi trio ſacerdotis 26.q.7.tempora. Vnde canones non ponunt menſuram pœnitentiæ:ſed omnia hæc arbitrio ſacerdotis relinquuntur,vt inf.de pœn.di.1.menſuram.

Pœnitentiæ mẽſura per canones nõ ponitur.

DE POENITENTIBVS. Hæc eſt 6. pars quæſtio.in qua quæritur,vtrum pœnitentes ſolenniter poſſint contrahere? Et dico nõ debent, niſi eſſent iuuenes; ſi tamen contrahũt, tenet matrimoniũ. Io.de Fan.

tem annorum ſpatio concludatur:niſi vel officij excellentia, [a] *vel criminum magnitudo vulgarem cõſuetudinem excedens (veluti, dum contra naturam humanæ ſocietatis parẽtibus, vel liberis vel alijs eiuſmodi perſonis impudice adhæremus: vel dum relicto naturali vſu contra naturam more ſodomitico fornicamur; vel vſque ad coitũ brutorum animalium prolabimur,) præmiſſum ſpatium tranſcendere cogat.6.¶ De pœnitentibus* [b] *quoque quæritur,an eis generaliter poſt pœnitentiam peractam coniugia concedantur. Generaliter enim canonica auctoritate prohibentur pœnitentes ad ſæcularem militiam redire, vel matrimonia contrahere.*

Pœnitens ſolenniter an poſſit poſtea matrimoniũ contrahere.

b [t] De pœnitentib.] Hic monet magiſter quãdam incidẽtem quæſtionem,an poſt ſolennẽ pœnitentiã poſſit cõtrahi matrimoniũ? Et tres ſunt opiniones de ſoleniter pœnitentib. Quidam dicunt, q̃ nullus ſolenniter pœnitens poteſt contrahere, niſi ex diſpenſatione, inf.ea.antiqui. q̃ intelligitur voniſſe: & ſic itelligũt c. inf.ea de his. pœnitẽs enim ſemper viuit ſub regula eccleſiaſtica, vt de pœ.diſt.5.contrariũ. H.vero dicit,q̃ quilibet pœnitẽs poteſt contrahere,niſi tantum in tribus caſibus puta p̃ vxoricidio, vel niſi iniũctũ hoc ſit ei nomine pœnitẽtiæ, vel pro raptu ſponſæ alterius, vel pro inceſtu. Ad huc tñ excipit adoleſcentes,qui (vt dicit) de iure cõmuni poſſũt contrahere. Ideo autẽ in tribus his caſibus prohibetur, q̃a in his contaminatur matrimonium. Alij tamẽ ponunt quinque caſus,in quib.poſt ſolennem pœnitentiam nõ licet contrahere. vnus eſt pro inceſtu, vt 32.q.7.ſi quis viduam. Item pro vxoricidio ſup.eo.interfectores. Item pro raptu ſponſæ alterius.27.q.2.ſtatutum. nec cõtradicit.36.q.2.tria.nam ibi illa non erat ſponſa. Item pro concubitu cum moniali.27.q.1.vt lex. Item pro homicidio presbyteri.vt extra de pœn. & re.qui presbyterum. Item pro eo q̃ dolose ſuſcepit filium de ſacro fonte.30.q.1.de eo. Et dicunt quidam,quod ſi iſti contrahant, nõ tenet matrimonium,arg.ſup.ea.interfectores. Si tamen tales ſint,qui non poſſunt continere, de licentia epiſcopi poſſunt contrahere,& conſenſus epiſcopi facit matrimonium talium tenere, vt inf.ea.c.vlt. Alij dicunt matrimonium talium tenere,licet prohibeantur contrahere:niſi apponatur in conſtitutione,quod ſi cõtraxerint, ſeparentur. 1 quod credo verum. ad hoc facit extra de præben.c.dilecto.

1 Ad hoc facit expreſſe quod le. & no.ex de deſpõſ. impu. ad diſſoluendam, in fin. Arch.

DE his. CASVS. Quidam poſt acceptam ſolennem pœnitentiam ad militiam redeunt ſæcularem. Alij vero viuunt incontinenter, vt per filios male genitos apparet: de quibus ita ſtatuitur, vt quamuis non poſſint iterum ſolenniter pœnitere, tamẽ eccleſiæ intrãt, & admittuntur ad ſacramentum, ſed non ad communionem niſi in fine vitæ. Quod autẽ de viris dicitur,eſt de mulieribus ſimiliter intelligendum. [Improfeſſam.] Id eſt,male profeſſam.

DE.

Vnde Syricius Papa, epiſtol.1.ad Himerium epiſcopum,cap.5.

Burc.l.10.c.57. Iuo p.15.c.71.

¶ Pœnitentes matrimonia contrahere prohibentur.

C. XII.

DE his vero non incongrue dilectio tua Apoſtolicam ſedẽ credidit conſulendam, qui acta pœnitẽtia,tãquã canes,ac ſues ad vomitus priſtinos, & volutabra redentes, & militiæ [c] cingulum,& ludricas voluptates,& noua coniugia & inhibitos denuo appetiuere concubitus;quorum profeſſam incõtinentiam generati poſt ab ſolutionem filij prodiderint.[d] De quibus quia iam ſuffugiũ non habent pœnitendi;id duximus decernẽdũ,vt ſola intra eccleſiam fidelibus oratione iungãtur,[e] & ſacris myſteriorũ celebritatibus (quamuis non mereantur) interſint: à Dominicæ autem menſæ conuiuio ſegregẽtur, vt hac ſaltem diſtrictione correpti,& ipſi in ſe ſua errata caſtigent, & alijs exemplum tribuant, quatenus ab obſcænis cupiditatibus retrahantur. Quibus tamen (quoniam carnali fragilitate ceciderunt) viatico munerę, cũ ad Dominum cęperunt proficiſci, per communionis gratiam volumus ſubueniri:quam formam, & circa mulie-

DE HIS. Hoc c.poteſt intelligi de pœnitente ſolenniter pro aliquo prædictorum criminum,& tunc dic[improfeſſam.]i.continentiam male profeſſam,i.non ſeruatam.Et quod poſtea dicit,[nõ habent ſuffugium pœnitendi.]Verũ eſt q̃ ſolennis pœnitentia non iteratur. 50.d.§.poteſt licet G.immuat contrarium,inf.de pœ.d.3. §.ex perſona. Poteſt etiam hoc c.intelligi de his, qui votum emiſerunt, & poſt contraxerunt nec tenuit matrimoniũ: & tũc dicit improfeſſam ideſt male profeſſam. Et dic q̃ non habent ſuffugium pœnitendi. Id eſt cõtra profeſſionem ſuam veniendi. omnia alia plana ſunt.

Pœnitens ſolenniter an poſſit ad honorẽ redire.

c ¶ Et militiæ.] Sed nũquid generaliter verũ eſt, quòd ſolenniter pœnitens nõ debeat redire ad cingulum militiæ? dicunt quidam hoc eſſe conſilij,non autem præcepti.& ita intelligũt de pœ.diſt.5.falſas. Hoc alij intelligunt in eo caſu tantum, cum eis hoc iniungitur in pœnitentia. Alij dicunt iſtud tantum eſſe intelligendum, quando agit pœnitentiam ſolennem pro crimine in militia commiſſo,& hoc innuit illud c. falſas. 2

2 Hic adde quod no.50. d.ĩ q̃s poſt.

d ¶ Prodiderunt. Simile.82.d.propoſuiſti,ſup.diſt.28. prius quam.C.de epiſ.aud.nemo.

e ¶ Iungantur.] De pœn.diſt.5.ſi qui vito.

a ¶ Et

res,[a] quę se post pœnitentiam talibus pollutionibus deuinxerunt,seruandum esse censemus.

Sed quia timore solvendi coniugij, nonnulli ad pœnitẽtiam accedere differunt, vel propter lapsum adolescẽtiæ, quem formidant, pœnitẽtiæ remediũ suscipere negligunt; ideo auctoritate canonica permittitur eis, vel contracta matrimonia retinere,vel alia contrahere.[b]

Vnde Leo Papa Galerio episcopo Tripolitano scribit.

¶ Ex indulgentia coniugia post pœnitentiam legitimam non negentur. C. XIII.

AVdiuimus[c] à quibusdã,quod in vestris diœcesibus; ac finib. Christianorũ cœtus leui occasione se subtrahunt pœnitentiæ iugo; dicentes, quia si pœnitẽtiam ãgimus,cõiugij debemus relinquere copulam.in quo errant;& de veritatis calle discedunt:quia pro omnibus illicitis pœnitẽtiam vnusquisque Christi nominis cultor sustinere, ac peragere sũmopere debet, dicente Domino {Pœnitentiam agite,approprinquabit enim regnũ cœlorum.} Coniugium vero legitimum nulli orthodoxorum pœnitentiam sustinenti soluere licet. *& infra.* ¶ Sacris eos vos expedit eloquijs edocere,vt ab erroris eripiãtur caligine, † & licitis copulationibus iuncti, de omnibus illicitis pœnitentiam agere procurent.

Matth.3.

† Caligo dicitur vmbra nebulæ de spissitudine aeris facta. dicta quod maxime aestu calore gignatur. inde caligare, obscurare, & caliginosus.Pan.

Item Leo Papa ad Rusticum,epistola 90.al.92.c.11.

¶ Propter lapsum iuuenilis incontinentiæ non negentur pœnitentibus licita coniugia. C. XIV.

IN adolescentia[d] constitutus,si vrgẽte aut metu mortis,[e] aut captiuitatis periculo pœnitẽtiam [f] gessit, & postea timens lapsum incontinentiæ iuuenilis,copulam vxoris elegit,ne crimen fornicationis incurreret;rem videtur fecisse venialem,si præter cõiugem, nullam omnino cognouerit. In quo tamen non regulam[g] constituimus;sed quid sit tolerabilius,æstimamus.[h]

Item Nicolaus Papa Rhatoldo † episcopo sanctæ ecclesiæ Argentoratensis.

† al. Radulpho.

a ¶ Et circà mulieres.] Arg.q̃ solennis pœnitentia ita iniungitur fœminis,sicut & viris.arg.50.dist.pœnitẽtes. inf.ea.q.antiqui.& q.5.pœnitentiam.ī.27.q.1.virginibus,& c.siquis sacro.inf.ea.c.1.

SED QVIA. CASVS. Iste §.respicit superiorem §. vel c.proximum sequens.Dicitur ergo hic,q̃ quidam timebant ne si solenniter pœnitterent, dissolueretur cõiugium, vel ne amplius posset contrahere. cũ essent adolescẽtes,& sic non pœnitebant, & ideo statutum fuit vt possint vti matrimonio contracto,& cum alijs de nouo contrahere.& hoc inducit seq.c.

b ¶ Contrahere.] Quantum ad hoc vt vtatur matrimonio iam contracto, non est permissio, licet forte ita intellexerit Gra.Io.

AVdiuimus.] CASVS. Quidam stulti erant in falsa opinione,vt si pœnitẽtiam agerent, oporteret eos vxores habitas relinquere. Præcipit ergo Leo, vt pœnitentiam agant,& vxores relinquere non teneantur.

c ¶ Audiuimus.] Si hoc c.intelligas de priuata pœnitentia,planum est:si de publica,tunc loquitur de matrimonio iam contracto.

IN adolescentia.] CASVS. Dicitur hic, q̃ si quis adolescens pro aliquo periculo imminent: solennem egerit pœnitentiã,& postea propter lapsum carnis vxorem duxerit;nec ipsum condemnamus, nec regulam sic faciendi in alijs constituimus.

d ¶ In adolescentia.] Hoc c. dupliciter potest intelligi. Primo de eo soluto, qui egit solẽnem pœnitentiam pro aliquo dictorum criminum, post contrahit. & secũdum hoc facit Grat.mentionem de hoc sup. e. interfectores. nec fit mentio de hoc s. ea.antiqui, sed de alia institutione Leonis,quam non habemus,cum illud,antiqui, de cõiuncto in matrimonio intelligatur, qui tale quid cõmisit q̃ quod egit solennẽ pœnitẽtiam pro aliquo prędictorum criminũ, de quo ibi dicitur, quod debet vti vxore sua quousq. possit seruare cõtinentiã. Vel potest intelligi de iam cõiuncto, & secundum hoc fit de hoc mẽtio infra ea. antiqui. sed de qua fit mẽtio.sup.ea.interfectores, iterum nescimus. Secundus casus repugnat illi litteræ,copulæ vxoris elegit: sed expone ibi.i.exegerit carnale debitũ. posset tñ intelligi illud ca. antiqui.& illud,interfectores: q̃ facerent ambo mẽtionẽ de hoc c. in adolescẽtia. ita.s.quod illud antiqui,intelligatur de coniungenda: & secũdum hoc littera posita in c. antiqui, ita dẽt exponi, cõiugatus, i.cõiũgẽdus, redeat ad pristinum coniugiũ.i.cõtrahat cõiugiũ.q̃ antea cõtrahere potuisset iure. si non peccasset. sed nunc ex dispẽsatione. Ioan.de Fan.

e ¶ Metu mortis.] Cum volebat esse in bello, non intellige pro infirmitate.arg.26.q.7.c.1.

f ¶ Pœnitentiam.] Id est,non expectantur septem anni computato primo,ex quo pœnitens cœpit agere pœnitentiam.

f ¶ Pœnitentiam.] Arg. cõtra,sup.50.dist.pœnitentes. Ibi enim dicitur, quod solennis pœnitentia non de facili iuuenibus imponenda est non est contra, quia illud bene concedo.Ioan.

Pœnitentia solennis nõ de facili iuuenibus imponitur.

g ¶ Regulam.] Finis huius c.facit pro his qui dicunt q̃ nec etiã iuuenis cõtrahere potest arg.sup.ea.interfectores.H.vero Laut.& Mar.qui dicunt quod iuuenis de iure cõi potest contrahere, exponunt litteram, non regulã constituimus. i. non dicimus aliquid quod erat ius cõe ante hoc immo contra ius commune.quia de iure communi nec adolescens poterat contrahere ante hoc.

h ¶ Æstimamus.] Constituẽdo,scilicet quod modo tolera-

1 Et hoc ẽt dicit Hos. & Io.de Fant.

Digitized by Google

lerabilius eſt, quam eis contrarium, conſtituendo contra ius commune.

LAtorem præſentium.] Hæc eſt 7. pars quæſtionis, in qua dicitur qualiter puniatur matricida. Io. de Fan. CASVS. Iſte matrem interfecerat: nũc Papa in hoc eim ponit ei pœnitentiã, vel oſtẽdit quã pœnitẽtiam epiſcopus ſuus debeat ei imponere. Sequentia duo cap. plana ſunt, quæ dicũt, quod poſt pœnitentiam de fornicatione, pot aliquis contrahere, vel vti matrimonio iam cõtracto. Sequẽs §. patet. ad quem inducit ſequens c.

a ¶ Ni ſi prius.] Arg. cõtra ſſo maiori inhiberi minus arg. 50. diſt. c. placuit. argu. 17. q. 4. maior. & ex de torneа. c. 1. Argu. contra 95. diſt. illud. & qui indignus eſt minore & maiori. ff. de ſenat. qui indignus eſt. & cui interdicitur pomerium ciuitatis, & ipſa ciuitas. ff. de ſeruis exportan. cui.

Pomerio interdicto interdicitur ciuitas.

b ¶ Arma.] Amittit ergo feudum, cum dominũ iuuare non poſſit, & ſibi hoc imputet: quia ex culpa ſua hoc damnum incurrit. 15. q. 1. ſane. arg. 17. q. 4. vxor. ff. de reg. iu. quod quis ex culpa. & hoc eſt vetũ, niſi tale ſit feudũ, in quo per aliũ ſeruire poſſit. tunc .n. ſeruiat per ſubſtitutum. C. de epiſ. & cler. quiſquis. & 94. diſtin. valde.

Vaſallus poteſt ſeruire quandoque per ſubſtitutum.

¶ Hæc pœnitentia eſt imponenda ei, qui matrem occiderit. C XV.

7 LAtorem preſentium matricidã eſſe cognouimus. Cui precipimus, vt ſub pœnitẽtię iugo pmaneat, ita vt per annũ integrum eccleſiam non ingrediatur; ſed ante fores baſilicæ orans, & deprecans Deũ perſeueret, qualiter tãto eripiatur piaculo. Completo vero anni circulo introeundi in eccleſiam licentiam habeat: tamen inter audientes ſtet; ſed nondum communicet. Completis autem trium annorum curriculis ſacræ communionis, ei gratia cõcedatur: oblationes vero nõ offerat, niſi prius [a] aliorum ſeptem annorum curricula expleantur. ¶ His autem omnibus annis, atque temporibus carnem non manducet nec vinum bibere preſumat, exceptis feſtis diebus atque Dominicis, & à Paſcha vſque ad Pentecoſten. Et quocumque ire voluerit; nullo vehiculo deducatur; ſed pedibus proficiſcatur; arma [b] non ſumat, niſi cõtra paganos: ieiunet autem tribus diebus per hebdomadam vſq; ad veſperam. [c] A propria quidem, ac legitima cõiuge nõ ſeparetur, ne in fornicationis voraginem corruat; quod ne fiat, optamus. Si autem ante annorũ trium curſum finis vitæ illius appropinquauerit; corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti particeps fiat: ſin autem, vt ſupra ſtatuimus, efficiatur: tamen, ſi illius cõuerſionem [d] † & lacrymarum fontem in omnibus videritis floridis actionibus, & optimis operibus pullulare; humanius circa eum veſtra ſolicitudo peruigil appareat, mitiſque omnibus demonſtretur.

Poly. l. 6. tit. 10. Anſel. 11. c. 52. Burc. l. 6. c. 46. Iuo p. 10. c. 173.

Vide Rhenanum ad finem Tertulliani operum.

† al. converſationem.

¶ *Pœnitentia parricidarum, quæ hic præcipitur, habetur in concilio Vuormacienſi, c. 30.*

Item.†

† al. Idem.

¶ Poſt dignam pœnitentiam adoleſcentibus permittuntur licita coniugia. C. XVI.

8 SI quis cum duab. fuerit ſororibus fornicatus, aut cum his perſonis, de quibus ſancta ſcriptura phibet; ſi dignam egerit pœnitentiam [c] & caſtitatis non valuerit continentiam ſuſtinere, liceat ei legitimam in cõiugio vxorem [f] accipere: ſimiliter, & mulier, quæ tali fuerit ſcelere lapſa; vt fornicationis nõ pducatur ad chaos; † ſed hoc de laicis viris, ac mulieribꝰ ſolũmodo ſtatuimus. ¶ *Iuo citat hoc, quemadmodum & ſequens, ex Nicolao ad Carolum archiepiſcopum, & eius ſuffraganeos. Idem vero habetur in cõcilio Vuormacienſi, c. 33. niſi quod pro illis verbis*, lapſa, vt fornicationis non perducatur ad chaos in eo legitur lapſa fornicationis, liceat.

In concilio Vuormacien. c. 33. idem habetur.

† Chaos eſt confuſio rerum. chaos Græci dicũt materiã cæli & terræ confuſam. ſecundum Pap.

Item.†

In eodem concilio. c. 34.

† al. Idem.

Pœnitẽtiam à Papa impoſitam poteſt eps ex cauſa relaxare.

1 Sic 50. di. accedẽs. vbi de hoc. & 36. q. 7. tempora. ibi videas. Arch.

d ¶ Cõuerſionem.] Pot ergo epiſcopus cauſa cognita relaxare pœnitẽtia quã Papa impoſuit 1 eadẽ rõne & clericus de ea, quam eps impoſuit, ſed die q Papa licẽtiam dedit de hoc. Item nũquid ille cui Papa pœnitẽtiã impoſuit, poteſt ingredi monaſteriũ? ſic. argu. ſup. ead. ad monere. & de pœn. diſt. 5. ſi quis.

Inceſtuoſus an poſſit matrimonium contrahere.

SI quis cũ duabu..] Hæc eſt 8. pars quæſtionis in qua probat, quod omnes inceſtuoſi, & homicidæ ſi contrahant, tenet. Io. de Fant.

e ¶ Pœnitẽtiam.] Hęc opinio eſt quorundã, quòd quilibet inceſtus (niſi in adoleſcente) impedit matrimoſcopoł per famam vicinorum. extra qui cleri. vel vouen. ſignificauit.

f ¶ Vxorem.] Supra 27. q. 2. qui dormierit. cõtra. ſupra prox. quæſt. 7. concubuiſti. contra. ſolut. hic ignorãs, ibi ſciens fuit vel hic loquitur de illis, quarum neutra fuit vxor

vxor vel ſponſa, Hug. ſed hæc ſolu. reprobatur per illud infra. 15. q. 3. ſi quis cum matre. quia illud de ſimplici fornicatione intelligitur: quod patet 32. q. 2. §. de ſimpliciter. Vel hic de diſpenſatione eccleſiæ, vel lenitate miſericordiæ, ibi de rigore.

a ¶ Si

¶Puniatur, qui hæc crimina committit, non tamen legitimam dimittat vxorem. C. XVII.

Iuo p. 7. c. 138. & p. 9. c. 36. Pann. l. 7. c. 64.

SI quis cũ matre [a] fornicatus fuerit ſpirituali: anathematis, vt ſcitis, percutitur [a] ictibus. Similiter [b] autem & illum percutere promulgamus; qui cum ea, quam de ſacro fonte baptiſmatis ſuſceperit, aut cum illa, quam ante epiſcopum tenuerit, cum ſacro chriſmate fuerit vncta, fornicationis perpetrauerit ſcelus. legitimam tamen, ſi habuit non dimittat vxorem, Quos ſ enim [c] Deus coniunxit, iudex ſua auctoritate ſeparare non debet.

α ¶ Cum matre.] *Sic in Pannormia, & apud Iuonem p. c. 9. 36. ſed apud eundem par. 1. c. 138. legitur.* ſi quis cum commatre *etiam in concilio Vuormacienſi.*

β ¶ Quos enim.] *Hæc non ſunt in Vuormacienſi, neque apud Iuonem, ſed fere eadem in Pannormia.*

Quamquam Iſidorus hoc aliter [d] intelligat, dicens.

¶Non homo ſeparat, quos pœna condemnat. Cap. XVIII.

Matth. 19.

QVos Deus coniunxit, homo non ſeparet.] Quæris quomodo? ſubaudi violenter, ſine lege, abſque ratione [e], quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. Non enim homo ſeparat, [f] quos pœna condemnat, quos reatus accuſat, quos maleficium coarctat.

Verum hoc pro his dictum intellitur, quos iudices ſæculi pro ſuis ſceleribus, legum ſeueritate percellunt, quos vel morte puniunt, vel deportati iubent.

Item ex concilio Toletano 6. c. 8.

¶ De eodem. Cap. XIX.

ſup. ea. in adoleſcentia.

10 ANtiqui [g] & ſanctiſſimi eſt patris ſentẽtia [h] Papæ Leonis, vt is, qui in ætatis adoleſcentia poſitus, dum mortis formidat caſum, peruenerit ad pœnitentiæ remedium: ſi cõiugatus forte † fuerit incontinens, ne poſtea adulterij lapſum incurrat, redeat ad priſtinum cõiugium, quouſque poſſit adipiſci temporis maturitate continentiæ ſtatum; quod nos ſicut de viris, ita de fœminis æquo modo cenſemus. Non quidem hoc generaliter [i], & canonice eſt præceptum: ſed conſtat a nobis pro humana fragilitate indultum [k]. Ea dũtaxat ratione, vt ſi is, qui pœnitentiæ nõ eſt legibus deditus, ante ab hac vita deceſſerit, quam ex conſenſu ad continentiã vnus α eorũ [l] fuerit regreſſus, ſuperſtiti [m] non liceat denuo ad vxoris trãſire [n]

† al. eſt forte.

vxore valeat ſeparari, vt deportatio.

d ¶ Hoc aliter.] Non eſt verum ℣ aliter: ſed hoc dicit, vt inducat ſeq. ca.

QVos Deus.] CASVS. Dicitur hic, quòd homo ſine ratione ſeparare non poteſt quos Deus coniunxit: vbi vero lex decidit, non ſeparat homo, ſed lex. Sequens §. planus eſt.

b ¶ Abſq; ratione.] per hoc c. ſolue generale illud 33. quæſt. 1. quod ſi dormierit. & q. 5. conſuluiſti.

f ¶ Non. n. homo ſeparat. Sed lex. Simile 23. q. 5. ſi homicidiũ. immo & ℣ maleficium corpus viri efficitur principis. argu. ff. de c. dimi. per totum.

ANtiqui. Hęc eſt 10. pars quęſtionis, in qua Gra. redit ad pœnitentes. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic ℣ ſi quis cõiugatus ſolẽniter egerit pœnitentiam, ſi cõtinere non poteſt, ad cõiugiũ priſtinum reuertatur, donec erit in ętate, in qua poterit melius cõtinere. Idẽ dicendum eſt de pœnitente vxore: quod quidem ex indulgentia eſt ſtatutũ: & ſi pœnitẽs ſuperuixerit, nõ contraheret: alius vero ſic.

g ¶ Antiq.] Si intelligas hoc c. de matrimonio contracto: tunc eſt hic arg. pro illis qui dicũt, ℣ ſolẽniter pœnitens intelligit vouere. Si intelligas hoc c. de matrimonio contrahendo: tunc expone, redeat ad priſtinũ coniugium. i. quod contraxit poſt pœnitentiam, a quo per ſuggeſtionẽ aliquorũ receſſerat. Item habes hic ℣ quandoq; diſpẽſatur in matrimonio, non tamen in ſecundo, ſicut diſpẽſatur ĩ vno ordine, nõ iñ in ſcõo, vt 12. diſt. nos cõſuetudinem.

Diſpenſatur quandoq; in vno matrimonio, & nõ in ſecundo.

a Argum. hoc 10. q. 7. quicunq; vbi dixi de hoc.

a Si quis. ¶ Percutitur.] Niſi admonitus pœniteret. 11. q. 3. certum.

b ¶ Similiter.] 30. q. 1. omnis. arg. 50. diſt. ponderet.

QVOS ENIM. Hæc eſt 9. pars q. ſecundum Ioan. de Fant.

c ¶ Quos enim.] Gratianus non intelligens c. ſequens, deceptus eſt, argum. illius c. 34. q. 2. ſi quis neceſſitate. & C. de repud. l. 1. ſubuertit hoc c. & §. ſequens, ac ſi eſſet alia cauſa præter fornicationem, propter quam quis ab

h ¶ Sententia.] Ideſt, conſtitutio. Sed vbi ſit, dixi ſupra cap. in adoleſcentia.

i ¶ Generaliter.] Ideſt, non ℣ ante hoc eſſet ius commune, prout dixi in cap. in adoleſcentia.

K ¶ Indultum.] a Leone Papa.

l ¶ Vnus eorum.] ideſt, pœnitens ſcilicet.

m ¶ Superſtiti.] ideſt, pœnitenti.

n ¶ Tranſire.] Ar. ℣ ſublato impedimento, id debet fieri quod eo impediebatur, ne fieret. a

a Ab-

Digitized by Google

a ¶ Absolutionem.] Id est, pœnitentiam, per quam habet absolutionem, id est, quia non peccauerit.
ADDITIO. Nec id fecit propter hoc, q̃ debeat talem pœnitentiam recipere. Archid.
b ¶ Ita videlicet.] Id est, in adolescentibus.
c ¶ Ordinatio.] Not. q̃ ordinatio ista attẽditur circa hoc, vtrũ adolescẽtib. debeat indici pœnitentia solẽnis, non vtrũ debeant contrahere: quia de iure cõmuni possunt, vt supra eadem, in adolescẽtia.

amplexus. Si autẽ illius vita extiterit superstes, qui non accepit absolutionem † [a] pœnitentis; nubat, si se continere non potest, & alterius † consortio fruatur vxoris. Quod de vtroq; sexu quomodo à nobis manifestum est esse decretum, ita videlicet [b], vt in omnibus sacerdotis expectetur ordinatio [c]: vt iuxta quod ætatem aptam perspexerit, pœnitentia absolutionis, vel districtionis tribuat legem.

† *al. benedictionem.*
† *al. vlterius.*

a ¶ Vnus eorum.] *In antiquis conciliorum editionibus est*, eorum. vnde *in vno Vaticano codice*, alter eorũdem: *in codice Lucensi regio*, ad continentiam eorum fuerit. *In posterioribus autem Coloniẽsibus editionibus* alter ad continentiam eat vnde fuerit regressus: *Itaque in tanta varietate retenta est vulgata lectio Gratiani, quæ est in manuscriptis quoque ipsius exemplaribus.*

QVAESTIO. III.

TRACTATVS de Pœnitentia.

DISTINCT. 1.

Postquam breuiter decursis, in quibus extra negotij finem aliquantulum [d] euagati sumus, ad propositæ causæ tertiam quæstionẽ pertractandam (qua quæritur.

Vtrum [a] [e] sola cordis contritione, vt inf. ea. serpens. Videndum est ergo quid sit ipsa, & vnde dicatur, & quid sit satisfactio: quæ attendantur in ea: quæ sint necessaria: & de modo agendi in isto tractatu: Et quid sit ipsa, habes infra. dist. 3. pœnitentia. Dicitur enim pœnitentia a pœnitendo. infra ead. dist. tres sunt actus, & inf. dist. 2. in tantum. Quid sit satisfactio, habes inf. e. dist. 3. satisfactio. Attenduntur aũt in ea sepẽ. Persona sua dignitas. sup. 41. d. non coganturs. Causa. 23. q. 5. ex hõcatorum 2. Item locus, tempus, qualitas & quantitas. 3. e. d. 5. consideret. Item eventus, vt 15. q. 1. illa. In pœnitentia tria sunt necessaria, scilicet cordis contritio, oris confessio, & operis satisfactio. inf. dist. 3. per cũcta, sed tamen cui facultas non suppetit, sufficit cordis contritio, arg. 15. dist. duæ. Modus agendi talis est. In prima dist. tractatur, an sola cordis contritio deleat peccatum, vel confessio post contritionem. Baz. dixit quod sola cordis contritio non deleat peccatum, vbi copia sacerdotis habeatur. argum. inf. eo. capit. vlt. & in hoc videtur Grat. declinare inducendo eam illud vltimum, licet in præcedenti §. dixat hoc esse lectoris arbitrio relinquendum. Sed quidquid dicat Baz. dic quod nec cordis contritione, nec oris confessione peccata dimittuntur: sed tantum gratia Dei [1] de consec. distin. 4. nemo tollat. sed ipsa cordis cõtritio signum est peccata esse dimissa: sicut exterior satisfactio est signum cordis contritionis. gratia enim præcedit contritionem. argum. infra ead. nõ potest quis. contritio remissionem. vide remissio est ad tribuenda gratiæ, quę est causa causæ. Alij dicunt peccata per contritionem dimitti quo ad culpam, non quo ad pœnam, vt in gloss. sequen. vtique. Tertij dicunt conditionalem fieri remissionem, & cordis contritionem. In secunda dist. tractat, an charitas semel habita possit amitti. In tertia, an pœnitentia reiterari possit. In quarta, an peccata semel dimissa redeant. In quinta, quis modus debeat obseruari in imponenda ea. & accipienda. In sexta, cui quis debeat confiteri. In septima, an pœnitentia timore mortis accepta sit fructuosa. Ideo autem in septem distinctiones hunc tractatum diuisit: quia septenarius numerus perfectus est. arg. 32. q. 1. nuptiæ. in fin.

Vtrum. Hæc dist. potest diuidi in ix. partes. Quarum prima subdiuiditur in 2. partes. In prima probat, q̃ in sola cordis contritione dimittuntur peccata, & hoc secundum Io. de Fant. Et probat per 5. cap. vsque ad c. seq. (Si quis non dicã. Jibi incipit secunda pars huius primæ partis. Tertia primæ partis ibi, (Contra.) Quarta primæ partis ibi. (Aut factæ. Quinta primæ partis ibi. (Cogitatio. (Sexta primæ partis ibi. (Ex concilio. Septima primæ partis ibi, (Hoc idem (Io. de Fan. e ¶ Vtrum.) Quia mentionem fecerat Gra. de pœnitentia. sup. eo. q. 2. admonere. iõ hic tractat de ea. Vel ita. Cũ matrimonium sit principaliter sacramentum laicorũ, licet in minoribus ordinibus licitè contrahatur: quia tamen laicis solẽnis pœnitentia debet imponi, vt 50. dist. cõfitemandum. ideo hic tractatum inserit de ea post tractatũ matrimonij cum & ipse sit sacramentum. Nam in veteri testamento incipit etiam ab Adam,

[1] Vt 32. dist. cõbesãt & c. sequentium.

a ¶ Secre-

[a] Id est, solus Deus peccata dimittit, sed per meritũ Christi, & ministerium sacerdotis, atque in pœnitente requirit contritionem (aut saltẽ attritione, qua deinde virtute eius fit cõtritio) confessionẽ, & satisfactionem. Dum autem dimittit peccata, simul etiam infundit gratiam, & iustitiam qua formaliter fit iustus. Conc. Trid. sess. 6. per eam. quare cõtritio, & satisfactio, sicut & confessio nõ tãtum sunt signa, sed etiam partes huius sacramenti pœnitentiæ

& secreta [a] satisfactione, absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere) redeamus. Sunt enim [b] qui dicunt, quemlibet criminis veniam sine cõfessione facta ecclesiæ, & sacerdotali iudicio posse promereri, iuxta illud Ambrosij super Lucam ad c. 22.

¶ Gratianus ad explicandam hanc tertiam quæstionem multa attulit: quam per longam tractationem, qui eum sequuti sunt, in septem distinctiones diuiserunt. In antiquioribus enim exemplaribus nulla est distinctionum separatio, in aliquibus vero in margine tantum est, Distinctio prima, secunda, &c.

a ¶ Vtrum sola.] *Hæc coniungenda sunt cum superioribus, quemadmodum in pernetustis sunt connexa, ab illis enim pendent.* C. I.

PEtrus doluit, & fleuit: quia erraui [c], vt homo. Non inuenio qd dixerit [d]: inuenio, quod fleuerit: lachrymas eius lego; satisfactionem [e] non lego [f]. *Item* β.

β ¶ Item.] *Sequebatur*, Ioannes Chrysostomus, *apud quem hæc ipsa omnino verba non sunt inuenta. Sed apud B. Ambrosium post vltima verba capitis præcedentis sequitur.* Sed quod defendi non potest, ablui potest. Lauent lachrymæ delictum, &c. *Nec multo aliter in sermone 46. de Petri pœnitentia, & Ambrosium citat Magister sententiarum.* C. II.

LAchrymæ [g] lauent delictum, quod [h] voce pudor est confiteri. [i]

Item Propheta:

C. III.

SAcrificium Deo spiritus cõtribulatus, cor contritũ [k], & humiliatum Deus non despicies. [l]

Item.

Sent. 4. dist. 17. *Luc. 22.*

Psal. 50.

---

[a] ¶ Secreta.] Vtique sola cordis contritione deletur peccatum, vt inf. ea. magna. sed pœna debetur, vt 50. dist. si quis post. Et hoc verum est, si confessio non contemnatur, cum adhiberi potest, alias primum peccatum imputatur. infra eod. distin. agite. immo contritus non est, si

Pnix tractatus septè distinctiones continet.

[b] *Et adde qꝫ ī vera cõtritione includitur ꝫ positum cõfitendi.*

[b] ¶ Sunt enim.] Alij autem negant. Dicunt enim qꝫ sicut tribus modis Deum offendimus, scilicet Corde, ore, & opere: ita tribus modis ei satisfaciendum est, inf. dist. 3. perfecta. Vnde dicunt tria hæc esse necessaria, cordis cõtritionem, oris confessionem, & operis satisfactionem. Auctoritates autem, quæ dicunt, peccatum dimitti sola cordis contritione, asserunt ipsi intelligendas esse cum articulus necessitatis excludit oris confessionem, scilicet, cum aliquis conteritur, & morte præuenitur, vel aliquo alio iusto impedimento hoc facere impeditur. 1. Alij dicunt, inter quos est P. manducator, conditionalẽ fieri remissionem per cordis contritionem, infra dist. 3. sane cauendum. H. dicit sola cordis contritione peccatum dimitti adulto cuilibet. inf. ea. magna. si vero cõteritur, & proponit ab alijs abstinere, & illud confiteri, & de illo satisfacere secundum iudicium ecclesiæ, & si nunquam sequatur oris confessio: vel operis satisfactio, peccatum tamen iam dimissum non redit, sed peccat mortaliter, si potest iuxta præceptum Ecclesiæ confiteri, & opere satisfacere & nõ satisfacit. ar. inf. de cõsec. di. 4. non dubito. Auctoritates quæ dicunt sine cõfessione & operis satisfactione peccatum non dimitti, intelliguntur de * interiori confessione: quæ est receptio pœnitentiæ, & exteriori satisfactione, qꝫ nisi interdũ Deus largiatur gratiã suã ante ista, dum mõ adsit ꝫ positum cõfitendi, & satisfaciendi. *Vide S. Th. 4 d. 17. q. 3. ar. 1. q. 1. ad primũ.*

[c] ¶ Quia errauit.] Nam ideo quia homo facile corruit. inf. dist. 3. ille rex. d¶ Quid dixerit.] Et forte confessus est: vel cui confiteretur, non inuenit, cum omnes a fide recessissent. Vel forte tunc non erat facta institutio confessionis, quæ modo est. Aliam rationem assignat Gratia. infra eod. §. his auctoritatibus.

[d] ¶ Satisfactionem.] Exteriorem: aliàs contra, sup. 50. d. vt constituetetur.

7 IN actione [i] pœnitentiæ, vbi tale [k] crimẽ cõmissum est, vt is, qui commisit, à Christi etiam corpore sepa retur; non tã consideranda est mensura [l] temporis, quàm doloris. (Cor enim contritum, & humiliatum Deus non spernit.) Verum, quia plerumque dolor alterius cordis occultus est alteri [m], neque in aliorum notitiam nisi, per verba β [n], vel quæcumque alia signa procedit, cum sit coram illo, cui dicitur, (gemitus meus à te non est absconditus,) recte constituuntur [o] ab his [p], qui ecclesiæ præsunt, tempora pœnitentiæ, vt satisfiat etiam ecclesiæ; in qua remittuntur ipsa peccata. Extra [q] eam quippe non remittuntur. Ergo γ cum tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamenta [r] corporis, & sanguinis Domini differẽda sint, auctoritate [s] animus debet ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.

In Enchiridio, c. 65.

Sent. 4. dist. 20. Poly. l. 6. tit. 20. Ans. l. 11. c. 144. Iuo p. 2. c. 4. & p. 15. c. 23. *Psal.* 50.

β ¶ Nisi per verba.) *Ab originali abest dictio*, nisi. *sed habita est ratio glossæ.*

Sent. 4. dist. 17. Eugysippus, to. 1. pa. 125.

γ ¶ Ergo) *Hæc non sunt in Enchiridio, sed in epistola 118. ad Ianuarium, sub alterius persona. Ita enim loquitur.* Alius contra: immo, inquit, si tanta est plaga peccati, &c.

a ¶ Meruit.] Idest obtinuit. q. d. talis fuit confessio, cui data est venia. si. 8. dist. consuetudo.

b ¶ A filio.] Idest, per filium Absalonem. dist. 47. c. sicut. §. necesse. gl. est hi. in l. seruo legato. §. 1. ff. de leg. 1.

c ¶ Et nunc dicitur.] Idest, obijcitur à quibusdam hæreticis, qui dicebant peccata in contritione quantum ad vitã æternam non posse dimitti.

d ¶ Nisi.] q. d. si quæritur, nisi. 1. sed: quia rectissime sic dictũ fuerit. si quæsitum respõ. vel est ibi sic, & tũc ita, nisi. idest, sed: quia rectissime sic dictũ fuerit, quasi quia rationabile est q; ita respondetur, &c. & q. nisi, ponatur pro sed, inuenitur 38. distinct. sedulo.

e ¶ Impediretur.] Non vt per hoc temporalem pœnam cuitet argum. 23. quæst. 4. si is.

Pœnitentia quare ꝓ peccato imponitur.

f ¶ Humilitate.] Imponitur ergo pœnitẽtia ꝓ peccato, vt humilitas exerceatur, & ne disc. plina ecclesiæ deseratur. 23. q. 5. excommunicatorum. & vt satisfiat ecclesiæ, quæ scandalizata est. inf. e. iudicet. & ad cautelam. 50. dis. presbyteros. 34. 3. 1. in lectum.

g ¶ Exerceretur.] Infra. dist. 3. §. hæc de charitate. & ca. productior.

h ¶ Ademit.] Arg. ꝙ licet destruatur principale, remanet accessoriũ. arg. ext. de cõuer. coniu. quidã. extra de spon. ad audiẽtiã. ff. de cõf. pecuniæ. 4. 1. C. de ꝓ. mutuo. & si is. ff. de min. in causæ 2. Ar. cõtra ff. de re. iu. cã principalis. & C. de leg. & consti. non dubium. C. de usur. eos.

I N actione.] Hæc ẽ septima pars dist. in qua dicitur, ꝙ vbi pœnitentia non statuitur a canone, relinquitur arbitrio boni viri: quia Deꝰ inspicit magis mensuram laboris, idest, cordis quàm temporis. Io. de Fant.

CASVS. Iste sic consuevit poni. Dicitur. n. hic, ꝙ quando peccatum ita magnum est, ꝙ peccator dignus est privari corpore Christi, sacerdos potius debet considerare mensuram doloris, quàm temporis. sed quia dolor est occultus quandoque, ita statuuntur tempora pœnitẽtiæ ab eo. qui vices eius gerit: cui gemitus non est absconditus, vt peccatũ puniatur, si nõ est per dolorẽ sufficienter dimissũ siue punitũ, & vt satisfaciat ecclesiæ, quã læsit; ideo quicumque pro occulto crimine à communione vult abstinere, faciat hoc auctoritate sacerdotis.

i ¶ In actione.] Id est in agenda satisfactione, vt inf. de consec. dist. 3. de pœnitentibus.

K ¶ Vbi tale.] De consec. dist. 3. de pœnitentibus.

l ¶ Mensura.] Infra ea. mensuram.

m ¶ Occultus est alteri.] sup. 14. q. 3. Deus quando.

n ¶ Per verba.] Sup. 22. q. 2. is autem. & q. 5. humanæ. ff. de sup. leg. l. Labeo. §. 1. extra de spon. cum apud.

o ¶ Constituuntur.] Idest, præfiguntur.

p ¶ Ab his.] sup. 26 q. vlt. tempora.

q ¶ Extra.] sup. 11. q. 3. illud plane.

r ¶ Medicamenta.] Quia per illa augentur virtutes, & confirmantur, & conseruantur.

s ¶ Auctoritate.] sup. ea. distin. sunt qui arbitrantur. & c. facilius.

AD-

ADDITIO. Dic, vt no. sup. e. dist. qui sanctus, in gloss. 1. Archid.

Pœnitentiæ ordo.

I Vdicet. CASVS. Ostendit Aug. quis ordo sit seruãdus in accipienda pœnitentia. Primo enim debet quis cõfiteri. sup. e. sufficit. deinde se dãnare & redarguere, & pro-

Et in lib. de pœnitẽtiæ medicina cap. 3. Beda ad Eph. 5. Sent. 4. d. 17. Iuo p. 15. c. 24.

† al. medicina sed tamen medicinæ sententiam.

Idem in eadem homilia quinquage sima, c. 11.

Cap. LXXXV.

IVdicet seipsum homo in istis volũtate, dum potest, & mores conuertat in melius: ne cum iam non poterit, ẽt præter voluntatẽ a domino iudicetur. Et cum in se protulerit seueriſſimæ [a] medicinę † sententiam, veniat ad antistites [b], per quos illi claues [c] in ecclesia ministrantur, & tamquam bonus incipiens iam esse filius, maternorũ [d] membrorum ordine [e] custodito a propositis [f] sacrorum accipiat satisfactionis suæ modum, vt in offerendo sacrificio cõtribulati cordis deuotus, & supplex, id tamen agat, quod non solum ipsi profit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris [g] ad exemplum: vt si peccatum eius nõ solum in graui eius malo, sed etiam in tanto † [h] scandalo est aliorum, atque hoc expedire vtilitati ecclesiæ videtur antistiti, in notitia [i] multorum, vel etiam totius plebis agere pœnitentiam non recuset, non resistat, non lethali, & mortiferæ plagæ per pudorem addat tumorem. *& infra.* ¶ Multi enim corriguntur, vt Petrus: multi [k] tolerantur, vt Iudas, &c.

† abest ab orig.

2. q. 1. mult.

Item Hieronymus.

¶ Mortificatio vitiorum magis, quam abstinentia ciborum, pœnitent necessaria est.

C. LXXXVI.

Alcuinus. de ecclesiasticis officijs. c. de capite ieiunij. Sent. 4. d. 20. Poly. l. 6. tit. 20. Ans. l. 11. c. 145. Burc. l. 19. c. 31. Iuo p. 15. c. 49.

† al. attentis.

MEnsuram autem temporis in agẽda pœnitẽtia ideirco non satis aperte † præfigũt canones, p vnoquoque [l] crimine, vt de singulis dicunt, qualiter vnũquodque emẽdandum sit, sed magis in arbitrio [m] sacerdotis [n] intelligentia relinquendum statuunt: quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quam doloris [o], nec abstinentia [p] tantum ciborum, quam mortificatio vitiorũ. Propter quod ipsa tempora pœnitentię pro fide, & cõuersatione [q] pœnitentium abbreuiãda præcipiunt, & pro negligentia [r] protelanda. Extant tamen pro quibusdam proponere in corde confiteri, & satisfacere ad arbitrium ecclesiæ, & postea veniat ad sacerdotẽ, & ab eo accipiat pœnitentiam: & si crimen est publicum vnde scãdalum ortum sit, publicè recipiat, & agat pœnitentiam.

[Indicet,] idest, condemnet.

a ¶ Seueriſſimæ.] Vnde. Sæpe tulit lapsis fuctus amarus opem.

b ¶ Ad Antistites.] su. 6. q. 3. deniq; arg. su. 18. q. 2. abbas.

c ¶ Claues.] qui vult pœnitentiam accipere, veniat ad suum sacerdotem, qui eum ligare poterit & absoluere. non alienum, vt extra de pœn. & remiss. omnis vtriusque.

d ¶ Maternorum.] Idest, filiorum ecclesiæ.

e ¶ Ordine.] De quo ordine habes su. e. q. 2. admonere. 32. q. 2. de viro. vel ordine illo quem expressi in casu.

f ¶ A præpositis. Scilicet a sacerdotibus, qui præponuntur sacramentis ministrandis.

g ¶ Cæteris.] Hoc, quando crimen est publicum: prout sequitur.

h ¶ In tanto.] Idest, multo.

i ¶ In notitia.] De notorijs & enormibus peccatis intelligitur hoc, arg. sup. 26. q. 6. c. vlt.

k ¶ Multi.] Supra 2. q. 1. multi.

MEnsuram.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. Hic Hieron. reddit causam quare in vnoquoque crimine non est determinatum tẽpus pœnitẽtię: quia apud Deum non tantum valet mensura temporis, quãtum doloris: & ideo relinquitur arbitrio sacerdotis, qui prout videbit expedire assignet tẽpus breue vel prolixum: sed ne ignoret sacerdos modum imponendi pœnitentiã in quibusdam criminibus modi & tẽpora pœnitentiæ sunt determinata. sequẽs autem capi. scilicet, quis aliquando. planum est.

l ¶ Pro vnoquoq;.] idest, pro genere cuiuslibet criminis.

m ¶ In arbitrio.] id est, in arbitrio sacerdotis est relictũ, statuere tempus pœnitẽtiæ. arg. ff. de iure de libe. l. 1. su. 26. q. vlt. c. tempora.

n ¶ Sacerdotis.] Hoc tamen cũ pœna non est expressa. quia cũ pœna est expressa, illã debet imponere. arg. extra de offic. iudi. deleg. de causis infra dist. 5. falsos. ex causa tamẽ aggraua- re põt & mitigare. arg. 50. dist. de his. Quid si inique arbitratus est, & minorẽ pœnam imponat, q̃ debeat, si est ordinarius eius iudex siue sacerdos curatus, & dispensandi animo hoc facit, sufficit illa licet modica, ad delendum peccatum, si per errorem, & ab isto pœnitente credebatur peritus: sufficit illa minor pœnitentia ad delendum peccatum, & omnem pœnam alterius vitæ, dummodo pœnitens, qui eam recipit, maiorem suscipere paratus esset, si sibi imponeretur, arg. infr. eod. distinct. quem pœnitet. versi. sæpe. si autem credebat eum imperitum, in culpa est, nec releuabitur hac sola pœnitentia. idem iuris est si ad alium iuit non ad suum iudicem, cum suus sacerdos esse peritus, quia eo casu in culpa fuit: si autem suus sacerdos nõ erat peritus, & ideo iuit ad alium, quia hoc sibi licet. infr. d. 9. placuit. & ille male est arbitratus, dic vt dixi in ordinario.

Pœnitentia minor an haberet pœnitentem.

o ¶ Doloris.] vnde & tantam contritionem posset sacerdos perpendere in homine, quod nullam satisfactionem exteriorem ei imponeret.

p ¶ Abstinentia.] Inf. de consec. d. 5. ieiunium. sup. d. 86. quid prodest.

q ¶ Conuersatione.] sup. 11. q. 3. plerumque. [cerdos.

r ¶ Negligẽtia.] su. 50. dist. de his clericis. sup. 26. q. 7. sa-

s ¶ Cub-

Digitized by Google

culpis [a] pœnitẽtiæ modi impositi, iuxta quos cæteræ perpendendæ sunt culpæ, cum sit facile per eosdem modos vindictam, & censuram canonum æstimare.

¶ Caput hoc, quod Burchardus etiam & Iuo citant ex dictis B. Hieronymi, B. Rhenanus in suis adnotationibus in Tertullianũ testatur se legisse in antiquo pœnitentiali. Et ex eo, ac cæteris collectoribus nonnulla sunt emendata, & postrema clausula etiam aucta. Sententia aũt habetur etiam 7. cap. cap. 21. & in epistola Basilij ad Amphilochium, c. 2. & in synodo Metensi anni 859. cap. 10.

Item Ioannes Chrysostomus, (id est auctor operis imperfecti in Matthæum, homilia 40.

C. LXXXVII.

QVis aliquando vidit clericum cito pœnitentiã agentem? Sed, etsi deprehensus [b] humiliauerit [c] se, non ideo dolet, quia peccauit, sed confunditur, quia perdidit gloriam [d] suam.

8 *His auctoritatibus asseritur neminẽ sine pœnitẽtia, & confessione propriæ vocis a peccatis posse mundari. Vnde præmissæ auctoritates, quib. videbatur probari sola cõtritione cordis veniam præstari, aliter interpretãdæ sunt, quã ab eis exponãtur: Negationem namque Petri secuta est satisfactio lachrymarũ, & trina cõfessio Dominicæ dilectionis, qua penitus deleuit peccatũ trinæ negationis [e]. Nõ ergo necessaria sibi erat certa satisfactio peccati cuius totũ vitæ tps [f] obedientiæ impendebatur sui conditoris. Imitabatur n. illud propheticũ: [Declina a malo, et fac bonum.] & illud Esaiæ: [Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, &c.] Amplius horum nihil a peccatore exigitur. Non ergo illa auctoritate Leonis [g] Papæ satisfactio pœnitentiæ negatur esse necessaria cuilibet delinquenti, sed ei [h] tantum, qui beatum Petrum imitatus, huic sæculo penitus abrenunciat, & cũctorum vitiorum fomitem in se funditus mortificat. Itẽ illud Ioannis a † Chrysostomi: [Lauent lachrymæ delictũ i quod pudor est voce confiteri.] & illud aliud, qđ scribitur*

Sent. 4. d. 17.

Luc. 22.

Ps. 16. Esa. 55.

† Ambrosi. sup. e. d. c. lauent. Sent. 4. d. 17.

a ¶ Culpis.] Vt in fornicatione sacerdotis cũ filia spirituali. 30. q. 1. si quis sacerdos. sup. 82. di. presbyter. & in multis alijs.

b QVis aliqñ.] ¶ Deprehensus.] In aliquo peccato.

c ¶ Humiliauerit.] Idest, humiliatus apparuerit.

d ¶ Gloriam.] Idest, laudẽ & famã, qua ab hominibus laudabatur: quia credebatur esse bonus: & ita habes ex hoc ca. qđ clerici deteriores sũt laicis. 8. q. 1. qualis hic & monachi deficientes omnibus sũt deteriores 47. distinct. quantũlibet. & sup. 24. q. 3. trãsferũt. vnde etiam dr̃ sanctuario meo incipite, vt sup. 50. di. & purgabit. & hoc destruit ecclesiam vehementer vt 8. q. 1. qualis.

Monacho malo nil deterius.

HIS AVCTORITATIBVS. Hæc est octaua pars dist. quę diuiditur in tres partes. In prima recapitulat canones in prima parte positos. & positis ipsorũ canonum principijs dicitur qualiter sunt intelligendi. Secũda ibi, [Ecõtra auctoritas. Tertia ibi, [Ecõtra ea.] Io. de Fan. CASVS. Ex prælegatis auctoritatibus ab illo ¶. (Alij) econtra.) Cõcludit Grat. peccata non dimitti sine oris confessione, & operis satisfactione, & incipit respondere auctoritatibus primo inductis pro alia parte, scilicet quæ asserit peccata in sola cordis contritione dimitti, soluẽdo ea quãdoque bene, quandoq; male, vt dicit Hug. Postea in §. Econtra e.) defendit sniam illam, quod sola confessione peccata delentur, & ita alternatim incedit, nũc pro hac parte, nunc pro illa, allegando. & scias, qđ vnus dẽ esse §. vsque ad §. [Econtra.] Hanc tamen auctoritatem. [Non tibi dico.] de nouo inducit, vt eam soluat, quia videbatur facere pro alia parte: ad cuius solutionem inducit auctoritatem Ioannis Chryso. & casus duarum illarum auctoritatũ plani sunt. quidam tamen habent capitula in principijs omnium auctoritatum: quod esse non debet. sed si velles facere capitula in illis duabus nouis auctoritatibus. facies. §. ib. Non ita similiter, & illud.

HIS AVCTORITATIBVS. Hic concludit, q̃ non sola contritione cordis peccata dimittuntur, & respondet auctoritatibus inductis pro alia parte, quæ asserit, scilicet peccata sola contritione cordis dimitti posse, post in §. Econtra ea.] defendit sententiam illam, qđ sola confessione delentur, & ita alternatim incedit. nunc pro hac parte, nunc pro illa allegando.

e ¶ Negationis.] Vnde quidam dicunt, quod negando ter peccauit, triplex amor expiauit, & trina confessio. 6. q. 1. imitare.

f ¶ Totum vitæ tẽpus.] Est. hic arg. q̃ intranti monasterium

Monasterĩ intranti an sit pœnitentia imponẽda.

non est imponenda pœnitentia de peccato ante commisso, quia nec Astulpho imponitur, si intrat monasteriũ. arg. su. q. 2. admonere. & hoc propter cõtinuationẽ pœnitentiæ, & exercitij, quæ in monachis exiguntur. arg. 10. q. 1. vos. extra de sent. excom. cum illorum, & argum. opti. extra de vo. & vo. redem. scripturæ.

g ¶ Leonis.] sup. e. d. c. voluissent. §. ex his omnibus. &c. sufficit Magnũ salũ fecit hic G. ga cum deberet inferre auctoritatẽ Ambrosij de Petro propositã, illã, s. Petrus sn. e. d. circa prin. infert auctoritatem Leonis, quam induxit sup. e. §. ex his omnibus. & pro alia parte.

h ¶ Sed ei.] Non dicit verum, quia non negat, & esset necessaria pœnitenti exterior satisfactio, si sibi adsit facultas: sed dicit sufficit confessio, quæ fit Deo & sacerdoti, si desit facultas.

i ¶ Delictum.] Non videtur congrua hæc solutio, contrarium

rarium magis innuitur inf.ea.dist.§.vl.H.
ADDITIO. Alias similem secundum Laur. sed Hug. in sua gl. ponit idem,&c.
a ¶ Non tibi.] Nunc primo inducit hanc auctoritatem, quæ videtur facere pro alia parte, vt eam soluat.
b ¶ Vt
Io.Chrysosto.hom. 31.in epist. ad Heb.

in epistola ad Hebræos; [*Non tibi* [a] *dico, vt te* [b] *prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses:* [c] *sed obedire reuelo prophetæ dicenti. Reuela* [d] *Domino viã* [e] *tuã. Ante Deum ergo tua confitere* [f] *peccata, apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronũcia, non* [g] *lingua, sed conscientiæ tuæ memoria: & tunc demum* [h] *spera misericordiam te posse consequi* [si habueris in mente peccata [h] *tua continue,* [i] *malum nunquam aduersus proximũ tuum in corde retinebis.*] *non sic intelligendum est, vt sine confessione oris peccata dicantur dimitti, sed sine publica satisfactione. Secreta namque peccata, secreta* [k] *confessione, & occulta satisfactione purgantur:* [l] *nec est necesse, vt quæ semel sacerdoti confessi fuerimus, denuo confiteamur;* [m] *sed lingua cordis, non carnis apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. Hinc etiam idem Ioannes Chrysostomus ait:* [*Nunc autem si recorderis* [n] *peccatorum tuorum, & frequenter ea in conspectu Dei pronuncies, & pro eis clementiam eius deprecaris; citius illa delebis. Si autem nunc obliuiscaris peccatorum tuorum, tunc eorum recordaberis, & nolens, quando in toto mundo publicabuntur, & in conspectu proferẽtur omniũ tam amicorum tuorum, quam inimicorum, & sanctorũ Angelorum, cælestiumque virtutum. Non enim ad Dauid solum dicebat.* [o] *Quæ tu secreto fecisti, ego cunctis manifestabo; sed etiam ad omnes* [p] *nos hoc dicitur.*] *Similiter* [q] *& illud Prosperi intelligitur.* [*Qui crimen* [r] *suum vitæ cognoscunt, & aut illud propriis confessionibus produnt, aut nescientibus aliis, quales occultis sunt, &c.* [*aliis nescientibus,*] *ideſt occulta confessione istis peccatum suum confitentibus, non publice illud manifestantibus. Item illud prophetæ:* [*Dixi confitebor, & tu remisisti.*] *ideſt, remissibilem* [s] *iudicasti,* † [*impietatem peccati mei.*] *Ita & illud Augustini intelligitur:* [*Magna pietas Dei vt ad solam promissionem peccata dimiserit,*] *ideſt, remissibilia iudicauerit.* † *Item ibidem:* [*Votum pro opere reputatur, cum deest facultas operis.*] *Vnde votum confessionis reputatur pro opere vocis, cum deest facultas confessionis. Item voluntas remuneratur, non opus.*] *ita intelligitur, voluntas facit opus remunerabile, non opus voluntatem. Item illud:* [*In quacunque hora peccator conuersus fuerit, &c.*] *Conuerti dicitur, qui omnino vertitur: omnino vertitur, cuius opus, vox, & cogitatio ita mortificationi desudat peccati, sicut prius seruierat iniquitati. Ita intelligitur, & illud,*] *conuertimini ad me, &c.*] *Item,* [*scindite corda ve-*

Io ea.13.hom. Sent.4.d.17.

2.Reg.12.

sup.ea.facilius.

Psal.31. sup.ea.dixi. † al indicasti. sup.ea.magna.

† al.indicauerit. sup.ea.si cui. sup.ea.facilius. Ezech.33.

dico quo ad fiendum, non quo ad agendum vel delẽdũ. vnde subdit, apud, &c.
g ¶ Non lingua.] Tantum. Vel non lingua secũdum aliam expositionem. s. vt intelligatur de peccatis iam confessis sacerdoti.
h ¶ Peccata.] Ea. s. cum dolore pœnitẽtiæ commemorãdo.
i ¶ Cõtinue.] Sup.d. 81.valet. contra. 2
k ¶ Secreta.] Sup.2. de pœnit. d.1.§.1. ad delẽdum quæ ibi ponit.
l ¶ Purgãtur. Dupli cem innuit solutionem, primam. s. de occulto crimine, qđ sufficit confiteri soli Deo per sacerdotẽ, nec in publico necessdum, & hæc se est illud confiteri laudabi- & hanc ponit ibi, se lis. de hac ẽt creta, &c. secundam habetur 3.q. 9 intelligitur de cri ludas. secun- ine iam cõfesso sa dũ H. & Pe. cerdoti: qa illud soli Deo confiteri sem per debemus, nõ voce, sed corde: & hanc ponit ibi nec necesse est, &c.
m ¶ Denuo confiteamur.] In quibusdã tamen casib. tenetur pluries illud idẽ cõfiteri. s. propter imperitiam sacerdotum: quia si sacerdos meus imperitus est, teneor confessionem sibi factam alij diseretiori propalare, inf.d.6.c. 1.& ea.placuit. Item pro contempta satisfactionis, arg.inf.d. 3.si Apost. Item.pro enormitate delicti, vt si sacerdos audito crimine remittat cũ ad superiorem, vt ipse rum crimine exposito Pœnitentiam sibi imponat, arg.ext. de pœ.& remiss.c.signi ficauit.ar.su.ea.q.2. latorẽ. Quartum ẽt assignamus, qui tamen non est expeditus, puta p diminutione cõfessionis, vt cum quis plura hẽt mortalia & vnũ confiteretur, arg.inf.di. 3.sunt plures.
n ¶ Si recorderis.] Supra d.81.valet.cõtra inf.dist.3.§. fine aũ quis.& c.Iudas.

Confessio eiusdem peccati quandoque dẽt iterari.

1 Secus enim crimẽ est publicũ, & manifestu. licet persona sit incerta. 5.q. 2.c.2.& illud vt puniatur infamans, & alter ab infamia facti purgetur, vt ibi no.H.

3 Et nota q omnes auctoritates, quas hic repent Gra. posite sunt su. ab illo §. Hoc idẽ. vsque ad §. Alij contra.

b ¶ Vtte.] ideſt, tuum peccatum secretum. 1
c ¶ Accuses.] Alias accuses te de illo crimine.
d ¶ Reuela.] Lingua cordis, & non carnis. vnde subdit ante, &c.
e ¶ Viam.] ideſt, peccatum.
f ¶ Confitere.] Sacerdoti. Vel in memoria semper habeas ea postquam confessus es sacerdoti. In memoria-
o ¶ Dicebat.] Per Nathan in libro Regum.
p ¶ Ad omnes.] Arg.61.d.miramur.ver.vbi est.
q ¶ Similiter.] Scilicet sine publica satisfactione, & publica confessione.
r ¶ Qui crimen.] Sup.ea.dist.facilius. 3
s ¶ Remissibilem.] Non bene soluit. hoc enim erat & ante. Vel hoc dicit propter sequentem satisfactionẽ: potest

Digitized by Google

terat enim eſſe, quod contemneret ſatisfacere, & tunc non remitteretur.

a ¶ Cuncta.] Supra ead.§.hoc idem.

b ¶ Remiſſionis. Pœnæ tẽporalis, alias falſum diceret.

c ¶ Articulum. ideſt, intellectum.

d ¶ Plenaria.] Quantum ad pœnam temporalem.

ADDITIO. Alias nõ dicit verum, ſecundum Hug.

e ¶ Reatu.] Pœna. ſ. temporali debita pro reatu.

ECONTRA. Hæc eſt ſecũda pars octauæ partis diſ. ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Allegat nũc Grat. pro alia parte, ſcilicet quod cordis contritione dimittũtur peccata, reſpondendo quibuſdã ſuperius allegatis, & ad confirmandã ſuã allegationem inducit tres auctoritates, duas directo, & aliã indirecto. H. tamen facit ibi capi. omnis qui ſuæ. Sed tamen eſt in c. ſup. ea. tres. & ibi ſimiliter gratia Dei. ſed certe mihi videtur qđ totus ſit vnus §. vſque ad §. Quæcumque.] Quem ſtatim ponam.

f ¶ Econtra.] Hic incipit iterum defendere ſententiam illam, quæ dicit ſola cordis contritione peccata remitti.

g ¶ Auctoritas.] Sup. ea. §. his auctoritatibꝰ, ver. nõ tibi dico. & ver. nunc autem. h ¶ Proſperi.] ſup. ea. facilius.

i ¶ Extorta.] i. extorte expoſita.

k ¶ Exortationem.] Aliam reſpõſionem ponit inf. vel ſi qua iubendo tertiã inf. ea. §. hæc ergo.

l ¶ Confitemini.] Sup. d. 2. §. c. vnum, §. criminis, contra, ſed hic minꝰ bene dicit Hug. quod corrigit infra ead. contra, ea quæ.

m ¶ Omnis.] Supra ea. tres actiones.

n ¶ Gratia Dei.] inſ. de cõſec. diſt. 4. fine pœnitentia.

QVÆCVMQVE.

CASVS. Infert ergo Grat. & dicit, quod quæ de pœnitẽtia facienda dicta ſunt, ad interiorem pœnitentiam, & non ad exteriorẽ ſunt referenda. poſtea exponit quandam auctoritatem Auguſt. quæ contraria videbatur, & ad hanc ſuam expoſitionem Augu. inducit tres auctoritates.

o ¶ Quæcumque.] Allegando dicit.

p ¶ Auguſtini.] Sup. ead. diſt. c. omnis. §. alij & capitu. nullus ſup. ea. conuertimini. & ſcindite. Ibidem.

3 Vnde dicit H. Q. nõ eſt verum quod dicit, quęcũque, ſed aliqua.

ſtra, & non veſtimẽta] eis dicitur, qui nulla interiori ſatisfactione præcedente, ſed ſola exteriori ſe Deũ poſſe placare confidunt. Item cuncta, [a] *quæ de leproſis mundatis, vel de Lazaro reſuſcitato inducuntur, ad contritionem cordis, non ad veniã remiſſionis* [b] *referenda ſunt. Obſtinatio. n. animi, & cõfeſſionis cõtemptus, quædam mors eſt impietatis, & lepra ſuperbiæ, à qua quiſque remittitur, dum ſibi per gratiam dolor delicti, & votum confeſſionis inſpiratur. Ad hũc etiam articulum* [c] *pertinent ea, quæ de viuentibus, vel in luce ambulantibus, vel dilectionem Dei habentibus, vel de habitaculis* † *Spiritus ſancti factis, dicta ſunt: vt hæc omnia quiſque dicatur aſſecutus ex cordis contritione, quam habet, non ex plenaria* [d] *peccati remiſſione, quam nondum inuenit. Sicut enim in baptiſmo remittitur peccatum, & tamen eius pœna reſeruatur, ſic per contritionem cordis quiſque a Deo reſuſcitari dicitur: licet adhuc reatu* [e] *peccati teneatur. Non ergo præmiſſis auctoritatibus, vel argumentis, ſine confeſſione oris, & ſatisfactione operis aliquis probatur a peccato mundari.*

† *al. habitaculum.*

2 ¶ *Econtra* [f] *auctoritas* [g] *illa Ioannis Chryſoſtomi, & Proſperi* [h] *contra mentẽ auctoris extortã* [i] *videtur. Nõ. n. dicitur, non dico tibi, ut te publice accuſes,] ſed [non dico tibi, vt apud alios te accuſes.] Sic & Proſper non ait, omnibus, [ſed ſimpliciter, aliis neſcientibus.] Vnde euidentiſſime datur intelligi, quòd ſine confeſſione oris peccata poſſint deleri. Ea vero quæ ad exortationem* [k] *pœnitentiæ, & confeſſionis dicta ſunt, non huc ſententiæ contraria videntur. Vel enim ſunt verba exortationis, non iuſſionis ſicut illud: [Confitemini* [l] *alterutrum peccata veſtra, &c.] vel ſi qua iubendo ſunt dicta, non ad oris confeſſionem, ſed cordis: non ad exteriorem ſatisfactionem, ſed interiorem referenda ſunt. Eſt enim pœnitentia alia interior, alia exterior. Interior pœnitentia eſt illa, de qua Aug. ait: [Omnis,* [m] *qui ſua voluntatis arbiter cõſtitutus eſt, non poteſt inchoare nouam vitã niſi pœniteat eum veteris vitæ.] ¶ Item de eadem Petrus in actib. Apoſtolorũ legitur dixiſſe:] Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrum. Quod de interiori pœnitentia, non exteriori dictum accipitur. De exteriori vero pœnitẽtia Ambr. ait ſuper epiſt. ad Rom.] Gratia Dei* [n] *in baptiſmate non quærit gemitum, vel planctum, non opus aliquod ſed ſolum contritionem* † *cordis, & omnia gratis condonat. ¶ Quæcumque* [o] *ergo de pœnitentia iubendo dicta ſunt, non ad exteriorem, vt diximus, ſed interiorem referenda ſunt, ſine qua nullus vmquam Deo reconciliari poterit. ¶ Illud aũt Auguſtini,* [p] *quo quiſq; negatur veniã poſſe conſequi, niſi prius quantulacũq; peccati ſoluerit pœnã,* [q] *nullus.*

ſup. in hoc eodẽ tractatu Grat. ex hom. 11. ad Hebr. ſup. ea. facilius.

Iac. 5.

ſup. e. tres. §. omnis, & inſ. de conſe. d. 4. c. omnis.

Act. 2.

Ad c. 11. inf. de conſe. d. 4. fine pœnit. Sent. 4. diſt. 4.

† *al. in corde profeſſionem.*

ſup. nullus debitæ.

1 Ad hoc ſ. e. d. c. vl. ver. ſed tamen. 2 Dic. H. Q. non eſt curãdum de his quę G. hic dicit, quia ſed videtur quod no. inf. ea. d. §. ſum. Ar.

n ¶ Pœnam.] Saltem interiorem. ſ. cordis cõtritionem & dolorem.

o ¶ Pu-

Digitized by Google

a ¶ Punire.] inf.ea.dist.3.§.hæc de charitate.ea.pœnitentia est.
b ¶ Peccata.] sup.ea.dist.si peccatum Dauid.sup.ea.di. nullus debite.
c ¶ Orta est.] Alias,veritas de terra orta est,ideſt,Christus de Maria.35.q.10.fraternitatis.
d ¶ Agnoscit.] Peccatum suum.

non huic sententiæ inuenitur aduersum. Nullus enim asseritur a peccato mũdari,nisi peccati passus fuerit pœnã. Sed aliud est peccatum sacerdoti confiteri, & eius arbitrio de peccato satisfacere: atque aliud, Deo corde confiteri, & secreta satisfactione peccatum in seipso punire.[a] *Est enim pœnitentia (vt ait Augustinus) dolor cordis, quo quisque in se punit, quod deliquit. De hac iterum satisfactione idem ait in Psalmum 50. exponens:* [*Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. | Tu ne punias, quia ego punio: ignosce, quia ego agnosco.* [*& infra.*] *Sic Deus misericordiam dat, vt seruet veritatem, vt non peccata*[b] *eius sint impunita, cui ignoscit. Ignoscit enim seipsum punienti. Misericordia est, quod homo liberatur. veritas, quod peccatum punitur.* [*Idem in psalmum 84.* [*Veritas de terra orta est,*] [c] *ideſt, confessio ab homine, vt se accuset, & sic iustitia de cœlo prospexit, vt publicanus confitens rediit iustificatus; iustitia de cœlo prospexit, quasi Deus dicat, parcamus huic, quia non parcit sibi: ignoscamus, quia agnoscit.*[d] [*& infra.*] [*De cœlo ergo iustitia prospexit, ideſt, à Deo data est iustificatio confitenti.*] ¶ *Hæc ergo secreta satisfactio leuium siue occultorum criminum Deo offerenda est, nec sine pœna relaxari probantur, quæ sic expiari creduntur. Ea vero, quæ de publica satisfactione, vel oris confessione dicuntur, in publicis, & manifestis criminibus intelligenda sunt. Peccata namque Nabuchodonosor, quæ prophetæ misericordijs, & eleemosynis redimi suasit, peccata quoque Niniuitarum, quæ publica*[e] *satisfactione expiata sunt, cunctis nota erãt. Et publica noxa (vt Aug. testatur) publico*[f] *eget remedio. ¶ Premissis itaque auctoritatibus pro manifestis criminibus manifesta probatur offerenda satisfactio, & oris confessio. Latentia vero peccata nõ probantur sacerdoti necessario confitenda, & eius arbitrio expianda.*

In li.de vera,& falsa pœnitent.c.8.inf. d.3.pœnitentiæ.

Sumpta sententia non verba.

Luc.18.

Dan.4.

Ionæ 3.

Sent.4.d.17. Beda ad ca.8.Luc.ex Aug.& ad c.5.Marci,& ibi gl.ord.

3 *Econtra* [g] *ea, quæ in assertione huius sententiæ dicta sunt, partim veritate nituntur, partim pondere carent. Sine contritione etenim cordis nullũ peccatũ posse dimitti; occulta vero peccata secreta satisfactione publica quoque manifesta pœnitentia expiari dẽre firmissima constat ratione subnixum. Porro sine cõfessione oris si facultas confitendi non defuerit, aliquod graue delictum expiari, auctoritati penitus probatur aduersum. Quomodo n. secundum auctoritatem Leonis*[h] *Papæ sine supplicationibus sacerdotum indulgentia nequit obtineri, si sine oris confessione a peccato possumus emundari? Quis.n. supplicabit pro peccato quod nescit*[i]*? ¶ Item qũo*[k] *secũdum Augustin. frustrat claues ecclesiæ, qui sine arbitrio sacerdotis pœnitentiã agit, si sine oris confessione, criminis indulgentiam imperrat? ¶ Item. Qũo*[l] *secundum Ambrosium ius ligandi & soluẽdi solis sacerdotib. a Domi-*

sup.e.multiplex.

sup.ead.agite.

sup.ea.verum.

e ¶ Publica.] 3.32.q. 4.nemo.sup.2.q.1.si peccauerit.
f ¶ Publico.] ideſt, si tempus confessionis, & satisfactionis habuit.

ECONTRA. Hæc est tertia pars octauæ partis dis. secundum Io.de.Fan. CASVS. Nunc pro alia parte allegat Gr. s. quod cõfessio oris est necessaria, dicens ꝙ supradicta partim põdere carẽt, & partim non: nam occulta peccata secreta satisfactione purgantur: publica uero manifesta pœnitentia purgantur: nullũ tã graue delictum, si facultas affuerit confitendi, sine cõfessione purgatur, qđ probat tribus auctoritatib⁹. s. Leonis, Augustini, & Ambrosij & vno exemplo Domini, & ad hoc inducit Gr. auctoritatem Leuitici. & licet sit de §. isto, tamen hunc casum sic ponas.

g ¶ Econtra.] Hic ponit G. veram solutionem. s. ꝙ necessaria est oris cõfessio, vbi facultas est confitendi, & ꝙ pœnitentia dẽat agi auctoritate sacerdotis. & ad hoc probandum inducit factũ Domini quando suscitauit filiam Archisynagogi. Cõfessio oris necessaria est.

h ¶ Leonis.] Sup.ea. dist.§.alij.& c.multiplex.
i ¶ Quod nescit.] Arr. ff. [illegible]cq.poss.l.possideri.§ Neratius.ff. de cõtrah.emp.in lege,fundi. & eo.titu. in l. qui fundum.§. fundi.
k ¶ Quomodo.] Supra ea.dist.§.alij.ea. agite.
l ¶ Item quomodo.] Supra ea.dist.§.alij & cap.agite.& c.verbum.

2 ¶. Pro-

no creditur eſſe permiſſum, ſi quiſque ſuo arbitrio ſeipſū peccando ligat, vel ſecreta pœnitentia, ſecundum Proſperum, [a] *in ſeipſum ſententiam profert excommunicationis, atque poſt ſatisfactionem, abſque ſacerdotali iudicio ſeipſum Deo, vel altari eius reconciliat?* ¶ *Nō ſunt hæc* [b] *præmiſſis auctoritatibus conſentanea: ſed multorū exemplis probantur aduerſa. Filiam namque Archiſynagogi* [c] *turbis electis Dominus ſuſcitauit:* [d] *non tamen niſi præſentib. patre, & matre puellæ, Petro quoq; Iacobo, & Ioāne vitæ* † *reddita eſt. In quo moraliter inſtruimur, vt ſecreta* [e] *peccata, quæ per mortem puellæ intelliguntur, non niſi ſupplicationibus eccleſiæ, quæ per patrem, & matrē puellæ deſignantur, & ſacerdotum miniſterio, qui per Petrum, & cæteros intelliguntur, à domino exiſtimentur dimitti.* ¶ *Item in Leuitico Qui domum ſuam, vel agrum Domino vouerit.* † *vel conſecrauerit, nō poteſt eam' redimere, niſi ſiclo* [g] *ſanctuarij, ſacerdote quoq; (non ipſo) iuputante* [h] *annorum numerū vſque ad iubilæum. In quo ſimiliter docemur, q̄ quicunque domum conſcientiæ vel agrum conuerſationis per pœnitentiam Domino offerre, atque pretio bonorum operum de vana vitæ ſuæ conuerſatione ſeipſum redimere voluerit: non poteſt hoc facere, niſi ſiclo ſanctuarij, i. operibus pœnitentiæ, ſacra ſcriptura præfixis. Vnde venientibus ad ſe turbis B. Ioannes nō ait ſimpliciter, facite pœnitentiam, vel fructus pœnitentiæ, ſed addit, [dignos:] vt pro qualitate videlicet peccatorū, qualitas offeratur bonorum operum. Nō enim par debet eſſe fructus* [i] *boni operis eius, qui nihil, vel parū deliquit, atque eius, qui grandia commiſit. Ille tanquam nullius criminis ſibi conſcius uſum ſibi in rebus licitis præbet: hunc tanquam multis grauatum, etiam a licitis* [k] *temperare oportet. In iubileo plena remiſſio præſtabatur. Vnde per eum perfecta peccati remiſſio figuratur. Sacerdos ergo numerum annorū uſque ad iubilæum ſupputat, cum eius arbitrio pœnitentiæ tempora definiuntur, quib quiſque plenam peccati remiſſionem inueniat. Non. n. (ſicut Heſychius ait ſuper eundem locum) ſtatim poſt definitam pœnitentiam quiſque à peccato* [l] *plene mundatur.* [m] *Cum ergo ut ex præmiſſis colligitur, tempora pœnitentiæ arbitrio ſacerdotis definiantur, euidentiſſimè appareat ſine confeſſione* [n] *propriæ uocis peccata non dimitti.*

Matth. 9.

† *al. vita.*

Ex Leuit. 27.

† *al. vouendo conſecrauerit.*

Luc. 23. B. Greg. in hom. 20. in Euangelia.

Leuit. 25.

In li. 7. ad c. 25. Leuitici, & ibi. in. gl. ord. habetur ſententia.

a ¶ Proſperum.] ſu. e. diſt. §. item ſicut. & c. facilius.

b ¶ Non ſunt hæc.] Quæ pro parte contraria dicta ſunt .i. q̄ ſine confeſſione oris peccata grauia dimittantur.

c ¶ Archiſynagogi.] Scilicet principis laici.

d ¶ Suſcitauit.] inf. e. quem pœnitet. in fi.

e ¶ Secreta.] Arg. eſſe ſecreta, quæ fiūt ſub præſentia quinq. hominum.

QVI DOMVM SVAM. CASVS. Caſum hunc ſic breuiter pone. Primo ponit Grat. verba Leuitici, etſi non per omnia. Secūdo exponit ea moraliter. Ad euidentiam tamen eorum quæ hic dicuntur, nota, q̄ ad litteram ita erat in veteri teſtamento, quod ſi quis offerebat domum ſuam, vel agrū vel vineam, vel aliquid aliud tabernaculo, & poſtea pœnitebat, ſi volebat rem recuperare, addita quinta parte æſtimationis totius rei pretium perſoluebat tabernaculo, & rem recuperabat, & faciendā erat hæc ſolutio ad ſiclū ſanctuarij, qui maioris pōderis erat quam ſiclus vulgaris: poſtquam aūt cōuenerat de pretio inter ſacerdotem, & eum qui debebat redimere rē, retinebat emptor agrum uſq; ad annū iubilæum, quem tunc reſtituebat plene ille itaq; qui nō poterat rem redimere niſi ſiclo ſanctuarij, ſignificat peccatorē, qui ſe nō pōt redimere à peccato niſi operib. pœnitētiæ a ſancta ſcriptura ſtatutis. Alia ēt moraliter exponūtur, ſicut videbis in littera. Oīa aūt,] ſūt verba Gratiani vſq; ad c. quem pœnitet. [Iubileus] i. quīquageſimus, & dſ. Iubilæus annus remiſſionis: quia eo anno debita remittebantur, & ſerui efficiebantur liberi, & oīa reuertebātur ad ſtatutum priſtinū.

f ¶ Eam.] Supra 17. q. .. ſunt.

g ¶ Niſi ſiclo.] Siclus continet xx. obolos. arg. 1. q. 1. iudices. verſus.

Tres ſiclos obolus, obolos tres drachma, ſed octo.
Vnica fert drachmas, duodena, dat vnica libram.
Siclus habet ſeptem drachmas obolo minus vno.

h ¶ Supputante.] id eſt, computante a tempore ſcilicet redemptionis, cum quis redimebat ſecundū, quod annus iubilæus vicinus vel remotus erat, iuxta computationem ſacerdotis magis vel minus perſoluebat, iuxta modum illum, vt ſi ager recipiebat ſementem triginta mediorum, ſacerdos petere deberet quinquaginta ſicloe. Vel addebatur quinta pars pretij, vt dixi.

i ¶ Fructus.] ideſt, pœnitētia: quia non tanta imponēda eſt ei, quanta magis peccanti.

k ¶ Licitis.] Sup. 11. q. 1. aliud. ſup. ea. §. ex his omnibus. & cap. aliud.

l ¶ Peccato.] Hic colligitur, q̄ toto tempore pœnitentiæ remittitur peccatum. arg. inf. ead. quem pœnitet. ſicut ex toto tempore obſtructum eſt, &c. ff. de mino. l. 3. §. 1. q̄ verum eſt quo ad pœnam, quoad ad culpam remittitur in primo momento contritionis.

Peccatū quo tempore pœnitentiæ remittitur.

l ¶ Peccato.] Ideſt, a pœna peccati.

m ¶ Mundatur. Q̄ ad exteriorem pœnam, ſ. tem porale, vt ſupra ea. diſti. ſi peccatum. & ſup. ea. diſt. ſicut & primi.

n ¶ Confeſſione.] Vnde Boetius in libro de conſolat. Si

Digitized by Google

Si opera medicamis expedias, oportet vt vulnus detegas tuum.

Quis enim tempora pœnitentiæ alicui præfiget, nisi primum peccata sua sibi manifestare curauerit. ¶ *Item Taciturnitas* [a] *peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatum suum quisque celare desiderat; ne iniquitas sua alijs manifesta fiat: ne tralis reputetur apud homines foris, qualem se iam dudum exhibuit diuino conspectui. Quod ex fonte superbiæ nasci nulli dubium est. Species etenim superbiæ est se velle videri iustum qui peccator est: atque hypocrita conuincitur, qui ad imitationem primorum parentum tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit: vel sicut Cain peccatum suum reticendo penitus supprimere quærit. Vbi autem* [b] *superbia regnat, vel hypocrisis; humilitas locum habere non potest. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Nec ergo, vbi est taciturnitas confessionis, venia est speranda criminis. Probatur hoc idem auctoritate Augustini, qui in libro de vera & falsa pœnitentia, c. 10. ait.*

Sent. 4. dist. 17.

Can. 4.

a ¶ Ioannis Chrysost.] *Supra eod. c. lachryma. notatū est hæc esse verba B. Ambrosij quē citat magister sniarū.*

β ¶ Non lingua.] *Græce est,* εὐχὴ ἔστιν οὐ καὶ μόνον γλώττῃ, ἀλλὰ καὶ τῇ μνήμῃ δεῆσαι, preces fundes, si minus lingua, at saltem memoria.

γ Et sequenter.] συνεχῶς αὐτὰς προσφέρῃς τῷ θεῷ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν δέῃ, i. assidue illa offeras Deo, & pro ipsis deprecaberis.

δ ¶ Vnde euidentissime.] *Loquitur ex persona aduersam partē sustinētis. Vere. n. ex illis auctoritatib. nō hoc colligitur. Qui. n. sacerdoti tanq; Deo confitetur, is minime dicitur se apud alios accusare sed potius nescientib. alijs seipsū punire. Ac manifestè Chrysost. dicit id, qđ nūc negatur dicere,* non dico, inquit, tibi, publica teipsum, neq; apud alios te accusa. *Hoc. n. secundum membrum valet idem, ac primum, vt apud alios se accusare, sit idem, quod seipsū publicare. Quare paulo post Gratianus ipse hæc, quæ nunc afferuntur, refellit.* Econtra ea quæ in assertione, &c.

ε ¶ Quonlam iniquitatem.] *Hic, & in alijs duobus sequētibus locis, non refert ipsa omnino verba beati Augustini, sed sententiam.*

ζ ¶ Leuitico.] *Itidē et hoc loco refertur sententia Leuitici 19. c. 17. non ipsa verba. idēque paulo post fit de Hesychio.*

C. LXXXVIII.

Sent. 4. d. 17.

† al. mundi tis. Luc 17. Matth. 9.

Quem pœnitet, omnino [c] pœniteat, & dolorē lachrymis ostendat [d] repræsentet vitam suam Deo per sacerdotem, præueniat iudicium Dei per confessionē. Præcepit enim Dominus mundandis †, vt ostenderent ora sacerdotibus, docens corporali præsentia cōfitenda peccata, non per nuncium [e], non per scriptum [f] manifestanda. Dixit enim: [Ora monstrate] & [Omnes non vnus pro omnibus: non alium statuatis nuncium, qui pro vobis offerat munus a Moyse statutum: sed qui per vos peccastis, per vos erubescatis. Erubescentia enim ipsa partem

a ¶ Item taciturnitas.] Hæc argumentatio de taciturnitate non iuuat Gratianum. nam cum peccator cui iam peccatum est dimissum tacet, & contemnit confiteri, hoc est iam illud peccatum quam primum 1.

b ¶ Vbi aūt.] supra. 22. q. 2. cum humilitatis.

Quem pœnitet.] CASVS. Hoc c. diuiditur i 4. partes. Primo dicit, q̄ quilibet per seipsum debet confiteri sacerdoti, & nō per nunciū, vel epistolam, vt ita maiori afficiatur verecundia, quæ partē pœnitentiæ releuat. Secundo dicit q̄ qui vult confiteri discretum debet eligere sacerdotem, cui confiteat, q̄ sciat ligare & soluere. Tertio q̄ q̄ copia sacerdotis non hēt, confiteatur proximo, & ex desiderio sacerdotis veniā consequetur. Quarto dicit, q̄ si peccatum occultū est, sufficit referri in notitiam sacerdotis. Si publicū est, eius confessio debet fieri publice in conspectu ecclesiæ, vt eius precibus adiuuetur. Secūda pars ibi, [Quare qui cōfiteri.] Tertia ibi, [Tāta itaq;.] Quarta ibi, [Si peccatum.] Ora, .i. peccata ore ad os mundantis forte de leprosis loquimur, q̄bus præcepit Dominus, vt se sacerdotib. demonstrarent.

c ¶ Omnino.] i. perfecte conteratur de oīb. i. de omni peccato, & eius varietate, inf. d. 5. consideret, & dist. 6. qui vult.

d ¶ Ostēdat.] Per exteriora. n. præsumitur de interioribus. vt hic, & sup. dist. 50. si quis diaconus.

e Per nunciū.] Et ita non pōt hic per aliū quod p se pōt. ff. de sol. inter artifices. & ex de cler. nō resid. quia nonnulli.

f Per scriptum.] sup. 30. q. 5. qualis. cōtra. sed ibi non dī q̄ ita accipiatur, sed q̄ acceptā in scripturis rediganter, ne dētur oblitioni.

g Munus.] .s. hircum 2, idest, pœnitentiam designatam per hircum.

1 Hoc vult glos. dicere, Verū est, q̄ in contritione cordis ante oris confessionē peccatū dimittitur: debet tamen pœnitens habere voluntatem confitēdi ecclesiæ, si tēpus & facultas affuerit: alioq; non est uere pœnitens, & non dimittitur ei peccatum. Si uero dimisso peccato in cordis contritione & habita uoluntate ecclesiæ cōfitēdi, postea mutet uoluntatem, & nolit peccatū confiteri, ił est reus nō peccati iam dimissi, sed peccati, quod cōmittit nolēdo & cōtemnendo confiteri: qđ est aliud a peccato iam dimisso lug.

2 Qui significat animā pœnitētem. s. eo. di. 3. inter hæc hircum. Arch.

a ¶ Ex

tem habet remissionis. Ex misericordia [a] enim hoc præcepit [b] Dominus; vt neminem pœniteret in occulto. In hoc enim quod per seipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam vincit timore [c] offensi [d], fit venia criminis, fit enim per confessionem veniale [e], quod criminale erat in operatione: & si non statim purgatur [f], fit tamen vitale [g], quod cõmiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum, quæ commisit, nuncio Dei denegauit. Deus enim misericors †, & iustus est: sicut conseruat misericordiam in iustitia; ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordiæ, peccãti [h] peccata dimittere: sed oportet, vt iustus misereatur [i] iuste. Oportet enim vt non solum, quid [k], sed in quo [l] doleat [m], consideret [n], si dignus est, non dico, iustitia [o], sed misericordia [p]. Iustitia enim sola damnat: sed dignus misericordia est qui spirituali labore [q] petit gratiã. Laborat enim mens patiẽdo erubescentiã, & quoniam verecũdia magna est pœna, qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. Vnde patet, quod quanto pluribus [r] confitebitur in spe veniæ turpitudinẽ criminis; tanto facilius [s] cõsequetur misericordiam remissionis. Ipsi enim sacerdotes plus iam possunt proficere, plus confitentibus parcere. Quibus [t] enim remittuntur, remittit Dominus. Lazarum enim † de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam sacerdotibus. Dixit enim [Quodcumq; solueritis super terram [u], soluetur & in cœlis.] hoc est, ego Deus & omnes ordines cælestis militiæ, & omnes sancti in gloria mea laudant vobiscum, & confirmant [x], quos ligatis [y], & soluitis [z]. Non dixit, quos putatis ligare, aut soluere, sed in quos exercetis opus iustitiæ [a]; aut misericordiæ [b]. Alia autem opera vestra [c] in peccatores non agnosco. Quare, qui confiteri vult peccata, vt inueniat gratiam, quærat sacerdotem scientẽ [d] ligare & soluere: ne, cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit, ne ambo in foueã cadant, quam stultus euitare noluit. Tãta itaq; vis confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim contingit, quod pœnitens non pôt cõfiteri corã sacerdote: quẽ desideranti [e] nec locus [f], nec tempus offert. Et si ille [g] cui confitebitur, potestatem soluendi non habet, sit tamen dignus venia ex sacerdotis impositis & eos iustos esse solutos.

† al. misericors.

† al. quem. Sent. 4. d. 18.

Ioan. 11.

inf. d. 6. qui vult. Sent. 4. d. 17.

a Ex misericordia.] Idest, misericordiam repromittens.

b ¶ Hoc præcepit.] Mystice, vbi dixit vade, & ostende te sacerdotibus.

c ¶ Timore.] Idest, propter timorem seruilem.

d ¶ Offensi.] Scilicet Deo, quem peccando offenderat.

e ¶ Veniale.] Sup. e. dist. §. alij. & ca. serpes. [Veniale, i. digna venia. (Vel fit)] idest, ostenditur per cõfessionem esse venitale. vel fit veniale secundum aliam litteram. i. ad vitã non impendens.

f ¶ Purgatur.] i. purgari non videtur propter pœnã exteriorem, exterioris satisfactionis, q̃ adhuc restat. sup. ea. dist. si peccatũ Dauid. inf. eod. dist. vi. §. vlt.

g ¶ Vitale. i. eius pœnitentiam confert, & impetrat vitam.

h ¶ Peccanti.] s. discrete: & hoc est qđ sequitur, sed oportet, &c.

i ¶ Misereatur.] Scilicet puniendo peccatum.

k ¶ Quid.] Idest, propter quid, scilicet propter quod peccatum.

l ¶ Sed in quo.] s. dolorem patiatur, scilicet in pœna.

m ¶ Doleat.] s. pœnitens.

n Consideret.] Sacerdos.

o Iustitia.] Si enim sola iustitia respiciatur. nullus saluatur vel consequitur veniam criminis.

p ¶ Sed misericordia.] .s. vt nõ puniatur æternaliter.

q ¶ Labore.] Nihil enim carius emitur quam quod precib. impetratur, vt dicit Seneca. arg. ad hoc 8. q. 2. illud 1.

2 Et hic labor fit per cordis contritionem.

r Plurib.] Arg. inf. d. 6. placuit. arg. contra sup. d. c. §. ex his. sub illo §. non ita.

Cõfiteri plurib. vtile est.

s ¶ Facilius.] Quia tot sacerdotes obligat ad orandum pro se, quot sacerdotibus confitetus, vt infr. eod. quamuis.

2 De quibus leg. & not. ext. de pœn. quod autem. Archid.

t ¶ Quibus.] Arg. pro remissionibus, quæ fiunt ad potestat. s., & ad alia 2.

u ¶ Super terram.] Idest, in ecclesia: quia extra ecclesiam nulla uera solutio uel ligatio fieri potest. sup. 1. q. 1. remissionem. 24. q. 1. quicunque.

x ¶ Et confirmant.] Eos iuste ligatos esse.

y ¶ Quos ligatis.] Iuste & misericorditer pœnis pro peccatis impositis & eos iustos esse solutos.

z ¶ Solutis.] Iuste & misericorditer a pœnis.

a ¶ Iustitiæ.] Iusta pœna ligandi.

b ¶ Aut misericordiæ.] Aliquid de pœna relaxando, vel aliquem communioni sacramentorum reconciliando.

c ¶ Opera uestra.] Scilicet quod dimittatis per uos peccata.

d Scientem.] Si enim in eius parochia non est discretus sacerdos, eius qui præst conscientiæ. talem adeat 3. vt infra, dist. e. placuit. & ext. de pœn. remis. omnis.

3 Die vt dixi sup. ea. indicet. Archi.

e Quem desideranti.] Alias, quem desiderat.

f Locus. ff. de exerci. l. 1. in prin.

g Et si ille.] infr. de confec. dist. 4. capit. sanctum est. in prin.

a ¶ Et

tis desiderio [a], qui socio cõfitetur turpitudinẽ criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostẽdere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt sani, & lætised dum quærunt; antequam ad eos perueniant, moriũtur. Sed Dei misericordia est vbique, qui & iustis β nouit parcere, & si non tam cito [b], sicut si soluerentur [c] a sacerdote. Qui ergo confitetur; omnino sacerdoti meliori, quam potest confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis [d], vt grata sit oblatio muneris. Nã in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam ciuitatis delata, nõdũ extra domum in notitiam deportata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit, relictis solis Petro, & Ioanne, & Iacobo, & patre & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, animaduertendum est, quomodo suscitauit [e]. Flebat enim turba post filium viduæ. Fleuit Martha, & Maria supplicantes † pro fratre. Flebat etiam turba, quæ Mariam fuerat secuta lachrymis Mariæ admonita. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere [f] meritum [g].

Luc. 17.

Luc. 11.

Luc. 7.
Io. 11.
† *supplicans.*] orig.

α ¶ Vitale.] *In originali est*, veniale. *sed adderat glossa.*

β ¶ Et iustis.] *Si consideretur tota orationis series, videtur legendum, & illis, verum tamen omnes codices collati concordant cum lectione Gratiani.*

Item Leo Papa epist. 78. al. 80.

¶ Sufficit illa confessio, quæ primum Deo, deinde sacerdoti offertur. C. LXXXIX.

9 QVamuis plenitudo [h] fidei videatur esse laudabilis quæ propter Dei timorem apud homines erubescere non veretur: tamen, quia non omnium [i] huiusmodi sunt peccata, vt ea, qui pœnitentiam poscunt, non timeant publicare, remoueatur tam improbabilis [k] consuetudo ne multi a pœnitentiæ remediis arceantur: dum aut erubescunt, aut metuũt inimicis suis sua facta referare, per quibus [l] possunt legum cõstitutione percelli [m]. Sufficit [n] enim illa confessio, quæ primum Deo offertur, tũ etiam sacerdoti, qui pro delictis pœnitentium precator accedit. Tunc enim demum plures ad pœnitentiam poterunt prouocari, si populi auribus non publicetur conscientia cõfitentis.

Sent. 4. dist. 17.

sup. ea. sufficit.

Quibus auctoritatibus, vel quibus rationum firma-

a ¶ Ex sacerdotis desiderio.] Inf. ea. q. 5. quod Deo.
b ¶ Et si non tam cito. Sup. d. 50. si quis diaconus.
c ¶ Soluerentur.] Ab eo, quo ad pœnam temporalem.
d ¶ Sacerdotis.] Deus quem non fallit peccati qualitas, nec peccantis affectus, vt 24. q. 3. Deus quando veram de pœnitentis desiderio, qui socio cõfitetur turpitudinẽ criminis. Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostẽdere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt sani, & lætised dum quærunt; antequam ad eos perueniant, moriũtur. Sed Dei misericordia est vbique, qui & iustis β nouit parcere, & si non tam cito [b], sicut si soluerentur [c] a sacerdote. Qui ergo confitetur; omnino sacerdoti meliori, quam potest confiteatur: & si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis [d], vt grata sit oblatio muneris. Nã in resuscitatione filiæ principis pauci interfuerunt, qui viderent. Nondum enim erat sepulta, nondum extra portam ciuitatis delata, nõdũ extra domum in notitiam deportata. Intus resuscitauit, quam intus inuenit, relictis solis Petro, & Ioanne, & Iacobo, & patre & matre puellæ, in quibus figuraliter continentur sacerdotes ecclesiæ. Quos autem extra inuenit, animaduertendum est, quomodo suscitauit [e]. Flebat enim turba post filium viduæ. Fleuit Martha, & Maria supplicantes † pro fratre. Flebat etiam turba, quæ Mariam fuerat secuta lachrymis Mariæ admonita. In quo docemur publice peccantibus non proprium, sed ecclesiæ sufficere [f] meritum [g].

α ¶ Vitale.] *In originali est*, veniale. *sed adderat glossa.*

ea. multum commendare Luciferum , oſtendendo eius perfectionem,dignitatem, & excellẽtiam,quam in charitate & in aliis gratuitis donis , & naturalibus habuit ante lapſum , & hoc facit inducendo auctoritatem ex verbis Iob & Ezechielis.. [Inquit.] verbum eſt Gratiani, & primo exponit verba Iob.ipſe enim eſt principiũ viarum Dei , &c. [Propheta.] ſcilicet Ezechiel. [Qui namque.] verba ſunt Gregor.[Aurum]verba Gregorij. [In munere.] ideſt, in adiumento Dei] inſinuat,ſcilicet Iob.

l ¶ Quo]i.inquantum ſubtilior eſt natura,ideſt diuinę naturæ capacior ratione & intellectu.

m ¶ Eo.]ideſt,intantum.

n ¶ Similitudo Dei].i.gratia & dilectio , quæ erat Deo ſimilis in illum.

o ¶ Propheta].i.Ezechiel.

p ¶ Omnis lapis].i.omnis alius angelus .

q ¶ Pretioſus].i.pulcher decore virtutum fuit.

r ¶ Operimentum .] ideſt , inferior eo , ſicut veſtimẽ-

mētum eſt inferius & indignus ſe induente, vel ornabat eum ſicut veſtimentum ornat aliquem.

a ¶ Sardius.] hos ēt lapides enumerat lex. ff. de pub. & vect. l. interdū. §. ſpecies. Quāliter autem lapides veniant in contributione, dicit lex ad leg. Rho. l. 2. §. cum in eadem.

b ¶ Diſtinctiones.] ſupra d. 89. ad hoc.

c ¶ Auro.] Vnde dicit lex, q̄ ſi auro gēma iungatur, non cedit auro, ſed ecōuerſo aurum cedit gemmæ. ff. de aur. & arg. leg. & ſi non ſunt. §. peruenimus.

d ¶ Superbiæ.] Not. per canonem iſtum ius incepiſſe ex ruina angelorum, bonum enim, & ęquū fuit, vt prōpter ſuperbiam Lucifer puniretur.

e ¶ Vitio.] i. per vitium ſuperbiæ non ſunt repleta.

f ¶ Charitatis.] Arg. q̄ diabolus charitatem non habuit, vt 26. q. 7. viſis. Sed cū eſſet rationis capax innocētiæ particeps ſine charitate eſſe non potuit arg. ſupra eadem diſt. ſi quis ſemel. §. item ſine charitate, quod ergo charitate repletus, negatur, comparatione ſtantiu & confirmatorum dicitur, vel ad perfectionē, & perſeuerantiā refertur.

g ¶ Lapides.] i. ordines Angelorum.

h ¶ Illic.] In prophe ta Ezechiele, & in Iob.

i ¶ Voce Dominica.] i. voce Domini loquentis ſibi Iob.

k ¶ Inſinuat.] Iob, vel propheta.

Ius vnde incœpit.

Diabolus an habuerit charitatem.

1 De hoc le. & no. ſup. §. prox. in fi. & 27. q. 1. §. ex his omnib. ibi vides.

CHA-

tuum, ſardius, [a] & topazius, & iaſpis, chryſolitus onyx, & berillus, ſaphirus, & carbunculus, & ſmargdus.) Nouem dixit genera lapidum: quia nimirum nouem ſunt ordines angelorum. Nam cum per ipſa ſacra eloquia angeli, archangeli, throni, dominationes, virtutes, principat⁹, poteſtates, Cherubim, & Seraphim aperta narratione memorantur, quātæ ſint ſupernorum ciuium diſtinctiones [b] oſtenditur, quibus tamē Beemoth iſte opertus fuiſſe deſcribitur: quia eos, quaſi veſtem ad ornamētum ſuū habuit, quorum dum claritatem tranſcēderet, ex eorum comparatione clarior fuit. De cuius illic adhuc deſcriptione ſubiungit.) Aurum opus decoris tui, & foramina tua in die, qua conditus es præparata ſunt.) Aurum opus decoris eius extitit, quia ſapientia claritate cāduit, quam bene creatus accepit. Foramina vero idcirco in lapidibus fiunt, vt vincu lati auro [c] in ornamenti compoſitione iungātur, & nequaquam a ſe diſſideant, quos inter fuſum aurum repletis foraminibus ligat. Huius ergo lapidis in die conditionis ſuæ foramina præparata ſunt, quia videlicet capax charitatis eſt conditus, qua ſi repleri voluiſſet, ſtantibus angelis tanquam poſitis in regis ornamento lapidibus, potuiſſet inhærere. Si enim charitatis auro ſe ſe penetrabilem præbuiſſet, ſanctis angelis ſociatus in ornamento, vt diximus, regio lapis fixus maneret. Habuit ergo lapis iſte foramina, ſed ſuperbiæ † [d] vitio [e] charitatis [f] auro non ſunt repleta. Nam quia idcirco ligantur auro, ne cadant; idcirco iſte cecidit; quia etiam perforatus manu artificis, amoris vinculis ligari cōtempſit. Nunc autem cæteri lapides, [g] qui huic ſimiliter fuerant perforati, penetrāti ſe inuicem charitate ligati ſunt, atque hoc in munere, iſto cadente, meruerunt, vt nequaq̄ iam de ornamēto regio cadendo ſoluātur. Huius principatus celſitudinē adhuc idē propheta intuēs adiūgit, [Tu cherub extenſus, † & protegens in mōte ſancto Dei, & in medio lapidum ignitorum perfectus ambulaſti.] Cherub quippe plenitudo ſcientiæ interpretatur, & idcirco iſte Cherub dicitur, quia tranſcendiſſe cunctos ſciētia non dubitatur, qui in medio ignitorum lapidum perfectus ambulauit, quia inter angelorum corda charitatis igne ſuccenſa clarus gloria conditionis extitit. Quem bene extentum, ac protegentem dicit. Omne enim, quod extenti protegimus, obumbramus, & quia comparatione claritatis ſuæ cœterorum claritatem obumbraſſe creditur, ipſe extentus, & protegens fuiſſe reperitur. Reliquos enim quaſi obumbrando operuit, qui eorum magnitudinem excellentia maiore tranſcendit. Quod ergo illic [h] ſpecioſus in multis frondibus, quod illic ſignaculum ſimilitudinis, quod illic cherub, quod illic protegens dicitur, hoc hic voce Dominica [i] Beemoth iſte viarum Dei principium vocatur. De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, & quę amiſit, inſinuat, [k] vt territo homini oſtendat, quid ipſe, ſi ſuperbiat de elationis ſuæ culpa paſſurus ſit, ſi feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tanta claritatis eleuauit. Conſideret ergo homo, quid elatus in terra mereatur, ſi & prælatus angelis angelus in cœlo, † de cœlo in terram proſternitur.

Ezech. 28.

† al. per ſuperbia vitium.

† al. extenſus. Ibidem. Variat paululum a vulgata, ſed maiores varietates infra eq. ca.

Eod. lib. 2. ſeq.

† al. in cælo proſternitur.

Digitized by Google

CHARITAS AVTEM. Hæc eſt ſexta pars diſtin. in qua concludit magiſter, & probat multis modis, q̃ illa charitas, quæ deſeritur, dicitur fragilis: quia non durauit. tamen vera fuit, alias nullo modo poſſet dici, ſi nulla fuiſſet. Io. de Fant.

CA-

6 *Charitas autem,* [a] *quæ in aduerſitate deſeritur ficta,* [b] *ideſt fictilis, & fragilis eſſe phibetur, ſicut fides, ex qua charitas procedit, ficta, ideſt fragilis apud Apoſtolum eſſe negatur. Similiter charitas, quæ in aduerſitate deſeri poteſt, dicitur vera nunquam fuiſſe. Sicut enim Hieronymus cõtra Iouinianum ſcribit: (Omnis creatura ſub vitio eſt, non quod omnis peccauerit; ſed quia nulla eſt, quæ peccare non poſſit.) Poſſet autem* [c] *peccare. vt Auguſtinus ait, non eſt aliquid poſſe; immo aliquid non poſſe. Vnde ille ſolus vocatur omnipotens, qui hoc non poteſt: quia omnia poteſt, quæ poſſe eſt aliquid poſſe. Sicut ergo eius cõparatione, qui mutabilitatem neſcit, omnis creatura vit. oſa dicitur, quia mutabilitatis eſt capax, iuxta illud, (non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens) & (aſtra* [d] *non ſunt munda in conſpectu eius,) ſic comparatione eius creatura, quæ mutationem non recipit, omnis creatura, quæ permutatur, non vera, ſed vana eſſe probatur. Vnde omnis homo mendax dicitur, & vanitati ſimilis factus. Hinc etiam* [e] *Eccleſiaſtes. Cuncta, quæ ſub ſole ſunt, i. quæ temporum viciſſitudinem recipiunt, non tantummodo vanitas: quæ omni creaturæ ratione mutabilitatis ineſt, ſed etiam vanitas vanitatum, varietate permutationis, quam recipiunt, eſſe dicuntur. Sic ergo cõparatione diuinæ charitatis nulla virtus vera probatur, aut comparatione eius, quæ non deſeritur, illa, quæ amittitur, vera eſſe negatur. Sicut autem omnis creatura ſuo modo bona, & vera eſſe dicitur ſic et charitas, quæ deſeritur, ſuo modo bona, & vera eſſe mõſtratur: alioquin a nullo deſereretur, ſi nullo modo in eo eſſet. Quod enim nullo modo vere eſt, nullo modo deſeri poteſt. Quod ſi aliquo modo vere deſeritur, & aliquo modo id vere eſſe oportet.*

Sup. c. ſi enim. Sent. 1. d. 42.

Li. 15. de Tri. c. 13. & de ſymbolo, fidei c. 1.

Pſal. 142. Iob. 15.

Pſal. 115. & 143. Eccl. 1.

D'STIN. III. 2. par

HAec de charitate [f] *breuiter ſcripſimus propter eos, qui pœnitentiam negant reiterari poſſe, aſſerentes, q̃ ſicut charitas ſemel habita nũquam amittitur, ita pœnitẽtia ſemel vere celebrata, nulla ſeq. culpa maculatur: ſi vero criminalis culpa illã aliq̃ ſequitur, vera pa-*

CASVS. Supra in præcedenti c. & in alijs auctoritatibus proba um eſt, quòd charitas habetur, licet poſtea deſeratur. Nunc Gra. exponit quandam auctoritatem Auguſt. quæ eſt ſupra in princip. diſtin. ſcilicet, charitas, quæ deſeri poteſt, &c. Et Pauli, ſcilicet, charitas nunquam excidit: quia videntur contradicere ei, quod dictum eſt ſupra, & quod dicitur ibi, charitas, quæ deſeri poteſt, ficta eſt, & non vera, ideſt non eſt vera reſpectu charitatis diuinæ, vel reſpectu eius, quæ deſeri non poteſt, vera tamen eſt. vnde in fine concludit veram charitatem deſeri poſſe.

a ¶ Charitas autem.] Soluit auctoritatem Apoſtoli allegatam ſup. in prin. diſt. duob. modis; quia dicitur primo charitas, quæ deſeritur.

b ¶ Ficta] i. fragilis & non vera reſpectu permanentis, Vel non vera, reſpectu charitatis diuinæ, ad quod ſimilia quædam inducit. In fine concludit, veram charitatem deſeri poſſe.

c Poſſe autem.] Ex quo enim reſiſtere vitijs eſt verum poſſe, ergo non reſiſtere eſt non poſſe, ſed non reſiſtere eſt peccare, & ita poſſe peccare, eſt non poſſe reſiſtere, & ita eſt arg. a contrarijs, arg. 32. q. 4. ſicut ſatius eſt. & qui. ſicut. in d ¶ Et aſtra.] ideſt, angeli.

Vitijs reſiſtere eſt verum poſſe.

e ¶ Hinc ét eccleſiaſtes.] i. Salomon.

HAec de charitate.] Hæc diuiditur in 12. partes, in quarũ prima probat q̃ 12. auctoritates, q̃ qui ſemel pœnitentiam ageret, nõ peccaret; ſed intelligitur de perfecta per locum a deſtructione. Secũda ibi, Sed verba.] Tertia ibi, [Ex perſona. Quarta ibi, Hac auctoritate.] Quinta ibi, [quod fuit.] Sexta ibi, [Ecce cuius.] Septima ibi, [Item q̃. Octaua ibi, [ſiue autem.] Nona ibi, [His auctoritatib.] Decima ibi, [auctoritas.] Vndecima ibi, [Quanquã. Duodecima ibi, [pœnitentia ergo Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 3. d. in qua q̃ritur, an pœnitentia ſit iteranda, & inducit G. ſuper hoc opiniones varias, & diſcordantes auctoritates, & dicendum eſt q̃ ſolemnis ſm conſuetudinem quarundam eccleſiarũ non eſt iteranda, inf. eo. §. ex perſona. publica vero vel priuata ſic, ſed pro diuerſis delictis forte poſſet ſolennis pœnitentia iterari, vt inf. ea. quamuis. & continuat Grat. in hoc §. dicta dicendis. Caſum autem huius §. cum ſeq. ſcilicet pœnitentia, per te videbis.

Pœnitẽtia eſt iteranda.

f ¶ Hæc de charitate.] Continuat ſeipſum G. In 2. enim diſtinctione quam hic tractat, præmiſit, ſed huius gratia aliam præmiſit, an. ſ. charitas ſemel habita amitti poſſit, quam in præcedenti d. tractauit, nunc autẽ ad propoſitum ſuum reuertitur, & dicit, Hæc quæ &c. Hic incipit 3. d. in qua tractatur, an pœnitentia ſit iteranda, an non, & q̃ ſit iteranda, multis auctoritatib. & exẽplis probatur. Dicimus ergo q̃ iteranda eſt, iterum puniendus eſt ſi denuo peccet, inf. ea. ſeptuc. vbi aũt dicit q̃ Pœnitentia non eſt iteranda, dicimus quod de ſolẽni eſt

intelligendum, quæ cum ſacramentum * non dẽt iterari ar. 1. q. 1. quod quidam. ℓm conſuetudinem maxime quarundam eccleſiarum, & hoc ſuper eodem crimine, ſuper diuerſis autem credit G. ſolẽnem iterari poſſe, argum. inf. e. d. quãuis. hanc quæſtionem ſi tractat G. primo ponit opinionẽ illorum, qui dicunt ℳ pœnitentia non eſt iteranda, quia eã non ſequitur mortale peccatum. ſi. n. eã ſ quis tur mortale peccatum, illa pœnitentia vera non fuit: nec veniã obtinuit, & ad hoc multas auctoritates induxit vſq; ad §. ſed verba, & incipit ibi ſoluere prędictas auctoritates. poſtea ab illo §. ℳ aũt, probat auctoritatib. & exemplis. ℳ pœnitentia ſæpe iteratur poſt inſerit quæ ſit vera, & quæ ſit falſa pœnitentia, qua occaſione ſubiũgit, an pœnitentia ſit dãda, an neganda ei, q̃ vult agere pœnitentiã de vno peccato, & remanere i alijs. a Vera pœnitentia] hoc falſum eſt: quia ſi ex charitate pœnitet, vera fuit, & ſaluaretur ſi tunc decederet. dum ſic pœnitebat: auctoritates aũt, quæ in contrarium inducũtur, nõ ad diuerſa tpa, ſed ad idem ſunt referẽda. vt inf. e. c. in caſſum. §. ſed verba, vt .ſ. eo tempore quo pœnitet, hẽat propoſitum non committendi de cætero.

* Solennitas non eſt de eſſentia ſacramenti negatiue ſumpti eſt contra quoſdam ſacramenti, ſed tãtum repugnat illis ſacramẽtis, quæ imprimunt charakterem.

penitentia [a] *non fuit, nec veniam vmquam a Domino impetrauit. Quod ex definitione ipſius pœnitentia, & multorum auctoritatibus probare contendunt. Vt enim Ambroſius ait in quodam ſermone quadrageſima.*

In ſermone manuſcripto ſæpe citato cuius initium: [Ecce nunc] Greg. li. 9. epiſ. 39. & hom. 34. in Euang.

C. I.

PŒnitentia eſt [b] & mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. [c]

Idem lib. 2. de vnica pœnitentia, c. 10.

Sent. 4. d. 14. luo p. 25. c. 1. inf. ea. pœnitentiam.

C. II.

RPeriuntur, [α] qui ſepius agendam, pœnitẽtiam [d] putant, qui luxuriantur [e] in Chriſto. Nam ſi vere agerent pœnitentiam, iterandam poſtea non putarent: [f] quia ſicut vnum baptiſma, ita [β] [g] & vnica [h] pœnitentia. Verũ præteriti ſemper nos debet [i] pœnitere peccati. ſed hoc delictorum k leuiorum. At ego [l] facilius [m] inueni, qui in nocentiam ſeruauerint, quam qui congrue [n] egerint pœnitentiam.

Sent. ibid. ſup. d. 50. ſi quis poſt.

α ¶ Reperiuntur. *In originali eſt.* Merito reprehenduntur, qui ſæpius agendam pœnitentiam putant, quia luxuriantur, &c. *vt ſupra d. 50. ſi quis poſt.*

β ¶ Ita & vnica. *Locus hic, qui ob gloſſas incurrentes non eſt emendatus, apud B. Ambroſium ſic habet,* ita vna pœnitentia, quæ tamen publice agitur. Nam quotidiani nos debet pœnitere peccati. Sed hæc delictorum leuiorum, illa grauiorum. Facilius autem inueni, &c.

Item Aug. lib. de dogmatib. eccleſiaſticis, cap. 54.

a Penitentiam.) Solennem. Vel quod hic dicitur, intelligas de pœnitentia exteriori, ideſt, ſatisfactione. nam quidam putant ſufficere ad delictionem peccati, ſi quoties peccant, pœnitentiam ſibi iniunctam ſine ſatisfactionem agant, licet in voluntate peccandi perſiſtant. inf. ea. ſane cauendum. & hoc innuit illud ibi, iterãndam.

b Pœnitentia eſt.) ideſt, gratia, quæ verę pœnitenti infuſa eſt, facit eum præterita plangere, & oũ munit, vt caueat ne committat quæ fleuit, & quod hic traditur, potius eſt effectus pœnitentiæ, quam diffinitio. Pœnitentiæ effectus quis eſt.

c Non committere.) ideſt, non committendi propoſitum habere.

RPeriuntur.] CASVS. In hoc c. reprehendit Ambroſ. quoſdam, qui ſolennem pœnitentiam ſæpius agendam putant. iſti enim ſpiritualiter fornicantur ſeparando ſe a Chriſto. Nam ſi veram pœnitentiam agerẽt, num quam iterandam putarent, cum ſicut vnum eſt baptiſma, ita vna eſt pœnitentia. In fine dicit Ambroſius, qđ plures inuenit, qui innocentiam ſeruauerunt, quam qui veram egerunt pœnitentiam, ſequens ea. patet. Sequens autem c. quod poſtea ſequitur, ſ. pœnitentia, pater ſimiliter, in quo deſcribitur quid ſit pœnitentia, quid ſit pœnitere, quid pœna.

d Pœnitentiam.) Solennem. Vel quod hic dicitur, intelligas de pœnitentia exteriori, ideſt, ſatisfactione. nam quidam putant ſufficere ad delictionem peccati, ſi quoties peccant, pœnitentiam ſibi iniunctam ſine ſatisfactionem agant, licet in voluntate peccandi perſiſtant. inf. ea. ſane cauendum. & hoc innuit illud ibi, iterãndam.

e Qui luxuriantur.) ideſt, fornicantur ſpiritualiter, ſeparando ſe a Chriſto.

f Non putarent] .i. non præſumerent illud agere vnde oporteret eos deinceps pœnitere, & ℓm hunc intellectũ ſic. intelligẽdum eſt illud ℳ ſequitur, ſicut vnum baptiſma ſufficit ad delictionem peccati, ſic & una pœnitẽtia, huic tamẽ intellectui repugnat inf. gl. H. ſ. sẽper. inf. e. g ita)

g [illegible] ſu. diſt. 50. c. ſi quis poſt. §. poteſt. & aliter inf. ea. diſt. c. intantum. §. ſiue autem, &c. in ſalicibus.

h Vnica.) ideſt, irreiterabilis.

i Semper nos debet.) ideſt, ſemper vere pœnitere, ſed de mortalib. raro contingit. Vnde addit. at ego, &c. q. d. ita de facto contingit ſæpe, ſ. quod quis habet pœnitentiam de minoribus & compunctionem, ſed de maioribus non. Vel melius (quod innuit hic) diſtinguo, vt ſ. pœnitentia pro leuioribꝰ mortalibus tantum peccatis iuncta poſſit iterari, quia non iungitur pœnitentia ſolennis niſi pro grauiſſimis. 26. q. 6. c. vlt.

k Delictorum.) Tamen mortalium.

l At ego.) Supra. diſt. 1. §. alij econtra. ca. ſunt qui arbitrantur.

m ¶ Facilius.) Mirũ eſt quare hoc dicat, cum multi inueniantur in fine pœnitentes reſplenduiſſe, &c. ſu. 1. q. 7. ſi quis omnẽ. & pauci inueniantur ante finẽ ſine mortali peccato, arg. ſup. 50. diſ. quia tua. ſed quod dicitur hic, intelligitur de integritate carnis, ſ. virginitate, q. d. facilius inuenio, qui ſeruet uirginitatem, quam qui poſt corruptionem carnis ſeruet continentiam. Nam tunc facilius cadet, ut ſup. diſt. 1. §. alij ecõtra. ca. ſunt qui arbitrantur, unde & ſacramẽto quãdoque, &c. ut 35. q. 9. b iſto. Vel hoc poteſt intelligi de pœnitentia perfectiſſima, quæ non ſolum delet peccata, ſed etiam peccand. affectionẽ quam nunc habere difficillimum eſt. Pœnitentia perfectiſſima quæ eſt.

n Congrue.) Nã pœnitentẽ oportet uitam mutare, quod ſuã-

Vitæ mutatio non eſt facilis.

ſumme difficile eſt: quia dixit lex, q non facilis eſt mutatio vitæ, ſed cum magno labore animi fit, vt in auth. de mona. §. hinc autem. coll. 1. arg. inf. eod. ſane cauēdū.

a Satisfactio pœnitentiæ.] Inf. eod. diſt. §. illud autem Gregorij. ver. ſatisfactio.

b ¶ Cau-

g ¶ Puniat.] Habitu, non actu. arg. ſu. diſt. 31. ſi laicus. Ar. contra inf. c. proxi.

Si Apoſtolus.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. q homo debet continue de peccatis pœnitere & docere exemplo Apoſtoli, qui peccata per baptiſmum dimiſſa continue deplorat nam tā diu debet homo de gratia Dei ſperare, quamdiu à pœnitentia ſuſtentatur, dicēte Domino: Vade, & amplius noli peccare. ſemper ergo doleat & etiā gaudeat de dolore.

h ¶ Si Apoſtolus.] ſupra 32. quæſtio. §. ſi Paulus.

i ¶ Peccata.] Originalia.

K ¶ Dimiſſa.] Si dimiſſa, quare plorat? quia nō eſt facta plena innouatio. de 3. diſt. 4. c. 2. & ideo timet cadere & indignū eſt eum, qui nōdum ſtabilem, i &c. C. de teſta. mili. l. vl. 1 ¶ Ploret.] Arg. cōtra inf. de conſ. diſt. 4. ſi ne pœnitentia, Argu. contra ſup diſt. tres autē ſunt actiones, Sed illa non ꝓhibet, quin dolēdum ſit ſuper peccatis iam dimiſſis, ſed q iam pro illis non eſt pœnitentia iniungenda.

i In ſuo officio gaudet ex priuilegio, quo gaudet, q eſt ſtabilis. Arc.

m ¶ Super fundamentum.] ideſt, fidem.

n ¶ Finitur.] ideſt, deficit: quod tūc fit, cū memoria peccati habetur, & de peccato non doletur.

o ¶ Deficit.] ideſt in vtilis eſt, vel efficit inutilis, ideſt, per ipſam pœnitens ad vitam nō perducitur: ex quo enim non laborat, fructum non debet percipere. 16. q. 1. generaliter.

p ¶ Pœnitentia.] Quæ præceſſit.

q ¶ De venia.] ideſt, de vitæ munditia, & ſæpe æternę beatitudinis, quam cum venia aſſecutus fuerat q. d. ita reus conſtituitur per conſequens peccatum, ſicut erat prius ſic exponit Grat. inf. eod. §. hac auctoritate.

q ¶ De venia.] Non tamen intelligas, q peccata redeant prius dimiſſa: ſed quia ita intrabit gehennam ac ſi nullum peccatum eſſet dimiſſum hoc ſecundum quoſdam, ſecus ſecundum alios, qui dicunt peccata iam dimiſſa redire ut hæc traduntur, inf. ea. §. hac auctoritate.

De dicta iam dimiſſa an redeant.

r ¶ De gratia. Factæ promiſſionis.

ſ ¶ Oriatur. Sed ſi præcepit, nonne ſic præcepit impoſſibile: quia quod non erat in eius poteſtate? Ar. ſup. diſt. 2. c. ſi ſermo, §. econtrario. & c. ſciendū. Sed expone, voluntas in te non oriatur, ideſt, in te orta ad effectum nō perducatur.

t ¶ Si contigerit.] Supra 17. quæſt. 4. ſunt qui opes, ſup. 15. q. 8. hi qui. inf. ea. diſt. in tantum, §. ſiue autem, &c. in ſalicibus.

u ¶ In æſtiuum. ideſt, in homilia, quæ æſtiuum incipit.

Peccati occaſiones ſunt fugiendæ.

b ¶ Cauſat.] Ideſt, vitiorum radicem, non enim ſufficit ramos incidere, vt ſu. diſt. 2. ficta, §. ex præmiſſis. Vel cauſas. ideſt occaſiones peccandi. vt 81. diſt. valet.

c Pœnitentia eſt.] ¶ Vindicta. [Hic eſt quædam aſſignatio illius pœnitentiæ, quæ dicitur operis ſatisfactio, & intelligitur de perfecta pœnitentia, vt j. ea. cap. quamuis, §. hac auctoritate.

Ieiunare per alium vtrū aliquis poſſit.

d ¶ Puniens in ſe.] Argu. expreſſum, q quis non poteſt ieiunare per aliū: licet contrarium dixerit Hug. ſup. 82. diſt. presbyter. ſed quidquid ſit de aliis, videtur q per filium bene poſſit quis ieiunare, quia eadem perſona cēſetur, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate, & magis terrentur patres in filijs quam in ſe ipſis, ff. quod met. cau. l. iſti quidem, §. vlt.

e ¶ Virtus.] Ideſt, ſignificatio & interpretatio.

Pœniter me feciſſe hominē qualiter exponatur.

f ¶ Pœnam tenere.] Alludit etymologiæ vocabuli. unde Bernardus Clare vallis dixit ſuper illum locum Gen. pœnitet me feciſſe hominem ſuper terram: Idem eſt ac ſi diceret, pœna tenebit me pro peccatis hominum, tenebit inquam me, cum veneto ſuper terram.

Cap. III.

Sup. di. 2. ſunt q.

Satisfactio pœnitentiæ [a] eſt peccatorum cauſas [b] excidere, nec earum ſuggeſtionibus aditum indulgere.

Idem in libro de vera & falſa pœnitentia, c. 8.

Cap. IIII.

Sent. 4. diſt. 14.

Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, [c] puniēs [d] in ſe quod dolet cōmiſiſſe. & infra. c. 19. Cōtinue dolendum eſt de peccato, quod declarat ipſa dictionis virtus. [e] Pœnitere enim eſt pœnam tenere, [f] vt ſemper puniat 8 in ſe vlciſcendo, quod commiſit peccando. Pœna enim proprie dicitur læſio, quæ punit, & vindicat quod quiſque commiſit. Illę igitur pœnam tenet, qui ſemper punit quod commiſiſſe dolet.

Sent. ibidem.

Pœnitentia itaque eſt vindicta ſemper puniens in ſe quod dolet commiſiſſe.

In eodem libro, c. 13.

Cap. V.

Si Apoſtolus [h] etiā peccata [i] per baptiſmum dimiſſa, [k] continue ploret, [l] nobis etiam ſuper fundamentū [m] Apoſtolorū poſitis, quid præter plorare reſtat? quid niſi ſemper dolere in vita? Vbi enim dolor finitur, [n] deficit [o] & pœnitentia. Si autē pœnitentia [p] finitur, quid relinquitur de venia [q]? Tādiu enim gaudeat, & ſperet de gratia: [r] quamdiu ſuſtentatur a pœnitētia. Dixit enim Dominus (Vade, & amplius iam noli peccare.) Non dixit nec peccēs, ſed, nec voluntas peccandi in te oriatur. [ſ] Quod quo modo ſeruabitur, niſi dolor cōtinue in pœnitentia cuſtodiatur? Hinc sēper doleat, & de dolore gaudeat, & de doloris pœnitentia, ſi contigerit, [t] ſemper doleat, & non ſit ſatis, quòd doleat, ſed ex fide doleat, & non ſemper doluiſſe doleat.

Rem.

Item. 1.

Sic incipit homilia 34.

Item Gregorius in æſtiuum [u] tempus, [Ideſt, homilia 34. Euang.

PŒnitentiam.] CASVS. Dicit hic primo Gregorius quod digne pœnitẽtiam agere nõ poſſumus, niſi modum pœnitentiæ cognoſcamus. ſecundo dicit quid ſit pœnitentiam agere. Tertio dicit, quod qui ſic pœnitentiam agit de aliquibus peccatis, vt iterum alia cõmittat: non dꝫ vere pœnitere.

Gregorius in æſtiuũ tempus, ideſt homilia quæ ĩcipit, æſtiuũ tempus.

a¶ Plangere.] Ideſt, plangendo de præteritis malis dolere. vl ſatisfactione ſatisfacere, ſecundum præceptum eccleſiæ.

b¶ Non perpetrare.] ideſt, in nullo mortali perſeuerare, vel ꝓpoſitum perpetrandi non habere.

c ¶ Cõmittat.] Ideſt, propoſitum committendi habeat.

d¶ Diſſimulat] Ideſt non vere pœnitet.

e¶ Quid enĩ, ꝓdeſt.] Q. ad vitã æternã infra. ea. diſt. ſunt plures. Nam aliàs bene valet occaſionaliter inf. ea. diſt. c. nihil. & cap. prim.

SVNT QVI. CASVS. Quidam dicebãt modicum tempus ſufficere ad pœnitẽtiam, vt poſſint poſtea ad peccata redire qui reprehenduntur auctoritate Petri in epiſtola ſecũda dicẽtis: Canis reuerſus ad vomitum. &c. In fine dicit quid ſit agere pœnitentiam.

f¶ Qui ait.] Inf. ead. ſepties. ſupra diſ. 50. ij qui.

g¶ Virtus.] Ideſt, effectus pœnitentiæ.

PRoductior.] CASVS. Oſtendit Gr. per multas cauſas, q̃ in c. exprimuntur, ꝙ ꝓductior debet eſſe pœna quã culpa, & ita cum ſemper dẽat pœnitere, non iterabitur pœnitentia. Sequẽtia duo c. plana ſunt, ſcilicet perfecta. & ille.

Pœnitẽtia ſit longa ſi longa fuerit culpa.

h ¶ Productior.] Supra diſtin. 90. ſi quis monachus. ar. ſupr. ead. diſt. 1. vide benignum. cõtra. Ibidem inuitur. ꝙ quamdiu vꝫ durare peccatum, durare debet. i pœnitẽtia. Sed dic ꝙ non dꝫ ibi, ꝙ pœnitentia non debeat eſſe productior peccato, ſed inuitur ibi, ꝙ ſi longa fuerit culpa, longa pœnitentia debet eſſe, non enim erit æquũ vt pro vnius horæ fornicatione, non maior iniungeretur ei pœnitẽtia. ſed quod hic dicitur retorquatur ad interiorem pœnitentiam: quia quãdocũq; reduco peccatã ad memoriam, debeo inde dolere, infra ea. Iudas. & hoc intellige de pœna, ſiue de pœnalitate, quam ſuſtinemus pro peccato primi hominis, quia illa eſt productior. argu. ſup. diſt. 1. ſicut primi.

Ad idem 90. diſtin. c. omnes.

Ad demonſtrationem.] Ideſt, ad cuſtodiam humilitatis, vt in Paulo. 33. q. 4. diſplicet.

K¶ Miſeriæ. In quam venit ex peccato, ſu. diſt. 5. ad eius vero. uerſus finem.

l¶ Ad emendationem.] Ideſt, ad purgationem delicti, vt in paralitico.

im ¶ Ad exercitationem.] Sup. ea. diſ. 1. ſicut primi.

n ¶ Neceſſariæ patientiæ.] Ad vitam æternam.

o¶ Detinet.] Pœnam ad gloriam Dei manifeſtandam: vt in cæco nato ſup. diſ. 1. ex his. & ad iudicium futuræ dãnationis. vt in Herode. ſupr. 23. q. 4. Nabuchodonoſor, & ad cautelam ſui & aliorum. vt in Paulo, & vt ſtudioſius illa vita quæratur, quæ erit ab ommbus pœnis aliena. & vt ſit fideli certandi materia, & occaſio vincendi: qui non vinceret, ſi non pugnaret. ſupra diſtin. 6. ea. ſed penſandum.

Pœna quare infligitur a Deo.

p ¶ Ira Dei.] Supra 11. quæſ. 3. cap. epiſcopus. §. ſi ergo inuite.

q ¶ Perturbatio.] Ecce quid ſit ira hominis, & quid ira Dei.

r PErfecta pœnitentia.] ¶ Omnia.] Iniuncta a ſacerdote.

Cap. VI.

POenitentiam agere digne non poſſumus: niſi modum quoq; eiuſdem pœnitentiæ cognoſcamus: Pœnitẽtia quippe agere eſt, & perpetrata mala plangere [a] & plagẽda non perpetrare. [b] Nam qui ſic alia deplorat, vt tamen alia committat, [c] adhuc pœnitẽtiã agere aut diſſimulat [d] aut ignorat. Quid enim prodeſt, [e] ſi peccata quis luxuriæ deſleat, & tamen adhuc auaritiæ æſtibus anhelat? Idẽ libr. 9. epiſt. 39. ad Theotiſtam. ¶ Sunt qui dicunt pauci tẽporis pœnitentiam contra peccatum debere ſufficere, vt iterum liceat ad peccatum redire. Recte eos paſtoris primi percutit ſententia, qui ait: [f] (Contingit illis illud veri prouerbij canis reuerſus ad ſuum vomitum, & ſus lota in volutabro luti: (Magna eſt enĩ cõtra peccatũ virtus [g] pœnitentiæ: ſed, ſi quis in eadem pœnitentia perſeueret, & infra. ¶ Pœnitentiam vere agere, eſt, cõmiſſa plangere † & † iterum plangenda declinare.

fupra eod. pœnitẽtia eſt.

† Si autem dicunt orig.

2. Pet. 2.

† al ſtere) orig. † al. ſed iterum) oth.

Item Auguſtinus tractatu 124. in c. 21. Ioannis.

Cap. VII.

PRoductior [h] eſt enim pœna, quã culpa, ne parua puraretur culpa, ſi cum illa finiretur & pœna. Ac per hoc vel ad demonſtrationem [i] debitę miſerię, [k] vel ad emendationem [l] labilis vitæ vel ad exercitationem [m] neceſſariæ patientiæ [n] temporaliter hominem detinet [o] pœna, etiam quem iam ad damnationem ſempiternã reum non detinet culpa: & paulo poſt. ¶ Ira Dei [p] non eſt, vt hominis, ideſt, perturbatio [q] concitati animi, ſed tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio.

Fecit ad hoc Beda li. 8. quæſt. q. 10.

Item Ioannes os aureum in homilia de pœnitentia.

Cap. VIII.

PErfecta pœnitentia cogit peccatorem omnia [r] libenter ſufferre. & infra. ¶ In corde eius contritio eſt, in ore eius confeſſio, in opere tota humilitas. Hæc eſt perfecta, & fructifera pœnitentia.

ſupra diſ. 1. gloſſa.

Item Smaragdus in expoſitione regulæ ſancti Benedicti, c. 4.

Iſidorus de ſum. bono lib. 2. c. 13.

Pœnitentes.]CASVS. In hac cap. dicitur, qui dicitur vere pœnitentes, & qui non. [Si tamen estis pœnitentes.] Cum effectu. [Cum catena.] ideſt mãdato ecclesiæ. [Impoſturam. Deceptionem. Sequentia tria c. plana sũt, irrisor. lauamini. mundus, in quibus nihil aliud dicitur.

Tria sequentia capitula manifesta sunt. [Lauami ni. baptizatur, & incassum.

a ¶ Cum catena. Supra d. 1. agite. argum. contra sup. di. 1. facilius.

a ¶ Catena.] i. in catena, ideſt, cum mandato ecclesiæ, scilicet secundum quod ecclesia nos ligauit. Et est si. 1. quæst. 1. iudices.

Cap. IX.

ILle pœnitentiam digne agit, qui, quæ commisit, sic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat. Nam qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatũ, quasi si quis lauet laterem crudum; quia quanto magis lauerit, tanto magis lutum facit.

Item Augustinus homilia 41.

Cap. X.

Dist. 4. dist. 15.

Pœnitentes (si tamen estis pœnitentes & non estis irridentes) mutate vitam, reconciliamini Deo, & vos cũ catena [a] pascetis. Qua, inquis, catena? (Quæ ligaueris in terra, erũt ligata & in cælo.) Audis ligaturam, & Deo putas facere impoſturam? [b] pœnitentiam agis, [c] genua figis, & rides, & subsannas patientiã Dei? Si pœnitens es, pœnitet te; si non pœnitet, pœnitens non es. Si ergo pœnitet; cur facis, quod male fecisti? si fecisse pœnitet, noli facere; si adhuc facis, certe non es pœnitens.

Matth. 16

b ¶ Facere impoſturam.] ideſt, ei falsũ imponere, quod. s. iniuste ligatis ab ipso. Deus enim nemiñe iniuste ligat. 11. q. 3. c. episcopus. ſi ergo iniuste. Impostor autẽ dicitur, qui falsum alicui imponit. ff. de ædil. edic. l. ob quæ vitia. ſ. 1.

Impoſtor quis dicat.

c ¶ Agis. Actu, vel voluntate.

Dist. 4. dist. 14.

Item Isidorus lib. 2. de summo bono, c. 16.

Cap. XI.

IRrisor est, nõ pœnitens qui adhuc agit, quod pœnitet, nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare [d] superbus. Canis reuersus ad vomitum est pœnitens ad peccatum. Multi enim lachrymas indesinẽter fundũt, & peccare non desinunt. Quosdam accipere lachrymas ad pœnitentiam, & affectum pœnitentiæ non habere constat; quia inconstantia [e] mentis, nunc recordatione peccati lachrymas fundunt, nunc vero reuiniscente vsu [f] ea, [g] quę fleuerant, iterando committunt. Esaias [h] peccatoribus dicit: (Lauamini, [i] mundi estote.) Lauatur itaque, & mũdus [k] est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, [l] & non est mundus, qui plangit quæ gessit, nec tamen deserit; sed post lachrymas ea quæ fleuerat, [m] repetit.

Ps. 3.

d ¶ Irrisor. [Subsannare. i. naso torto deridere.

e ¶ Inconstantia. Nota inconstantissimi ne probari. ff. de procu. in causa. ff. de offic. præs. observandum. Arg. cõtra. ff. de col. bo. nonnunquam.

f ¶ Vsu.] Cum præueniuntur a tentatione. ii. ff. d 5. c. 1.

g ¶ Ea. i. similia.

h ¶ Esaias.] Adhuc est de c. Isidori, q̃ sequitur.

i ¶ Lauamini.] Baptismo, vel pœnitentia.

K ¶ Mundus. Interius.

l ¶ Lauatur. i. exterius.

l ¶ Lauatur. i. Illa immundicia non est ei ad salutem, quia est momentanea, non perseuerans. Vel nõ est mundus ex toto, sed ad tempus, vel in parte.

m ¶ Quę fleuerat supra, 33. q. 8. ij qui.

Dist. ibid.

Item Augustinus in libro Soliloquiorum. [n]

Cap. XII.

INanis [o] est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardius: [p] frequenter [q] peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamẽta, si replicantur peccata. Nihil valet veniã a malis poscere, & mala denuo iterare. Perfiste ergo in cõfessione, esto in pœnitentia fortiter confirmatus, vitam bonam, quam accepisti, tenere non desinas, propositum bonæ vitę conserua iugiter.

n ¶ Soliloquiorũ. i. Psalmi dicũtur soliloquia psalmorum, q̃ sunt excellentiora de Christo loquta.

o ¶ Nanus. i. inutiliens ad vitam eternam obtinendã. Vel carens fructu illius pœnitentię, quã non sequitur culpa, cuius fructus est vitatio gehennæ, & adeptio gloriæ.

p Tardius. Argum. contra.

Vulnus Achillis, quod quondam fecerat hosti. Ouidius.
Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.

q Frequenter, sup. d. 29. diaconi sunt. contra. Sed hoc adhuc debet intelligi de verbis, vix. solum contra meritum. i. positum in

r Videtur q

pręd.c.in fi. f.assidue, solnit contra, nam hic dicit frequẽter secundũ P.

a ¶ Qui.]Deserunt.] Flere. Vel quia redeunt ad illa, vel ad alia.

b ¶ Ad sordes.]Quasi hoc inde sequitur,& ita vt, teneatur consecutiue,vt 1.q.1.quisquis,in fi.

c ¶ Baptizatur.]Hæc verba,quæ hic ponit Gregorius inueniuntur in libro Iesu filij Sirach, qui dicitur ecclesiasticus.

c ¶ Baptizatur.]i.absoluitur & mundatur de consec.dist.4. nec quemquam.

d ¶ A mortuo.]deest a mortalib.peccatis. Historia Tãgitur hic illud ueteris testamenti, ꝙ si quis tangebat cadauer hominis mortui, erat immundus septem diebus, postea aspergebatur die tertio aqua aspersionis, & sic mundabatur.

Mortuũ tangens erat septem diebus immundus.

d ¶ A mortuo].i.a contactu mortui.] Tangitur. Quod fit vt in veteri testamẽto.ꝙ si quis tãgebat ossa vel corpus mortui hominis..mundus erat septem diebus, postea aspergebatur aqua aspersionis die tertio, & septimo, & sic mundabatur, sicut hic tangitur, & exponitur de consec.dist.4. nec quemquam.

e ¶ Incassum.]¶ Defraudatur.] Finaliter ar.inf.d.4. intermittentes.§. filijs.

f ¶ Frustra.]Quia indecens est prius solucre,&c. extra de reun.literas. Arg.cõtra.C. de ijs qui. vt indig.l.fi.Nam & testamentum imperfectũ multũ est. inst. quib.modis test.inf. §.pen.

SED VERBA. Hæc est secunda pars diu in qua soluit(& bene) dicens quod auctoritates ita sunt intelligẽdæ, vt tẽpore confessionis non habeant propositũ peccandi. Io.de Fant.

¶ Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinũ:habẽtur tamen apud Isidorũ, quem citat magister,pœne eadẽ in dialogo siue synonymis non longe ante c.de castitate.

Item Greg.in pastorali,par.3.admonitione 31.

Cap. XIII.

QVi admissa plangunt,nec tamen deserunt, [a] considerare solicite sciant,quia flendo,inaniter se mundãt, qui vouendo se nequiter inquinãt,cum idcirco se lachrymis lauant,vt mundi ad sordes [b] redeant. Sentent.ibid. Anſ.d.12.c.143.

Idem ibidem.

Cap. XIV.

QVi admissa† plangit,nec tamen deserit, pœnè grauiori culpæ se subijcit:quia† ipsam, quam flẽdo impetrare potuit,veniam,contemnit. Sent.ibid. Beda in 2.Pe.3. † al.qui & *aduiſum. orig.*

Idem ibidem.

Cap. XV.

LAuamini,mundi estote.]Post lauacrum.n.mundus es,se negligit,quisquis post lachrymas vitę innocentiã non custodit. Lauantur ergo,& nequaquam mundi sũt, qui commissa flere non desinunt, sed rursus flenda committunt. Iſa.1.

Idem ibidem.

Cap. XVI.

BAptizatur [c] quippe a mortuo,[d] qui mundatur fletib. a peccato,sed post baptisma mortuum tangit,qui culpam post lachrymas repetit. Eccl.30.

Idem in moralibus lib.1.c.vlt.

Cap. XVII.

INcassum quippe bonum agitur,si ante terminum vitę deseratur, [e] quia & frustra [f] velociter currit,qui prius quam ad metas veniat,deficit. Sent.ibid.ſup.c.pœnitentiam.

2 *Sed verba [g] diffinitionis non ad diuersa tempora, sed ad idem tempus referuntur,videlicet,vt tempore,quo deflet mala.quæ commisit,non committat, [h] quod adhuc ẽ flere oporteat.Quod exsequentibus verbis eiusdem auctoritatis datur intelligi, dum dicitur; (Nam qui sic alia deplorat,vt tamen alia committat, [i] adhuc pœnitentiã agere aut dissimulat,aut ignorat,*

Hinc Augustin.in Enchiridio,[k] c.70.

Cap. XVIII.

SAne cauẽdum est,ne quisquam existimet infanda illá Sent.ibid. lno p.17.c.11.

CASVS. Inductis auctoritatibus quæ uidentur innuere quod illa pœnitentia,quam sequitur mortalis culpa, non fuerit vera,incipit nunc respondere, & illas soluere.Et primo soluit primam. Vel illud quod dicitur ibi, pœnitet etiam agere digne, dicens quod uerba diffinitionis ad idem tempus, & non ad diuersa referuntur, scilicet vt eo tempore quo pœnitet, non habeat propositum amplius peccandi. Et ad hoc inducit sequentia sap.

g ¶ Sed verba.]Hic incipit soluere auctoritates, quæ videntur dicere illam pœnitentiam non fuisse veram, satisfacere negligat,vere pœnitet,licet postea forte casu vel,infirmitate peccet,non ex proposito.

i ¶ Committat.]Opere,vel voluntate.

K ¶ Enchiridio.]deest in libro manuali.& dicitur ab eo quod est in.& chir.chiros,quod est manus, i. liber manualis.

Pœnitens vere quis dr. Enchiridiõ est liber manualis.

SAne cauendum.]CASVS.Quidam erãt, qui quotidie peccare mortaliter non vitabant, credẽtes quod per eleemosynas possent ea peccata redimere,sed errabant, cum quotidie sit Deus rogandus de præteritis peccatis, & non emendus, ut occasione eleemosynæ credat quis impune

Digitized by Google

Impune posset peccare. Nam nulli dat Deus licentiam peccandi, quamuis Deus deleat facta peccata, si satisfactio congrua non negligatur. Vt ea,]scilicet mala.

a De peccatis præteritis.] Vide quod legitur & no. 97. distin. c. 1. ver. ipsa vero, in gl. sic intelligitur, &c. Arch.

b Pro-

crimina, quæ talia qui agunt, regnum Dei non possidebunt, quotidie perpetranda, & eleemosynis quotidie redimenda. In melius quippe est vita mutãda, & per eleemosynas de peccatis præteritis [a] est propitiandus [b] Deus, non ad hoc emendus [c] quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi: quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.

Idem ibidem, c. 76.

C. XIX.

Huo p. 17. c. 129.

QVi vult eleemosynam ordinate dare, a seipso [d] debet incipere [e], & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna [f] opus misericordiæ, veritatemque dictũ est [g] (Miserere animæ tuæ placens Deo.) Propter hoc renascimur vt Deo placeamus [h].

Eccle. 30.

Idem ibidem, c. 71.

¶ Antea caput hoc citabatur ex Ioanne Chrysostomo Restitutum est B. Augustino, quem etiam Magister, & Iuo, & concilium Toletanum. 4 c. 9.

C. XX.

Sent. 4. dist. 16. Iuo p. 17. c. 122.

DE quotidianis, breuioribus [i], leuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana [k] oratio [l] fidelium satisfacit [m]. Eorum est enim dicere: (Pater noster [n] qui es in cœlis,) qui iam taliter† [o] patri regenerati sunt ex aqua, & Spiritu sancto. Delet omnino hęc oratio minima, & quotidiana peccata, delet [p] & illa, a quibus vita fidelium scelerate etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit; si quemadmodum veraciter, dicitur: (dimitte [q] nobis debita nostra,) quoniam non desunt quæ dimittantur; ita veraciter dicatur, (sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;) idest, si fiat, quod dicitur [r], quia & ipsa eleemosyna est, veniam petenti homini ignoscere.

Matth. 6.
† *patri tali*) orig.

Item Pius Papa, epistola prima.

Peccata publice puniri interest.

b Propitiandus.] Idest, placandus.

c ¶ Emendus.] Idest, non demus ei eleemosinas in pretiũ vt maneamus licite in peccato: alias dicit c. eleemosynis peccata tua redime, su. dist. 1. medicina, inf. e. c. ad hoc insistant. 1. q. 7 exigunt. Remissio enim peccati non datur licentiam delinquendi. Peccata etiam publice puniri interest. extra de collu. c. 2. Sed tamen non debemus temere ad pœnas prosilire, arg. C. de pœ. si operis.

d Seipso, vt su. 2. 1. q. 5. si non licet, C. de ser. præfec. Nec tenetur aliqua actione, qui propter suas conseruandas, alienas merces proiecit, ff. de præscrip. ver. qui seruandarum. in prin.

e ¶ Incipere.] vt habeat cor contritum, & dimittat ei, a quo læsus est.

QVi vult ordinate.] CASVS. Dicitur hic, q qui vult ordinate eleemosynam dare, primo debet incipere a seipso, scilicet vt se prius corrigat & pœnitet & satisfaciat peccatis suis, & tunc datur eleemosyna ordinate, & hoc probatur per diffinitionem eleemosynæ.

f Eleemosyna.] Dicitur ab eli, quod est Deus, & Meys, quod est aqua: quia ita extinguit peccatum sicut aqua extinguit ignem dist. 45. tria.

Eleemosyna vnde dicat.

g ¶ Dictum est,] In libro Iesu filij Sirach a Salomone.

h ¶ Vt Deo placeamus.] Non ergo se fallant, qui per largas eleemosynas fructus vel pecuniæ ex existimãt impunitatẽ emere: qa qui diligit iniquitatem, odit animam suam: & qui odit animam suam nõ est ei Deus misericors, sed crudelis: si igit vult ei dare eleemosinã, q quam sit munda, odiat eã secundũ se culum, & diligat eã secundum Deum hæc eleemosyna, quam sibi homo primum debet, mundãtur in teriora: ergo eleemosyna pecuniæ, quam quis facit manẽs in mortali peccato, nõ proprie dicitur eleemosyna: quia mundatione fit dum a se nõ incipit, & dum sibi crudelis exhibit, non placet Deo. H.

Eleemosyna in peccato facta non est proprie eleemosyna.

I Breuioribus.] Istinc tẽporis venit breuis, nã si diuturnã trãseũt in mortalia 25. distin. c. vnum. criminis.

D[I] quotidianis.] CASVS. Dicitur hic, q leuia peccata sine quibus vita præsens nõ ducitur, oratione Dominica, scilicet Pater noster, delẽtur, & sicut veraciter dicitur, dimitte nobis debita nostra: ita, & nos dimittimus veraciter, sicut, &c. & hæc est eleemosynæ species. Sequens c. nihil patet.

Quæ culpa sit venialis mortalis fuit, sed fuit venialis, ob imperfectionem actus ea, si ẽ pœnæ mora & deliberatio accedat, redẽt ad numerũ peccatorum generis, & sunt mortalia.

K Quotidiana.] Supra, ea. distin. 5. ista sunt actiones.

l ¶ Oratio.] Infra, ead. dist. 6. qui vult.

m ¶ Satisfacit.] Infra de consecra. dist. 3. aquam.

n Pater noster,] Quia non imponitur maior pœnitentia pro veniali, quam vendicatur Pater noster, vt dicit cap. quod sufficit perfecta contritio, vel confessio cordis sup. dist. 5. c. vlt.

o Taliter,] q sint filij Dei, & ita veraciter possunt dicere, Pater noster: in quibus non est mortale aliquid.

p Peccata delet.] Non quod peccata mortalia primo cõmissa ea omnino dimittat, sed quia pœnitentiam pro mortali iniunctam releuat. Delet ergo mortalia quo ad pœnam, non quo ad essentiam, sed venialia quo ad vtrũque, sic & aqua benedicta, de consec. distin. 3. aquam sale conspersam 1.

1 Et de cõs. dist. 2. cum oẽ. &c. qui nãducat & ead. leq. &c. omnia Arc.

q ¶ Dimitte.] C. de sup. imperialis, versus prin.

r ¶ Quod dicitur,] scilicet, dimittimus. arg. de consecrati. 2. reuera, in fine, sup. dist. 23. psalmista, & dist. 56. Dominus.

Irrefragabilis sententia sup vno peccato non est deneganda.

NIhil. Infra. de consec. dist. 5. nihil &c. non mediocriter, sup. dist. 86. quid prodest.

b ¶ Prodest.] Ad vitam æternam, prodest tamen ad minus supplicium subeundū, inf. ea. dist. si quis autem nō habens, vnde & pœnitentia non est deneganda super vno peccato, dum quis remanet in alijs, extra de pœni. & remi. quod quidam. Itē ad tēporalia consequēda. 22. q. 2. si quilibet. Item ad citiorē gratiæ appositionē infra. dist. 5. fi fas.

EX PERSONA. Hæc est tertia pars dist. I qua dicitur q omnes auctoritates, quæ dicunt quod pœnitētia non sit iteranda, de solenni sunt intelligendæ. Ioan. de Fant.

CASVS. Soluit auctoritates superius ideo Gratianus, & dicit quod capitula superius posita, q hic enumerātur, intelliguntur secundo proximū capitulum, scilicet, nihil. c. vere reperiunt intelligitur secūdum specialem cōsuetudinem alicuius ecclesiæ, & quod dicit ibi. huiusce modi. de qua. scilicet dictum est in cap. proxi. vel huiusce modi scilicet plāgentis cōmissa, & committētis vel pœnitentis de vno peccato, & non de alio & secūdum specialem consuetudinem intelligitur c. sequens cuius casus patet, & habetur hoc supra, 50. distinctione. quāuis, Alij sub illo §. potest: & aliter habet capitul. illud.

a ¶ Ex persona huiusce modi. De qua loquitur c. nihil.

d Pœnitentis scilicet de vno, & non de alio, vel aliud committentis tunc, vel postea.

e Quamuis.] Supra. dist. 50. quamuis.

f Quvilis.] Idest, si haberetur vilis, quod contingeret, ex iteratione eiusdem, omne enim nimium, &c. 93. dist. in. legimus.

g Deo.] Vel Papæ.

HAC AVCTORITATE. Hæc est quarta pars dist. in qua dicitur, quod in pœnitētia sunt gradus sicut in charitate, &c. Ioan. de Fant.

CASVS. Nunc dicit Gratianus, q secundum hanc auctoritatem, (quamuis.) intelligi potest illud Ambro. scilicet c. (reperiuntur.) illud autem quod dicitur in libro de pœnitentia, f. pœnitentia est quædā, &c.) de perfecta pœnitentia intelligitur, postea dicitur, quod pœnitentia alia est incipiens, alia proficiens, alia perfecta. Et iuxta hanc distinctionem intelliguntur quædam, ex superiori

NIhil [a] prodest [b] homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur.

Ex persona [c] huiusce modi pœnitentis [d] etiā illud Smaragdi intelligitur:) Ille pœnitentiā digne agit, &c.) & illud Augustini: Pœnitēres, &c.) illud Isidori.) Irrisor est & non pœnitens.) & illud Esaiæ: Lauamini & mundi estote) Item & illud Soliloquiorum. (Inanis est pœnitentia, &c.) Similiter & illud Gregorij. (Qui admissa plangūt) &:) Baptizatur a mortuo.) Illud autem Ambrosij Reperiuntur, &c.) non secundum generalem, ad secundum specialem consuetudinem ecclesiæ de solenni pœnitentia dictum intelligitur, quæ apud quosdam semel celebrata non iteratur.

inf. de cons. dist. 5. nihil prodest.
Sent. 4. dist. 14. & d. 15.
Poly. l. 3. tit. 25.
sup. eod.
Sent. 4. di. 14.

Vnde Augustinus scribit ad Macedonium, epist. 54.

C. XXII.

QVamuis [e] caute, & salubriter prouisum sit, vt locus illius † humillimæ pœnitentiæ semel in ecclesia concedatur, ne medicina vilis [f] minus vtilis esset ægrotis, quæ tanto magis salubris est, quanto minus contemptibilis fuerit, quis tamen audeat dicere Deo [g], quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?

su. dist. 50. quamuis † al. illius. Sent. ibidem. Iuo p. 15. c. 34.

§ *Hac auctoritate [h] & illud [i] Ambrosij determinatur [k] & iterum [l] peccatori per primam pœnitentiam venia dari mōstratur, alioquin nequaquā iterū parceret [m] Deus qui nec dum pepercisset. [Satisfactio [n] quoque pœnitentiæ) &: vade, & amplius noli peccare,] eundem cū diffinitione intellectum [o] habent. Illud autem, quod in libro [p] de pœnitentia dicitur de perfecta [q] est intelligendū. Sicut enim charitas alia est incipiens, alia est proficiens [r], alia est perfecta [s], sic & pœnitentia alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. Sicut autem charitati licet nondum perfectæ, in baptismo datur venia peccatorum, vt quamuis postea grauiter aliquis sit peccaturus,*

su. ea. ch. satisfactio. &c. si apostolus supra. ead. pœnitentia. Sent. 3. dist. 19.

h ¶ Hac auctoritate.] Scilicet quamuis.

i ¶ Et illud.] Supra ea. c. reperiuntur.

k ¶ Determinatur] Scilicet q de solenni intelligatur.

l ¶ Iterum.) sicut dictum est, supra. ead. cap. proxi. quidam, in fi.

m Parceret) Quia si prius homini non pepercisset, non ei iterum parcere diceretur, arg. sup. eod. dist. pœnitentia est quædam dolentis.

n ¶ Satisfactio Materialiter tenetur.

ADDITIO. Subau. significatiue, idest, verba ista superius posita pe.

o Intellectum.) idest, vt ad tempus idem referatur, non ad diuersa.

p In libro.) sup. eod. dist. pœnitentia est quædam.

q De perfecta) pœnitentia, idest, perfectorum, vel sufficiente ad salutem, vel duratura vsque in finem.

r Proficiens.) idest, ad salutem sufficiens.

s Perfecta,) Quia gradus sunt in ea, vt sup. dist. 2. cum sancta. & præcedenti §.

t Perfecta.) idest ad salutem sufficiens.

tunc tamẽ intelligatur eſſe renatus; non aqua tantũ (ſicut Ioninianus tradidit) ſed aqua & ſpiritu (ſicut Hieronymus contra eũ ſcribit; ſic & incipientium pœnitentia venia nõ negatur: quæ quadam ratione, perfecta poteſt dici, quia toto corde gemit, & dolet: licet & alia ratione poteſt dici imperfecta, quia non uſque in finem duratura [a]. Secundum primum modũ [b] perfectionis intelligitur illud Ioãnis os aureũ: [Perfecta pœnitẽtia, &c. Iuxta ſecundũ modum perfectionis [c] illud Auguſtini intelligitur: [Pœnitentia eſt vindicta ſemper puniens in ſe, quod dolet cõmiſiſſe.] Illud autem [d], [ſi pœnitentia finitur, nihil de venia relinquitur,] dupliciter intelligi poteſt. Si enim iuxta quorundam ſenſũ etiam peccata dimiſſa redeunt; facile eſt intelligere; nihil de venia relinquitur: quoniam peccata, quæ prius erant dimiſſa, iterum replicantur. Sicut enim ille, qui ex iuſta ſeruitute in libertatem manumittitur; interim vere liber eſt; quamuis ob ingratitudinem in ſeruitutem poſtea renocetur [e]; ſic & pœnitentia peccata vere remittuntur; quamuis ob ingratitudinẽ venia, eiſdem poſtea ſit implicanda. Si añ peccata admiſſa non reacut; dicitur; nihil relinqui de venia; quia nihil relinquitur ſibi de vita mundana, & ſpe æterna beatitudinis, quam cum venia aſſecutus eſt. Sicut in argento perfecte purgato, nihil ſui decoris relinquitur, ſi ſequenti arugine fœdatur, non tamen prima, ſed ſequenti ſordidatur; ſic expiato per pœnitentiam nihil de venia dicitur relinqui; cum tamen iam non deleatis, ſed adhuc expiandis coniungatur.

¶ *Quod autem [f] per pœnitentiam non ſemel tantum, ſed ſapiſſime peccata remittantur: multorum auctoritate probatur.*

Ait enim Hieronymus in epiſtola ad Ruſticum de pœnitentia.

C. XXIII.

SEpties [g] cadit † [h] iuſtus, & reſurgit †[i]. Si cadit, quomodo iuſtus: ſi iuſtus, quomodo cadit [k]? ſed iuſti vocabulum [l] non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit. Et non ſolum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties [m] delinquenti, ſi conuertatur ad pœnitentiam, peccata donãtur. (Cui plus [n] dimittitur, plus diligit.)

Dauid quoque per pœnitentiam adulterij ſimul & homicidij veniam impetrauit.

[a] ¶ Perfectionis.] Quia dicitur perfecta, i. uſque ad finem duratura.

[b] ¶ Primum modum.] Quod dicitur perfecta, id eſt, vſque ad ſalutem ſufficiens, vt cum quis toto corde dolet, & gemit.

[c] ¶ Perfectionis.] Quia dicitur perfecta, i. uſque ad finem duratura.

[d] ¶ Illud autem.] Sup. cad. ſi Apoſtolus.

[e] ¶ Renocetur.] Quod ex ſola culpa fieri poteſt. C. de liber. & eorum li. l. 2. arg. 15. q. 7. c. 1. dum tamen lege ſit comprehenſa.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 5. pars diſt. in qua probat per quatuor auctoritates, q̃ ſemper per ueram pœnitẽtiam dimittuntur peccata. Ioc. de Pant.

CASVS. Poſitis auctoritatibus inductis, quas inducunt qui dicunt pœnitentiam non eſſe iterandam, & quod pœnitentia poſtquam peccatur, non obtinet veniam; incipit tractare per multas auctoritates, & exempla, quòd pœnitentia iteratur, & quod ſæpius per pœnitentiam remittantur peccata. Et ad hoc inducit ſequentia capit.

[f] ¶ Quòd autem.] Inductis auctoritatib. quas inducũt qui pœnitentiam non eſſe iterandam dicunt, & q̃ pœnitentia, poſtquam peccat, nõ obtinet veniam: incipit probare per multas auctoritates & exẽpla, quòd pœnitentia ſæpius iteratur, & q̃ ſæpius per pœnitentiã remittuntur peccata.

SEpties.] CASVS. Dicitur hic, q̃ iuſtus ſepties, i. multoties cadit p̃ uenialia peccata: & tñ non cadit à charitate, & ſũt uerba Salomonis. q̃ Hieron. exponit. Sequens §. I. Dauid, patet.

[g] ¶ Septies.] Verbũ Septies. I. Salomonis: quod ex omnib. ponit Hieronymus. dis.

p ¶Non ſecundum præſcientiam.] Et tamen ſecundum præſcientiam dimitti ſicut dicit Grat.ſup. ea. c.in domo. § ſic itaque . uer. quæ remiſſio,ſed hic aliter ſumit nomen præſcientię quam ibi.

conſecutus.) Omnes quoque, qui in Chriſto renaſcuntur, & qui eius ſanguine a diabolo redimuntur, prius ex Adam peccatores naſcũtur, & diabolicæ ſeruituti obnoxij, Sicut ergo iſti quamuis ſint futuri filij Dei, tamen prius ſunt filij diaboli ſic hi, de quibus [a] *ſermo habetur, quãuis recedẽdo a iuſtitia ſint futuri filii perditionis æternæ; cũ tamen pie, & fideliter viuunt, vere filii Dei, & iuſti, & æterna beatitudine digni. Unde auctoritas non ait, cum viderentur pie, & fideliter viuere, ſed* [*cum pie, & fideliter viuerent* .] *Nec veraciter* [b] *a bono in malum commutarentur, qui nunquam veraciter boni fuerũt. Dominus quoque non ait per Ezechielem, ſi auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua , quam uidebatur habere, ſed* [*ſua,*] *ſcicet, quam veraciter habet. Quod autem in eadem auctoritate ſequitur* [*Non erunt in numero filiorũ, quando erant in profeſſione filiorum,*] *ita intelligẽdũ eſt Filii Dei duobus* β *modis* [c] *appellantur. Dicuntur filii Dei, participatione hereditatis æternæ, ſicut Ioannes ait in Euangelio:* [*Quotquot crediderunt in eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri*] *Et Apoſtolus in epiſtola ad Romanos.* [*Expectatio* [d] *creaturæ reuelationẽ filiorum Dei* [e] *expectat,*] *& infra.* [*Ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis* [f] *in libertatem* [g] *gloriæ filiorum Dei.*] *& infra,* [*ipſi intra nos* [h] *gemimus , adoptionem* [i] *filiorum Dei expectantes.*] *Hinc etiam Auguſt. eadem uerba Apoſtoli exponens ait.* [*Modo* κ *tantum creatura* [k]*, cum nondum filiorum forma perfecta*] *Hoc* [l] *ergo modo non ſunt filii Dei, niſi participes æternæ in beatitudinis. In præſenti ẽt dicuntur filii tribus modis, vel prædeſtinatione tantum (ſicut is, de quibus Ioannes ait,* [*vt filios Dei, qui diſperſi erant, &c.*]) *vel prædeſtinatione, & ſpe æternæ beatitudinis, (ſicut illi quibus Dominus ait,* [*filioli adhuc modicum vobiſcum* [n] *ſum,*]) *vel meritoſidei, & præſentia iuſtitiæ, non autem prædeſtinatione claritatis æternæ, ſicut hi, de quibus Dominus ait,* [*ſi derelinquerint filii eius legem meam, & in iudiciis meis non ambulauerint, &c.*] *Hi ergo* [o]*, de quibus in præſenti agitur, filii ſunt merito fidei, & præſentis iuſtitiæ, non ſunt autem filii adoptionis æternæ. Qui ergo peccata dimiſſa fatentur redire, ſecundum iuſtitiam & non ſecundum præſcientiam ea dimitti, neceſſe eſt vt confiteantur, ſicut ſalmandis peccata ſecundum iuſtitiam ad æternam damnationem imputãtur, non ſecundum præſcientiam* [p] *, quia & illi a bono in malum deficientibus ſingula replicabũtur ad ſupplicium, & his uſque in finem in bono perſeuerantibus, nulla imputabuntur ad pœnam* [*æternam*].

QVIA

ſup.ex. ſi ex bono.

Exod.18.

ſup.ſi ex bono.

Ioan. 1.

Rom.8.

Ioan.11.

Ioan.15.

Pſ.88.

¶ *In uetuſtis codicibus caput hoc eſt coniunctum ſuperiori. Sunt enim Gratiani verba, qui more ſuo loca aliquot citat.*

† Abeſt a pleriſque manuſc.

a ¶ ſpecie.) *Sic eſt emendatum ex codice permuſto. Nam antea legebatur, ſpe, quæ vox valde ſententiam turbabat.*

Digitized by Google

QVIA AVTEM. CASVS. Hæc eſt 5. para. diſt. in qua probat magiſter, ꝙ peccata non redeunt: quod verum eſt ſecundum Ioan. de Fan.

a ¶ Qui autem.] Ab hinc vſque ad §. verum. probat ſententiam aliam, ſcilicet, peccata dimiſſa non redire: & hoc

§ ¶ Duobus modis appellantur. (*In vulgatis ſequebatur.*) vno modo appellantur in futuro, altero in præſenti, qui triplex eſt:) *quæ abſunt ab omnibus manuſcriptis, & antiquioribus etiã editionibus.*

γ ¶ Modo tantum creatura.) *In libro octuaginta trium quæſtionum quæſt. 67. poſt alia habentur hæc.* Et ipſa itaque creatura, i. & ipſa, quæ nondum vocatur filiorum forma perfecta: ſed tantum vocatur creatura; liberabitur, &c. *quæ referuntur à Beda in epiſtola ad Romanos, c. 8. Sed apud gloſſam ibidem habentur eadem verba, quæ apud Gratianum.*

5 *Qui autem* [a] *dicunt, quòd peccata dimiſſa non redeũt; auctoritate Gregorii, & Proſperi ſententiam ſuam confirmare conantur.*

Ait enim Gregorius in Moralibus lib. 15 c. 22.

C. XIII.

QVid eſt, quod dicitur: [Qui reddis iniquitatem [b] patrum filius [c], ac nepotibus?] Peccatum [d] originale à patribus trahimus, & niſi per gratiam baptiſmi ſaluamur; etiam parentum culpam portamus, quia vnum adhuc cũ illis ſumus. Reddit iniquitatem patrum filijs †; dum pro culpa parentis ex originali peccato anima pollutur prolis. Et rurſum non reddit iniquitatem filijs †; quia cum ab originali culpa per baptiſmum liberamur; non iam parentum culpas, ſed quas ipſi committimus, habemus. [e]

† *in filijs.*

† *in filijs.*

¶ *Verba ipſa huius capitis ſunt in gloſſa ordinaria ad c. 34. Exodi, ex* Gregorio *in loco inducto: ex qua gloſſa ſunt hic nonnulla emendata.*

Item in reſponſionibus Proſperi ad ſecundam obiectionem Gallorum.

C. XIIII.

QVi recedit à Chriſto, & alienus à gratia finit hanc vitam; quid, niſi in perditionem cadit; ſed non in id, quod [f] remiſſum eſt recidit [g]; nec in originali [h] peccato damnabitur: qui tamen [i] propter poſtrema crimina [a] ea morte [k] efficietur, quæ [l] ei propter illa, quæ dimiſſa ſunt, debebatur.

a Propter poſtrema crimina.] *Addita ſunt hæc ex originali quibus ſententia valde illuſtratur.*

Finis huius auctoritatis principio [m] *contraire videtur. Neque enim aliud eſt, dimiſſa peccata redire, vel in origi*

a ¶ Peccatum.] ſolũ.

e ¶ Habemus.] Vnde patet ꝙ originale peccatũ amittitur non redit, & ita peccata dimiſſa non redeunt.

Peccatũ originale dimiſſum non redit.

f ¶ Sed non in id quod.] 5. 23 q 4. ſi illic, ſu. 50. diſt. c. miſtor ſup. dic. 2. Ares autem Hug.

g ¶ Recidit.] Hic expoſſe dicit ille, ꝙ peccata non redeãt, ſed ſi contrarium tenere volueris, expone ſic, non recidit omnino vel eadẽ quantitate, in qua prius eſt.

h ¶ Nec in originali.] Cõtradicit ſibi, ſi ſic exponatur.

i ¶ Qui tamen.] ſu. c. prox. qui recedit.

k ¶ Ea morte.] i. ſimili pœna æterna.

l ¶ Quæ.] i. qualis mors æterna, ſi hic exponatur, non cõtradicit ſibi.

FINIS HVIVS. CASVS. hic dicit G. ꝙ finis proxi. ca. vbi dr. [ea morte,] contradicit principio, vbi dr. [ſed non illud,] ſed hæc dictio, ea, facit, ſimplicẽ relationem. Qui autẽ dicũt ꝙ peccata nõ redeũt, ſic intelligũt auctoritates contrarias, q̃ dicũt peccata redire quod dr in eis fieri, qui poſt remiſſionẽ abutũtur gratia Dei, & hanc ſententiam dicit Gratia. fauorabiliorem eſſe, ſ. quæ dicit peccata redire: qđ adhuc probat per ſequẽtia, ꝙ quæ probat à cõtrario ſenſu, ꝙ peccata redeunt: quia bona præterita ꝙ peccatum moliuntur, ſequentia capitu plana ſunt, ſcilicet, fraucterit, hoc

i Et illud verum eſt, ſm opi. illorũ q̃ dicũt peccata dimiſſa redire nõ quoad eſſentiã, ſed quo ad reatũ & pœnam, Fet.

hoc duabus auctoritatibus.

QVid eſt.] CVSVS primo quærit Gra. quare per Moyſen dicitur. [Quj reddis iniquitatẽ.] &c Secũdo exponit illam auctoritatẽ, quã dicit intelligi de originali peccato, pro quo originali peccato patris filius polluitur ante baptiſmum, ſed poſt baptiſmum polluitur tm̃ pro nobis, de pertuſo. ſi refugientes, in illorum cap. per te formabis. [De pertuſo.] verba ſunt Aggæi prophetæ: quæ Grego. expoſuit ſuper Ezechielem.

m ¶ Principio.] Magiſter vocat principium vbi dixit, ſed non in id, &c. finem vero vbi dixit, qui tñ ea. & ſup. cap. proxi.

ginali peccato damnari, quàm pœnam [a] peccato debitam poſt eiuſdem remiſſionem excipere. Auctoritates vero ſibi contrarias aſſertores [b] huius ſententiæ ita determinant [c]. peccata dimiſſa redire dicuntur; quia quiſquis poſt acceptã remiſſionem peccatorum ad vomitum redierit; tanto grauius punietur: quanto magis benignitate Dei abuſus, ſingulorum remiſſionis accepta ingratus extitit. [d]

6 Verum illa ſententia ſanorabilior videtur, quia pluribus roboratur auctoritatibus, & euidentiori ratione firmatur. Vt enim Dominus [e] ait per Ezechielem, c. 18.

C. XV.

SI auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua & fecerit iniquitatem ſecundũ omnes abominationes, quas operari ſolet impius, nunquid viuet? omnes iuſtitiæ eius, quas fecerat, nõ recordabuntur [f]: in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria iuſtitiæ eius, quas fecit. Sent. 4. diſt. 15.

Item Gregorius in explanatione eiuſdem loci.

C. XVI.

HOc nobis maxime conſiderandum eſt, quia cum mala committimus, ſine cauſa ad memoriam bona noſtra tranſacta reuocamus [g]; quoniam in perpetratione malorũ nulla debet eſſe fiducia bonorum [h] præteritorum. Hom. 11. ad cap. 1. Ezechielis. Sent. 4. diſt. 15.

Idem in homilia quarta ad primum Ezechielis.

C. XVII.

DE pertuſo [i] quippe ſacculo aliunde exit, quod aliunde immittitur †, quia indiſcretæ mentes mercedem, quæ ex bono opere acquiritur, non aſpiciunt, quomodo ex malo opere perdatur. † *al. mittuntur.*

Idem Petrus in epiſtola ſecunda, c. 2,

C. XVIII.

SI refugientes coinquinationes mũdi in cognitione Domini noſtri, & ſaluatoris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus [k]. Melius [l] enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionẽ retrorſum conuerti ab eo, quod illis traditum eſt ſancto mandato.

Paulus quoque ſcribens ad Hebræos ait, c. 6:

C. XIX.

INtermittentes [m] inchoationis [n] Chriſti ſermonem, ad

---

prox. qui recidit, ſed illud, ea, facit ſimplicem & nominalem relationem, non numeralem, ſicut ibi, mulier quę damnauit. ſaluauit.

a ¶ Quam pœnam.] Verum dicet ſi pro eodem peccato pœnam excipere. Lau.

b ¶ Aſſertores.] id-eſt, illi qui dicunt ꝙ peccata dimiſſa non redeunt. L.

c ¶ Determinãt.] Gratianus aliter intelligit in ſequenti. 6.

d ¶ Extitit.] Vel potius quia ita damnabit quis pro ſequenti peccato, ſicut damnaretur ſi prima peccata non eſſent dimiſſa. ſ. æternaliter, ſed non tantũ punietur. Hug.

VERVM ILLA. Hæc eſt ſexta pars diſt. in qua probat ꝙ 6 auctoritates, ꝙ peccata redeunt: & hoc probat ſuperficialiter: nam auctoritates bene intellectæ non faciunt pro eo. Ioan. de Fant.

e ¶ Vt enim Dominus.] Ab hoc loco vſque in fi. nitit Grat. confiare arg huiuſmodi, ꝙ bona priora per mala ſequentia mortificata reuiuiſcunt, ſi poſtea bona fiant, ergo à ſimili cum mala per pœnitentiã mortificentur: ſi iterum quis in malum recideret. reuiuiſcunt: & ita peccata redeunt, ſed hęc argumentatio (vt prædixi in principio huius diſtin.) non procedit, quia aliud eſt in via, aliud in inuio, idcſt, aliud eſt in bono, aliud in malo: quia bona communicantur, non mala, argum. de conſe. diſt. 4. quæris, arg. ff. de fer. expo. ſeruus, & probat primum vſq; ad illum locum, hæc ſicut, ſecundum autem probat vſq; ad illum locum, porro, exinde probat, ꝙ eadem ratio eſt in bonis & in malis quoad hoc. tandem concludit in §. ſed his. ver. ſicut ergo bona L.

Aliud eſt in via, aliud in inuio.

Bona mortificata, ꝙ pœnitẽtiam reuiuiſcunt.

f ¶ Non recordabuntur.] Ergo idem eſt ac ſi nunquam habuiſſet aliquod bonum ꝙ quod peccatum ſibi fuit dimiſſum. Et ita idem eſt ac ſi nunquam ei peccata fuiſſent dimiſſa, & ſic omnia peccata taliter dimiſſa redeunt, & dicuntur redire per ſequens peccatũ, ſicut priora bona mortificata per peccata, dicuntur per penitentiam reuiuiſcere. L. & ita argumentantur G, ex his auctoritatibus à ſimili per contrarium,

g ¶ Reuocamus.] In defenſionem à pœna quoad vitam æternam.

h ¶ Bonorum.] Quin pro malis puniatur: mitius tñ punietur. Vel quoad vitam æternã cõſequendã nõ dẽt haberi fiducia. De hoc ẽ. diſt. 5. c. quæras. §. item illud, licet quo

i DE pertuſo.] Hoc continetur in Aggæo Propheta in 1. c. Lau.

k SI refugientes.] ¶ Prioribus.] Ecce verbum pro quo inducitur capitulum.

l ¶ Melius.] ideſt, minus malum. Lau.

m INtermittentes.] i. dimittentes: quaſi nõ hoc tm cõtẽti, ſed cum hoc habito ad vlteriora procedentes.

n ¶ Inchoationis.] ideſt, in quo Chriſtus inchoat eſſe

a nobis per fidem f. qui sermo est de initio fidei quo rudes catechizantur. vt est symbolum, & dominica oratio. 30. q. 1. placuit. H.

a ¶ Feramur.] Secundum intelligentiam scripturæ, & bonam operationem.

b ¶ Iacentes c. pium est.

e ¶ Hieronymus.] Non est, sup. dist. 2, §. hæc itaque &c. non est H.

f ¶ Recepturos.] Ergo à simili intelligatur per contrarium idem esse in malis, q̃ secũdum horum sententiam reuiuiscent.

perfectionem feramur[a], non rursus iacientes[b] fundamentum pœnitentię aboperibus mortuis.

Dicens | opera mortua, priora bona significat Apostolus, qua per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc, sicut peccando fiunt irrita, ita per pœnitentiã reuiuiscunt, & ad meritum[c] eterna beatitudinis singula prodesse incipiunt, etiã illa, q̃ peccatis inueniũtur admixta. Vnde Augustinus[d], (Piũ est credere, &c. & Hieronymus[e] (Non est iniustus Deus, &c.) Apostolus etiam scribens ad Hebræos, cum fidem, & dilectionem, & bona opera eorum breuiter commorasset, horum omnium mercedem, quam amiserant peccando, post pœnitentiam à Domino eos recepturos[f] ostẽdit. Porro[g], qui per prophetam dixit: si auerterit se impius a iniustitia sua.) ipse per eundem prophetam[h] promisit† dicens: (Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est & custodierit vniuersa præcepta mea & fecerit iudicium, & iustitiam, vita viuet, & non morietur: omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iniustitia sua, quam operatus est, viuet.) Filijs[i] quoque Israel per Assyrios captiuandis, veteris idololatriæ peccatum Dominus per Oseæ improperat: & peccatum quod Moysi supplicãte patribus fuerat dimissum, hoc in filijs reuixisse ostendit, dicens.

su dist. 3. de pœn. c. pium.
sup. dist. 3. si quando.
sup. distin. 3. non est tam.

Exech. 33.
† al. promisit

e Exod. 32.

Porro q̃ q̃s copulatiue tenetur.

PORRO QVI. CASVS. Allegat hũc Grat. pro illa parte, scilicet quod peccata dimissa redeũt: & hoc p̃bat auctoritate Ezechielis p̃phetæ, quæ satis plana est, per quem Dominus loquebatur, & hoc probat à contrario sensu.

g Porro.] Hic, porro, copulatiue tenetur, non aduersatiue, & inducitur sequens c. ad probandũ, quod bona mortificata reuiuiscunt. G allegat p̃ alia sententia, scilicet quod peccata nõ redeant: vel si pro alia sentẽtia ĩtelligatur, sic accipiatur littera, quasi nõ solum per auctoritatem illam, si auerterit, &c peccata redeãt: sed & per auctoritatem aliam.

h Eũdẽ prophetã] Id est, eiusdem prophetæ, qui prædixerat. & Ezechielem, vt sup. §. fi.

C. XX.

Oseæ 7.

VAe eis, quoniam recesserunt[k] à me: vastabuntur,[l] quia præuaricati[m] sunt in me. Et ego redemi[n] eos, & ipsi locuti sunt contra me mendacia[o]: & non clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant[p] in cubilibus suis: super triticum, & vinum ruminabant[q], & recesserunt[r] à me, & ego erudiui[s] eos, & contra me cogitauerunt malum. Et reuersi sunt, non vt superiores: factus est quasi arcus dolosus. Corruent gladio principes eorum, propter indignationem linguæ suæ. Ipsa illusio eorum in terra Ægypti. Et posuerunt os suum in cælum, & linguam eorum transiuit super terram. Et propterea conuertetur populus meus hic, & dies plenos inuenient in eis. Et ipsi dixerunt: Quis nouit si voluerit Deus, & parcet nobis? Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti: cibabo te adhuc sicut in diebus festis. Sicut in die solemni, & in tempore conuentus. Non ascendam ad Ægyptum, sed Assur ipse rex eius. Quia noluerunt reuerti ad me, & impleta est ciuitas in bellatoribus eius, & consumpsit lignum eius. Et dissipauit gladius consilia eius, & deuorauit maxillas eius. Et populus meus pendebit ad reuersionem meam. Et iugum imponetur super eum simul. Quomodo dabo te Ephraim? protegam te Israel? quomodo dabo te sicut Adama? ponam te sicut Seboim? conuersum est super me cor meum, pariter conturbata est pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ, non reuertar vt disperdam Ephraim: quia Deus ego, & non homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Post Dominum ambulabunt, quasi leo rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Quasi auis festinabunt de Ægypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & habitare faciam eos super domos suas, dicit Dominus. Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Israel: Iudas autem adhuc testificatur cum Deo, & cum sanctis fidelis.

k Vae eis, quoniam recesserunt.] Per idololatriam vel peccatum immane, 45 dist. disciplina.

l Vastabuntur.] Ab hostibus & miseri erunt.

ADDITIO. Id est, in captiuitatem ducentur. Pe.

m Præuaricati.] Adorando vitulum, & transgrediendo meum præceptum de quo dixi: Non faciatis vobis Deos alienos.

n Redemi eos.] Ab Aegyptiaca seruitute.

o Mendacia.] Dicentes, Hi sunt dij tui Israel.

p Vlulabant.] Luxuria vacantes.

q Ruminabant.] Id est, non sicut homines comedebant: sed quasi iumenta.

q Ruminabant.] id est, abundantiam rerum, quam habebant, sæpius ad voluntarem quasi ad fauces reuocabant, vt inde delectabilius paterentur, nihil nisi cibos, & luxurias quærentes.

r Recesserunt.] Dando se diabolo.

s Erudiui.] Per Moysen, & alios fideles.

b Iacientes fundamentum.] Nos inquam dico iacientes fundamentum pœnitentiæ. Quod prius dixit sermonem inchoationis, hic appellat fundamentum: quia ad religionẽ Christianã venientibus prius p̃ponitur, & sup hoc q̃d perfectionis est, ædificatur: dicit ergo, nos dico iacientes fundamentum pœnitentiæ, id est, pœnitentiã quasi lapidem in fundamento, quod est pœna de peccatis, vel de hoc quod quis priora bona mortificauit per peccatum, iacientes, dico, id est, non sicut olim, si non ita negligenter sicut olim, vt fient prius occidimus, sic iterum cadamus; Vel non rursus, id est, non amplius nisi modo iaciamus, vt amplius iacere non sit opus.

DICENS OPERA. CASVS. Iste §. respicit finem præcedentis cap. & dicit Gra quod per opera mortua, priora bona significantur, quæ sicut per peccatum moriuntur, ita per pœnitentiam reuiuiscunt. Vnde Gratianus intendit probare à simili per contrarium: ergo mala per peccatum redeunt. Et ad hoc inducit auctoritates sequentes.

c Ad meritum.] Licet magister ad hoc istud allegat, nõ tamen per contrarium intelligendum, vt idem sit in malis, magister tamen ad hoc sup tres posuit opiniones.

d Vnde Aug.] Pium est, sa. di. 3. c. quærat, contra illud au

vnde dicit p̃pheta: Væ eis, q̃ recesserũt à me per peccatum: quoniam damnabuntur: quia in me præuaricati sunt, &c & sunt verba Oseæ prophetæ redarguentis filios Israel. Et c. væ, eis, patet.

i Filiis.] Per quos omnem populum mystice intelligas colentem idola.

k Vae eis, quoniam recesserunt.] Per idololatriam vel peccatum immane, 45 dist. disciplina.

l Vastabuntur.] Ab hostibus & miseri erunt.

ADDITIO. Id est, in captiuitatem ducentur. Pe.

m Præuaricati.] Adorando vitulum, & transgrediendo meum præceptum de quo dixi: Non faciatis vobis Deos alienos.

n Redemi eos.] Ab Aegyptiaca seruitute.

o Mendacia.] Dicentes, Hi sunt dij tui Israel.

p Vlulabant.] Luxuria vacantes.

q Ruminabant.] Id est, non sicut homines comedebant: sed quasi iumenta.

q Ruminabant.] id est, abundantiam rerum, quam habebant, sæpius ad voluntarem quasi ad fauces reuocabant, vt inde delectabilius paterentur, nihil nisi cibos, & luxurias quærentes.

r Recesserunt.] Dando se diabolo.

s Erudiui.] Per Moysen, & alios fideles.

Digitized by Google

a ¶ Et confortaui.] Id est, dedi eis fortitudinem bellandi in tempore Iosue.
b In me cogitauerunt.] Qui tanta eis feci.
c ¶ Malitiam.] Cum non possent nocere cogitatione sola, potentiam meam ad idola transtulerunt. H.
d ¶ Reuersi.] ad id quod fuerunt antequam ipsos reuocarem, per Abrahã & Moysen vt absque iugo legis & notitia Dei ferrentur in præceps. H.
e ¶ Dolosus.] Deus incenderat eos contra aduersarios, ipsi vero cõtra Deum nitãtur, & sagittas blasphemiæ contra Deũ iaciunt.
f ¶ Cadẽt] Principes.
g ¶ In gladio. Materiali, vel spuali. H.
h ¶ Eorum] Qui vitulos aurũ tunc vocare Deos.

fortaui[a] brachia eorum, & in me cogitauerunt[b] malitiã[c]: reuersi[d] sunt, vt essent absque iugo, facti sunt, quasi arcus dolosus[e]: cadent[f] in gladio [g] principes eorum [h] à furore linguæ suæ.

7 Antiqua peccata parentum[i] filiis improperat sermo diuinus: & propterea principes eorũ in gladio casuros præ dicit. Sed per eundem prophetam contra Dominum se facere ostendit dicens. Ibidem.

C. XXI.

NE forte dicant in cordibus suis omnem malitiam eorum me recordatum; nunc circundederunt eos adinuentiones suæ; coram facie mea factæ sunt.

Item Hieronymus[k] ad c. 7. Oseæ.

C. XXII.

CVm ita[l] puniantur; ne cogitent, quod pro veteribus peccatis patrum puniam eos: quia nunc, id est, in præsenti, pro malitiis suis, quas inuenerunt, circumdati sunt pœna: & mala eorum, sicut putant, non possunt me latere; sed potius ipsæ adinuentiones apertæ sunt coram facie mea, quæ omnia clare videt.

¶ *Sententia huius capituli est quidem in commentarijs* B. *Hieronymi in c. 7. Oseæ: sed propria verba sunt in glossa interlineari ibidem ad ea verba*, Ne forte dicant in cordibus.

Idem[m] *ibidem.*

i ¶ Antiqua peccata parentum.] S. quod nõ puniat filios pro peccatis parentum, sed potius p suis, & hoc incidẽter interserit G. & interserit quædam contra opinionẽ, quam illatum est.
k Hieronymus] Super prædictam litteram Oseæ, s. ne forte &c. L.
l ¶ Cum ita.] CASVS. Verba sunt Hieronymi exponentis prædicta verba Oseę, ne forte &c. Dicit. n. q Deus non punit homines pro peccatis patrũ, sed pro suis iniquitatib⁹, quas quotidie faciunt Sequẽtia duo c. patẽt.
m ¶ Idem.] Super eundem locum. Lan.

C. XXIII.

HAereticis non possunt vetera peccata contra Deum causari: cum antiquis operibus addant nouam impietatem, & suis ligẽtur peccatis: & cum Deum celare se putant, oculos eius vitare non possunt: quia vultus Domini super facientes mala. Ps. 33.

¶ *Et hoc etiam capitulum est in glossa ordinaria in eundem locum ex B. Hieronymo.* sup. 29, q. 4. § illic.

Item Gelasius Papa.

C. XXIIII.

DIuina clemẽtia dimissa peccata in vltionem vlterius redire[n] non patitur.

Sed his auctoritatibus[o] docemur filii ab originali peccato expiati, non ideo puniendi, quia patres peccauerunt: sed ideo peccata patrum in eos redire; quia eorum[p] culpam sequuntur. Sic & bona, quæ peccato morimur, non proficient ad præmium, quia facta sunt,

n Diuina] Redire.] Supra, 1. q. 4. iam itaque, supra 23. q. 4. si illic.
SED HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Induxit G. sue proxi quasdam auctoritates, quæ videntur dicere, q peccata dimissa non redeunt: sed quia sunt contra suam sententiam: ideo nunc eas soluit, & dicit quod intelliguntur de originali peccato; de quo peccato non puniuntur, quia patres peccauerũt: sed ideo puniuntur, quia mala eorum sequuntur eos. In fine concludit, quod sicut bona per pœnitentiam reuiuiscunt ad præmium: sed mala reuiuiscunt ad supplicium. Et ad hoc inducit auctoritatem prophetæ,
ta Quidam faciunt ibi cap. putruerunt, sed H. non facit c. ab illo §. [sed his.] vsque ad dist. 1.
o ¶ Sed his auctoritat ib. &c.] Supra proxime relatis ab illo, §. antiqua, & illis superioribus capitulis, quod est, qui recedit, quæ videntur dicere, quod peccata dimissa, non redeant. L.
p ¶ Quia eorum.] Et sic non offendunt, quod peccata non redeant, L.

a ¶ Si

Digitized by Google

a ¶ Si Iudas.] Supra in prin. huius dist.
b ¶ Qui est.] Supra ea. dist. c. hanc. §. qui autem. H.
c ¶ Traxerunt.] In ipsa origine carnis.
d ¶ Amaritudinem.] Id est, causam amari peccati, vel causam amaram peccati.
e ¶ Si-

sed quia per pñiam reuiuiscunt. Tale est & illud Augustini in libro psalmorum: (Si iudas [a] *teneret adoptionẽ, &c.) Sic & illud Gregorij in Moralibus intelligitur: (Quid est,* [b] *quod dicitur: reddis iniquitatẽ patrum in filios, &c.) Illis namq; parentum iniquitas redditur: qui propterea puniũtur, quia in radice traxerunt* [c] *amaritudinem* [d] *peccati, illis autem non redditur, in quibus merito sua iniquitatis non reuiuiscunt peccata parentis. Sicut* [e] *ergo bona, quæ peccato moriuntur, per pœnitentiam reuiuiscunt ad præmium: sic & mala, quæ per pœnitentiã delentur, reuiuiscunt ad supplicium. Vnde propheta ex persona pœnitentis deplorat dicens: (Putruerunt & corrupta sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.) id est plagæ per baptismum sanatæ. Hinc etiam idem propheta, quamuis sine, & sacramento circumcisionis ob originali peccato se mundum cognosceret: tamen adulterio, & homicidio, quod commiserat, illud reuixisse intelligens, non sine causa inter cætera ipsum confitetur, & & dicit:) Ecce enim in iniquitatibus conceptus* [f] *sum, &c.*

sup. ea. si Iudas. sup. ea. quid.

Psal. 37.

Psal. 50.

DISTIN. V. 1
De vera, & falsa pœnitentia, c. 41. & 15. inter opera August. Sent. 4. dist. 16.

IN pœnitentia [g] *autem, quæ peccatorem considerare oportet, Augustinus in libro de pœnitentia docet, dicens.*

C. I.

COnsideret qualitatem criminis in loco, [h] in tempore, in perseuerãtia, in varietate [i] personæ, & quali [k] hoc fecerit tẽtatione, [l] & in ipsi* vitij multiplici executio

dicente Domino ad Adam, Adam vbi es? Ideo enim quæsiuit vt ipso confitente peccatum, daretur forma aliis in posterum confitendi, sed quia in illa interrogatione Dominus minus expresse videbatur ad confitendũ monuisse, ideo post exquisiuit à Cain fratricidia expressius, vbi est Abel frater tuus? Alij dñt q̃ sub lege fuit primo instituta, qñ Iosue p̃cepit Achor etiã suũ confiteri, & lapidatus est, 45. dist. sed illud. Alij dñt q̃ in nouo testõ à Iacobo dicẽte, Cõfitemini alterutrũ peccata vestra, &c. Sed melius dr eã instituta fuisse à quadã vniuersali ecclesiæ tradõe poti⁹ q̃ ex noui vel veteris testi auctoritate. Et traditio ecclesiæ obligatoria est vt p̃ceptũ, 21. 11. dist. in his reb. ergo necessaria est cõfessio in mortalib. apud nos, apud Græcos nõ, q̃a nõ emanauit apud illos traditio talis: sicut nec, confitiunt, in azimis sed in fermẽtatis su. ea. dist. 1. c. fi. Illud ergo Iacobi, Confitemini alterutrũ peccata vestra, fuit consilij primo, alioq̃n ligaret & Græcos, si obstãte eorũ consuetudine. Est aũt facienda talliter q̃ nõ solũ d̃ peccato, sed d̃ oĩb. circũstãtijs j. e. c. 1. Et est facienda sacerdoti si

* *Immo cõstitutio est instituta à Domino. & est omnib. post baptismũ lapsis in mortale peccatum tã Græcis quã Latinis, inredimibile necessaria. Cõc. Trident. sess. 14. c. 3.*

Cõfessio quã facienda sit.

e ¶ Sicut.] Ecce qualiter induxit superiores auctoritates à simili L.

Peccatũ originale non tenetur confiteri.

f ¶ Conceptus.] Arg. quòd originale peccatũ tenemur confiteri, q̃ non est verum: quia tantum commissa tenemur confiteri: at illud non est commissum, sed contractum. credo tamen contritionem exigi: quæ enim notabil ter fiunt. &c. vt ff. de inio. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Lau.

IN pœnitentia autem.] Hęc distin. diuiditur in 4. partes. In quarum prima ponit modos pœnitentiæ. Secunda ibi, [Qualitas.] Tertia ibi, [Falsas.] Quarta ibi, [Fratres.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur quinta distinct. in qua norantur ea quæ pœnitentes debent considerare. & ponuntur in principio sequentis cap. & hoc etiam versũ notantur in principio cap.

Quis, quid, vbi, quib. auxilij, cur, quomodo, quando. Horum exempla colligũtur in principio cap. Debet ista considerare peccator, vt p̃us doleat: sacerdos debet consideare, vt plus vel minus puniat.

i Vt Amb. hoc facit g ¶ In pœnitentia.] In hac dist. & alijs duabus sequen q̃ no. su. ea. tibus agitur tam de illa parte pœnitentiæ, quæ dicitur di. j. in prin. oris confessio, & operis satisfactio, quàm de alijs: Se in gl. qa men idẽo videndum est, quando oris confessio facerit institationem in tẽta. vtrum necessaria sit, vel tantum voluntaria: qualiter fit facienda, & cui, & quando. Dicunt quidam r pen. Acch. instituta fuisse in paradiso statim, post peccatum

adest, vel proximo in necessitate, sup. dist. 1. quem pœnitet. Est autem facienda cum quis peccat statim: quia nec per momentum, &c. vt 3. dist. 3. ille rex. & hoc si est manifestum: si autem est occultum, & conteritur, non credo eum peccare si differt oris confessionem vsque ad tẽpus pœnitentiæ deputatum per c. omnis, extra de pœn. & re. Sed qui differt cum habet copiam sacerdotis, nunquid in quolibet instanti peccat mortaliter? non: quia omnes moræ illi circa vnum & idem tempus sunt: sed augetur illud ex diuturnitate, ff. de fur. eum qui. extra. de simo. non satis. & peccaret quidem mortaliter Lau.

COnsideret.] CASVS. Hoc. c. Aug. licet sit prolixum, tñ facile est, & casus eius breuiter poni consueuit: A principio igitur vsq; ibi, [cautus sit.] Notantur ea quę pœnitens debet considerare, vt illa confiteatur, & de illis doleat. Abinde vsque ibi, [Cautus.] Dicitur quod confitens non debet peccata diuidere, vt vni sacerdoti partem confiteatur, & alij aliam partem: deinde dicitur q̃ vere pœnitens abstinere debet à communione corporis Christi, & à vanitatibus sæculi, & diligere vere pœnitentes. Sic posuit breuiter Ben. hunc casum, & H. similiter paucis verbis posuit.

h ¶ In loco.] Supra dist. 1. aut facta.
i ¶ Varietate.] Agentis, & eius cum qua agitur. 1. di. 1. aut facta, quędam enim res in clericis reprehensioni subiacet, quæ non in laicis, vt 31. dist. c. 1. puta nubere.
k ¶ Et quali.] Extra de homi. sicut dignum.
l ¶ Tentatione.] An ab ea præueniendo,

Digitized by Google

do, vt infra sequitur.

a ¶ Oportet.] Ideo huiusmodi circumstantias tenetur cõfiteri: 1 quia præsumuntur augere peccatũ, vel minuere, si th eas subtiecit p obliuionem, non dico eum teneri vt iterum ei confiteatur circumstantias: nisi tales circũstãtiæ essent, p al terius generis peccatũ facerent, vt locus facer facit sacrilegium, vt sup. d. 5. aut facta. Lau.

1 No. p q̃di circũstantiæ ad pẽtẽt ipsi peccato proprie, q̃dã p sonæ ipsius peccantis, q̃dã nec pctõ nec personæ ipsius peccãtis, vt latius patet in Archi.

b ¶ Status.] Sup. 11. q. 3. c. excellentissimus. &c. præcipue, ff. de re. mi. l. 2. e. tra d cle. ve. c. cp̃m, cõt. ff ad le. cor. de fic. l. pe. cõtra. sed dic in eõ est maior pœna, suspẽdi trib. mẽlib. à communione, quã ab officio deponi. 1. q. 1. quisquis.

c ¶ Meretricis.] An f. fuit pulchra, vel deformis: an soluta, vl obnoxia viro vel voto, ar. 27. d. c. vlt. L.

d ¶ Et ī modo.] Quo ea abusus est, vt in ordinarie. vel extraordinarie. nã. vterq; dãnabilis est 32. q. 4. meretrices. 35. q. 3. extraordinaria.

e ¶ Si in loco.] Supra 17. q. 4. q̃ quis, ff. de incen. qui ædes. Huf

f ¶ Dominorũ.] Arg. 1. 22. q. 5. de forma.

Addendum est q̃q; ab vxore.

g ¶ Constituto.] Quæ et à cõiugib. é abstinẽdũ. inf. c. q. 4. c. 1. & 2. & fere p totũ.

h ¶ Perseuerauerit.] Ni perseuerantia auget delictũ, 24. q. 1. schisma, ff. d furt. in faciãdo. §. infans, e cõtra mora & pseue rãtia excusat delictũ quandoque 25. q. 8. c. 1. ff. de pẽ. si diutino, ff. de ri. nup. le. qui in prouincia L.

i ¶ Perseuerãter.] Iteratio cũ aggrauat. 25. q. 2. ita nos.

k ¶ Et quanta virtus.] Id est, resistentia. H.

l ¶ Non peccantis.] Vt si minorem aliquem se nõ peccantem viderit.

m ¶ Defleat.] Quia abstinere non potuit à peccato, quemadmodum & minor se abstinuerit.

Pœna interior & exterior dolendum est.

n ¶ Dolendum.] CASVS. Instruit Aug. pœnitentem dolere tã i interiori q̃ in exteriori: pœna. n. interiori debet dolere de trib. s. de malis comm issis, & hoc ostẽdit vsq; illud, (Defleat, &c.) Item & de bonis omissis, s. virtutib. quæ ostenduntur omissæ. qñ qui deliquit in vno. &c. & hoc ab illo loco (Defleat,) Vsque ad illum. (Animadvertere.) A quo loco vsque ad illum.) In his omnib.) Ostendit q̃ dolere dẽt de malo exemplo q̃ dedit proximo peccando. Ab illo autem loco. (In his omnib. &c.) Vsque ad illum locum.) q̃ ergo.) Instruit pœnitentem in exteriori pœna, q̃ cõsistit in faciẽdo, vt sæculum relinquere, & similia. Ab illo loco. (quod ergo, &c.) Vsq; in finem instruit in interiori. quę consistit in abstinẽdo. L.

o ¶ Sed etiam quod se.] Sup. dist. 2. c. omnis, §. alij ẽcõtra. &c. sunt qui arbitrantur. L.

p ¶ Breuissimum est.] Sup. 23. q. 4. ipsa pietas.

q ¶ In vno.] Scilicet mortali peccato, factus est omnium reus, scilicet peccatorum.

Offendẽs in vno, factus est omnium reus.

r ¶ Omnium.] i. quo ad vitam æternam: ita. n. pro illo dãnabitur ac si esset cõb. inuolutus, licet nõ ibi puniat. vt ī. ea. dist. n. fratres. Vel qui offendit in vno. s. mortali peccato: factus est reus omnium virtutum. i. ex eo q̃ p vnum peccatum mortificat in se omnes virtutes, vel q̃ offẽdit in vno, i. charitate factus est omnium reus. idest ingratus omnium bonorum acceptorum. L.

s ¶ Ideo enim.] Quo modo peccasset, si tanta bona habuisset? Et est arg. quod perfectus in eodem genere delicti plus peccat, quàm imperfectus, hoc tamen attendendum est secundum contemptum, 32. q. 1. cum renunciatur, sup. dist. 2. c. vt cognouerunt, §. item secundum hanc, &c. si enim inquit, supra 1. q. 1. multæ autem, 24. q. 3. Deus.

t ¶ Reus est omnium.] Quo ad vitam æternam, ita. n. damnabitur pro isto ac si esset omnibus inuolutus, has duas expositiones innuit hic, & sup. ea. d. 2. multi. §, nõ autem bene. H.

u ¶ Detrimentum.] Id est, defectum, vt 32. q. 1. cum renuncia-

ne. Oportet [a] enim pẽnitere fornicãtem ſm excellentiã sui ſtatus [b] aut officij, & ſecundum modum meretricis. [c] & in modo †[d] operis ſui. & qualiter turpitudinem ſuam peregit, ſi in loco [e] ſacro, aut cui debuit excellentiam ſi dei (vt ſunt domus dominorum, [f] aliorum multorum) ſi in tempore orationi conſtituto, [g] aut in feſtiuitate ſanctorum, & in tempore ieiunij. Conſideret quantum perſeuerauerit: [h] & defleat quòd perſeueranter [i] peccauerit, & quanta [k] virtus [l] fuerit in pugnatione. Sunt enim qui non ſolum non vincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt: nec expectant tentationem, ſed præueniunt voluptatem, & pertractãt ſecum, quàm multiplici actione vitij delectabiliter peccent. Omnis iſta varietas confitẽda eſt, & deflenda: vt cum cognouerit, quòd peccatum eſt multum; cito inueniat Deum propitium. In cognoſcendo augmentum peccati, inueniat ſe, cuius ætatis fuerit, cuius ſapientię, & ordinis, & ſtatum omnem alterius nõ peccantis. [i] Immoretur in ſingulis iſtis, & ſentiat modũ criminis, purgans lacrymis omnem qualitatem vitij. Defleat [m] virtutem; qua interim caruit. Dolendum [n] eſt enim, & dolore purgandum, non ſolum, quia peccauit, ſed etiam, quòd ſe [o] virtute priuauit. Nam, licet ſperetſe conſecuturum veniam, dolere tamen poteſt, quia non promeruit vnde remunerari confidat. Anxietur, & doleat, quòd modo effugiens de præteritis pœnam, miſer non inde expectet gloriam; † cuius omne tempus, quoniam breuiſſimum eſt, [p] debuit decertaſſe ad conſequendum præmium. Defleat etiam, quoniam in vno [q] offendens, factus eſt omnium [r] per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutib. Deum omnino non timuit. In hoc enim quiſque peccator fit culpabilior, quod eſt Deo acceptior. Ideo enim [s] Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno, reus eſt omnium: [t] quia omnis virtus patitur detrimẽtum [u] ab vno vitio. Nam ſi quis cadit in

† *ſecũdum modum.*] vera lectio.

† *gratiam.*] orig.

nuneiatur. Vel hoc quo ad opera exteriora, non quo ad essentiam : quia si habet vnam, habet omnes. Lau.

a ¶ Quæ etiam si non.] Quantũ ad opera exteriora prioribus similia.

b ¶ Expellantur.] Reuera quo ad essentiam sui.

a ¶ Quæ

auaritiam; largitatem destruit, & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret. Si enim propter Deum tãta adhuc castitas inest, vt nolit eam perdere; tamen saltem minori gaudio minore affectu tuetur eam, vbi videt inde procedere damnum pecuniæ; sicque & in alijs: quæ etiam si non [a] expellantur [b], tamen per conceptionem vnius vitij vel satis, vel parum minuuntur, vel intentione deteriorantur. Vnde omnis virtus cuicumque crimini [c] est deflenda, & de omnibus indulgentia est petenda.

¶ Animaduertere etiam oportet, & animaduertendo dolere animam proximi, quam fornicator Deo eripuit, vel ereptam in malo confirmauit: etiam, quod exemplum [d] extitit mali in operatione sui criminis: cui magis profuisset, si alijs fuisset causa conuersionis. Gemat itaque aliorum vitam in sua corruptam; vel incorruptam non conseruatam [e], & commodum proximi, quod dedisset exemplo boni, Doleat de tristitia, quam peccando [f] bonis intulit; & de lætitia, quam eis non adhibuit. Et non solum cogitet, quid & qualiter fecerit, sed quàm iniuste Deum, vt diximus, peccando offenderit. Timeat illam veritatis sententiam: (Non potestis duobus dominis seruire.) Timeat ergo, ne omnia bona, quæ fecit dum in vno peccato perseuerauerit, ex contaminatione † mali perdiderit: vt qui seruiuit diabolo per crimen, Dei, quam obtulit, amiserit seruitutem. Pium [g] est tamen credere, vt recepta Dei gratia, quæ in eo destruit mala priora, etiam remuneret bona: vt cum destruxerit quod suum non inuenit, amet, & diligat bonum quod etiam in peccante plantauit.

¶ In his † omnibus dolens aut sæculum derelinquat, aut saltem illa, quæ sine admistione mali non sunt administrata, vt mercatura, & militia, & alia, quæ vtentibus sunt nociua, vt administrationes sæcularium potestatũ: nisi his vtatur ex obedientiæ [h] licentia. Ponat se omnino in potestate iudicis, in iudicio sacerdotis, nihil sibi reseruans sui [i]: vt omni eo iubente paratus sit facere pro reparanda animæ vita, quæcumque facere pro vitãda corporis morte. & hoc cum desiderio: quia vitam recuperat infinitam, vt Deus [k]. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quæ faceret pro differenda morte moriturus [l]. Semper deprecetur Deum, certus de venia, qui omnibus modis, & sine tædio, dubius rogaret potestatem terrenam. Abstineat à multis [m] licitis, qui per libertatem arbitrij commisit illicita. Semper offerat [n] Deo mẽtem, & cordis contritionem, & deinde quod potest de possessione, tunc quod offert, securus offerat. (Respexit enim Dominus ad Abel, & ad munera [o] eius.) Sed prius respexit ad Abel, quam ad munera. Sumens enim mentem, quam cognouit humilem, & puram, remunerauit

Matth. 6.

1. Cor. 13.

† al. communicatione) al. communione.

al. in omnibus.

c ¶ Crimini.] Id est crimanoso. alias habet cuiuscunque criminis. Et est sensus, omnis virtus id est, efficacia vel effectus cuiuscunque criminis, est deflendus, quasi dicat omne crimen cum suo effectu est deflendum: vnde sequitur, & de omnib. quasi fit expositio præcedentis. H.

Crimina sũt deflenda.

d ¶ Quod exemplũ.] sup. 45. dist. sed illud. Hug.

e ¶ Non cõseruatã.] id est, confirmatam in malo per suũ effectum.

f ¶ Peccando.] Id est, de peccato suo bonis tristitiã prouenisse de qua dolendũ est, vt cõtristanti profit ad vitam: vel nõ est absurdum si proprie ad tristitia doleat, qa & apostoli de passione Dñi doluerũt, & nos de pœnis martyrum cõtristamur, ff. de ince. rui. nau. quo naufragium. ff. de le. 1. etiã si Patris. ff. de bo. lib. in seruitutẽ. ff. ad Syl. si quis in graui. §. si cum. ff. de verbo. obl. l. ante. Lau.

Apostoli de passiõe Dñi doluerunt.

g ¶ Pium.] Supra eodem distin. 3. §. illud autem, &c. pium est. Hug.

h Ex obediẽtiæ.] fit. 23. q. 5. nulcs. Hug.

i ¶ Sui.] i. fuorũ peccatorum.

K Vt Deus.] Est vita eorum infinita, vel hẽt vitã infinitam.

Versus. Sanitatis est multa toleranda sunt.

l Morituru.] Vt corpus redimas, fertũ patieris & ignẽ
Arida nec sitiens ora lauabis aqua.
Vt valeas aĩo quid q̃ tolerare negabis?
At breuiũ pars hæc corpore maius hẽt. Ouidius. 4. dist. omnes, 28. dist. oẽs, 12. q. 1. præcipimus. L. m A multis, 11. q. 1. aliud. H.

n Offerat.] Ex quo mentem obtulit. H.

o Et ad munera.] 3. 3. q. 7. in graui. H.

a Non

Nescio vos ideſt, nõ approbo.

a Non cognouit.] Id eſt, non approbauit, vt in Euangelio. Neſcio vos, ideſt, non approbo. H.

Cõfeſſio nõ eſt diuidenda.

b Larga.] Alias largita.
c Apud ſe.] q nõ dẽt fieri diuiſio cãe, arg. ſup. de cõſec. diſt. 2. comperimus. C. de iud. nulli. inf. eod. fratres.
d Confeſſionẽ. No. confeſſionẽ peccatorũ nõ dẽt diuidi p plures ſacerdotes: nã q diuidit, veniã nõ cõſequitur. arg. ff. de ſeruu. prę. per fundum, & inf. ea. fratres.
e Corpus.] De conſ. diſt. 2. quotidie. H.
f Bona.] Ergo à contrario ſenſu ſi malã habuit cõſcientiã ſe parabit ſe à corpore Chri, ad hoc continuat quod ſequitur.
g Iudicium.] ſ. vltimum.
h Cogitet.] Quia ſicut pro delictis ſeparatur quis à corpore Chriſti, id eſt, Domini in hac vita niſi reſipiſcat. ita pro eiſdẽ in futuro iudicio ſeparabit in ignẽ æternum, cũ hœdi ſeparabuntur ab agnis, i. peccatores à iuſtis. 11. q. 3. nolite. H.

Separatio à corpore Xpi eſt quædam damnatio.

i Vbi.] In quo iudicio.
k Terribilius.] Quã ſit ſeparatio à corpore Chriſti, quæ eſt quaſi quædam damnatio, vt inf. de conſe. diſt. 2. quotidie.
K Terribilius.] Iudicium, ſcilicet damnatio.
l Digni.] ideſt, prædicti H.

Gen. 34. Dina filia Iacob fuit a Sichẽ oppreſſa.

NAM DIVINA hiſtoria. Legitur in Geneſi, quod cũ Iacob veniſſet in terrã Sichimitarum, Dina filia eius egreſſa eſt vt videret mulieres illius regionis: quã filius regis illius terræ adamauit & rapuit & oppreſſit.
m Dina.] Filia Iacob illud tangitur qã legitur in Gen. ca. 34. ſcilicet quod cum Iacob veniret in terrã Sichimitarum, Dina filia eius egreſſa eſt, vt videret mulieres illius regionis, quã vidẽs Sichem filius regis illius terræ, adamauit, & rapuit & vi oppreſſit eam H.
n Experimento.] Vnde Ouidius.

Qui ſemel eſt captus, fallaci piſcis ab hamo.
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat Lau.

o Imperet.] ſup. diſt. 1. c. quem pœnitet, in fin. H.
Valitas.] Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua prohibet ſolemniter pœnitentes eſſe mercatores. Ioan. de Faut.

Deceptus ſemel cautus ſibi cauet.

1 Ideſt placita: eſt caſus accuſatiui, & numeri pluralis: & adiectiuat illi dictioni q ſequitur æra id eſt, hamos. Archidia.

eius largitatis munera. Ad Cain vero non reſpexit, nec ad eius munera. Mentem enim eius, quam viderat, quoniam non cognouit † [a], eius munera non recepit. In iudicio enim cordis conſideranda eſt eleemoſyna tribuẽtis: nec iam conſiderandum eſt, quantum, ſed qua mẽte, qua affectione dat quod poteſt. Vidua enim duobus, quæ habuit, larga [b] minutis plus omnibus miſit. Qui ergo vult ſua peccata redimere temporalium oblatione, caueat, vt offerat mentem prius. ¶ Cautus ſit, ne verecundia ductus diuidat apud ſe [c] confeſſionem [d], vt diuerſa diuerſis velit ſacerdotibus manifeſtare. Quidam enim vni celant, quæ alij manifeſtanda reſeruant, † quod eſt, ſe laudare, & ad hypocriſim tendere, & ſemper venia carere; ad quam per fruſta putat totã peruenire. Caueat præterita, quem vera delectat pœnitentia: non prius ad Domini corpus [e] accedat, quam confortetur bona [f] conſcientia. Sed in hac ſeparatione tremendum Dei iudiciũ E cogitet [h], vbi [i] & maius, & terribilius [k] impœnitentes ſeparabit in ignem. Gemat, quod nondum audet ſumere, quem multum deſiderat cibum ſalutarem. Iſti ſunt digni [l] fructus pœnitentiæ animam captiuam elaqueantes, & in libertate ſeruantes. Cohibeat ſe præterea à ludis & à ſpectaculis ſæculi, qui perfectam vult conſequi gratiam remiſſionis. Nam Dina [m], ſi ſe cohibuiſſet, ſi inter ſuos remanſiſſet, ab extraneo raptore corrupta non fuiſſet. Tanto igitur magis ſibi caueat, & cohibeat ſe anima, quæ ſæpe vel ſemel corrupta eſt & rapta: timeat iam docta experimẽto, [n] quod ignorauit virgo: eligat quem imiterur, non ſequatur, quem animus ſuus damnat. Se enim iudicat, qui fructus pœnitentiæ non habentem à ſe non elongat. Laudet enim, & amet, quos digne fructificare non ignorat: quęrat fructus dignos; & ſi non dignos pœnitentiæ. Sunt enim fructus digni virtutum fructus: qui non ſufficiunt pœnitentib. Pœnitentia. n. grauiores expoſtulat, vt ſic pacetur eccleſia, vt pacata dolore, & gemitibus, mortuis impetret [o] veniam.

† cognouit humilẽ.] vera lectio. Matth. 11.

† conſeruant.] orig.

Gen. 34.

α ¶ Et quanta virtus.] *In originali eſt.* Et quanta victus fuerit impugnatione. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum. Multa autem alia & magni ponderis emendata ſunt. (vbi per eandem licuit) & ipſo originali & ex veruſtis Gratiani codicibus.*

β ¶ Vbi & maius.] *In originali legitur.* Vbi magis terribilis ſententia peccantes ſeparabit in ignem.

Item Leo Papa epiſt. 90. al. 92. ad Ruſticum epiſcopum, c. 9.

Poly. l. 4. tit. 31. But. l. 2. c. 128. & l. 19. ca. 95. Iuo p. 6. c. 202. & p. 13. c. 25. & 15. c. 197.

¶ Pœnitentes negotiationis lucra abiſciant.

C. II.

2 Q Valitas lucri nego-

Digitized by Google

CASVS. Hoc cap. cum tribus sequentibus patet, scilicet contrarium, si qui vero, & de his in quibus dicitur quod post pœnitentiã solennẽ non debet aliquis reuerti ad negotiationem, vel militiam, vel negotia sæcularia. & intelligantur hæc c. de pœnitentia solemni, secundum H. a ¶ Ne-

tiantem [a] aut excusat α, aut arguit: quia est, & honestus quæstus, & turpis. Veruntamen pœnitenti vtilius [b] est etiam dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi: quia difficile est inter ementis vendentisque cõmercium non interuenire [c] peccatum.

α ¶ Excusat.] *Sic ex originali, & Polycarpo, & Iuone, & Burchardo, nam in Gratiani exemplaribus erat,* accusat.

Idem ibidem, cap. 10.

¶ Post pœnitentiam ad militiam sæcularem redire non licet. C. III.

CONtrarium est omnino ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem redire ad militiam [d] sæcularem: cum Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus: Vnde non est liber à laqueis diaboli, qui se militiæ mundanæ voluerit implicare.

Poly. l. 6. ti. 20. Bur. l. 19. c. 66. Iuo p. 15. cap. 20.

2. Tim. 2.

Item ex Nicæno concilio, c. 11.

¶ Decennio pœniteant, qui post pœnitentiam ad sæcularem militiam redeunt. C. IIII.

SI qui [e] vero per Dei gratiam vocati, primo quidem obtẽderunt fidem suam depositio militiæ cingulo, post hęc autem ad proprium vomitum sunt reuersi, vt & pecunias darent, [f] & ambirent redire rursum ad militiam; isti decem [g] annis sint inter pœnitentes post primũ triẽnium, [h] quo [i] fuerint [k] inter audientes. Ab omnibus vero pręcipue illud obseruetur, ut animus eorum, & fructus pœnitentię attendatur [l]. Quicumque enim cum omni timore, & lacrymis perseuerantibus operibus bonis conuersionem suam non uerbis solis, sed opere, & ueritate demonstrant; cum tempus statutum etiam ab his fuerit impletum, & orationibus iam cœperint communicare, licebit episcopo humanius etiam circa eos aliquid cogitare. Qui uero indifferenter habuerint lapsum [m] & sufficere sibi, quòd intra ecclesiam introierint arbitrantur; isti omnimodo tempora statuta complebunt.

¶ *Caput hoc est posterior pars capitis undecimi ex prisca versione: qua versio est omissa in postrema quatuor tomorum Coloniensi Conciliorum editione: & eius loco quatuor versiones posita, ex quibus facile corrigi possunt quæ in hac interdum obscure, & mutilata dicuntur. Quod vero ad sententiam canonis pertinet, legenda sunt, quæ à Zonara, ac Balsamone in ipsius explicatione, & à Russino lib.* 10. *historiæ Ecclesiasticæ, cap.* 6. *& à Cardinali Varmiensi contra Brentium libro tertio afferuntur. Agitur enim de illis militibus, qui impio Licinio vetante, cingulum militiæ ab ijs retineri, qui fidem Christo data seruare nellent, illũ abijcere, quam fidem frangere ma-*

Pœnitẽtia peracta an fit licitũ ad sæcularem militiam redire.

Qui solennem pœnitentiam egerũt post ad militiam sæcularem sũt reuersi, x. annis pœniteant. Sed si de hac pœnitẽtia tres annos exegerint communioni ecclesiæ restitui debent, & si pœnitẽtes vere extiterint: episcopus poterit de pœnitentia impositia relaxare: si autẽ negligentes. expiere dẽt prorsus tempora cõstituta, 27. quæst. 1. deuotam.

f Darent.] Ad vsuram. vel ad negotiationem. H. 88. di. fornicari.

g Decem.] 27. q. 1. deuotam.

ADDITIO. 81. dist. presbyter. Arch.

h Triennium.] i. primũ tempus triẽnij.

i Quo.] Triennio, sup. c. q. 2. latorem, de consc. dist. 4. eos, quos.

k Fuerint.] Extra ecclesiam 1. existentes. & audientes officium. supple, intrẽt ecclesiam, vel post primum annum intrent ad ecclesiam, sed vsque ad triennium sunt inter audientes, non tamen communicantes, vt

1 Debeo de cõs. d. 4. eos. Petr.

a Negotiantem.] Supra dist. 88. fornicari.

Contrahẽtes & frequenter decipiũt.

b Vtilius.] Quia inhonestus quæstus arguit pœnitentem.

c Interuenire.] Nam contrahentibus naturale est sese

l Attendatur.] hæc clausula non pertinet ad præcedentia, sed hic potest legi clausula superior post primũ. L.

m Lapsum.] Non curando quod lapsi sunt L.

a DE his,qui ſuſcepta.] ſupra diſt.50.c. vlt. H.
b Separari.] Supra 27.q.1. deuotam.

FAlſas pœnitentias,] Hæc eſt 3. pars diſt.in qua probat quòd pœnitentia eſt falſa, quæ non imponitur ſecundum canones,Io. de Fan.

CASVS.H. ſic ponit hunc caſum. primo oſtẽdit quæ ſit falſa pœnitentia: poſtea oſtẽdit, q̃ ſi q̃s exerceret tale officiũ,quod ſine peccato exerceri non põt,vel ſi aliq̃s bona alterius detinet iniuſte, vel ſi quis odiũ in corde ſuo gerit,null⁹ talis põt agere veram pœnitẽtiam, niſi illud officiũ relinquat, & ſi hoc nõ põt facere, pœnitentiam agere non poteſt. Item quidquid boni põt, faciat: vt Deus cor eius ad veram pœnitentiam illuſtret, ſequens c. ſcilicet, negotium, patet.

c Auctoritatem.] Id eſt,non conſideratis circunſtantijs, vel ſi ibi certa pœna ſtatuitur, ſi minori ponitur falſa ẽ,niſi ex cã tẽperet 1.q.7.c.2.L.

d Non poſſit.] Difficultas notatur, non impoſſibilitas, ſu.c. qualitas, Lau.

e Reſtituat.] 14.q.6 ſi res.

f Pro defendenda.] ſu.23.q.5. excõmunicatorũ. H.ſu.ca.q.2. latorem.

g Ne tamen deſperet.] Licet prędicta non faciat. Lau.

h NEgotiũ.] Non fuit, &c.] Alij non habent, non,& tũc recte concordat cũ duobus præcedẽtibus c. qa peccatũ eſt, ſi exerceat prędictas negotiationes, ſed ſi habetur, non, bonũ eſt: qa non eſt peccatũ ſi excolat agros,& vineas, aut cognoſcat vxorẽ cãptolis: immo ſicut ſine pctó prius hoc faciebat: ita nunc facere dẽt, ſi põt. Hu.

FRatres,Hęc eſt 4. pars diſt. in qua oſtendit magiſter, qualiter ſtelligatur illud Iacobi Apoſtoli Qui peccat i vno, factus eſt omnium reus,Io. de Fant.

CASVS.Monet Ian. prelatos, ne laicos decipi falſis pœnitentijs patiantur. Secundo dicit, quod ſa ſi pœnitentia eſt, cum quis eſt in plur.bus delictis, & vult tantum pœnitere de vno; quod probat auctoritate Iacobi. Tertio dicit, quod falſa pœnitentia eſt, cum quis ab officio non recedit, quod ſine

luerant ac tamen poſtea cupiditate terrena victi,illum re cuperare conati fuerant,quod argumento erat ipſos a fide deſciſcere. In codice vero canonum hæc eſt inſcriptio huius capitis. De his,qui abrenunciauerunt, & iterum ad ſæculum ſunt regreſſi.

Item ex concilio Aurelianenſi,c. 13.

¶ A Communione ſuſpendatur, qui poſt pœnitentiã ad ſecularia redeunt. C. V.

DE his, qui ſuſcepta [a] pœnitentia religionem ſuæ profeſſionis obliti, ad ſecularia relabuntur;placuit eos & à communione ſuſpendi, & ab omnium catholicorum conuiuijs ſeparari [b]. Quod ſi poſt interdictum, cum eis quiſquam præſumpſerit manducare; & ipſe communione priuetur.

Item Gregorius vij.in ſynodo Romana celebrata anno 1078 *cap.* 6.

¶ Quæ ſit falſa pœnitentia. C. VI.

3 FAlſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritatem [c] ſanctorum patrum pro qualitate criminum imponuntur. Ideoq; quicũque miles,vel negotiator,vel alicui officio deditus, quod ſine peccato exerceri non poſſit [d], ſi culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venerit, vel qui bona alterius iniuſte detinet; vel q̃ odium in corde egerit, recognoſcat ſe verã pœnitentiam non poſſe peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire: niſi negotium derelinquat, vel officio deſerat,& odium ex corde dimittat, bona,quæ iniuſte abſtulit,reſtituat [e],arma a deponat,vlteriuſque non ferat, niſi conſilio religioſorum epiſcoporũ pro defendenda [f] iuſtitia: Ne† tamẽ deſperet [g],interim quidquid boni facere poterit;hortamur,vt faciat: vt omnipotens Deus cor illius illuſtret ad pœnitentiam.

Sent.4.diſt.16.Poly. l.6.tit.20.

† al. nec.

a ¶ Arma.] *Totum hoc membrum, quod pertinet ad arma, in originali, & Policarpo eſt ante verba illa*, negotium derelinquat. *Sed ob gloſſam ordo non eſt reſtitutus.*

Item Gregorius in homilia vigeſimaquarta Euang.

¶ Poſt conuerſionem ad negotium redire non licet,quod ſine peccato agi non poteſt. C. VII.

NEgotium,quod ante conuerſionem ſine peccato exercuit; hoc etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit [h],& infra. ¶ Sunt enim pleraque negotia,quæ ſine peccatis exhiberi aut vix,aut nullatenus poſſũt. Quæ ergo ad peccatum implicant, ad hæc neceſſe eſt, vt poſt conuerſionem animus non recurrat.

Et in conc. vrbani ſecũdi apud Melphiã. cap. 15.
Et in cõc. Greg.vij. anno 1080. Sent.4. diſt.15.

Item Innocentius Papa ſecundus in Concilio Romano cap. 23.

4 FRa- De eodem. C. VIII.

Digitized by Google

sine peccato exteriori non potest: vel si odium gerit in corde. Vel si non satisfecit offenso. Vel non indulget offendenti. Vel arma portat contra iustitiam.

a ¶ Fratres.]Sup.ead.dist.3.cap.prima.§.item opponit. ver.item si illa.Hu.

b ¶ Reus tres [a] nostros episcopos,& præsbyteros admonemus, ne falsis pœnitentijs laicorum animas decipi, & in infernũ pertrahi patiantur. Falsam autem pœniteniam esse constat,cum spretis pluribus,de vno solo pœnitẽtia agitur; aut cum sic agitur de vno,vt non discedatur ab alio. Vnde scriptum est:(Qui totam legẽ obseruauerit, offendat autem in vno,factus est omnium reus. [b]) scilicet,quantum ad vitam æternam: sicut enim si peccatis esset omnibus inuolutus;ita si in vno tantum manear,æternæ vitæ ianuam non intrabit. [c] Falsa etiam sit pœnitentia,cũ pœnitens ab officio vel curiali, vel negotiali non recedit, quod sine peccato [d] agi nulla ratione potest: aut si odiũ in corde gestetur,aut si non offenso cuilibet satisfiat, aut si non indulgeat offendenti offensus, aut si arma quis contra iustitiam gerat.

Iacob.

DISTINCTIO VI.

In libro de vera, & falsa pœnitentia inter opera S. Aug.

QVi autem [e] debeat fieri confessio, vel qualẽ illum oporteat esse, qui aliorum crimina iudicat:ex eodem libro de pœnitentia c.10. docetur:cum dicitur. [f]

Cap. I.

Sen.4.dist.17. sup. dist.1. quem pœnitet. §. quare qui.

QVi vult [g] confiteri peccata,vt inueniat gratiam;quę rat [h] sacerdotem scientem ligare & soluere: ne, cũ negligens circa se extiterit,negligatur ab illo. qui eũ misericorditer monet,& petit,ne ambo in foueam cadant, quã stultus euitare noluit.Tanta itaque vis confessionis est,vt si deest sacerdos,cõfiteatur proximo.Sępe enim [i] cõtingit;quòd pœnitens non potest confiteri coram sacerdote:quem desideranti nec locus nec tempus offert:& si ille,cui confitebitur,potestatem soluendi non habet; fit tamen dignus venia ex desiderio [k] sacerdotis, qui socio confitetur turpitudinem criminis.Mundati enim sunt leprosi,dum irent ostendere ora sacerdotibus, antequam ad eos peruenirent. Vnde patet Deum ad cor respicere.

Luc.17.

b ¶ Reus.]Supra ea.distin.consideret.26.dist.pasce. &c. qui clementiam H. argum. contra testes & instrumenta supra distin.86.cap.3.Arg.contra.C.de transact si ea falsis.

c ¶ Non intrabit.]Non tamen tantum punietur,Hug.

d ¶ Peccato.]Supra 15.dist.qualis.H.

e ¶ Cui autẽ.]Hic intitulatur,6.distin.vbi q̃ritur cui sit confessio facienda, & quali. Et quidem facienda est sacerdoti,si fieri põt, & suo: si tñ fuerit intra ecclesiam, qui sciat soluere,& ligare:aliàs.n. ex iusta causa cuicunque est facienda,& et laico si vrgeat necessitas.inf.e.c.1. & c.placuit.sup. dist.1.quẽ pœnitet.Similiter cui & quali: qa discreto & a crimine mũdato.inf.e.c.4. f ¶ Cũ dicitur.] Supra ead.dist.1.quem pœnitet.

Confessio cui facienda est.

QVi vult confiteri. CASVS. Hoc capitulum licet sit prolixũ, facile tñ & vtile est. Diuiditur tñ hoc c. in tres partes. In prima parte dr, q̃ pœnitens, qui vult agere poenam, & sua peccata cõfiteri: quærat discretũ sacerdotem scientẽ soluere, & ligare:& si sacerdos haberi nõ põt, cõfiteat proximo,quia ex mala cõfessione & desiderio sacerdotis impetrat veniã,q̃ socio cõfitet. In 2da parte dr. q̃ qui ex cõfessione vult veniã consequi,dẽt in unitate ecclesiæ eẽ. & sacerdotib. nõ diuisis ab ecclesia confiteri: alioqn inutiliter confiteretur,sicut apparet i Iuda. In tertia pte dr, q̃ sacerdos qui digne vult soluere uel ligare, dẽt in se iudicare qd dicet in alio puniendũ. & hĩc scientiã discernẽdi inter leprã, & leprã,& diligẽter de peccato inuestigare, & de ei⁹ natura: quibus sic cognitis,sit ipse peccatoris benevolus prout uiderit expedire. In fine dicit, q̃ superior non debet semper pœnitentem suæ dignitati restituere, nec à sua dignitate semper ejicere. (Hi qui.] Scilicet Pharisæi. Secunda pars incipit ibi: Laboret itaque.]Tertia ibi.(Sacerdos itaque.] Quæ postea sequuntur usque ad distinct onem.plana sunt.

Sacerdos melior pro confessione est eligendus.

g ¶ Qui vult.]A loco isto usque ad uerbum, laboret itaque,&c.habetur supra dist.1.quem pœnitet.& ibi expositum est Lau.

h ¶ Quærat.]Hoc potest intelligi, q̃n ecclesia plures sacerdotes habet, tunc. n. ad meliorem sacerdotem debet accedere. Vel hoc q̃n⁹ tunc confessus est sacerdoti, postea uadit ad alium,si forte ignoret secundum qualitatẽ delicti ei pniam imponere,arg.inf.c. placuit.quia quãto pluribus confitetur, tanto citius veniam consequitur.sup.dist.1 quem pœnitet.licet G.aliter intelligat.infra ea.c.sacerdos.§.& quod autem. Lau.

i ¶ Sępe enim.]Infra de consec.d.4. sanctum. sup. 26. q. 6.si aliquis fuerit H

k ¶ Ex desiderio.]Infra 33.q.3. quod Deo.

Digitized by Google

a ¶ Si non tam cito.] Quantum ad pœnam purgatorij L.
b¶ Operatione.] Scilicet, vt ſit de ſua vnitate, & in eadē complectitur.
b¶ Operatione.] Scilicet, & alijs bonis operibus. ſup. e diſ. 1. §. alij. c. multiplex. 26. q. 7. c. 1. ar. 13. q. 3. animæ. H.
c ¶ Nō eripietur.] Si contempſit eccleſiæ ſuffragia. L.
d¶ Vnitas.] Quia extra eccleſiam nemo ſaluabitur, vt 24. q. 3. quicumque. L.
e ¶ Ab vnitate.] Etiã in neceſſitate. 32. d. c. præter. §. verũ. L.
f ¶ Iudas.] ſupra ea. diſt. 1. §. alij ecõtra. c. ijs. poteſtatis. Hu.
g ¶ Iſſet.] Ideſt, ire debuiſſet. 1 H.
h¶ Diuiſos.] Ab vnitate eccleſiæ, ſcilicet ad Phariſæos qui diuiſi interpretant. H.
i ¶ Ante quem. 33. q. 7. iudicet, & c. qui ſine.
K ¶ Iudicandus.] Peccant ergo dum in crimine ſunt ſacerdotes iniũgendo pœnitentiã: & verum eſt, vt ſup. 3. q. 7. c. ſacerdos, §. in Euangelio. Quid ergo ſi in neceſſitate ſuus parochianus petat ab eo pœnitentiam? Rñ conteratur, & ſtatim iniungere poterit. 13. d. in ſumma. H.
l ¶ Damnoſum.] Ideſt, damnabile.
m ¶ Sine peccato.] mortali. H.
n ¶ Semper remittebãt.] 12. q. 2. gloria. infra de conſe. di. 3. aquam. H. Ar. quod veniale ſine mortali remittatur, quod nõ credo. hic ergo venialia dicuntur quædã quæ reuera mortalia fuerunt: ſed tunc venialia dicebãtur: q̃a legis cęremonijs remittebantur, quantum ad pœnam legis euitandam, quo ad Deum autem nõ remittebantur.
o ¶ Criminale.) Hic criminale dr̃: quod cæremonijs legis nõ remittebat, vt adulterium. ar. 32. q. 1. quod autem L.
p ¶ Timuerunt.) Sacerdotes Iudęorum.
q ¶ Quod illis.] Scilicet q̃ non debet alios iudicare. L.
r ¶ Quod tunc quiſque.] Scilicet crimen iudicandum iudicare. L.
ſ ¶ Qui in hoc.] Quod iudicandus iudicat. L.

1 Adhuc tãc potuiſſet veniam impetrare vt ſup. ead. diſ. c. his poteſtatis. Pœnitentiam iniũgens dẽt eſſe ſine peccato.

2 Venialia ergo dicebantur in lege, q̃ ſine morte vel mutilatione dimittebãtur: mortalia q̃ morte vel mutilationẽ exigebant. Ar.

Veniale ſine mortali non remittitur.

dũ ex neceſſitate prohibetur ad ſacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærũt ſani & læti: ſed dum quærũt; ante quã perueniant ad eos, moriuntur. Sed Dei miſericordia eſt vbique qui & iuſtis nouit parcere, & ſi nõ tam cito[a] ſicut ſi ſoluerẽtur à ſacerdote. Qui igitur omnino cõfitetur, ſacerdoti meliori, quã poteſt, confiteatur: & ſi peccatum occultum eſt, ſufficiat referre in notitiam ſacerdotis, vt grata ſit oblatio muneris, & infra c. 12. ¶ Laboret itaq; pœnitens in eccleſia eſſe, & ad eccleſiæ vnitatẽ tendere, niſi enim vnitas eccleſiæ ſuccurrat, niſi qđ deeſt peccatori, ſua operatione † [b] compleat; de manibus inimici non eripietur [c] anima mortui. Credendum eſt enim (& pietas fidei expoſtulat credere) q̃ omnes eleemoſynæ totius eccleſię, & orationes, & opera iuſtitię, & miſericordię ſuccurrãt recognoſcẽti mortem ſuam ad conuerſionẽ ſuam. Ideoq; nemo digne pœnitere poteſt, quem nõ ſuſtineat vnitas [d] eccleſiæ: Ideoq; non petat ſacerdotes per aliquã culpã ab vnitate [e] eccleſiæ diuiſos. Iudas [f] enim pœnitẽs iuit ad Phariſæos, reliqt Apoſtolos, nihil inuenit auxilij, ſed augmẽtum deſperationis, Dixerunt enim: (Quid ad nos; tu videris:) ſi peccaſti, tibi ſit: nõ tibi ſuccurrim[g], nõ peccata tua charitatiue ſuſcipimus, non cõportanda promittimus: nõ qualiter deponas onus, docem[h]. Quid enim nobis; & miſericordiæ, q̃ nec opera ſequimur iuſtitiæ? iſſet † [i] ad fratres, iſſet ad illos, qui orauerãt pro ſocru Petri febricitante, qui Cananæam improbam miſericordiæ obtulerant. Interrogaſſet Petrum pro ſe lacrymas effundentem: nõ fugiſſet Mariam, & Martham, quæ vitam Lazaro impetrauerant, nõ turbam plorãtem, quę vnicũ filiũ acq̃ſierat viduę: Iuit ad diuiſos, [h] & diuitus perijt. & infra c. 20. ¶ Sacerdos itaq;, cui omnis offertur † peccator ante quem [i] ſtatuitur omnis languor in nullo eorum ſit iudicãdus, [k] quę in alio iudicare eſt promptus. Iudicans enim aliũ, qui eſt iudicãdus, condemnat ſeipſum. Cognoſcat igit ſe, & purget in ſe, quod alios videt ſibi offerre. Caueat ergo, vt à ſe abiecerit quidquid in alio damnoſum [l] reperit: animaduertat, quod dicitur: (Qui ſine peccato [m] eſt, primus in eã lapidẽ mittat.) Ideo enim liberauit peccatricẽ: quia non erat, qui iuſte proijceret lapidẽ. Quomodo lapidaret, qui ſe lapidãdum cognoſceret? Nullus enim erat ſine peccato: in quo intelligitur, omnes crimine fuiſſe reos. Nã venialia ſemper remittebantur [n] per cęremonias. Si quod igitur in eis peccatum erat, criminale [o] erat. Deteriores itaq; in hoc ſunt ſacerdotes, ſe prius nõ ædificãtes, illis, qui Dominũ obſeruabant inſidijs. In hoc itaq; potẽtiſſimũ eſt crimen ſacerdotũ; & vltra modũ deteſtabile qui nõ prius ſe iudicant, & alios alligant. Deberẽt enim in ſe timere crimen, quod in alijs timuerũt, [p] & deteſtabile ſẽſerũt. Illi quidem adeo cęci erãt, q̃ ſummam ſapientiã ſperabant capere ſuis inſidijs. Quod illis[q] patuit, quod tũc quiſq; [r] uitauit, uitet ſacerdos, quin hoc

† *ipſis*] videtur legendum.
† *ſpeculatiue.*] orig.
Matth. 27.
† *ſaſſit.*] orig. antiquum.
Luc. 4.
Matth. 8.
Io. 11.
Luc. 7.
† *proferatur.*] orig.
Ioan. 8.

Sciat

errore peior illis Iudæis extiterit. Caueat spiritualis iudex, vt sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet n. vt sciat [a] cognoscere [b] quidquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt quod debet iudicare discernat. Diligẽs igitur inquisitor & subtilis inuestigator [c] sapiẽter, & quasi astute interroget à peccatore, quod forsitan ignoret, vel verecundia velit occultare. Cognito itaque crimine, varietates eius non dubitet inuestigare, & locum, & tempus, & cætera, quæ supra diximus in exponendo eorum qualitates. Quibus cognitis adsit benevolus, paratus erigere, [d] & secum onus portare, habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, discretionem in varietate: adiuuet confitentem orando, elemosynas dando, & cætera bona pro eo faciendo: semper cum iuuet leniẽdo, consolando, [e] spem promittendo, & (cum opus fuerit, etiam increpando. Doleat † [f] loquendo: instruat operando, sit particeps laboris, qui particeps vult fieri gaudij: doceat perseuerantiam: caueat ne corruat: ne iuste perdat [g] potestatem iudiciariam. Licet enim pœnitentia ei possit acquirere gratiam, non tamen mox [h] restituit in potestatem primam. Et si enim Petrus post lapsum restitutus fuerit & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non est tamen necesse, ut hoc omnibus concedatur quasi ex auctoritate. Inuenitur enim auctoritas, quæ concedit, & quasi imperat: inuenitur alia, quæ minime concedit, sed vetat: quæ scripturæ non repugnant, sed concordant, si locus, & tempus, & modus pœnitentiæ pacem adhibeant. Cum enim tot sunt, qui labuntur, vt pristinam dignitatem ex auctoritate defendant, & quasi ausum peccandi sibi faciant, rescindenda [i] est spes ista. Si vero locus, est vbi ista non currant; resti tui [k] possunt qui peccant. Itaque pontifex iustus, atque discretus non cogitur sacerdotes tuos semper abijcere, nec mox restituere, nisi statutum fuerit à Romano Pontifice.

† *Darrat.*) vetus lectio.

Vide Isidorum in præfatione de summo bono.

† *alias dant.*

Caueat sacerdos, ne peccata pœnitentium aliis manifestet. Quod si fecerit, deponatur.

Vnde Gregorius.

¶ Deponatur sacerdos, qui peccata pœnitentis publicare præsumit. Cap. II.

SAcerdos ante omnia caueat, ne de his, qui ei confitentur, peccata, alicui recitet [l] non propinquis, nõ extraneis, neque quod absit, pro aliquo scãdalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vitæ suę ignominiosus peregrinando [m] pergat.

Iudex non sit iuris ignarus.

Pœnitens vt interrogandus specialiter.

Sent. 4. dist. 11.

l Quod de singulis circumstãtijs sit quærendum à peccatore: est ar. 3. q. 5. iudicãtem, 33. q. 8. occidit.

Poly. l. 8. ti. 10. Anich. l. 11. c. 25.

a ¶ Sciat.] Arg. q̃ iudex ignarus iuris non debet esse, nisi habeat peritiam & experimenta causarum, per consuetudinem in auth. de iud. in princ. colla. 6. arg. extra de consue. ex litteris. Lau.

b ¶ Cognoscere.] 38. dist. nulli sacerdotum, &c. omnes. H.

c ¶ Inquisitor.] Arg. q̃ specialiter à pœnitenti quærendum est, an hoc vel illud commiserit 1. ar. 43. dist. sit rector, versi. quia increpãdo. ff. de quæst. l. 1. §. quoniam. extra de pæn. & re. & omnis.

d ¶ Erigere.] Sup. ea dist. 5. consideret. H.

e ¶ Consolando.] Scilicet pro ipso orando, prout sequitur.

f ¶ Doleat.] Idest dolorem pro ipsius peccato ostendat.

g ¶ Perdat.] Per negligentiam, 81. dist. dictum L.

h ¶ Mox. id est, statim. ar. 50. dist. ablit. vel mox, i. indifferẽter. quędã. n. nõ restituuntur, vt dixi. 50. dist. miror.

i ¶ Rescindẽda.] 50. dist. vt cõstituerctur. contra. Sed hoc est qã peccatum iuum, defendere volũt ex auctoritate, vt sup. 82. dist. plurimos. Vel hoc cũ non est scandalum multitudinẽ punire Lau.

k ¶ Restitui.] Nisi in enormibus, vt 50. dist. miror.

l ¶ Accerdos, &c.] Recitet.] Pone quod sacerdoti cõfitetur aliq̃s aliquod crimen, & excõmunicat episcopus omnes huius criminis cõfitentes, nisi veritatẽ reuelauerint. est ratiõne, ar. p̃sbyter ei reuelare tenetur. vide hic, q̃ nõ. & arg. extra de cler. ord. in sacerdos, & extra de adul. significasti. Præterea hoc habere non põt presbyter. igitur dicere no dẽt. 6. q. 2. placuit. Iu. 2. q. 1. si peccauerit. & q. 7. plerumque. Præterea nonne scireti fuit? ergo celare debuit, 22. q. 5. de forma. Item ille nõ dẽt dici sciẽs, 15. q. 3. p̃sbyter. In cõtrarium facit, q̃ hæc pœna maior est ecclesia. ergo magis vitari debet & formidari. 11. q. 3. nihil. Item in excõicatione non est tãtum animæ detrimentum, sed & corporis, 11. q. 3. nihil. Sol. Dicunt quidam q̃ i secreto episcopo dicere põt. vtpote q̃ prodesse possit, non obcẽ. 22. q. 5. hoc videt. Alij cõtra. * Vel dic ibi ictum vt hõ. hic vt Deus. & p̃terea ille nõ continua nec sciẽs dicit. debet. fassio nisi de

* *Et ipsi videant. Nã quam re-rea ille nõ continua mel unda cannec sciẽs dicit. debet. fassio nisi de*

m ¶ Peregrinando.] *confessa ora-*

Vt ita agat publicam pœnitentiam & etiam solemnem, *sisti q.* si non habetur spes de eius restitutione, vt 50. dist. in. illud. §. hanc autem pœnitentiam, sup. 6. quæst. 3. placuit. contra, sed illa pœna non excludit hanc. Vel aliter ibi dixit.

dixit episcopus eum peccatum cõmisisse in genere, non descendendo ad species: sed hic specificat. Vel ibi facta fuit confessio episcopo, vt socio vel homini, non vt Deo

P supra 6.q.3.c.1.& 2.Lud.

Lacuit.] Cui prius.] 16.q.1.§.ecce.in hoc.

a ¶ Prius.] Nota qd prius debet cõfiteri suo sacerdoti, licet, alteri postmodum confiteatur. L.

Sacerdos proprius pp imperitiam põt deseri, & alius adiri.

b ¶ Commisit.] Id est cuius parochianꝰ ẽ: ab alio enim nõ potest ligari vel solui, extra de pœn. & remiss. quod autem.

c ¶ Pro ignorantia.] ergo pro ignorantia eius, auctoritate huius canonis poterit ire ad aliũ, sine licẽtia hoĩs, s. illius presbyteri imperitij. Iustificat hoc a iure cõcedi. ar. ff. de cõd. ĩst. q. bus. §. vlt. Sed nũqd credit ille extraneus sacerdos simplici verbo eius pœnitẽtis, q dicit suum sacerdotem imperitũ? Sic, qa nõ est verisimile q̃ cum mẽdacio veniat ad pnĩam. c. sancimus, 1.q.7. Sed nũ quid est vtilis talis confessio, quã quis accipit à non suo iudice contra hãc constitutionem? nã ordinatus à non suo epo recepit veritatẽ ordinis, 7.q.1. episcopus. Sed dico eã inutilem. Væ ergo scholaribus, qui vadũt ad inclusos pro pnĩa, & non ibi audiunt diuina per annum, quia & ibi decimas personales debent dare. extra de decim. nouum genus. Lauren.

Scholares quibus confiteri debent.

d ¶ Confessus.] Vel quia nõ vult pœnitẽtiam dare, vel pro alia iusta causa. Lau.

Pœnitentia mortis articulo iniuncta, utrũ sit vtilis.

IEmpus.] In hac distin. tractatur de pœnitentia finali, scilicet, quæ in fine vitæ quæritur & accipitur, scilicet, an valeat ad æternam vitam consequendam, vel non, & quid si fiat non ex charitate, sed tantum metu diuini iudicij: Et diuidit i duas partes, in prima quarum dicitur, quod dictum est. Fe. Secunda ibi, [quam quam.] Pet.

TEMPVS VERO. CASVS. Hic intitulatur 7. dis. qua quæritur vsq; ad quod tẽpus peccator sit recipiẽdus ad pnĩam, hoc est an vtilis sit pœnitentia, quæ iniungitur in mortis articulo. & videtur Aug. in hoc dubitare, nec vult (vt vĩ) in hoc præcise respondere, arg. inf. ea. si qui positus. Et forte ideo dubitauit: quia considerauit quod de facto contingit: quia vix aliquis potest digne pœnitere in mortis articulo constitutus, dum mundum considerat, dum respicit filios & vxorem a infra e. §. vlt. Vel dubitare se ostendit, non quia dubitet, quid in hoc casu teneãdum sit, sed quia in talibus verbis terrere vult nos, vt in sanitate agamus pœnitentiam, præcisè autem est respondendum ad hanc quæstionem per auctoritatem Euangelij: quia in quacunque hora peccator ingemuerit, &c. sup. distin. 1. c. facilius. §. hoc idem. Procedit ergo hoc

a Dicit Hieron. s. si ex

3 *Quod autem dicitur, vt pœnitẽs eligat sacerdotẽ, sciẽtem ligare, & soluere, videtur esse contrarium ei, quod in canonibus inuenitur, vt nemo videlicet parochianum alterius iudicare præsumat. Sed aliud est fauore, vel odio proprium sacerdotem contemnere, quod sacris canonibus prohibetur: aliud cæcum vitare, quod hac auctoritate quisque facere monetur, ne, si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in foueam cadant.*

sup. in principio capitis, qui vult Sent. ibidem.

Vnde Vrbanus Papa. 11.

¶ Cuilibet sacerdoti commissum, nisi pro eius ignorantia, alter sacerdos ad pœnitentiam non suscipiat. C. III.

PLacuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu, cui prius [a] se commisit, [b] nisi pro ignorantia [c] illius, cui pœnitens prius confessus [d] est. Qui vero cõtra hæc statuta facere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit.

supra. 9.q.2. placuit Sent. ibidem. a

DISTINCTIO. VII.

Empus vero pœnitentiæ est vsque ad vltimum articulum vitæ. Vnde Leo Papa, epis. 90. al. 92. ad Rusticum, c. 5.

¶ De eodem. Cap. I.

NEmo desperandus est,[e] dum in hoc corpore cõstitutus est: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore [f] perficitur.

Sent. 4. distin. 20. sup. 32.q.2. ancillã, ¶ cõstituitur. §. nemo.

2 *Quamquam de differentibus pœnitentiam Augustinus scribat in libro 50. homil. hom. 41.*

Cap. II.

SI quis positus i vltima necessitate ægritudinis suæ voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, [g] & mox recõciliatur, [h] & hinc vadit; fateor vobis, nõ illi negamus qd petit; sed non præsumimus, quòd bene hinc exit: si securus hinc exierit, ego nescio: pœnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Nunquid dico,

Sent. ibidem. Poly. l. 8. lib. 1. Anl. l. 11. c. 137. Burc. l. 18. c. 13. Iuo p. 15. c. 220

hoc modo ●. primo probat vno c. q̃ pœnitenti nunquã est pœnitentia deneganda: postea adducit in contrarium duo cap. vsque ad §. hoc autem, quæ contraria capitula per alia auctoritates. Aug. soluit.

e NEmo desperandus est.] Id est de nemine desperandum est. Ar.

f ¶ Maturiore.] 32.q.1. ancilla. cuius hæc pars est. L.

QVAM QVAM. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur. q̃ si quis vere vult pœnitere, hoc sanus faciat. Pet.

SI quis positus.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Aug. an dãda sit pœnia in mortis articulo cõstitutis, & an sit eis vtilis. Et respondet dicens, q̃ nulli est pœnitẽtia denegãda, sed non præsumitur, q̃ eis sit vtilis, neque eis securitatem promittit. vnde hortatur quemlibet, vt in sanitate pœnitentiam agat, si digne vult veniam obtinere.

g ¶ Accipit.] Notificaram, non autem impositam, quia in tali articulo non imponitur, vt 26.q.6. presbyteri, &c. agnouimus, & q.7.c.1. Lau.

h ¶ Reconciliatur.] Quia forte erat excommunicatus. sed

collo tuo tibi nepos parulus pendeat: si in limine pater tuus iaceat senex: si ubera quibus te lactauit mater tibi obstẽdat; siccis oculis ad crucem euola, pcalcatũ perge patrem, per calcatam perge matrẽ & gladium tenet hostis: & tũ cogitabis de lachrymis matris.

damnabitur? Sed non dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? Vis, quod incertum est, euadere? age pœnitentiã, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quod securus es: quia pœnitentiam egisti eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes: peccata te dimiserunt [a], non tu illa [b].

1.q.3. Saluator.

Hæc, & duo sequentia capitula accepta sunt ex homilia 41. B. Augustini, sed primum hoc ordine, multisque verbis mutatis. Atq; ideo Burcardus, & Ivo non ex Augustino, sed ex dictis Augustini citant. Quare nihil mutatum; sed præstat omnino homiliam ipsam legere. Eadem in bibliotheca sanctorum patrum, tomo 7. tribuuntur B. Cæsario Arelatensi episcopo.

Idem in eadem homilia paulo superius.

C. III.

† al. adstrictus.

QVi egerit veraciter pœnitentiam, & solutus fuerit à ligamento, quo erat adstrictus †, & à Christo corpore separatus, & bene post pœnitentiam vixerit, sicut ante pœnitentiam viuere debuit; post reconciliationem quãdocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem [c] vadit, regno Dei non priuabitur, à populo † diaboli separabitur.

† al. consortio.

Idem ibidem.

C. IIII.

SI quis [a] autem, &c. *& infra.* ¶ Baptizatus ad horam securus hinc exit: fidelis bene viuẽs securus hinc exit: agens pœnitentiam, & recõciliatus, cum sanus est, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego nõ sum securus. Vnde securus sum, dico? & securitatem do: vnde non sum securus, pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. *& post pauca.* ¶ Sed vnde scis β (iniquis) ne forte Deus dimittat mihi? verũ dicis: vnde? nescio. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse [e], non tibi darem. [f] Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

Sent. ibidem.

a Si quis autem.] *Apud B. Augustinum sequuntur verba, quæ relata sunt paulo ante in capite*, si quis positus, *vsq. ad ver.* bene hinc exit.

β Sed vnde scis.] *Hæc apud B. August. sequuntur post vltima verba eiusdem capitis*, si quis positus.

Hoc autem quare Augustinus dixerit, Cyprianus ostẽdit, libro 4. epist. 2. ad Antonianum dicens.

C. V.

IDcirco frater charissime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorũ suorum toto corde, & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communionis, & pacis; si in infirmitate, atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum.

In lib. de vera, & falsa pœnitentia.

Item Augustinus in libro de pœnitentia, c. 17.

vel absolutus per officium sacerdotis à pœnitentia, quæ ei imponi debeat Lau. a Dimiserunt.] id est videntur dimisisse te.

b Non tu illa.] More humano loquit. semper enim præsumitur contra istum, quod non vere pœniteat: nisi euidens signum appareat. arg. 57. dist. si quis in ægritudine. Hug.

QVi egerit pœnitentiam. IC ASVS. Dī hic, quod si quis egerit veraciter pœnitentiam, & bene post pœnitentiam vixerit, post reconciliationem securus hinc exit, sicut post baptismũ: qui autẽ in articulo mortis pœnitẽtiam agit, vtrum securus hinc exeat, dicit Au. se dubitare. H. autẽ unũ c. facit ab illo ca. [si quis positus] usque ad. §. hoc autẽ [qui §. per se patet.

c Ad requiem.] Scilicet recta via, ita ꝙ nec purgatorium sẽtiat pro illis peccatis pro quibus pœnituit. * Lau.

* *Deest, intregre etiam satisfecit.*

d SI quis.] Hoc habes su. d. 3. §. ultimo. in c. si quis autem. H.

e Tibi nihil prodesse.] C. de proba. ad probationem.

f Non tibi darem.] sup. 95. dist. illud, argum. Hug.

IDcirco. ICASVS. Dī hic, ꝙ qui uerã pœnitentiam nõ agunt, & ex toto corde, prohibendi sunt à spe communionis & pacis: quia tales cõpellit ad pœnitẽtiã necessitatis articulus. & nõ delictũ.

Digitized by Google

C. VI.

Sent. ibidem.

NVllus expectet, quando iam nõ poſſit peccare. Arbi trij.n. quærat libertatem,vt dolere † poſſit cõmiſſa, non neceſſitatem. Qui prius itaq; à peccatis relinquitur, quàm ipſa relinquat,ea nõ libere,ſed quaſi ex neceſſitate condemnet. Licet.n. latro veniã meruiſſet in fine deomni ſuo crimine,non tamẽ dedit baptizatis peccãdi,& per ſeuerãdi auctoritatem. Tunc enim baptizatus eſt, qui tũc primum in cruce Chriſtum confeſſus eſt. Pœnitentia.n. ſi in extremo hiatu vitæ aduenerit,ſanat & liberat ĩ ablu tione baptiſmi,ita quòd nec purgatorium ſentiũt, qui in fine baptizãtur: ſed ipſi ditati bonis ſanctæ matris eccleſiæ ſunt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem,qui cum potuerunt,nunquam conuerti voluerunt,cõfitentes,cum iam peccare nequeunt,non ſic facile acquirunt quod volunt. Oportet enim, vt pœnitentia fructificet ad hoc,vt mortuo vitã impetret. Scriptum eſt enim ſine charitate neminem ſaluum eſſe. Non itaque in ſolo timore viuit homo. Quem ergo ſero pœnitet,oportet non ſolum timere Deum iudicem,ſed & iuſtum diligere: nõ timeatur pro pœna,ſed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine,& de omni eius prædicta varietate.

† al. dolere.

Lucæ 23.

1. Cor. 13.

¶ Quod quoniam [a] vix licet, de eius ſalute Auguſtinus potuit dubitare. Credo quidem illi;qui dixit: [Quacũq; hora peccator ingemuerit,& cõuerſus fuerit,vita viuet,] Dixit conuerſum,non tantum verſum,vita viuere. Verſũ quidem puto,qui dolet de crimine:conuerſum,qui dolet de omni † eius,quam expoſuimus,varietate. Vertitur a peccato, qui iam vult dimittere peccatum: conuertitur qui iam totus,& omnino vertitur,qui iam non tantum pœnas non timet,ſed ad bonum Domini contendere feſtinat. Quæ conuerſio,ſi contigerit alicui etiam in fine, deſperandum non eſt de eius remiſſione. Sed quoniam vix, vel raro eſt tam iuſta conuerſio,timendum eſt de pœnitente ſero. Quẽ enim morbus vrget,& pœna terret,ad veram vix veniret ſatisfactionẽ;maxime,cũ filij,quo illicite dilexerit,ſint præſentes,vxor,& mundus ad ſe vocent. Multos enim ſolet ſerotina pœnitentia decipere. Sed quoniã Deus ſemper potẽs eſt,ſemper etiam poteſt in morte iuuare quibus placet. Cum itaque opus ſit non hominis,ſed Dei fructifera pœnitentia;inſpirare eam poteſt,quandocũque vult ſua miſericordia, & remunerare ex miſericordia quos damnare poteſt ex iuſtitia. Sed quoniam multa ſunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt,periculoſiſſimum eſt, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum eſt, cui Deus tunc inſpirat. Si quis eſt igitur,qui veram tunc quærat pœnitentiam; expectet Dei clementiam; maiorem ſentiens Dei bonitatem ſua nequitia. Sed ſi etiam ſic conuerſus euadat, vita viuat, & non moriatur; non tamen promittimus, quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus eſt igne purgationis, qui in aliud ſæculum diſtulit fructum conuerſionis. Hic autem ignis, & ſi æternus non ſit, miro tamen modo eſt grauis. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam paſſus eſt aliquis in hac vita. Nunquã in carne tãta inuẽta eſt pœna licet mirabilia paſſi ſint martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta ſuſtinuerunt † ſupplicia Studeat ergo quilibet ſic delicta corrigere,vt poſt mortẽ nõ oporteat talẽ pœnã tolerare. Quædã.n. peccata ſunt mortalia,& in pœnitẽtia ſiunt viralia†;non tñ ſtatim ſanata. Sæpe enim quidam ægri morerentur,niſi medicarentur: non tamen ſtatim ſanantur: languet victurus,qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur,omo moritur,& æternaliter cru-

[a] Vix licet, de eius ſalute Auguſtinus potuit dubitare.] CASVS. Dicit Au. quod nullus debet expectare vt agat pœnitentiam in morte. Nec debet ex eo ſumere auctoritatem, q pœnitentiã latronis Chriſtus in eius fine ſuſcepit: qa ille nõ ſolũ pœnituit ſed etiam baptiſmũ recepit: vnde nõ eſt mirum, ſi ſtatim volauit ad patriam ſicut eſt de quolibet q in ſuo fine baptizat: ſecus eſt de eo qui pœnitet ſine baptiſmo. Supponit etiã, q quilibet in morte ſua non tantum dẽt timere pœnam, ſed ẽt ſperare gloriam. QVOD QVONIAM VIX. CASVS. Dicit H. q hæc ſunt verba Aug. vſq; ibi, Dixit cõuerſum. Vel põt dici, q omnia ſunt verba Aug. vſque ad finem, & loquitur Aug. de ſe in tertia perſona, vt dicit H. & caſus facilis eſt, & eum per te videbis: quia multa reperit, quæ ſuperius dixit. Quod

[b] ſu. ſi quis autem.

Ezech. 33.

† animi.) orig.

† al. ſæpe ſuſtinuerunt.

† vrnalia) orig.

QVOd autem.] Hæc q. diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probat magiſter ſuperficialiter, quòd tempore feſtiuo vel ieiunij nullus debet vxorem ſuam cognoſcere, quod eſt conſilium. Secunda ibi, [Cum propria.] Ter-

† *al. meritur, vel ſi. mitur.*
† *al. precandi. urgetur*]orig.

ciabitur. Qui enim impœnitens finitur,† ſi ſemper viueret,ſemper peccaret. At Dei eſt miſerẽtis,quod operatur finem peccãtis, † ob hoc etiam ſine fine torquebitur, † quia nunquam ditabitur virtute ſemper plenius iniquitate,ſemper ſine charitate,torquebitur ſine fine.

a ¶Quoniam vix licet.] *Sic eſt emendatum editione Plãtiniana. Nam antea legebatur*, Quod quamuis licet de eius ſalute Auguſtinus,&c. *Neque accuſare,ſed interpretari voluit Auguſtinũ hoc auctor,ſine dubio ipſius ſectator. Multa vero alia in hic capite partim ex vetuſtis Gratiani codicib. partim ex ipſo originali ſunt emẽdata.*

QVAESTIO IV.

QVod autem [a] *orationis tempore coniugali operi vacare non liceat, Beatus Hieronymus in quodam ſermone ſcribit, quod ſcribit,ita dicens.*

¶Tempore quo vxori debitum redditur, a carnibus agni abſtinere oportet. C. I.

SCiatis fratres chariſſimi, quoniam quicumque vxori debitum reddit,vacare non poteſt orationi,nec de carnibus agni comedere debet. *Item paulo poſt.* ¶Si panes propoſitionis non poterant ab ijs,qui vxores ſuas tetigerant,comedi, quanto magis panis ille,qui de cœlo deſcẽdit, [b] non poteſt [c] ab his, qui coniugalibus paulo ante hæſere complexibus,[d] violari,atque contingi? non quo nuptias condemnemus(hoc enim dicimus,)ſed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare operibus carnis non debeamus.[e]

¶ *Prior pars huius capitis vſq: ad ver.* Item,*de induſtria videtur in ſummam collecta, reliqua autem ex originali eſt emendata & aucta.*

Item Auguſtinus ſermone 2. *de tempore,* [*ideſt, de* 2. *Dominica Aduentus.*

Operi coniugali an liceat tempore orationis vacare.

1 Vt B. Hiſido.

Maritus exactus ſemper tenetur reddere debitũ.

2 Ar. 24. q. 4. Nabuchodonoſor. C. de adul. l. Graecchus.

In vigilia Paſchæ de eius agni.

Sent. 4. d. 32. Iuo par. 8. c. 87.

Tertia ibi] Hinc etiam [Quarta ibi,] Hæc autẽ] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio,qua quæritur an tempore orationis quis ualeat reddere debitum uxori, ut tempore quadrageſimali, & ieiunijs ſtatutis,& uigilijs Apoſtolorum,& ſimilibus,& dicit H. q̃ exactus ſemper tenetur reddere, alioquin mortaliter peccat, ut ſup. 27. q. 2. ſi tu abſtines. ſed utrum poſſit exigere de hoc diuerſæ ſunt opiniones. Nam quidam inhærentes iſtis,dicunt quod tẽpore orationis non debet quis reddere debitum uxori. Alij intelligunt ea de conſilio. Tu aũt dicas quod cauſa incontinentiæ,uel filiorum poteſt eam cognoſcere,& exigere debitum, nec præcipitur ei ut abſtineat, ſed ſub forma prohibitionis diſſuadetur ei. ſed ex cauſa ſaturandæ libidinis non debet exigere, quia tunc mortaliter peccat ſecundum H. ſecundum alios ueniaIiter. Et hoc intelligas in exigente.

a ¶ Quod autem.] Omiſit magiſter quæſtionem poſitam in themate tanquam nihil dubitationis habentẽ, quia quæcunque tempore exactus, ſemper tenetur debitum reddere, 27. q. 2. ſi tu. & inf. prox. c. 1. & ponit aliã ſatis affinem, an liceat tempore orationis vacare coniugali operi in exigendo. & ſuper hoc notat diuerſas opiniones, nam quidam inhærentes iſtis dicunt, q̃ tempore orationis non debet quis cognoſcere vxorem ſuam. Alij vero intelligunt ea de conſilio, tu medium viã tenens [maior. n. medijs gratia reb. ineſt.] Dic ergo q̃ quandoq; eſt præceptum non cognoſcere eam quandoque conſilium. Præceptum eſt, quod in his dieb. non cognoſcat eam cã ſaturandæ libidinis, nã cum alias peccat ueniaIiter, maxime tamen cauſa incontinẽtiæ, ſm nos, ſi eã cognoſcat in his diebus peccat mortaliter. Conſilium vero eſt, vbi vult cognoſcere eam cã ſobolis, vel uitandæ fornicationis, hæc omnia intelligas in exigente, nã ut præmiſi, ſemper exactus tenetur reddere debitum, licet exigens hoc tẽpore peccet, arg. inf. eo. q. 5. noluit, dicitur tã quidam, q̃ ſi ei conſtaret, q̃ uxor peteret debitum cauſa libidinis explendę, nõ ei redderet.

SCiatis.] CASVS. Offẽditur in hoc ca. quod continẽtia præcedente dẽt quis accedere ad Euchariſtiam. & hoc probat Hier. argumentando de pane propoſitionis ad panẽ, qui de cœlo deſcendit. non q̃ nuptias condemnaret, ſed quia eo tẽpore quo mãducatur ſumus agnum, eſt a carnalib. operibus abſtinendum. Sequentia cap. plana ſunt uſque ibi (qui in caſtigatione) & intelliguntur ſecundũ præmiſſam diſtinctionem, uel conſilio, uel cum exigitur debitum cauſa libidinis ſaturandæ.

b ¶ Deſcendit.] Qualiter deſcendit habes de conſec. d. 2. ſicut eſt uetus.

c ¶ Non poteſt.] Propter reuerentiam ſacramenti. Vel intellige cum cauſa ſaturandæ libidinis commiſcetur ei, uel conſilium eſt alias, cum ex neceſſitate tenetur reddere, ut inf. prox. c. 1. quare punietur 2, cum tantũ pro mortali abſtinendum ſit a corpore Chriſti inf. de conſec. diſt. 3. quotidie. &c. ſi non ſunt.

d ¶Complexibus.] Et cauſa libidinis explendæ ſecundum quoſdam.

e ¶ Debeamus.] Quantum in nobis eſt, alter tamen peccat exigendo, ſed reliquus non peccat reddendo, nam & ſi peccat, qui præcipit, non tamen peccat, qui obedit, 23. q. 1. quid culpatur, uerſus finem.

Digitized by Google

a Quotiescunque.] ¶ Festiuitates.] De quibus inuenio in his capitulis, &].de cõsec.dist.3.c.1.Hug.

Infideles dicuntur.

b ¶ Ab infidelium.] Infideles eos vocat, qui peccant moraliter.argum.23.q.4.forte.Vel quia non seruant fidem amicis suis. Vel ad differentiam fidelis, 24.distin. Christiano.

c Fratres.] Consilium est.

d Si causa,] ¶ Concessum. Et ita videtur, q̃ aliquod tẽpus prohibitũ sit, in quo non debeat vxorem suam cognoscere,causa sobolis p̃creãdæ, & ita nõ est consilium, sed facvim in eo quod dicit videtur:nõ enim dixit,non est.Vel intelligas in casu, in quo loquitur c. quando si cognoscit eam causa sobolis,quia forte in eo casu non debet ad eam accedere: secus si causa incontinentiæ.

e ¶ Processionis.]id est,Rogationum, vt inf.de consec.dist.5. pronunciandum.

f ¶ Conceptus.] Ex quo.s.partus incipit moueri,hoc ẽt consilium est secundum nos, sicut etiam de mẽstruata, dist.5.ad eius vero, licet H.cõtradicat.

g ¶ Legem.] Supra dist.5.§.1.Iean.

h Christiano] 29. q.1.sic enim.

Licitum dupliciter dicitur.

i ¶ Non licet.]idest, non expedit.& ita licitum dupliciter dicitur.

k ¶ A licitis.] Propter hoc & illud.].ea.nec vxorem. Dic omnia hæc de consilio intelligenda.

l ¶ Ex consensu.] Hoc non est in Apostolo.sed ibi est sensus auctoritatis Apostoli. vnde est arg.q̃ potius sit sensus auctoritatis Apostoli attendendus, quam verba,extra de verb. sig.propterea.

m ¶ Orationi.] Sed dicit auctoritas. Nõ definit orare, qui bene facit,sed quilibet reddendo debitum bene facit.ergo orat: quare ergo cessabit,ut orationi vacet?Resp.orare hic sricte sumitur, secundum q̃ oratio fieri debet in ecclesia. Vel hoc de exigente: aliud in reddente. extra de conuer.coniug.quidam. Item nonne quotidie est orandum? Videtur ergo q̃ iugis continentia indicenda sit coniugatis: sed nomine orationis tẽpus deputatum ieiunijs,quib.sic frequentius nititur oratio, intelligitur vt tempus quadragesimale, quatuor temporum, & sanctorum vigiliæ, extra de obser.ieiu.consilium.

Orare non definit, qui benefacit.

n ¶ Nam secundum legem.] Forensem.i.Romanam, vt C.de fer.quadraginta. vel Mosaicam,vbi dicitur;decem

¶ A coniugali concubitu in sanctorum solennitatibus est abstinendum. C. II.

Sent.4.dist.32.

QVotiescunq; aut dies natalis Domini,aut reliquę festiuitates [a] adueniunt;sicut frequenter admonui, ante plures dies non solũ ab infidelium † [b] concubinarum consortio,sed etiam a proprijs vxoribus abstinere.

† *infelici.*] uera lectio.

Item Ambrosius in sermone de aduentu Domini.

¶ Diebus ieiuniorum à proprijs vxoribus abstinere oportet. C. III.

FRatres [c] non solum debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab vxoribus proprijs studiosissime contineatis. Nullus [α] omnino vxori suæ ieiunorum diebus coniungatur.

α ¶ Nullus.] *In hoc sermone, qui habetur in manuscriptis in bibliotheca Vaticana, hinc vsque ad finem non habentur. Sed in alio sermone manuscripto de Quadragesima hæc leguntur.* Nullus omnino vxori suæ iungatur,ante octauam Paschæ. *In plerisque vetustis codicibus Gratiani hoc loco absunt ista verba*, ieiuniorum diebus. *de quibus tamen B.Ambrosius loquebatur.& ideo sunt etiã in rubrica.*

Sent.ibidem. Iuo par.8.c.84. Pann.6.c.21.

Idem super epistolam primam ad Corinthios.in c.7.

C. IV.

† *al.purgationis.*

SI causa procreandorum filiorum ducitur vxor: non multum tempus cõcessum [d] videtur ad ipsum vsum: quia & dies festi,& dies processionis † [e],& ipsa ratio cõceptus [f], & partus iuxta legem [g] cessari temporibus his debere demonstrant.

sup.dist.5.

Idem Augustinus in libro quæstionum veteris,& noui testamenti.quæst.127.

Sent.ibidem. Iuo par.8.c.89.

Vxoris vsus certis diebus cessare iubetur. C. V.

CHristiano [h] cum vxore sua conuenire aliquando licet, aliquando vero non licet [i]. Propter dies.n. processionis aliquando non licet conuenire, quia etiam a licitis [k] abstinendum est,vt facilius impetrari possit quod postulatur.Vnde Apostolus ex consensu [l] ait abstinendũ ad tempus, vt vacetur orationi [m]. Nam secundum legem [n] in ieiunio cędere † , & iurgari non licet; postea licet,quia maior reuerentia debetur Dei causis.

1.Cor 7. Esa 58. † *al.cadi.*]orig.

Item Ioannes Chrysostomus.

Non vere pœnitentiam agit,qui continentiam non seruat. C. VI.

QVi in castiga-

ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugnis.pie. 18.dist.impietatis. Vel canoniceam.15.q.4. placita.lo.

QVi in castigatione.]CASVS.Dicitur hic,q̃ si quis inter Dei flagella peccatum cognoscit, & pœnitet, quantum in se est,ab operibus carnis debet abstinere.

a ¶ Qui

tione [a] victus [b] se dicit agere pœnitentiam? frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur [c] de cubili suo, & ieiunio continentiam addat.

Ioelis 2.

Caput hoc apud B. Ioannem Chrysostomum, ex quo citatur non est inuentum. Sed eadem fere leguntur in commentarijs B. Hieronymi ad c. 2. Ioelis, & copiosius etiam exposita.

Item Greg. in resp. 10. ad interrogationes Augustini.

¶ Ab ingressu ecclesiæ temperare se debet vir cum propria vxore dormiens. C. VII.

Sent. 4. d. 31. Poly. l. 6. ti. 7. Iuo p. 8. c. 88.

2 VIr cum propria coniuge [d] dormiens, nisi lotus aqua intrare [e] ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet, *& infra.* Quamuis enim de hac re diuersę hominum nationes diuersa sentiant, atque alij alia custodire videantur. Romanorum tamen semper ab antiquioribus vsus [f] fuit post admissionem propriæ coniugis, & lauacri purificationę quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reuerenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse cõiugum, sed quia ipsa licita admissio cõiugum sine voluptate [g] carnis fieri nõ potest, [h] a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Nõ enim de adulterio, vel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus fuerat, qui dicebat: (Ecce enim in iniquitatibus [i] conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea) *& infra.*

Psal. 50.

a ¶ Qui in castigatione.] s. flagellorum.

b ¶ Victus.] i. conuictus & compunctus. Vel melius victus genitiui casus, quasi in abstinentia & parcitate, s. Deo, secũdũ ieiunando, & in ieiuniis se castigando. Hug.

c ¶ Nisi egrediatur.] Quantum in se est, vel si vxor cõsentiat, sentiat vt inf. ea. Apostolus.

d ¶ Vir cũ propria coniuge.] CASVS. In prima parte loquitur de eo, qui causã incontinentiæ ad vxorem accedit. Tali consulitur ab ingressu ecclesiæ abstinere vsque ad vesperã. In secũda de eo, qui cã prolis habendæ. Tertio de eo qui causa libidinis tuæ saturãdæ. In primo casu consulunt ab ingressu ecclesiæ temporaliter cessandum, & hoc consilium approbat vsus Romanorum, non ad condemnationem nuptiarum, sed quia coniugalis commistio non potest fieri sine culpa, vt probatur auctoritate Dauid. In secundo casu reliquit arbitrio uiri an intret ecclesiam uel nõ. In tertio casu præcepit, quod ante ablutionem mentis ad sacram cõmunionẽ non accedat. H. uero sic ponit, in principio loquitur qñ uir accedit ad uxorem, causa incontinentiæ. in medio qñ causa liberorum: circa finem qñ causa libidinis exaturandæ. In primo casu consulitur uiro ut lauetur aqua, & aliquantulum cesset ab ingressu ecclesiæ, quod fit ad reuerentiam loci propter peccatum, quod fit in tali coitu, & propter corporalẽ coinquinationem. In secundo casu relinquitur suo arbitrio, & de intrando ecclesiam, & de accipiendo corpus Christi, In tertio nil de hoc uel de illo statuitur, sed ostenditur quod peccat grauius, quam in duobus primis casibus.

e ¶ Intrare.] Videtur ergo q̃ multo fortius quis prohibẽdus sit ab ingressu ecclesiæ pro mortali, cum hic impediatur pro veniali, & ita qui est in mortali, non debet ecclesiam ingredi, q̃ quidam admittunt, 21. d. cleros. in fi. & 11. q. 3. nullius sacerdotum. & de pæ. dis. 1. qui sanctus sacerdos est, quod nõ est verum, nisi sit excõmunicatus, 11. q. 3. excõicatos. &c. cum excommunicato. vel interdictus, extra de off. de leg. sane. de illis constat, vel nisi sint cõtumaces, 11. q. 3. qui iubente. vel pœnitentes, 50. d. in capite. & quidam sacrilegi. 81. dis. si qui. 5. q. 2. præsẽti. & 12. q. 2. de viro. alias q̃libet patest ingredi, vt de conse. d. 1. episcopus nullum, 1 q. 1. qui studet. vbi dr, q̃ dominus admisit omnes peccatores intrare ecclesiã præter simoniacos, potius. n. frequentabit ecclesiam, qui est in mortali, vt dominus eum cõuertat p verba sacerdotis, vt supra de pę. d. 1. falsas, in fi. Quod ergo hic dr, dictum est propter reuerentiam sacri loci, & propter corporalem uiri inquinationem magis quam propter peccatum.

Ecclesiæ ingressus an sit alicui prohibendus.

f ¶ Vsus.] Arg. pro consuetudine Romanæ ecclesiæ seruanda. & uerum est, cum hoc docet 11. dist. nolite.

g ¶ Voluptate.] Et ita coitus non potest fieri sine peccato, hic applaudit sibi Hug. & sumit opinionem, quod nunquam opus coniugale sine peccato potest exerceri, unde etiam qui debitum reddit, peccat uenialiter? quia semper est ibi quiddam prutitus & uoluptas in emissione spermatis, & ideo Christus noluit nasci ex coitu: quia non potest fieri sine peccato &c. 27. q. 2. omne, ad finem. uidetur ergo quod teneatur aliquis peccare: quia tenetur reddere debitum, ut 27. q. 2. si tu. & infra q. prox. cap. 1. nec potest reddere nisi peccet, ergo tenetur peccare, sed hoc argum. non ualet. Instat H. presbyter tenetur cantare Missam, nec potest cantare nisi hẽat linguam, ergo tenetur habere linguam. & secundum H. peccat homo ex necessitate in primis motibus. & ita erit quis perplexus secundum Hug. inter ueniale, quod surgit ex primis motibus & mortale. Nam de primis motibus dicit Apostolus: Ago quod nolo. & surgunt in nobis, & sine nobis, de pæ. d. sin. 2. inter hæc. P. manducator dixit contra, ut no. 13. dist. nemi. 2 Item ex hoc sequeretur quod bene faceret, & male, quia reputatur ei ad sanctitatem, si reddit debitum, ut infra cad. q. proxim. c.

Opus coniugale an possit fine peccato exerceri.

h ¶ Non potest.] De facili, & ideo quia dubium est, aqua aspergitur.

i ¶ Iniquitatibus.] idest. uoluptatib. iniquitas in propria designat crimen, de pę. dist. 3. §. quod aũt. c. ille text. uel dic, iniquitatibus, i. originali peccato, sine fomite, unde theologi colligunt ex hoc, quod plura sũt originalia huiusmõi, & tunc dic, iniquitatibus, i. cum iniquitatibus, qui

Originalia fm aliquos sunt plura.

Oportet itaque legitima a carnis copula vt cauſa prolis ſit,non voluptatis,& carnis commiſtio creãdorum liberorum ſit gratia, non ſatisfactio vitiorum.[a] Si quis ergo ſua † coniuge,non cupidine voluptatis captus, ſed ſolũ modo liberorum creandorum gratia vtitur, ipſe profecto de ingreſſu eccleſiæ, ſeu de ſumendo corpus Dominici, ſanguiniſque myſterio ſuo eſt relinquẽdus iudicio:quia a nobis prohiberi [b] nõ debet accipere,qui in igne [c] poſitus neſcit [d] ardere. Cum vero non amor procreandæ ſobolis, ſed voluptas [e] dominatur in opere commiſtionis, habẽt coniuges etiam de ſua cõmiſtione, quod defleãt. [f] *& paulo poſt.* ¶Tunc autem [g] vir, qui poſt admiſtionem coniugis aqua lotus fuerit,etiã ſacræ communionis myſterium valet accipere, cum ei iuxta præfinitam ſentẽtia eccleſiam etiam licuerit intrare.

† *al. ſuam coniugẽ*] orig.

a ¶ Legitima.] *Ita emendatum eſt ex varijs codicibus B. Gregorij. Antea legebatur,* oportet itaque legitimam carnis eſſe copulam. *Multa etiam alia iuxta emendata.*

3 *Hinc etiam* [h] *in diebus abſtinentiæ nuptiæ celebrari prohibentur.*

Vnde in Laodicenſi concilio,c. 52 *legitur.*

¶ In diebus Quadrageſimæ nuptias celebrare non licet. C. VIII.

NOn oportet in quadrageſima aut nuptias,vel quæli bet natalitia [i] celebrare.

Iuo p.8.c.48.

*Item ex concilio Martini Brachar enſis,c.*48.

¶De eodem. C. IX.

NOn licet in Quadrageſima [k] natalitia [l] martyrum celebrare?ſed tantum ſabbato,& Dominica pro cõmemoratione eorũ oblationes offerre. Sed nec natalitia nec nuptias liceat in Quadrageſima celebrare.

Burc.l.13.c.10. Poly.3.tit.24. Iuo p.6. cap.43.

Item ex concilio Ilardenſi.

¶ De eodem. C. X.

ij NOn oportet a Septuageſima vſq; in octauas Paſchæ,& tribus hebdomadibus [m] ante feſtiuitatẽ

Simile habetur in conc.Saleguſ.c.3. Sen.4.diſt.32. Poly. l.6.tit.3.Burc.l.9.c. 4.

a ¶ Vitiorum.] Scilicet impropria.Arg.diſt.13.nerui.

b ¶ Prohiberi.] Idest,diſſuaderi.

c ¶ Qui in igne.] idest,in ardore concupiſcentiæ,idest, in ampleæ.bus vxoris igneis.

d ¶ Neſcit.] Idest,neſcit cõſentire libidinis vxoris ſuę, ſed reddit debitum vxori exigienti.

e ¶ Sed voluntas.] Exercendæ libidinis.

f ¶ Quod defleant.] Eſt enim coitus tũc mortale peccatũ ſm Hug.32.q. 4. ergo, ſed [n] cauſa incontinentiæ, veniale, vt d.25.c.9 in aliud. §. alias autem ea.32.q. 2.quidquid.§.his ita immo ſecũdum nos nec hoc caſu eſt mortale, ſed veniale, & hoc iudicat cum dicit quod defleantur.

g ¶ Tũc autem.] Hoc reſpicit principium huius.

HINC ETIAM. Hæc eſt 3. pars.q.in qua ponit tempora, in quib.nuptiæ non ſunt celebrandæ,Io. de Fant.

Tempus feriarum vtrũ impediat & dirimat matrimonium.

h ¶ Hinc etiam.]Hic agit de illo impedimento,quod dicitur tempus feriarum,de quo dicunt quidam, quod impedit cõtrahẽdũ & dirimit iam ꝯctũ, quia contrahitur cõtra cõſtitutionem eccleſiæ,ꝛ.cad. nõ oportet, & extra de matr.contract.cõtra inter.ec.c.1.videtur in antiqua. Alij melius dicũt, quod licet impediat,nõ tamẽ dirimit,ar. extra de ma. contra. cõtra iter.ec.c.vl. i fi. &c. pe. & extra d tẽp or di. ſane unde matrimoniũ in Quadrageſima nõ prohibetur contrahi, ſed prohibentur nuptialia conuiuia,& nuptiales ſolennitates,& ſolemnes traductiones,& carnis cõmiſtio, põt ergo matrimoniũ contrahi in Quadrageſima: ſed illa tamẽ non dẽt duci,ſicut ſecũdum leges mulier poteſt tempore luctus alij viro deſponſari,ſed non tamẽ traduci, vt ff.de his qui not.infa. ſolet, §.quæ vitum, & hoc eſt expreſſum extra de ſe.capellanus, argu.ad hoc ff. de ritu nupſi quis officium. Nam cum ſolo conſenſu contrahatur, cur non contraheretur hoc tempore? C.de tranſ. nonminorem, & extra de matri.contrac.contra inter.eccle. per totum.Io.

NOn oportet in Quadrageſima.] CASVS. Præcipitur hic,ne quis reducat vxorem in Quadrageſima,vel anniuerſaria faciat,in quibus conuiuia nunt,& quod;dicitur ibi,nuptias,ideſt nuptialia conuiuia.

i ¶ Natalitia.¶ Non martyrum,ſed hominum:vel ad litteram intelligas.

NOn licet.] CASVS. Hic recitatur conſuetudo eccleſiæ Mediolanenſis, & quarundam aliarum ec-

l ¶ Natalitia.]põt dici hoc eſſe abrogatam,nã hodie celebrantur bene in Quadrageſima. Vel intellige quod nõ dẽnt celebrari,vt fiant ibi conuiuia, & interſint hiſtriones & mimi,qui turpia,&c.& huic intellectui conſonat qđ ſequitur,ſed tñ in ſabbato,&c.inf.ea.nec vxorẽ.Natales vocantur martyrum paſſionum dies,quia in eis naſcuntur ad vitam,& moriuntur mundo: de conſuetudine eſt in eccleſia Mediolanenſi, qđ in Quadrageſima nõ celebrant. 2 De his natalibus habes C.de proba. neque natales.Et Virgilius.Meus eſt natalis Iola,&c.Ioan.

Natales, qui dicuntur.

NOn oportet. CASVS.Hic prohibetur certis tẽporib. anni aliquam duci vxorẽ:& ſi fuerit traducta,ſeparentur ad tempus pro contemptu ad pœnitentiã. Quæ ſe quunt plana ſunt vſque ad quæſtionem,ſ.Pœnitentiã,] per quam mutua vel viua ſeruitus impeditur.

1 Scilicet natales martyrũ, nec vxores ducant.

m ¶ Tribus hebdomadibus.]Sed nunquid iſtæ tres hebdomadæ ſunt immediate ante feſtum ſancti Ioannis? ſubaud;, non,ſed cum intervallo inter eas & feſtum,vt extra de fer. capellanus. & ponit has duas opiniones.

appro-

approbat tamen quod cum interuallo accipiendæ ſunt, & incipiunt a diebus Rogationum.

a ¶ Separentur.] Ad tempus, extra de ma. contracto cõtra inter. eccl. litteras. non eſt contra, extra e. tit. ex litteris, in fine, quia ibi loquitur de interdicto ecclesiæ, non ni, Miſſæ, & vpi, & officio. & canonibus, & vniuerſali eccleſiæ indicto vacare licet, & debet & poteſt, vt de cõſe. diſt. 2. omnis homo. ſup. ca. q. 2. quos. ſup. diſt. 5. c. 3.

c ¶ Niſi ex conſenſu.] Niſi pro ſuccurſu terræ ſanctæ. extra de vo. & vo. redemp. ex multa. in verſic. in tanta.

d ¶ Fraudare.] Sed qd ſi in eccleſia velit vxor debitum exigere a viro, nũquid debet ei redere? Gratianus dicit, q̃ ſic. tu cõtra l. ar. ff. de ſol. q̃ dici mus. Sed quid ſi a ſacerdote tempore canonis petat debitũ? Idem dico, q̃ non tenetur reddere tunc, arg. 29. diſt. c. 2.

Coniugale debitũ non eſt in eccleſia reddendũ.

1 vbi tãc nõ pãt exire eccleſiã ſcũm Lau. De hoc ẽt not. 3. 2 1. diſ. quoniã.

e ¶ Pœnitentiam.] Publicam. ſ. & ſolennem, ſcilicet q̃ quam ius alterius lẽditur.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 47. Paun. l. 6. c. 3.

ſancti Ioannis Baptiſtæ, & ab aduẽtu Domini vſq; poſt Epiphaniam nuptias celebrare. Quod ſi factum fuerit, ſe parentur.[4]

Item Nicolaus Papa ad conſulta Bulgarorum, c. 48.

¶ De eodem. C. XI.

NEc vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadrageſimali tempore conuenire poſſe nullatenus arbitramur.

4 *Hæc autem ſeruanda ſunt, ſi vxor conſenſum adhibere noluerit, cæterum ſine eius conſenſu, nec cauſa orationis continentia ſeruari debet.*

Vnde Auguſtinus in libro primo de adulterinis coniugis, c. 2.

¶ Niſi ex conſenſu communi, orationi coniuges vacare non poſſunt. C. XII.

Sent. 4. diſt. 32. Iuo p. 8. c. 133.

APoſtolus nec ad tempus, vt vacetur orationi, [b] niſi conſenſu, [c] voluit coniuges carnali inuicem fraudare [d] debito.

Hinc etiam in ſecũdo concilio Arelatẽſi, c. 22. legitur.

¶ Niſi ex conſenſu communi, coniugatis pœnitentia non detur. C. XIII.

Iuo p. 8. c. 280. & p. 65. c. 14. & c. 133.

PAenitentiam [e] coniugatis non, niſi ex conſenſu dandam.

QVESTIO V.

QVod autem ſine conſenſu [f] vxoris vir continentiam vouere non poſſit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim & Auguſtinus ſuper pſalmum 149. in extremo.

Non poteſt vir continentiam ſeruare, niſi vxoris teneat conſenſum. C. I.

Sent. ibidem Iuo p. 9. c. 127.

SI dicat vir, continere [a] iã volo, nolo aũt, vxor, nõ põt. Quod. n. tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariam? [h] ſi alij nupſerit te viuo, adultera erit. Non vult [i] tali lucro Deus compenſare tale damnum. Redde debitum, & ſi non exigis, redde. Pro ſatisfactione β [k] perfecta Deus tibi computabit, ſi nõ, quòd tibi debetur, exigis, ſed reddis, quod debetur vxori.

a ¶ Continere.] *Sic etiam apud Magiſtrum: ſed B. Auguſtinus & Iuo habent*, continere, iam volo, nolo iã vxorem, non poteſt. Quid ſi tu vis, & illa non vult.

β ¶ Satisfactione.] *In aliquot manuſcriptis, & apud B. Auguſtinum & magiſtrum & Iuonem eſt*, ſanctificatione. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Marītus cõtinentiã ſine cõſenſu vxoris vouere non poteſt.

f ¶ Quod autẽ ſine conſenſu.] Hæc quæſtio quinta negatiue ſoluitur, quia vir nõ poteſt continentiam vouere ſine cõſenſu vxoris expreſſo vel tacito, niſi ſit ſponſa nondum cognita, extra de conuer. cõiug ex publico. & in caſu fornicationis, v 27. q. 2. Agathoſa.

g ¶ Ait enim.] Super pſalmo. Laudate Dominum quoniam bonus.

SI dicat vir.] CASVS. Oſtendit in hoc c. q̃ vir ſine cõſenſu vxoris non poteſt continere: qa diſplicet Deo cõtinentia viri, ex qua ſequitur proſtitutio vxoris, reddat igitur quod debet, ſcilicet exactus, & quod ſi bi debitum eſt, non exigat, & reputabitur pro ſatisfactione.

h ¶ Fornicariam.] 27. q. 2. ſi tu.

i ¶ Non vult.] 14. diſt. quod ait.

k ¶ Pro ſatisfactione.] Quia reddere debitũ meritoriũ eſt. infra. ca. ſecundum. 32. q. 2. connubia. contra. ſed ibi ſoluitur.

non de tempore feriato. Vel ibi prohibetur perpetua ſeparatio, hic permittitur ad tempus.

NEc vxorem.] HÆC AVTEM. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua dicitur, quod nec vir ſine conſenſu vxoris, nec contra poteſt vacare orationibus Ioan. de Fant.

b APoſtolus.] ¶ Orationi.] Priuatæ, vel priuato loco, quod facere & incipere uelit, ſed ſolenni oratio-

a ¶ Noti-

NOtificasti &c. CASVS. Hug.sic ponit hunc casum. Iste Landulphus timore mortis licentiam ab vxore violenter extorsit, & sic monasterium adiuit victus clamoribus vxoris & familiæ, de monasterio exiens ad domum propriam redijt, quæritur postea a Papa an liceret ei vti vxore sua, cui Papa rescribit, & respõdet inquisitioni eius, & non directe, sed p consequẽtiam ostendit talem cõuersionem nullã esse, & nõ tenere, ex quo facta fuit sine spontanea consensu uxoris. In quo datur intelligi q̃ potest ea uti cognoscendo, reddendo saltem debitum. Seq.c.patet.

Cõfessio cõtra aliquem a ¶ Minis.] Arg.qđ extorta non confessio uel cõsensus ab aliquo contra ipsum extortus non præiudicat illi ar.31. q.1.Lotharius, & 15. q.6.auctoritatem. 1 nulla est.

b ¶ Licentiam.] Iuẽ arg. a contrario sensu, quod non potest exire de monasterio qui cũ uxoris intrauit licentia. Item arg.quod coacta licẽtia uel uoluntas nulla est: non quia hic non fuit licentia, ut in prin.dī: sed quia coacta nõ hic nulla dī, sed vī contra 15. q.1.merito.ubi dī, q̃ coacta uoluntas, uoluntas est. Respond. secus est hic, & i matrimonijs, ubi exigit uolũtas directa, uel spontanea, extra de spon.cum locum. & inhabitus assumptione, extra quod met. cau.c.1.secus est i iuramẽto, ubi nulla excusat necessitas, quia ipsũ necessitatis sem p est 22.q.1.ita ergo. consulimur tñ isti, ut no.15.q.6.auctoritatem.

2 Ad hoc ī. ea.mulier.c. Deo.ca.q uxorem, ubi de hoc, 27. q.2.Agatho sa.& istis canonibus stat Hin. Maritus, qui inuito uxore uouit religionem, an post ei⁹ mortem continere debeat.

c ¶ Sine abbate.] Idẽ si cum abbate.

d ¶ Cum omni.] Arg. qđ prætermissis circumstantijs alicui facto debitis non intelligitur illud esse factum, sup.30.q.5.aliter dist. 22. quorundam. sup.17.q.2.Gonsaldus. 1.arg.cõtra extra de reg.& transeunt ad reli.c.ad apostolicam sedem, quia tenet ibi monachatio omissa probatione.

3 De hoc ẽt e ¶ Cum festinatione.] Sed nunquid tenetur vir iste cõ not. 27. q.1. tinere post mortem vxoris? sic. 3 nec exigere potest: ad nuptiarum. monasterium tamẽ non cogitur redire, extra de conuer. iuxta fin. In coniuga.quidam.extra eod.tit.placet. sed contradicit extra eod.ti.ex parte.vbi compellitur redire ad monasterium. Sed dic quod ibi vxor dederat licentiam. & ipse solenniter professus erat, vel ibi verbum, compellas. nõ extenditur nisi ad verbum dimittat, quod post sequitur in dicto c.ex parte. est consilium. Nec obst. extra eo.ti.cõ gl. hic habes.

Item Alexander Papa II. Landulpho in Corsica.

¶ Non debet extorqueri mulieris consensus ad continentiam Deo vouendam. C. II.

NOtificasti te morte tenus infirmatum, & peccatorũ tuorum recordatione, & terrore valde pauefactũ, anxiè quæsisse monachũ fieri, & a tua vxore minis, [a] & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam [b] extorsisse, & sic te monasticam † vestem sine abbate [c] sumpsisse, & monasterium petijsse: postea vero, cũ sanus factus esses tuæ vxoris reclamationibus, eiulationibus, & plãctibus, tuæq; familiæ diuersionibus deuictus, [a] vtpote pœnitẽs domum remeasse, & post multos dies quorundam sapiẽtum consilio ad iam dictę mulieris cubile redijsse. Nunc ast, si tibi tua vxore vti liceat, nostrum requiris consiliũ. Si ita deniq; est, vt tuus nuncius narrat, nõ videtur nobis rationabiliter, neq; sana mente id factũ, quoniam, cũ omni [d] homini ad monasticam tendenti vitam legaliter, sancte, & iuste sit peragendum; tu cõtra leges minaciter & violẽter a tua vxore, parti terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus exinanitus, deuia secutus, nulla, vt dicitur, licentia accepta recessisti, & monasteriũ petisti. Non enim violentia, sed ex pari uoluntate, & consensu (sicut sancti patres dicunt) hoc fieri debet, neq; vir & monasterium exigere, aut professa continentia habitum cũ festinatione [e] debet mutare.

Iuo par.8.c.230. Panno.l.6.c.85.

† *al.monachicam.*

[a] ¶ Deuictus.] *Iuo habet*, vtpote pœnitens deuictus. *Pannormia*, vtpote penitus deuictus domum remeasse.

β ¶ Neque vir.] *Apud Iuonem, & in Pannormia legitur*, neque vir in monasterium recipiẽdus est, nisi vxor illius femineum monasterium elegerit, aut professa continentiam habitum cum festinatione mutauerit. *Sed mutatiũ non est: quoniam glossa videtur magis conuenire lectioni Gratiani.*

Item ex concilio apud Compendium.

Capit.l.5.c.16.

¶ Vir potest abnuere vota continentiæ, quæ sine eius cõsensu Deo vxor obtulerit. C. III.

Burch.l.9.c.47. Iuo p.7.c.185. & p.9.c.124. Et Beda.1.Gor.7.

MVlier, & sine licẽtia † viri sui, velũ in caput miserit si viro placuerit, [f] recipiet eã iterum ad cõiugiũ. [g]

† *comitis*) *cap.*

Item Augustinus ad Ecditiam epist.199.

c ¶ Sine festinatione.] Ar. qđ præterquam si ex hoc c.quod possit.inf.ea.vna.

f ¶ Mulier placuerit.] In optione ergo viri ponitur si velit eã reuocare sicut in optione prælati est an velit rem vacante sede alienatã a capitulo repetere, vel pretiam retinere 12. q.2. si qua de reb. vtrũ autem vir teneatur eã reuocare, uel pariter conuerti, uel continentiam uouere dictum est 27.q.2.Agathosa.nam si noluit eam reuocare, episcopus debet eam sua auctoritate extrahere.ar.extra de conuer.cõiug.c.1.nam bonus iudex debet talia corrigere, extra de offi.ord.c.1.ff.de offi.præsi.præses.

g ¶ Coniugium.] Sed pone q̃ mulier sine licentia viri intret religionem. immo uiro contradicente. post vir consentit, sed ipsa contradicit.; nunquid põt ipsa exire?

Vide.

Maritus usquequo pōt uxorem suā reuocare, q̄ sine eius cōsensu religionem ingressa est.

Videtur q̄ non: quia vltimus consensus confirmat præcedentes ff.de ser.rustic.prad.per fundum.arg.contra.ff. com.prædio.receptum. vbi dī q̄ prior consensus dēt durare q̄. Quidam dicunt, q̄ exire potest. sed contra eos est extra de eo qui duxit in ma.cap.1. per quod dico, q̄ exire non-

¶Non potest vir continentiæ vota rescindere, quæ eius assensu mulier Deo promisit. C. IV.

Ino cap.8.c.136. Pan.1.6.c.80.

† *al. constantissime*.

QVòd Deo pari consensu ambo voueratis, perseuerā ter vsque in finem [a] reddere ambo debuistis. A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem instantissime † [b] per seuera. [c] Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenuisse eius assensum, numerus d'te nullus defendisset annorum, *et post pauca.* ¶Non quia pariter temperabatis a commistione carnis, ideo tuus maritus esse destiterat; immo vero tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quando sanctiora [c] concorditer placita seruabatis Nihil ergo de tua velle, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut reb. vllis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti. *& infra.* ¶ Est quidam pro modulo personæ habitus matronalis a viduali veste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis, salua religionis obseruantia conuenire. Hūc [f] te maritus si deponere noluit, ne te [α] velut viduam illo viuente iactares; puto, quia non fuerat in hac re vsq; ad dissensionis scandalum producendus magis [g] inobedientiæ malo, quam illius † abstinentiæ bono. Quid est enim absurdius, quam mulierem de humili veste viro superbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quàm in nigellis vestibus repugnare? quia, & si te indumentum monachæ delectabat, etiam hoc gratius posset, marito obseruato, exoratoque sumi, quam illo inconsulto, contemptoque præsumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Abfit, ut hinc displiceres Deo, quod coniuge tuo nōdum defuncto non indueris, sicut Anna [h], sed sicut Susanna [i].

† *al. vltimæ.*

Luc. 12. Dan. 13.

α Ne te.] *In vulgatis erat*, Ne te puta velut viduam iactare. *Emendatum est ex aliquot vetustis originali, & Beda, & alijs collectoribus, itemque alia multa.*

Beda ibid.& pl.or. Sent.4.di.32.Polyc. l.6.tit.4.

Idem in eadem epistola.

¶ Continentiæ meritum habet, qui pro incontinentia vxoris debitum sibi reddere cogitur. C. V.

SEcundum

gedi monasterium siue religione m. & ingressā pōt educere. arg. inf.cap. prox. qa nō tenuit ingressus eius, ut ext. de conuer. coniug. quidā, secus si in ingressu vtri uouisset quia tunc ingressus eius tenet secundum Inn. 3 Cū ista gl. concordat Ang.in l.qui seruū, ff. de uerbo.ob. & Ale. de Imo. in l. cū proponas, C.de pactis.

§ Præscriptio nō defendit inualidum.

b Instantissime] Ar. q̄ fides est seruanda ei, qui contra fidem venit 3.22.q.4.innocens.ar.contra.95.d. esto.extra de iureiurando peruenit 1.

c Perseuera.] Sed qd si alter fornicet postea, nunqd reliquus pōt ipsum repetere? arg. hic q̄ non. arg. cōtra ext. de iureiur. tua. Dicunt quidā, q̄ auctoritate cpī restituetur ei, vt de dinor. extra. litteris.

d Numerus] Arg. cōtra præscriptionem; non .n. præscriptione temporis defenditur quod ab initio de iure cōi nō potest sortiri effectum, vt 33.d. illud aūt. dist. 100. contra morē. su. 1.q.1. nullus epūs.

e Sanctiora,] Ab initio tamen cum contrahunt, contrariam debent habere volūtatem, s. de sobole suscipiēda, 27.q.2. omne itaque.

f Hunc.] Ex hoc vī, quod vxor non possit facere eleemosynam sine licentia viri, sed istud intelligas de rebus dotalibus, nam dominium rerum dotalium est pœnes mulierem de iure naturali, de iure ciuili est pœnes maritum, C.de rei uend.doce. & de his intelligas hoc ex. Vel si uis intelligere de parafernalib. consilium est hic: nam cui commisit corpus, honestum est ut res committat, C.de pac.conu. hac lege, & extra de dote post diuor.c.ult. Sed quæro cum isti uotū emiserunt, quare uestes mutare non possunt? Ad hoc dicas q̄ cē seruitutē uir duplicem hēt seruitutem in uxore, unā quoad debitū reddendum, aliā quoad ministerium sibi exhibēdū. unde licet unam relaxauerit, non tamen alia. ff. de seruit. urb. præd. si domus. & ext. de conuer. coniug. quidam.

Eleemosyna an possit fieri per uxorē sine licentia uiri.

g Magis] q.d. cum peruxisti eum ad scandalum dissensionis potius malum fecisti uiro non obediendo, quam bonum feceris abstinendo.

h Anna] id est, uidua.

i Susanna.] id est, umbrata.

Secundum uerbo.] CASVS. Primo probat Aug. quod uir-

1 Adde ad hoc q̄ no. 7.q.1. si quis.

2 Quidā dicunt, & forte bene, q̄ mulier, quæ nō uouit q̄n uir ingressus est monasterium uiro inuito non potest in non potest. Sed vsque quo habebit maritus licentiam reuocandi eam? Dicunt quidam: quod intra annum & diem argum. 20.q.2. puella. Bar. dicebat quod intra triēnium, 17.q.2. si quis incognitus. Alij dicunt quod tunc potest reuocare cum primo copiā habuit, post non su. 32 q.1. constat. Ego dico quod quandocunque potest, vt J. c. proximo 2

QVòd Deo pari consensu.] CASVS. Editia cum viro suo in domo propria perpetuæ continentiæ votum emisit. vnde duplex inter eos emersit dissensio. Prima, quia ille per incontinentiam votum volebat violare. Secunda, quia illa econtra tanquam soluta sub veste viduali & nigra de rebus suis disponebat. De prima præcepit Editiæ quod quamuis vir peccauerit, illa tamen in voto continentiæ perseueret. De secunda præcipit, quod tam de veste quam de rebus dotalibus se regat ut-

Digitized by Google

dixit epiſcopus eum peccatum cõmiſiſſe in genere, non deſcendendo ad ſpecies: ſed hic ſpecificat. Vel ibi facta fuit confeſſio epiſcopo, vt ſocio vel homini, non vt Deo

P ſupra 6.q.2.c.1.& 2.Lud.

Lacuit.] Cui prius. j16.q.1.§.ecce.in hoc.

a ¶ Prius.] Nota qđ prius debet cõfiteri ſuo ſacerdoti, licet, alteri poſtmodum confiteatur.L.

Sacerdos proprius ꝓp im pentiam põt deſeri, & alius adiri.

b ¶ Cõmiſit.] Id eſt cuius parochian⁹ ẽ: ab alio enim nõ poteſt ligari vel ſolui, extra de pœn. & remiſſ. quod autem.

c ¶ Pro ignorantia.] ergo pro ignorantia eius, auctoritate huius canonis poterit ire ad aliũ, ſine licẽtia hoꝝ, ſ. illius preſbyteri imperiti: ſufficit hoc a iure cõcedi. ar. ff. de cõd. iſt. q. bus. 1. vlt. Sed nũqd credit ille extraneus ſacerdos ſimplici verbo eius pœnitẽtis, q dicit ſuum ſacerdotem imperitũ? Sic, ꝙa nõ eſt verisimile ꝙ cum mẽdacio veniat ad pniam. c. ſancimus, 1.q.7. Sed nũ quid eſt vtilis talis confeſſio, quã quis accipit à non ſuo iudice contra hãc conſtitutionem? nã ordinatus à non ſuo epõ recepit veritatẽ ordinis, 7. q. 1. epiſcopus. Sed dico cã inutilem. Væ ergo ſcholaribus, qui vadũt ad incluſos propria, & non ibi audiunt diuina per annum, quia & ibi decimas perſonales debent dare. extra de decim. nouum genus. Lauren.

Scholares q- bus confite- ri debent.

d ¶ Confeſſus.] Vel quia nõ vult pœnitẽtiam dare, vel pro alia iuſta cauſa. Lau.

Pœnitentia mortis articulo iniuncta, utrũ ſit vtilis.

EMPUS.] In hac diſtin. tractatur de pœnitentia finali, ſcilicet, quæ in fine vitæ quæritur & accipitur, ſcilicet, an valeat ad æternam vitam conſequendam, vel non, & quid ſi fiat non ex charitate, ſed tantum metu diuini iudicij: Et diuidit i duas partes, in prima quarum dicitur, quod dictum eſt. Pe. Secunda ibi, [quam quamq. Pet.

TEMPVS VERO. CASVS. Hic intitulatur 7. diſ. quæ quæritur vſq; ad quod tẽpus peccator ſit recipiẽdus ad pniam, hoc eſt an vtilis ſit pœnitentia, quæ iniungitur in mortis articulo. & videtur Aug. in hoc dubitare, nec vult (vt vi)in hoc præciſe reſpondere, arg. inf. ea. ſi qui poſitus. Et forte ideo dubitauit: quia conſiderauit quod de facto contingit: quia vix aliquis poteſt digne pœnitere in mortis articulo conſtitutus, dum inundum conſiderat, dum reſpicit filios & vxorem a infra e. §. vlt. Vel dubitare ſe oſtendit, non quia dubitet, quid in hoc caſu

a Dicit Hieron. ſi ex

3 *Quod autem dicitur, vt pœnitẽs eligat ſacerdotẽ, ſciẽtem ligare, & ſoluere, videtur eſſe contrarium ei, quod in canonibus inuenitur, vt nemo videlicet parochianum alterius iudicare præſumat. Sed aliud eſt fauore, vel odio proprium ſacerdotem contemnere, quod ſacris canonibus prohibetur: aliud cæcum vitare, quod hac auctoritate quiſque facere monetur, ne, ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadant.*

ſup. in principio capitis, qui vult Sent. ibidem.

Vnde Vrbanus Papa. 11.

¶ Cuilibet ſacerdoti commiſſum, niſi pro eius ignorantia, alter ſacerdos ad pœnitentiam non ſuſcipiat. C. III.

PLacuit, vt deinceps nulli ſacerdotum liceat quemlibet commiſſum alteri ſacerdoti ad pœnitentiam ſuſcipere ſine eius conſenſu, cui prius [a] ſe commiſit, [b] niſi pro ignorantia [c] illius, cui pœnitens prius confeſſus [d] eſt. Qui vero cõtra hæc ſtatuta facere tentauerit, gradus ſui periculo ſubiacebit.

ſupra.9.q.2.placuit Sent. ibidem.

DISTINCTIO. VII.

TEMPUS vero pœnitentiæ eſt vſque ad vltimum articulum vitæ. Vnde Leo Papa, epiſ. 90. al. 92. ad Ruſticum, c. 5.

¶ De eodem. Cap. I.

NEmo deſperandus eſt, [e] dum in hoc corpore cõſtitutus eſt: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore [f] perficitur.

Sent. 4. diſtin. 20. ſup. 32.q.2.ancillã, † cõſtituitur. §. nemo.

2 *Quamquam de differentibus pœnitentiam Auguſtinus ſcribat in libro 50. homil. hom. 41.*

Cap. II.

SI quis poſitus ĩ vltima neceſſitate ægritudinis ſuæ voluerit accipere pœnitentiam, & accipit, [g] & mox recõciliatur, [h] & hinc vadit; fateor vobis, nõ illi negamus qđ petit; ſed non præſumimus, quòd bene hinc exit: ſi ſecurus hinc exierit, ego neſcio: pœnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem autem dare non poſſumus. Nunquid dico,

Sent. ibidem. Poly. l. 8. lib. 1. Anſ. l. 11. c. 137. Burc. l. 18. c. 12. Iuo p. 15. c. 22.

hoc modo ⓖ. primo probat vno c. ꝙ pœnitenti nunquã eſt pœnitentia deneganda: poſtea adducit in contrarium duo cap. vſque ad §. hoc autem, quæ contraria capitula per alia auctoritates. Aug. ſoluit.

e NEmo deſperandus eſt.] Id eſt de nemine deſperandum eſt. Ar.

f ¶ Maturiore.] 32.q.2.ancilla. cuius hæc pars eſt. L.

QVAMQVAM. Hæc eſt ſecunda pars diſt. in qua dicitur, ꝙ ſi quis vere vult pœnitere, hoc ſanus faciat. Pet.

SI quis poſitus.] CASVS. Quæſtũ fuit ab Aug. an dãda ſit pœnia in mortis articulo cõſtitutis, & an ſit eis vtilis. Et reſpondet dicens, ꝙ nulli eſt pœnitẽtia denegãda, ſed non præſumitur, ꝙ eis ſit vtilis, neque eis ſecuritatem promittit. vnde hortatur quemlibet, vt in ſanitate pœnitentiam agat, ſi digne vult veniam obtinere.

g ¶ Accipit.] Notificatam, non autem impoſitam, quia in tali articulo non imponitur, vt 26.q.6. presbyteri, &c. agnouimus, & q.7.c.1. Lau.

h ¶ Reconciliatur.] Quia forte erat excommunicatus, vel

collo tuo tibi nepos parvulus pendeat: ſi in limine pater tuus iaceat ſenex: ſi ubera quibus te lactauit mater tibi oſtẽdat; ſiccis oculis ad crucem euola, pcalcatũ perge patrem, per calcatam perge matrẽ & gladium tenet hoſtis: & ſi cogitabis de lachrymis matris.

damnabitur? Sed non dico, liberabitur. Vis ergo à dubio liberari? Vis, quod incertum est, euadere? age pœnitentiã, dum sanus es. Si sic agis, dico tibi, quod securus es: quia pœnitentiam egisti eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam, quando iam peccare non potes: peccata te dimiserunt [a], non tu illa [b].

1.q.3.Saluator.

Hæc, & duo sequentia capitula accepta sunt ex homilia 41. B. Augustini, sed primum hoc ordine, multisque verbis mutatis. Atq; ideo Burcardus, & Ivo non ex Augustino, sed ex dictis Augustini citant. Quare nihil mutatum; sed præstat omnino homiliam ipsam legere. Eadem in bibliotheca sanctorum patrum, tomo 7. tribuuntur B. Cæsario Arelatensi episcopo.

Idem in eadem homilia paulo superius.

C. III.

Qui egerit veraciter pœnitentiam, & solutus fuerit à ligamento, quo erat adstrictus †, & à Christo corpore separatus, & bene post pœnitentiam vixerit, sicut ante pœnitentiam viuere debuit; post reconciliationem quãdocunque defunctus fuerit, ad Deum vadit, ad requiem [c] vadit, regno Dei non priuabitur, à populo † diaboli separabitur.

† al. adstrictus.

† al. consortis.

Idem ibidem.

C. IIII.

Si quis [a] [d] autem, &c. *& infra.* ¶ Baptizatus ad horam securus hinc exit: fidelis bene viuẽs securus hinc exit: agens pœnitentiam, & recõciliatus, cum sanus esset, & postea bene viuens, securus hinc exit. Agens pœnitentiam ad vltimum, & reconciliatus, si securus hinc exit, ego nõ sum securus. Vnde securus sum, dico [e]; & securitatem do: vnde non sum securus, pœnitentiam dare possum, securitatem dare non possum. *& post pauca.* ¶ Sed vnde scis β (iniquis) ne forte Deus dimittat mihi? verũ dicis: vnde? nescio. Illud scio, hoc nescio. Nam ideo do tibi pœnitentiam, quia nescio: nam si scirem tibi nihil prodesse [f], non tibi darem. Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.

Sent. ibidem.

a Si quis autem.] *Apud B. Augustinum sequuntur verba, quæ relata sunt paulo ante in capite, si quis positus, vsq. ad ver.* bene hinc exit.

β Sed vnde scis.] *Hæc apud B. August. sequuntur post vltima verba eiusdem capitis,* si quis positus.

Hoc autem quare Augustinus dixerit, Cyprianus ostẽdit, libro 4. epist. 2. ad Antonianum dicens.

C. V.

Idcirco frater chariſſime, pœnitentiam non agentes, nec dolorem delictorũ suorum toto corde, & manifesta lamentationis suæ professione testantes, prohibendos omnino censuimus a spe communionis, & pacis; si in infirmitate, atque in periculo cœperint deprecari: quia rogare illos non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit: nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum.

In lib. de vera, & falsa pœnitentia.

Item Augustinus in libro de pœnitentia, c. 17.

b Non tu illa.] More humano loquit. semper enim præsumitur contra illum, quod non vere pœniteat: nisi euidens signum appareat. arg. 57. dist. si quis in ægritudine. Hug.

Qui egerit pœnitentiam. ICASVS. Di hic, quod si quis egerit veraciter pœnitentiam, & bene post pœnitentiam vixerit, post reconciliationem securus hinc exit, sicut post baptismũ: qua autẽ i articulo mortis pœnitẽtiam agit, vtrum securus hinc exeat, dicit Aug. se dubitare. H. autẽ unũ c. facit ab illo ca. (si quis positus) usque ad §. hoc autẽ (qui §. per se patet.

c Ad requiem.] Scilicet recta via, ita ꝙ nec purgatorium sentiat pro illis peccatis pro quibus pœnituit. Lau.

d Si quis.] Hoc habes su. d. 3. §. ultimo. in c. si quis autem. H.

e Tibi nihil prodesse.] C. de proba. ad probationem.

f Non tibi darem.] sup. 95. dist. illud, argum. Hug.

Idcirco. ICASVS. Di hic, ꝙ qui uerã pœnitentiam nõ agunt, & ex toto corde, prohibendi sunt à spe communionis & pacis: quia tales cõpellit ad pœnitẽtiã necessitatis articulus. & nõ delictũ.

* Idest, integre etiam satisfecit.

Digitized by Google

C. VI.

Sent. ibidem.

NVllus expectet, quando iam nõ possit peccare. Arbitrij.n. quærat libertatem, vt dolere † possit cõmissa, non necessitatem. Qui prius itaq; à peccatis relinquitur, quàm ipsa relinquat, ea nõ libere, sed quasi ex necessitate condemnet. Licet.n. latro veniã meruisset in fine deomni suo crimine, non tamẽ dedit baptizatis peccãdi, & per seuerãdi auctoritatem. Tunc enim baptizatus est, qui tũc primum in cruce Christum confessus est. Pœnitentia.n. si in extremo hiatu vitæ aduenerit, sanat & liberat ĩ ablutione baptismi, ita quòd nec purgatorium sentiũt, qui in fine baptizãtur: sed ipsi ditati bonis sanctæ matris ecclesiæ sunt recepturi multiplex bonum in vera beatitudine. Illi autem, qui cum potuerunt, nunquam conuerti voluerunt, cõtentes, cum iam peccare nequeunt, non sic facile acquirunt quod volunt. Oportet enim, vt pœnitentia fructificet ad hoc, vt mortuo vitã impetret. Scriptum est enim fine charitate neminem saluum esse. Non itaque in solo timore viuit homo. Quem ergo sero pœnitet, oportet non solum timere Deum iudicem, sed & iustum diligere: nõ timeatur pro pœna, sed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni eius prædicta varietate.

† al. dolere.

Lect. 3 ff.

1. Cor. 13.

¶ Quod quoniam [a] vix licet, de eius salute Augustinus potuit dubitare. Credo quidem illi; qui dixit: [Quacũq; hora peccator ingemuerit, & cõuersus fuerit, vita viuet,] Dixit conuersum, non tantum versum, vita viuere. Versũ quidem puto, qui dolet de crimine: conuersum, qui dolet de omni † eius, quam exposuimus, varietate. Vertitur a peccato, qui iam vult dimittere peccatum: conuertitur qui iam totus, & omnino vertitur, qui iam non tantum pœnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat. Quæ conuersio, si contigerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix, vel raro est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente sero. Quẽ enim morbus vrget, & pœna terret, ad veram vix veniret satisfactionẽ; maxime, cũ filij, quo illicite dilexerit, sint præsentes, vxor, & mundus ad se vocent. Multos enim solet serotina pœnitentia decipere. Sed quoniã Deus semper potẽs est, semper etiam potest in morte iuuare quibus placet. Cum itaque opus sit non hominis, sed Dei fructifera pœnitentia; inspirare eam potest, quandocũque vult sua misericordia, & remunerare ex misericordia quos damnare potest ex iustitia. Sed quoniam multa sunt, quæ impediunt, & languentem retrahunt, periculosissimum est, & interitui vicinum, ad mortem protrahere pœnitentiæ remedium. Sed magnum est, cui Deus tunc inspirat. Si quis est igitur, qui veram tunc quærat pœnitentiam; expectet Dei clementiam; maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequitia. Sed si etiam sic conuersus euadat, vita viuat, & non moriatur; non tamen promittimus, quòd euadat omnem pœnam. Nam prius purgandus est igne purgationis, qui in aliud sæculum distulit fructum conuersionis. Hic autem ignis, & si æternus non sit, miro tamen modo est grauis. Excellit enim omnem pœnam, quam vnquam passus est aliquis in hac vita. Nunquã in carne tãta inuẽta est pœna licet mirabilia passi sint martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta sustinuerunt † supplicia. Studeat ergo quilibet sic delicta corrigere, vt post morte nõ oporteat talẽ pœnã tolerare. Quædã.n. peccata sunt mortalia, & in pœnitẽtia sunt viralia †; non tñ statim sanata. Sæpe enim quidam ægri morerentur, nisi medicarentur: non tamen statim sanantur: languet victurus, qui prius erat moriturus. Qui autem impœnitens moritur, ipso moritur, & æternaliter cru-

[a] Nullus expectet.] CASVS. Dicit Au. quod nullus debet expectare vt agat pœnitentiam in morte. Nec debet ex eo sumere auctoritatem, q̃ pœnitentiã latronis Christus in eius fine suscepit: q̃a ille nõ solũ pœnituit sed etiam baptismũ recepit: vade nõ est mitum, si statim voluit ad patriam sicut est de quolibet q̃ in suo fine baptizat: secus est de eo qui pœnitet sine baptismo. Supponit etiã, q̃ quilibet in morte sua non tantum dẽt timere pœnam, sed ẽt sperare gloriam. QVOD QVONIAM VIX. CASVS. Dicit H. q̃ hæc sunt verba Aug. vsq; ibi, Dixit cõuersum. Vel põt dici, q̃ omnia sunt verba Aug. vsque ad finem, & loquitur Aug. de se in tertia persona, vt dicit H. & casus facilis est, & eum per te videbis: quia multa recitat, quæ superius dixit. Quod

† al. fuisse.) orig.

† al. sæpe sustinuerunt.

† vmalia) orig.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in quatuor partes. In quarum prima probat magiſter ſuperficialiter, quòd tempore feſtiuo vel ieiunij nullus debet vxorem ſuam cognoſcere, quod eſt conſilium. Secunda ibi, [Cum propria.] Ter-

† *al. maritur, vel ſemitur.*
† *al. precandi. torquetur* Jorig.

ciabitur. Qui enim impœnitens finitur,† ſi ſemper viueret,ſemper peccaret. At Dei eſt miſerẽtis,quod operatur finem peccãtis, † ob hoc etiam ſine fine torquebitur, † quia nunquam ditabitur virtute ſemper plenius iniquitate,ſemper ſine charitate,torquebitur ſine fine.

a ¶Quoniam vix licet.] *Sic eſt emendatum editione Plãtiniana. Nam antea legebatur*, Quod quamuis licet de eius ſalute Auguſtinus,&c. *Neque accuſare,ſed interpretari voluit Auguſtinũ hoc auctor,ſine dubio ipſius ſectator. Multa vero alia in hic capite partim ex vetuſtis Gratiani codicib. partim ex ipſo originali ſunt emẽdata.*

QVAESTIO IV.

In vigilia Paſchæ de eius agni.

QVod autem a orationis tempore coniugali operi vacare non liceat, Beatus Hieronymus in quodam ſermone ſcribit, quod ſcribit,ita dicens.

¶Tempore quo vxori debitum redditur, a carnibus agni abſtinere oportet. C. I.

Sent.4.d.32. Iuo par.3.c.87.

SCiatis fratres chariſſimi, quoniam quicumque vxori debitum reddit,vacare non poteſt orationi,nec de carnibus agni comedere debet. *Item paulo poſt.* ¶Si panes propoſitionis non poterant ab ijs,qui vxores ſuas tetigerant,comedi, quanto magis panis ille,qui de cœlo deſcẽdit, b non poteſt c ab his, qui coniugalibus paulo ante hæſere complexibus,d violari,atque contingi? non quo nuptias condemnemus(hoc enim dicimus,)ſed quod eo tempore, quo carnes agni manducaturi ſumus, vacare operibus carnis non debeamus.e

¶ *Prior pars huius capitis vſq: ad ver.* Item,*de induſtria videtur in ſummam collecta, reliqua autem ex originali eſt emendata & aucta.*

Item Auguſtinus ſermone 2. de tempore, [*ideſt, de 2. Dominica Aduentus.*

Tertia ibi] Hinc etiam [Quarta ibi,] Hæc autẽ] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intruditur quarta quæſtio,qua quæritur an tempore orationis quis ualeat reddere debitum uxori, ut tempore quadrageſimali, & ieiunijs ſtatutis,& uigilijs Apoſtolorum,& ſimilibus,& dicit H. q exactus ſemper tenetur reddere, alioquin mortaliter peccat, ut ſup. 27.q.2. ſi in abſtines. ſed utrum poſſit exigere de hoc diuerſæ ſunt opiniones. Nam quidam inhærentes iſtis,dicunt quod tẽpore orationis non debet quis reddere debitum uxori. Alij intelligunt ea de conſilio Tu aũt dicas quod cauſa in continentiæ,uel filiorum poteſt eam cognoſcere,& exigere debitum, nec præcipitur ei ut abſtineat, ſed ſub forma prohibitionis diſſuadetur ei. ſed ex cauſa ſaturandæ libidinis non debet exigere, quia tunc mortaliter peccat ſecundum H. ſecundum alios uenialiter. Et hoc intelligas in exigente.

a ¶ Quod autem.] Omiſit magiſter quæſtionem poſitam in themate tanquam nihil dubitationis habentẽ, quia quæcunque tempore exactus, ſemper tenetur debitum reddere, 27.q.2. ſi tu. & inf. prox. c.1. & penitaliã ſatis affinem, an liceat tempore orationis vacare coniugali operi in exigendo,& ſuper hoc notat diuerſas opiniones,nam quidam inhærentes iſti c. dicunt, q tempore orationis non debet quis cognoſcere vxorem ſuam. Alij vero intelligunt ea de conſilio,tu mediam viã teneas (maior.n. medijs gratia reb. ineſt.) Dic ergo q quandoq; eſt præceptum non cognoſcere eam quandoque conſilium. Præceptum eſt,quod in his dieb. non cognoſcat eam cã ſaturandæ libidinis,nã cum alias peccat venialiter, maxime tamen cauſa incontinẽtiæ, ſm nos,ſi eã cognoſcat in his diebus peccat mortaliter. Conſilium vero eſt, vbi vult cognoſcere eam cã ſobolis, vel uitandæ fornicationis,hæc omnia intelligas in exigente,nã ut præmiſi, ſemper exactus tenetur reddere debitum, licet exigeas hoc tẽpore peccet,arg. inf. eo.q. 3. noluit, dicitur tã quidam q ſi ei conſtaret, q uxor peteret debitum cauſa libidinis explendæ,nõ ei reddet.

Operi coniugali an liceat tempore orationis vacare.
1 Vt B. Iſidoro.

Maritus exactus ſemper tenetur reddere debitũ.

SCiatis.] CASVS. Oſtẽditur in hoc ca. quod continẽtia præcedente dẽt quis accedere ad Euchariſtiam. & hoc probat Hier. argumentando de pane propoſitionis ad panẽ, qui de cœlo deſcendit. non q nuptias condemnaret, ſed quia eo tẽpore quo mãducatur ſumus agnum, eſt a carnalib. operibus abſtinendum. Sequentia cap. plana ſunt uſque ibi (qui in caſtigatione) & intelliguntur ſecundũ præmiſſam diſtinctionem, uel conſilio, uel cum exigitur debitum cauſa libidinis ſaturandæ.

b ¶ Deſcendit.] Qualiter deſcendit habes de conſec. d.2. ſicut eſt uerus.

c ¶ Non poteſt.] Propter reuerentiam ſacramenti. Vel intellige cum cauſa ſaturandæ libidinis commiſcetur ei, uel conſilium eſt alias, cum ex neceſſitate tenetur reddere, ut inf. prox. c.1. quare punietur 2, cum tantũ pro mortali abſtinendum ſit a corpore Chriſti inf. de conſe. diſt.3. quotidie. &c. ſi non ſunt.

2 Ar.24.q.4. N. buchodonoſor. C. de adul. l. Grecchus.

d ¶ Complexibus.] Et cauſa libidinis explendæ ſecundum quoſdam.

e ¶ Debeamus.] Quantum in nobis eſt, alter tamen peccat exigendo, ſed reliquus non peccat reddendo, nam & ſi peccat. qui præcipit, non tamen peccat, qui obedit, 23.q.1. quid culpatur, uerſus finem.

Qui

Digitized by Google

Infideles dicuntur.

a Q Votieſcunque.] ¶ Feſtiuitates.] De quibus inuenio in his capitulis, & j. de cõſec. di. 3. c. 1. Hug.

b ¶ Ab infidelium.] Infideles eos vocat, qui peccant mortaliter. arguim. 23. q. 4. forte. Vel quia non ſeruant fidem amicis ſuis. Vel ad differentiam fidelis, 24. diſtin. Chriſtiano.

c Fratres.] Conſilium eſt.

d Si cauſa,] ¶ Conceſſum. Et ita videtur, q̃ aliquòd tẽpus prohibitũ ſit, in quo non debeat vxorem ſuam cognoſcere. cauſa ſobolis q̃ creãdæ, & ita nõ eſt conſilium, ſed facvim in eo quod dicit videtur: nõ enim dixit, non eſt. Vel intelligas in caſu, in quo loquitur c. quando ſi cognoſcit eam cauſa ſobolis, quia forte in eo caſu non debet ad eam accedere: ſecus ſi cauſa incontinentiæ.

e ¶ Proceſſionis.] id eſt, Rogationum, vt inf. de conſec. diſt. 3. pronunciandum.

f ¶ Conceptus.] Ex quo. ſ. partus incipit moueri, hoc ẽt conſilium eſt ſecundum nos, ſicut etiam de mẽſtruata. diſt. 5. ad eius vero, licet H. hoc tradicat.

g ¶ Legem.] Supra diſt. 5. ¶. 1. Ioan.

h Chriſtiano] 20. q. 1. ſic enim.

Licitum dupliciter dicitur.

i ¶ Non licet.] ideſt, non expedit, & ita licitum dupliciter dicitur.

k ¶ A licitis.] Propter hoc & illud. j. ca. nec vxorem. Dic omnia hæc de conſilio intelligenda.

l ¶ Ex conſenſu.] Hoc non eſt in Apoſtolo, ſed ibi eſt ſenſus auctoritatis Apoſtoli. vnde eſt arg. q̃ potius ſit ſenſus auctoritatis Apoſtoli attendendus, quam verba, extra de verb. ſig. propterea.

m ¶ Orationi.] Sed dicit auctoritas. Nõ definit orare, qui bene facit, ſed quilibet reddendo debitum bene facit. ergo orat: quare ergo ceſſabit, vt orationi vacet? Reſp. orare hic ſtricte ſumitur, ſecundum q̃ oratio fieri debet in eccleſia. Vel hoc de exigente: aliud in reddente. extra de conuer. coniug. quidam. Item nonne quotidie eſt orandum? Videtur ergo q̃ ingis continentia indicenda ſit coniugatis: ſed nomine orationis tẽpus deputatum ieiunijs, quib. ſic frequentius nititur oratio, intelligitur vt tempus quadrageſimale, quatuor temporum, & ſanctorum vigiliæ, extra de obſer. ieiu. conſilium.

Orare non definit, qui bene facit.

n ¶ Num ſecundum legem.] Forenſem. i. Romanam, vt C. de fer. quadraginta. vel Moſaicam, vbi dicitur: decem ad lites & contentiones ieiunatis, & percutit is pugno impie. 18. diſt. impietatis. Vel canonicam. 15. q. 4. placita. Io.

1 Ad hoc 31. diſt. c. vlt.

¶ A coniugali concubitu in ſanctorum ſolennitatibus eſt abſtinendum. C. II.

Sent. 4. diſt. 32.

Q Votieſcunq; aut dies natalis Domini, aut reliquę feſtiuitates [a] aduenium; ſicut frequenter admonui, ante plures dies non ſolũ ab infidelium † [b] concubinarum conſortio, ſed etiam a proprijs vxoribus abſtinere.

† *infelici.*] uera lectio.

Item Ambroſius in ſermone de aduentu Domini.

¶ Diebus ieiuniorum à proprijs vxoribus abſtinere oportet. C. III.

F Ratres [c] non ſolum debetis ab omni immunditia abſtinere, ſed etiam ab vxoribus proprijs ſtudioſiſſime contineatis. Nullus [α] omnino vxori ſuæ ieiunorum diebus coniungatur.

α ¶ Nullus.] *In hoc ſermone, qui habetur in manu ſcriptis in bibliotheca Vaticana, hinc vſque ad finem non habentur. Sed in alio ſermone manuſcripto de Quadrageſima hæc leguntur.* Nullus omnino vxori ſuæ iungatur, ante octauam Paſchæ. *In pleriſque vetuſtis codicibus Gratiani hoc loco abſunt iſta verba*, ieiuniorum diebus. *de quibus tamen B. Ambroſius loquebatur. & ideo ſunt etiã in rubrica.*

Sent. ibidem. Iuo par. 8. c. 84. Pann. 6. c. 21.

Idem ſuper epiſtolam primam ad Corinthios. in c. 7.

C. IV.

† *al. purgationis.*

S'I cauſa procreandorum filiorum ducitur vxor: non multum tempus cõceſſum [d] videtur ad ipſum vſum: quia & dies feſti, & dies proceſſionis † [e], & ipſa ratio cõceptus [f], & partus iuxta legem [g] ceſſari temporibus his debere demonſtrant.

ſup. diſt. 5.

Idem Auguſtinus in libro quæſtionum veteris, & noui teſtamenti. quæſt. 127.

Vxoris vſus certis diebus ceſſare iubetur. C. V.

Sent. ibidem. Iuo par. 8. c. 89.

C Hriſtiano [h] cum vxore ſua conuenire aliquando licet, aliquando vero non licet [i]. Propter dies. n. proceſſionis aliquando non licet conuenire, quia etiam a licitis [k] abſtinendum eſt, vt facilius impetrari poſſit quod poſtulatur. Vnde Apoſtolus ex conſenſu [l] ait abſtinendũ ad tempus, vt vacetur orationi [m]. Nam ſecundum legem [n] in ieiunio cędere †, & iurgari non licet; poſtea licet, quia maior reuerentia debetur Dei cauſis.

1. Cor. 7. Eſa. 58. † *al. caedi.* Orig.

Item Ioannes Chryſoſtomus.

Non vere pœnitentiam agit, qui continentiam non ſeruat. C. VI.

Q Vi in caſtiga-

Q Vi in caſtigatione.] CASVS. Dicitur hic, q̃ ſi quis inter Dei flagella peccatum cognoſcit, & pœnitet, quantum in ſe eſt, ab operibus carnis debet abſtinere.

a ¶ Qui

1 Scilicet, qa a ¶ Qui in castigatione.] i.flagellorum. 1
flagellatur & b ¶ Victus] i.conuictus & compunctus. Vel melius vi
castigatur a ctus genitiui casus, quasi in abstinentia & parcitate, s.
Deo, secũdũ ieiunando, & in ieiunijs se castigando.
Hug. c ¶ Nisi egrediatur.] Quantum in se est, vel si vxor cõ-
sentiat,

tione [a] victus [b] se dicit agere pœnitentiam? frustra hoc sermone promittit, nisi egrediatur [c] de cubili suo, & ieiu nio continentiam addat.

Iorlii 2.

Caput hoc apud B. Ioannem Chrysostomum, ex quo citatur non est inuentum. Sed eadem fere leguntur in commẽtarijs B. Hieronymi ad c. 2. Ioelis, & copiosius etiam expositæ.

Item Greg. in resp. 10. ad interrogationes Augustini.

¶ Ab ingressu ecclesiæ temperare se debet vir cum propria vxore dormiens. C. VII.

Sent. 4.d.31.Poly.l. 6.ti.7.luo p.8.c.88.

2 [d] Vir cum propria coninge dormiens, nisi lotus aqua intrare [e] ecclesiam non debet, sed neque lotus intrare statim debet, *& infra.* Quamuis enim de hac re diuersę hominum nationes diuersa sentiant, atque alij alia custodire videantur. Romanorum tamen semper ab antiquioribus vsus [f] fuit post admissionem propriæ coniugis, & lauacri purificationẽ quærere, & ab ingressu ecclesiæ paululum reuerenter abstinere. Nec hæc dicentes deputamus culpam esse cõiugum, sed quia ipsa licita admistio cõiugum sine voluptate [g] carnis fieri nõ potest, [h] a sacri loci ingressu abstinendum est, quia voluptas ipsa esse sine culpa nullatenus potest. Nõ enim de adulterio, vel fornicatione, sed de legitimo matrimonio susceptus fuerat, qui dicebat: (Ecce enim in iniquitatibus [i] conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea) *& infra.*

Psal. 50.

Ecclesiæ ingressus an sit alicui prohibendus.

ecclesiam ingredi, ꝙ quidam admittunt, 21.d.cleros.in fi. & 11.q.3.nullius sacerdotum. & de pæ.dis. 1. qui sanctus sacerdos est, quod nõ est verum, nisi sit excõmunicatus, 11. q.3. excõicatos. &c. cum excommunicato. vel interdictus, extra de off.deleg. sane. de illis constat, vel nisi sint cõtumaces, 11. q.3. qui iubente. vel pœnitentes, 50.d.in capite. & quidam scribit 81.dis. si qui. 5.q.2. præsẽti. & 12. q.2. de viro. alias q-libet patest ingredi, vt de conse.d.1. episcopus nullum, 1 q. 1. qui studet. vbi dr, ꝙ dominus admisit omnes peccatores intrare ecclesiã præter simoniacos, potius. n. frequentabit ecclesiam, qui est in mortali, vt dominus eum cõuertat ꝙ verba sacerdotis, vt supra de pẽ.d.1. falsas, in fi. Quod ergo hic dr, dictum est ꝓpter

sentiat vt inf. ca. Apostolus.

V Ir cum propria.] Hæc est 2. pars q. in qua probatur quando est peccatum cognoscere vxorem tuam, & quando non, Ioan. de Pant.

CASVS. Bern. sic ponit hanc casum. Greg. hic primo tractat de eo, qui causa incontinentiæ vxorem suam cognoscit vxorem. Secundo de eo, qui causa prolis habendæ. Tertio de eo, qui causa libidinis suæ saturãdæ. In primo casu consulunt ab ingressu ecclesiæ temporaliter cessandum, & hoc consilium approbat vsus Romanorum, non ad condemnationem nuptiarum, sed quia coniugalis commistio non potest fieri sine culpa, vt probatur auctoritate Dauid. In secundo casu reliquit arbitrio viri an intret ecclesiam uel nõ. In tertio casu præcepit, quod ante ablutionem mentis ad sacram cõmunionẽ non accedat. H. uero sic ponit, in principio loquitur qñ uir accedit ad uxorem, causa incontinentiæ. in medio qñ causa liberorum: circa finem qñ causa libidinis exaturandæ. In primo casu consulitur uiro ut lauetur aqua, & aliquantulum cesset ab ingressu ecclesiæ, quod fit ad reuerentiam loci propter peccatum. quod fit in tali coitu, & propter corporalẽ coinquinationem. In secundo casu relinquitur suo arbitrio, & de intrando ecclesiam, & de accipiendo corpus Christi. In tertio nil de hoc uel de illo statuitur, sed ostenditur quod peccat grauius, quam in duobus primis casibus.

reuerentiam sacri loci, & propter corporalem uiri inquinationem magis quam propter peccatum.

d ¶ Vir cũ propria coninge.] CASVS. In prima parte loquitur de eo, qui causa incontinentiæ ad uxorem accedit. Tali consulitur ab ingressu ecclesiæ abstinere usque ad uesperã. In secũda de eo, qui cã prolis eã cognoscit, iste talis si vult, nõ solũ intrare ecclesiã, sed ẽt corpus Christi accipere, permittitur. In tertia de eo, qui causa libidinis explendæ: hunc in isto capit. pœnitentia non impo-

e ¶ Intrare.] Videtur ergo ꝙ multo fortius quis prohibẽdus sit ab ingressu ecclesiæ pro mortali, cum hic impediatur pro veniali, & ita qui est in mortali, non debet

f ¶ Vsus.] Arg. pro consuetudine Romanæ ecclesiæ seruanda, & uerum est, cum hoc docet 11. dist. nolite.

g ¶ Voluptate.] Et ita coitus non potest fieri sine peccato, hic applaudit sibi Hug. & sumit opinionem, quod nunquam opus coniugale sine peccato potest exerceri, unde etiam qui debitum reddit, peccat uenialiter? quia semper est ibi quiddam pruritus & uoluptas in emissione spermatis, & ideo Christus noluit nasci ex coitu: quia non potest fieri sine peccato &c. 27.q.2. omne, ad finem, uidetur ergo quod teneatur aliquis peccare: quia tenetur reddere debitum, ut 32. q.2. si tu. & infra q. prox. cap. 1. nec potest reddere nisi peccet, ergo tenetur peccare, sed hoc argum. non ualet. Instat H. presbyter tenetur cantare Missam, nec potest cantare nisi hẽat linguam, ergo tenetur habere linguam, & secundum H. peccat homo ex necessitate in primis motibus. & ita erit quis perplexus secundum Hug. inter ueniale, quod surgit ex primis motibus & mortale. Nam de primis motibus dicit Apostolus: Ago quod nolo. & surgunt in nobis, & sine nobis, de pæ.dist.in.2. inter hæc. P. manducator dixit contra, ut no. 13. dist. nemi. 2 Item ex hoc sequeretur quod bene faceret, & male, quia reputatur ei ad sanctitatem, si reddit debitum, ut infra eod.q.proxim.c.

Opus coniugale an possit fine peccato exerceri.

h ¶ Non potest.] De facili, & ideo quia dubium est, aqua aspergitur.

i ¶ Iniquitatibus.] idest. uolũtatib. iniquitas in propria designat crimen, de pẽ.dist.3.§. quod aũt, c. ille text. uel dic, Iniquitatibus, i. originali peccato, sine fomite, unde theologi colligunt ex hoc, quod plura sũt originalia huiõi, & tunc dic, iniquitatibus, i. cum iniquitatibus, qui

Originalia fm aliquos sunt plura.

Digitized by Google

Oportet itaque legitima a carnis copula vt causa prolis fit,non voluptatis,& carnis commistio creãdorum liberorum sit gratia , non satisfactio vitiorum.[a] Si quis ergo sua † coniuge,non cupidine voluptatis captus , sed solũ modo liberorum creandorum gratia vtitur , ipse plecto de ingressu ecclesiæ , seu de sumendo corpus Dominici, sanguinisque mysterio suo est relinquẽdus iudicio:quia a nobis prohiberi [b] nõ debet accipere,qui in igne [c] positus nescit [d] ardere . Cum vero non amor procreandæ sobolis, sed voluptas [e] dominatur in opere commistionis , habẽt coniuges etiam de sua cõmistione, quod defleãt. [f] *& paulo post.* ¶ Tunc autem [g] vir, qui post admistionem coniugis aqua lotus fuerit,etiã sacræ communionis mysterium valet accipere, cum ei iuxta præfinitam sentẽtia ecclesiam etiam licuerit intrare.

† *al. suam coniugẽ* I orig.

a ¶ Legitima.] *Ita emendatum est ex varijs codicibus B. Gregorij. Antea legebatur,* oportet itaque legitimam carnis esse copulam. *Multa etiam alia sunt emendata.*

3 *Hinc etiam* [h] *in diebus abstinentiæ nuptiæ celebrari prohibentur.*

Vnde in Laodicensi concilio,c.52. legitur.

¶ In diebus Quadragesimæ nuptias celebrare non licet. C. VIII.

NOn oportet in quadragesima aut nuptias,vel quælibet natalitia [i] celebrare.

Iuo p.8.c.48.

Item ex concilio Martini Brachar ensis,c.48.

¶ De eodem. C. IX.

NOn licet in Quadragesima [k] natalitia [l] martyrum celebrare?sed tantum sabbato,& Dominica pro cõmemoratione eorũ oblationes offerre . Sed nec natalitia nec nuptias liceat in Quadragesima celebrare.

Burc.l.13.c.10. Poly.3.tit.24. Iuo p.6. cap.41.

Item ex concilio Ilardensi.

¶ De eodem. C. X.

ij NOn oportet a Septuagesima vsq; in octauas Paschæ,& tribus hebdomadibus [m] ante festiuitatẽ

Simile habetur in conc.Saleguí.c.3. Sen.4.dist.32. Poly. l.6.tit.3.Burc.l.9.c. 4.

Tempus feriarum vtrũ impediat & dirimat matrimonium.

a ¶ Vitiorum.] Scilicet impropria.Arg.dist.13.nerui.

b ¶ Prohiberi.] Idest.dissuaderi.

c ¶ Qui in igne.] idest,in ardore concupiscentiæ,idest, in amplexibus vxoris igneis.

d ¶ Nescit.] Idest,nescit cõsentire libidinis vxoris suę, sed reddit debitum vxori exigienti.

e ¶ Sed voluntas,] Exercendæ libidinis.

f ¶ Quod defleant.] Est enim coitus tũc mortale peccatũ ẽm Hug.32.q.4. origo, sed si causa incontinentiæ , veniale, vt d.25.c.9 in aliud. §. alias autem ea.32.q. 2.quidquid.§.his ita immo secũdum nos nec hoc casu est mortale , sed veniale, & hoc iudicat cum dicit quod defleantur.

g ¶ Tũc autem ; Hoc respicit principium huius.

HINC ETIAM. Hæc est 3. pars.q.in qua ponit tempora , in quib.nuptiæ non sunt celebrandæ,Iode Sant.

h ¶ Hinc etiam.]Hic agit de illo impedimento,quod dicitur tempus feriarum,de quo dicunt quidam, quod impedit cõtrahẽdũ & dirimit iam factũ , quia contrahitur cõtra cõstitutionem ecclesiæ,ĩ.cad. nõ oportet, & extra de matr.contract.cõtra inter.ec.c.1.videtur in antiqua . Alij melius dicũt , quod licet impediat,nõ tamẽ dirimit,ar. extra de ma. contra. cõtra iter.ec.c.vl. ĩ fi. &c. pe. & extra d tẽp or di. sane unde matrimoniũ in Quadragesima nõ prohibetur contrahi, sed prohibentur nuptialia conuiuia,& nuptiales solennitates,& solennes traductiones,& carnis cõmistio, põt ergo matrimoniũ contrahi in Quadragesima: sed illa tamẽ non dẽt duci,sicut secũdum leges mulier potest tempore luctus alij viro desponsari,sed non tamẽ traduci, vt ff.de his qui not.infa. solet, §.quæ vitum, & hoc est expressum extra de fe.capellanus, argu.ad hoc ff. de ritu nup. si quis officium. Nam cum solo consensu contrahatur, cur non contraherctur hoc tempore ? C.de transl. nonorem., & extra de matri.contrac.contra inter.eccle. per totum.Io.

NOn oportet in Quadragesima.] CASVS. Præcipitur hic,ne quis traducat vxorem in Quadragesima,vel anniuersaria faciat,in quibus conuiuia fiunt,& quod,dicitur ibi,nuptias,idest nuptialia conuiuia.

i ¶ Natalitia.] Non martyrum,sed hominum:vel ad litteram intelligas.

NOn licet.] CASVS. Hic recitatur consuetudo ecclesiæ Mediolanensis , & quarundam aliarum ecclesiarum,quæ non celebrant aliquam solennitatem in Quadragesima,nec faciunt id quod sequitur. Vel olim obtinuit,sed nunc non obtinet.

k ¶ Non licet in Quadragesima.] Hoc de honestate dicunt quidam,ff.de ritu nup. semper in cõiunctionibus.

l ¶ Natalitia.]põt dici hoc esse abrogatam,nã hodie celebrantur bene in Quadragesima. Vel intelligo quod nõ dẽnt celebrari,vt fiant ibi conuiuia, & interfint histriones & mimi,qui turpia,&c.& huic intellectui consonat qđ sequitur,sed tñ in sabbato,&c.inf.ea.nec vxorẽ.Natales vocantur martyrum passionum dies,quia in eis nascuntur ad vitam,& moriuntur mundo: de consuetudine est in ecclesia Mediolanensi, qđ in Quadragesima nõ celebrant. 2 De his natalibus habes C.de proba. neque natales.Et Virgilius.Meus est natalis iola, &c.Ioan.

Natales, qui dicuntur.

NOn oportet. CASVS.Hic prohibetur certis tẽporib. anni aliquam duci vxorẽ:& si fuerit traducta,separentur ad tempus pro contemptu ad pœnitentiã.Quæ sequuntur plana sunt vsque ad quæstionem,s.Pœnitentiã,] per quam mutua vel viua seruitus imponditur .

1 Scilicet natales martyrũ, nec vxores ducunt.

m ¶ Tribus hebdomadibus.]Sed nunquid istæ tres hebdomadæ sunt immediate ante festum sancti Ioannis ? subaudi, non,sed cum intervallo inter eas & festum,vt extra de fer. capellanus . & ponit has duas opiniones . appro-

approbat tamen quod cum interuallo accipiendæ sunt, & incipiunt a diebus Rogationum.

a ¶ Separentur.] Ad tempus, extra de ma. contracto cõtra inter. eccl. litteræ. non est contra. extra e. tit. ex litteris, in fine, quia ibi loquitur de interdicto ecclesiæ, non

sancti Ioannis Baptistæ, & ab aduẽtu Domini vsq; post Epiphaniam nuptias celebrare. Quod si factum fuerit, separentur.[a]

Item Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum, c. 48.

¶ De eodem. C. XI.

Sent. ibidem. Iuo p. 8. c. 47. Pann. l. 6. c. 3.

NEc vxorem ducere, nec conuiuia facere in quadragesimali tempore conuenire posse nullatenus arbitramur.

4 *Hæc autem seruanda sunt, si uxor consensum adhibere voluerit, cæterum sine eius consensu, nec causa orationis continentia seruari debet.*

Vnde Augustinus in libro primo de adulterinis coniugijs, c. 2.

¶ Nisi ex consensu communi, orationi coniuges vacare non possunt. C. XII.

Sent. 4. dist. 32. Iuo p. 8. c. 133.

APostolus nec ad tempus, vt vacetur orationi, [b] nisi consensu,[c] voluit coniuges carnali inuicem fraudare [d] debito.

Hinc etiam in secũdo concilio Arelatẽsi, c. 22. legitur.

¶ Nisi ex consensu communi, coniugatis pœnitentia non detur. C. XIII.

Iuo p. 8. c. 280. & p. 15. c. 14. & c. 133.

PAenitentiam [e] coniugatis non, nisi ex consensu dandam.

QVESTIO V.

QVod autem sine consensu [f] uxoris vir continentiam seruare non possit, multis auctoritatibus probatur. Ait enim & Augustinus super psalmum 149. in extremo.

Non potest vir continentiam seruare, nisi vxoris teneat consensum. C. I.

Sent. ibidem Iuo p. 9. c. 127.

SI dicat vir, continere [a] iã volo, nolo aũt, vxor, nõ põt. Quod.n. tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariam? [h] si alij nupserit te viuo, adultera erit. Non vult [i] tali lucro Deus compensare tale damnum. Redde debitum, & si non exigis, redde. Pro satisfactione β [k] perfecta Deus tibi computabit, si nõ, quòd tibi debetur, exigis, sed reddis, quod debetur vxori.

a ¶ Continere.] *Sic etiam apud Magistrum: sed B. Augustinus & Iuo habent*, continere, iam volo, nolo iã vxorem, non potest. Quid si tu vis, & illa non vult.

β ¶ Satisfactione.] *In aliquot manuscriptis, & apud B. Augustinum & magistrum & Iuonem est*, sanctificatione. *Sed ob glossam non est mutatum.*

non de tempore feriato. Vel ibi prohibetur perpetua separatio, hic permittitur ad tempus.

NEc vxorem.] HAEC AVTEM. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua dicitur, quod nec vir sine consensu uxoris, nec contra potest uacare orationibus Ioan. de Fant.

b APostolus.] ¶ Orationi.] Priuatæ, uel priuato loco, quod facere & incipere nelis, sed solenni oratoni, Missæ, & tpi, & officio, & canonibus, & vniuersali ecclesiæ indicto vacare licet, & debet & potest, vt de cõsec. dist. 2. omnis homo. sup. ea. q. 2. quos. sup. dist. 5. c. 3.

c ¶ Nisi ex consensu.] Nisi pro succursu terræ sanctæ. extra de vo. & vo. redemp. ex multa. in verbo. in tanta.

d ¶ Fraudare.] Sed qd si in ecclesia velit vxor debitum exigere a viro, nũquid debet ei reddere? Gratianus dicit, q sic. tu cõtra 2. ar. ff. de sol. q dicimus. Sed quid si a sacerdote tempore canonis petat debitũ? Idem dico, q non tenetur reddere tunc, arg. 29. dist. c. 2.

e PÆnitentiam.] Publicam. s. & solennem, scilicet q quam ius alterius ligatur.

Coniugale debitũ non est i ecclesia reddendũ.

1 vbi tñc nõ pñt exire ecclesiã scdm Lau. De hoc et not. 3. 2 5. dist. quoniã.

QVod autem] Hæc quæstio diuiditur in quinque partes. In quarum prima probat per sex auctoritates, q vir sine licentia vxoris, & ecõtra, non potest continere, qui etiam meretur reddẽdo debitũ. Secunda ibi.] Tunc saluabitur.] Tertia. ibi,] Qui vxorem.] Quarta ibi, [Manifestum.] Quinta ibi, [Nec illud.] Ioan. de Fant.

f ¶ Quod autẽ sine cõsensu uxoris.] Hæc quæstio quinta negatiue soluitur, quia vir nõ potest.

Maritus continentiã sine cõsensu uxoris vouere non potest. potest continentiam vouere sine cõsensu vxoris expresso vel tacito, nisi sit sponsa nondum cognita, extra de cõuer. cõiug ex publico. & in casu fornicationis, v 27. q. 1. Agathosa.

g ¶ Ait enim.] Super psalmo. Laudate Dominum quoniam bonus.

SI dicat vir.] CASVS. Ostendit in hoc c. q vir sine cõsensu vxoris non potest continere: qa displicet Deo cõtinentia viri, ex qua sequitur prostitutio uxoris, reddat igitur quod debet, scilicet exactus, & quod si debitum est, non exigat, & reputabitur pro satisfactione.

h ¶ Fornicariam.] 27. q. 2. si tu.

i ¶ Non vult.] 14. dist. quod ait.

k ¶ Pro satisfactione.] Quia reddere debitũ meritorium est. infra. ea. secundum. 33. q. 1. connubia. contra. sed ibi soluitur.

a ¶ Noti-

NOtificasti te. CASVS. Hug.sic ponit hunc casum. Iste Landulphus timore mortis licentiam ab vxore violenter extorsit, & sic monasterium adiuit victus clamoribus vxoris & familiæ, de monasterio exiens ad domum propriam rediit, quæsiuit postea a Papa an liceret ei uti vxore sua, cui Papa rescribit, & respõdet inquisitioni eius, & non directe, sed p consequẽtiam ostendit talem cõuersionem nullã esse, & nõ tenere, ex quo facta fuit sine spontanea consensu uxoris. In quo datur intelligi p potest ea uti cognoscendo, reddendo saltem debitum. Seq.c.patet.

Item Alexander Papa II. Landulpho in Corsica.

¶ Non debet extorqueri mulieris consensus ad continentiam Deo vouendam. C. II.

NOtificasti te morte tenus infirmatum, & peccatorũ tuorum recordatione, & terrore valde pauefactũ, anxiè quæsisse monachũ fieri, & a tua vxore minis, [a] & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam [b] extorsisse, & sic te monasticam † vestem sine abbate [c] sumpsisse, & monasterium petijsse: postea vero, cũ sanus factus esses tuæ vxoris reclamationibus, eiulationibus, & plãctibus, tuæq; familiæ dispersionibus deuictus, [a] vtpote pœnitẽs domum remeasse, & post multos dies quorundam sapiẽtum consilio ad iam dictę mulieris cubile redijsse. Nunc agit, si tibi tua vxore vti liceat, nostrum requiris consiliũ. Si ita deniq; est, vt tuus nuncius narrat, nõ videtur nobis rationabiliter, neq; sana mente id factũ, quoniam, cũ omni [d] homini ad monasticam tendenti viam legaliter, sancte, & iuste sit peragendum; tu cõtra leges minaciter & violẽter a tua vxore, parti terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus exinanitus, deuia secutus, nulla, vt dicitur, licentia accepta recessisti, & monasteriũ petisti. Non enim violentia, sed ex pari uoluntate, & consensu (sicut sancti patres dicunt) hoc fieri debet, neq; vir [ß] monasterium exigere, aut professa continentia habitum cũ festinatione [e] debet mutare.

Iuo par.8.c.230. Pando.l.6.c.85.

† al. *monachicam*.

[a] ¶ Deuictus.] *Iuo habet*, vtpote pœnitens deuictus. *Pannormia*, vtpote penitus deuictus domum remeasse.

[ß] ¶ Neque vir.] *Apud Iuonem, & in Pannormia legitur*, neque vir in monasterium recipiẽdus est, nisi vxor illius femineum monasterium elegerit, aut professa continentiam habitum cum festinatione mutauerit. *Sed mutatiũ non est: quoniam glossa videtur magis conuenire lectioni Gratiani.*

Item ex concilio apud Compendium.

¶ Vir potest abnuere vota continentiæ, quæ sine eius cõsensu Deo vxor obtulerit. C. III.

Capit.l.5.c.16.

MVlier, [f] sine licẽtia † viri sui, velũ in caput miserit si viro placuerit, [g] recipiet eã iterum ad cõiugiũ. ¶

Burch.l.9.c.47. Iuo p.7.c.183. & p.9.c.124. Et Beda. 1.Got.7.

† *comiatu*] cap.

Item Augustinus ad Ecdiciam epist.199.

Hic uideas ipsum extortus non p no.38.dist. præiudicat illi ar.31. quã ipsis licẽtia coacta nulla est.

a Ad hoc ẽ. ea.mulier.c. p Deo. ca. q uxorem, ubi de hoc, 27. q.2. Agatho sta. & istis canonibus stat Hu.

Maritus, qui inuito uxore uouit religionem, an post eius mortem continere debeat.

Confessio cõtra aliquem a quo extorta non confessio uel cõsensus ab aliquo contra eũ iudicat illi ipsum extortus non iudicat.

¶ Minis.] Arg.qd

b ¶ Licentiam.] Iuẽ arg. a contrario sensu, quod non potest exire de monasterio qui cũ uxoris intrauit licentia. Item arg.quod coacta licẽtia uel uoluntas nulla est: non quia hic non fuit licentia, ut in prin.dĩ: sed quia coacta iõ hic nulla dĩ, sed vt contra 15. q.1.merito.ubi dĩ, p coacta uoluntas, uoluntas est. Respond. secus est hic, & I matrimonijs, ubi exigit uolũtas directa, uel spontanea, extra de spon.cum locum. & inhabitus assumptione, extra quod met. cau.c.1. secus est i iuramẽto, ubi nulla excusat necessitas, quia ipsũ necessitatis semper est 22.q.1.ita ergo. consulitur tñ isti, ut no.15.q.6.auctoritatem.

c ¶ Sine abbate.] Idẽ si cum abbate.

d ¶ Cum omni.] Arg. qd prætermissis circumstantijs alicui facto debitis non intelligitur illud esse factum. sup.30.q.5.aliter dist. 22. quorundam. sup.17.q.1.Gonsaldus. 1.arg.cõtra extra de reg.& transeunt ad reli.c.ad apostolicam sedem, quia tenet ibi monachatio omissa probatione.

De hoc ẽt e. not. 27. q.1. iuxta fin. in gl. hic habes.

¶ Cum festinatione.] Sed nunquid teneatur vir iste cõtinere post mortem vxoris? sic. nec exigere potest ad nuptiarum. monasterium tamẽ non cogitur redire, extra de conuer. coniuga. quidam. extra eod.tit. placet. sed contradicit extra eod.ti. ex parte. vbi compellitur redire ad monasterium. Sed dic quod ibi vxor dederat licentiam, & ipse solenniter professus erat, vel ibi verbum, compellas, nõ extenditur nisi ad verbum dimittat, quod post sequitur in dicto c. ex parte. est consilium. Nec obst. extra eo.ti. cõ

f MVlier placuerit.] In optione ergo viri ponitur si velit eã reuocare sicut in optione prælati est an velit rem vacante sede alienatã a capitulo repetere, vel pretium retinere 12. q.2. si quis de reb. vtrũ autem vir teneatur eã reuocare, uel pariter conuerti, uel continentiam uouere dictum est 27.q.2.Agathosa. nam si noluit eam reuocare, episcopus debet eam sua auctoritate extrahere. 21. extra de conuer. cõiug. c.1. nam bonus iudex debet talia corrigere. extra de offi. ord. c.1. ff. de offi. præsi. præses.

g ¶ Coniugium.] Sed pone q mulier sine licentia viri intret religionem, immo uiro contradicente, post vir consentit, sed ipsa contradicit, nunquid põt ipsa exire

Vide-

posset, & videtur ex hoc e. quod possit. inf. ea. vna.

f MVlier placuerit.] In optione ergo viri ponitur si velit eã reuocare ficut in optione prælati eſt an velit rem vacante ſede alienatã a capitulo repetere, vel pretium retinere 12. q.2. ſi quis de reb. vtrũ autem vir teneatur eã reuocare, uel pariter conuerti, uel continentiam uouere dictum eſt 27.q.2.Agathoſa. nam ſi noluit eam reuocare, epiſcopus debet eam ſua auctoritate extrahere. 21. extra de conuer. cõiug. c.1. nam bonus iudex debet talia corrigere. extra de offi. ord. c.1. ff. de offi. præſi. præſes.

g ¶ Coniugium.] Sed pone q mulier ſine licentia viri intret religionem, immo uiro contradicente, poſt vir conſentit, ſed ipſa contradicit, nunquid põt ipſa exire

Vide-

Digitized by

Maritus usq; quoque potest uxorem suã reuocare, q̃ sit ne eius cõsensu religionem ingressa est.

Videtur q̃ non: quia vltimus consensus confirmat præcedentes ff. de ser. rusti. præd. per fundum. arg. contra. ff. com. prædio. receptum. vbi dr q̃ prior consensus dẽt durare. Quidam dicunt. q̃ exire potest. sed contra eos est extra de eo qui dux. in ma. cap. 1. per quod dico, q̃ exire non-

bitrio viri poterit. n. saluari sub habitu Susannæ, etsi nõ habeat habitum Annæ. H. breuiter Ben. sic ponit hunc casum. Ecditia & eius vir communi consensu in propria domo vouerant continentiam. postea sine voluntate viri res dotales dedit ecclesijs & pauperibus, & vestem nigram monasticã inuito viro accepit, & quasi pro derelicto maritu habebat, vnde vir multũ scandalizatus est. Augu. aũt eam de voto multum cõmendat, sed ꝺ alijs redarguit.

gedi monasterium siue religione m. & ingressã põt educere. arg. inf. cap. prox. qa nõ tenuit ingressus eius, ut ext. de conuer. coniug. quidã, secus si in ingressu viri uouisset quia tunc ingressus eius tenet secundum Inn.

¶Non potest vir continentiæ vota rescindere, quæ eius assensu mulier Deo promisit. C. IV.

Iuo cap. 8. c. 136. Pan. l. 6. c. 80.

† *al. constantissime*.

QVòd Deo pari consensu ambo voueratis, perseuerãter vsque in finem [a] reddere ambo debuistis. A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem instantissime † [b] perseuera. [c] Quod te non exhortarer, nisi quia tibi ad hoc ipse consenserat. Nam si nunquam tenuisse eius assensum, numerus [d] te nullus defendisset annorum, *et post pauca.* ¶Non quia pariter temperabatis a commistione carnis, ideo tuus maritus esse desiterat; immo vero tanto sanctius inter vos coniuges manebatis, quando sanctiora [e] concorditer placita seruabatis Nihil ergo de tua veste, nihil de tuo auro, vel argento, vel quacunque pecunia, aut reb. vllis terrenis tuis sine arbitrio eius facere debuisti. *& infra.* ¶ Est quidam pro modulo personæ habitus matronalis a viduali veste distinctus, qui potest fidelibus coniugatis, salua religionis obseruantia conuenire. Hũc [f] te maritus si deponere noluit, ne te [α] velut viduam illo viuente iactares; puto, quia non fuerat in hac re vsq; ad dissensionis scandalum producendus magis [g] inobedientiæ malo, quam illius † abstinentiæ bono. Quid est enim absurdius, quam mulierem de humili veste viro superbire, cui te potius expediret obtemperare candidis moribus, quàm in nigellis uestibus repugnare? quia, & si te indumentum monachæ delectabat, etiam hoc gratius posset, marito obseruato, exoratoque sumi, quam illo inconsulto, contemptoque præsumi. Quod si omnino non sineret, quid tuo proposito deperiret? Abfit, ut hinc displiceres Deo, quod coniuge tuo nõdum defuncto non indueris, sicut Anna [h], sed sicut Susanna [i],

† *al. vltimi.*

Luc. 12.
Dan. 13.

[a] Ne te.] *In vulgatis erat*, Ne te puta velut viduam iactare. *Emendatum est ex aliquot vetustis originali, & Beda, & alijs collectoribus, itemque alia multa.*

Idem in eadem epistola.

Beda ibid. & gl. or. Sent. 4. di. 32. Polyc. l. 6. tit. 4.

¶ Continentię meritum habet, qui pro incontinentia vxoris debitum sibi reddere cogitur. C. V.

SEcundum

non potest. Sed vsque quo habebit maritus licentiam reuocandi eam? Dicunt quidam: quod intra annum & diem arg. 20. q. 2. puella. Bar. dicebat quod intra triẽnium. 17. q. 2. si quis incognitus. Alij dicunt quod tunc potest reuocare cum primo copiã habuit, post non su. 32. q. 1. constat. Ego dico quod quandocunque potest, vt j. c. proximo [2]

1 Adde ad hoc qd̃ no. 7. q. 1. si quis

2 Quidã dicunt, & forte bene, qd̃ mulier, quæ nõ uouit qñ uir ingressus est monasterium uiro inuito non potest in

QVod Deo pari consensu.] CASVS. Ecditia cum viro suo in domo propria perpetuæ continentiæ votum emisit. vnde duplex inter eos emersit dissensio. Prima, quia ille per incontinentiam votum volebat violare. Secunda, quia illa econtra tanquam soluta sub veste viduali & nigra de rebus suis disponebat. De prima præcepit Ecditiæ quod quamuis vir peccauerit, illa tamen in voto continentiæ perseueret. De secunda præcipit, quod tam de veste quam de rebus dotalibus se regat ar-

Eleemosyna an possit fieri per uxorẽ sine licentia uiri.

Vxor duplicem hẽt seruitutem in uxore, unã quoad debitũ reddendum, aliã quoad ministerium sibi exhibẽdũ. unde licet unam relaxauerit, non tamen alia, ff. de seruit. urb. præd. si domus, & ext. de conuer. coniug. quidam.

[b] Instantissime.] Ar. q̃ fides est seruanda ei, qui contra fidem venit 3. 22. q. 4. innocens. ar. contra. 95. d. esto. extra de iureiu. peruenit 2.

[c] Perseuera.] Sed qd si alter fornicet postea, nunqd reliquus põt ipsum repetere? arg. hic q̃ non, arg. cõtra ext. de iureur. tua. Dicunt quidã q̃ auctoritate epi restituetur ei, vt de diuor. extra. litteris.

[d] Numerus.] Arg. cõtra præscriptionem; non. n. præscriptione temporis defenditur quod ab initio de iure cõi nõ potest sortiri effectum, vt 23. d. illud aũt. dist. 100. contra morẽ. 32. q. 1. nullus epõs.

[e] Sanctiora.] Ab initio tamen cum contrahunt, contrariam debent habere voluntatem, s. de sobole suscipiẽda, 27. q. 2. omne itaque.

[f] Hunc.] Ex hoc vi, quod vxor non possit facere eleemosynam sine licentia viri, sed istud intelligas de rebus dotalibus. nam dominium rerum ꝺotalium est pœnes mulierem de iure naturali. de iure ciuili est pœnes maritum, C. de rei uend. docet. & de his intelligas hoc ca. Vel si uis intelligere de parafernalib. consilium est hic: nam cui commisit corpus, honestum est ut res committat, C. de pac. conu. hac lege, & extra de dote post diuor. c. alt. Sed quæro cum isti uotũ emiserint, quare uestes mutare non possunt? Ad hoc dicas q̃ cẽ seruitutẽ uir duplicem hẽt seruitutem in uxore, unã quoad debitũ reddendum, aliã quoad ministerium sibi exhibẽdũ.

[g] Magis.] q. d. cum peruenisti eum ad scandalum dissensionis potius malum fecisti uiro non obediendo, quam bonum feceris abstinendo.

[h] Anna.] ideſt, uidua.

[i] Susanna.] ideſt, uxorata.

SEcundum verba.] CASVS. Primo probat Aug. quod nul-

vir ſine conſenſu vxoris continere non poteſt immo tenetur ei reddere debitum,& ſi non exigat. Secundo dixit q̄ ille qui nubit, quia aliter,continere non pōt, tanquam non nubes & ſecurus expectat diē iudicij, ſicut ille qui vēdit,&c.& ſicut ille qui emit,&c.]Ad vtrūque quiſq; ſupple, ſicut.

[Non præſumit, ſuperbiendo, & in eis ſpem ponēdo,& tanguntur hic tria verba Apoſtoli dicentis:Qui habent vxores, ſint tanquā non habentes,& qui vendunt, ſint tanquam non vendentes, & qui emunt.ſint tanquam non ementes.

a ¶Secūdum verba.] In quibus dicitur de debito reddendo.

b ¶Imputaret.] Arguod pro completo habetur quod g volentem agere non fiat.ne fiat.ſup. pe. cā q.5.propoſito.

c ¶Quiſqs.]Tāgit illa tria verba Apoſtoli, qui habēt vxores ſint tanquam non habētes, & qui vendunt, ſint tanquam nō vendētes, & qui emunt, ſint tāquam non ementes, d.31. lex continentiæ.

d ¶Non faceret.].ſ. non faciendo eleemoſynam.

e ¶Quia tranſiet].i. tranſitorium eſt.

f ¶Præſumit.]ſuperbiendo cum eis.

g Securus.] Hęc clauſula repetitur cum qualibet præcedenti ab illo loco, quiſquis,&c.

VNa ſola.] CASVS. Quidam ſine licentia vxoris continentiam vouerat: quærebatur virum teneretur eam ſeruare. Et reſpōdet quod non, quia talia fieri debent de communi conſenſu viri & vxoris, vnde talis promiſſio magis eſt corrigenda,quam adimplenda.

h ¶Corrigenda.] Sunile ſup.32.q.4. definitio. Et eſt hic ar. quod ſi alter ſine licentia alterius intret religionem, quod ſua auctoritate poteſt exire t.

i ¶Ex alieno.] Hoc verum eſt.ſi eo animo vouit, vt auferat illi cuius eſt,alias licitum eſt alicui rem alienam ieiunare,vt inſtit. de leg.§.non ſolum.licet ſecus ſit ſecundum canones,vt extra de teſt.c.filius.

ADDITIO. Secundum T. Sed Vin. & Bene.aliter videntur intelligere,vt ibi no.in gl.cum quis,ſecundum Goſ.

TVnc ſaluabitur.]Hæc eſt ſecunda pars q.in qua probat,q̄ dēmus eſſe uirgines,ſ.mēte & corpore ſi poſſumus,alias mēte,ſine qua nullus ſaluabitur.Io.de Fan. CASVS.In hoc c.tria continentur c.in quibus tractatur tam de virginitate mentis,quam carnis. In primo dicitur quod tunc ſaluabitur mulier, & ſuam uirginitatem bene ſeruat, ſi ideo nubat ut filios pariat ad iuſtitiam, & q̄ ſaluentur.In ſecundo c.quod incipit ibi, hoc ſolū, dī q̄od licet ſola uirginitas ſine bonis operibus non proficit,vel ſufficit ad ſalutem,ſic alia opera abſque uirginitate, mentis continentia, & caſtitate ſunt imperfecta. In tertio c. quod incipit,qui ſtitit,multipliciter cōmendat virginitatē carnis,& eam præfert bono nuptiarum, quia plus amat virgines Chriſtus, quia ſponte tribuunt

verba [a] Apoſtolica, etiam ſi ſe vir continere voluiſſet, & tu noluiſſes,debitū tibi reddere cogeretur,& illi Deus imputaret [b] † ad continentiam,ſi non ſuæ, ſed tuę cederet infirmitati,ne in adulterium caderes. ¶Quiſquis [c] igitur compatiens infirmitati vxoris reddit,nō exigit debitum,aut ſi propter propriam infirmitatē ducit vxorem, plangens potius,quia ſine vxore eſſe nō potuit,quā gaudens,quia duxit; quiſquis vendit,quod nouit, quia,ſi maneret,beatum non faceret [d],quiſquis, quod emit,nouit quia tranſiet [e],& de his non præſumit [f],& facit ex eo, q̄ habet, miſericordiam cum non habentibus, ſecurus [g] expectat † diem nouiſſimum.

† *al.imputaret continentiam.* Aug.in P.147.

al.expellet.

¶ *Caput hoc, quod eodem modo habetur in Polycarpo, confectū eſt ex duobus B.Auguſtini indicatis locis,verbis nonnullis partim omiſſis partim mutatis,ſalua tamen ſententia.*

Item ad Armentarium,& Riparium, & Paulinam, epiſtola 45.

¶ Vota continentię ſine vxoris conſenſu reddi non poſſunt. C. VI.

Sent.ibidem. Iuo p.8.c.134.

VNa ſola cauſa eſſe poſſet,qua te id,quod vouiſti,nō ſolum nō hortaremur, verum etiam prohiberemus implere:ſi forte tua coniunx hoc tecum ſuſcipere animi, ſeu carnis infirmitatem recuſaret. Nam & vouenda talia non ſunt à coniugatis, niſi ex conſenſu,& voluntate cōmuni,& ſi pręponere factum fuerit,magis eſt corrigēda [h] temeritas, quam perſoluenda promiſſio. Neque, enim Deus exigit ſi quis ex alieno [i] aliquid vouerit,ſed potius uſurpare uetat alienum.

Item Hieronymus libro primo aduerſus Iouinianum.

¶ Abſque cęteris operibus nec ſola uirginitas ſaluat,nec cętera abſque uirginitate proficiunt. C. VII.

VTique ſaluabit [k] mulier,ſi illos genuerit filios, qui

[h] De hoc no. ſu.ea. c.t.in gl.ſi.

buunt quod eis non fuerat imperatum, unde dicit,non expedit homini nubere,&c. Et no.quod hoc totum conſueuit legi ſub uno c. poſſes tñ legere ſub trib. ut facit H. (Saluabitur) non negat Apoſtolus, quin alias poſſit ſaluari, ſed hoc dicit, quia ſic ſaluari meretur, & ſunt uerba Hiero. exponentis illud Apoſtoli ad Thimotheū [l]ſaluabitur mulier per filiorum generationem, ſi permanſerint in fide dilectione,& ſanctificatione,quod intelligitur quantum in ea eſt (Radicis, radix filiorum eſt mater (damnum radicis,) ideſt corruptionem ſuæ carnis finis ibi,ubi dicit, (ſi caſtrati.) & duæ præcedentes in primo c.ibi, (qui uirgines permanſuri.) & in ſecundo c.(abſque uirginitate,) intelliguntur de uirginitate mentis,quæ præcipi poteſt,& neceſſaria eſt,quia ſine ea nemo ſaluatur. Principiū uero illius c. (qui ſtitit.) de uirginitate carnis intelligitur quæ non poteſt præcipi antequam, ſed tantum perſuaderi, ſequens c.patet.

K ¶Tunc ſaluabitur.]Exponit Hieronymus illud Apoſtoli ad Timotheum: Saluabitur mulier per filiorum generationem,ſi permanſerint in fide & dilectione & ſanctitate.

K ¶Saluabitur.]ideſt,meretur ſaluari.

a ¶Vir-

a ¶ Virgines].i.integri in fide.
b ¶ Si quod ipſa].i. virginitatem corporis, & eſt ſimplex relatio.
c ¶ Radicis].ſ.ſui ipſius.
d ¶ Cariem].i. corruptionem ſuæ carnis.
e ¶ Com-

virgines [a] permanſuri ſunt, ſi quod ipſa [b] perdidit, acquirat, in liberis, & damnum radicis, [c] & cariem [d] flore compenſet, [e] & pomis. [f]

Idem ibidem.

C. VIII.

HOc ſolum nunc dico, quòd quomodo abſque cæteris operibus virginitas [g] ſola non ſaluat, ſic omnia opera abſque virginitate, [h] puritate, continentia, caſtitate [i] imperfecta [k] ſunt.

Idem ibidem.

C. IX.

Io 7. Matth. 19.

QVi ſitit, [l] veniat, & bibat, qui poteſt capere, capiat.] Non dicit, velitis nolitis, [m] bibendum vobis eſt, atq. currendum, ſed qui voluerit, qui potuerit currere, atque potare, ille vincet, ille ſatiabitur. Et ideo plus amat virgines Chriſtus, quia ſpõte tribuũt, quod ſibi non fuerat imperatum, [n] maioriſque [o] gratiæ eſt offerre quod non debeas, quam reddere quod exigaris, Apoſtoli vxoris onera contemplati: Si talis eſt, inquiunt, cauſa hominis cũ vxore, non expedit [p] nubere.] Quorum dominus ſententiam probãs, rectè quidem ſentitis ait, ꝙ non expediat homini ad cœleſtia regna tendenti, accipere vxorem, ſed difficilis res eſt, & non omnes capiunt verbum iſtud, uerũ quibus datũ eſt. Alios eunuchos natura facit, alios uis hominũ, mihi illi eunuchi placẽt, quos caſtrauit nõ neceſſitas, ſed voluntas: libenter illos in meos ſinus recipio, qui ſe caſtrauerunt propter regna cœlorum, & ob mei cultum noluerunt [q] eſſe, quod nati ſunt. Simulque tractanda ſentẽtia, (qui ſe, inquit, caſtrauerunt propter regna cælorum. [r]] Si caſtrati [s] mercedem habent regni cœlorum; ergo qui ſe non caſtrauerunt, locum non poſſunt accipere caſtratorum.

Finis [t] huius auctoritatis, & duæ [u] præcedentes de uirginitatis [x] affectu intelliguntur, qui non in uoluntate ſolum, ſed in neceſſitate eſt, principium [y] uero de effectu intelligitur, qui non in neceſſitate, & ante uotum, ſed in uoluntate eſt, nec exigitur, niſi repromittatur.

Item ex concilio Rhemenſi.

Sent. ibidem. Butc. l. 9. c. 46. Iuo p. 8. c. 184. Pann. l. 6. c. 82.

¶ Non licet illi ducere uxorem, qui ſuam uelare permiſerit. C X.

† al. velari. & Beda 1. Cor. 7. & gl. ord. Num. 30.

3 QVi vxorem ſuam uelare † permiſerit, aliam non accipiat, ſed ſimiliter conuertatur. [z]

Item Aug. in quæſtionibus Numerorum, q. 59.

l QVi ſitit.] Verbo ponit hic Euangeliſt, & loquitur de ſiti contumaciæ.

m ¶ Nolitis.]Arg. ad ea quæ profectionis ſunt, ne minem eſſe cogendum, ſed perſuadendum. nam talia conſilij ſunt, & nõ præcepti arg. 21. q. 1. aliud. & 32. q. 2. Perfectis nõ eſt præceptum integritas.

n ¶ Imperatum]ſup. prox. 11. q. 1. integritas. quantum ad corporalem, ſed de mẽtali præceptum eſt.

o ¶ Maioriſque.]Sic 28. qu. 1. iam nunc, nam nemo in neceſſitate liberalis exiſtit, ff. de adim. le. l. rem legatam. Liberalis in neceſſitate è nemo.

p ¶ Expedit]ſup. 28. q. 1. ſic enim. contra ſed verum eſt, ꝙ nõ expedit propter onera matrimonij, vt ſu. prox. q. 7. omnes. ſed expedit propter fornicationẽ uitandã. 32. q. 2. c. licuit. §. his ita.

q ¶ Noluerũt].i. noluerunt exercere id, ad quod nati ſunt, ſ. uim copulæ carnalis. Et ita ſecundum hoc eſt arg. pro carnali copula, quem nullus eſt naturaliter frigidus ſup. c. q. 1. requiſiſti. alia lectio habet, voluerunt eſſe quod natura tunc, id eſt, virgines. Frigidus naturaliter nullus eſt.

r ¶ Cœlorum.]Supple inquit, recipiant mercedem in regno cœlorum.

s ¶ Si caſtrati] Arg. quod de uno conceditur, &c. ut ſup. dict. 45. diſciplinæ. 23. q. 4. forte. Alibi dicit, ꝙ de uno negatur, de alio conceditur, vt 25. d. qualis.

t ¶ Finis] Quia præmiſſa cap. ſ. tunc ſalvabitur. & c. hoc ſolum. & c. qui ſitit. æquiuoce vtitur hoc nomine virginitas, quandoque pro uirginitate mentis, ſique animi. ideo determinat vbi ſic vel ſic accipiatur. Virginitas æquiuocatur.

u Et duæ. ſ. tunc ſalvabitur, & alia, ſ. hoc ſolum, ibi. abſque uirginitate.

x ¶ De virginitatis affectu, id eſt, quæ in mente eſt.

y Principium.].ſ. illius c. qui ſitit veniat, &c.

QVi vxorem.]Hęc eſt tertia pars q. ſecundum Io. de Fant.

z Conuertatur.) Intrando monaſterium, ſi iuuenis eſt. Vel ſi ſenex eſt, contineat in ſeculo, extra de conuer. coniug.

e Compenſet.]Quantum in ipſa eſt.
f Pomis].i. filijs, qui dãtur flos & poma, ſicut nã radix.
g HOc ſolum]Virginitas].ſ. mentis.
h Virginitate].ſ. mentis.
i Caſtitate.] Saltem in affectu ſeruata.
k Imperfecta.]Quo ad vitam æternam promerendam.

Digitized by Google

Maritus permittens uxorem uelari, an teneatur continere.

coniug. cum sis. Et hic dicit Hug. q̃ eo ipso, q̃ dat uxori licentiam, intelligitur uouere, &c. 1. si non exprimat, compellendus est ire ad religionem, vt not. sup. 27. q. 2. Agathota. & sufficit tacita licentia, s. permittere, vt hic. & ar. extra de conuer. coniug. consulait. Alij dicunt, q̃ qui dat licentiam, nisi expresse uouerat continere non tenetur. nec monasteriũ ingredi, immo eam reuocare potest de monasterio. ext. de conuer. coniug. c. 1. & quod dicit hic similiter cõuertatur, dicũt nisi malit eam reuocare, sicut enim secundum istos expressus cõsensus exigitur in cõtrahẽdo, ita in separando matrimonio, arg. extra de re. iu. omnis res. Alij distinguat, q̃ si mulier seruit ius, q̃ dedit viro licẽtiam, tunc etiam intelligitur uouere, secus si ignorauit.

immo peccat vir reuocando, sed præcipitur uxori, vt obediat. similiter extra de iureiu. debitores, & 23. q. 1. quod copulatur. in fi.

c ¶ Permissa] Continentia.

d ¶ Mulieri] Sup. 32. q. 1. si quis uxorem.

E X

¶Vota abstinentiæ, quæ mulier permittente viro promiserit, illo prohibente seruare non cogitur. C. XI.

4 MAnifestum est ita voluisse legem, fœminam esse sub viro, vt nulla vota [a] eius, quæ abstinẽtiæ causa vouerit, reddantur ab ea, nisi auctor [b] vir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eiusdem viri pertinere voluerit, si prius permiserit, & postea prohibuerit, etiam hic tamen non dixit, vt faciat mulier, quod uouerat, quia permissa [c] iam prius a viro fuerat. Viri dixit esse peccatum, quia abnuit, quod prius concesserat; non tamen mulieri [d] vel ex hoc permissum dedit, vt quod † prius vir ei concesserat postea si prohibuerit, contemnatur.

Sent. Ibidem. Iuo p. 8. c. 98. Pann. l. 7. c. 48.

† al. cum. † al. condemnatur.

Ex præmissis auctoritatibus apparet quod continentiæ vota nec mulier sine consensu viri, nec vir sine consensu mulieris Deo reddere potest. Si autem consensu alterius eorum ab altero promissa fuerit, & si postmodum in irritum deducere voluerit; qui permisit, non tamen valet: quia in debito coniugij æque mulier habet potestatem viri, sicut & uir mulieris, atque ideo, si quilibet eorum alterum a suo iure absoluerit, ad præteritam seruitutem ipsum reuocare non poterit: quia uero in cæteris uir est caput mulieris, & mulier corpus uiri, ita uota abstinentiæ uiro permittente mulier potest promittere, ut tamen eodem prohibente repromissa non ualeat adimplere, & hoc, ut diximus propter conditionem seruitutis, quia uiro in omnibus debet subesse.

Vnde Aug. in lib. quæstionum Gen. q. 153.

¶Mulieres viris suis debent subesse. C XII.

ESt ordo naturalis [e] in hominibus, vt seruiant [f] fœminæ viris, filij parentibus, quia nulla [g] iustitia est, vt maior & seruiat minori.

& glo. ord. Gen. 46. & Beda ad Colos. 3.

a ¶ Quia nulla.] *In Pannormia reliqua habentur, ut apud Grat.*

Iuo p. 7. c. 94. Pan. l. 7. c. 43.

a ¶ Vota] Quæ scandalizent virum, vt iacere in camisia, uel ieiunare cum ipse pranderet.

Cõiuges quãtũ ad uotum abstinentiæ si sũt pares.

b ¶ Nisi auctor.] Mulier ergo non potest facere uotum abstinentiæ sine uoluntate uiri. Sed nunquid uir potest abstinere sine uxoris consensu? sic 2. inf. ea. cum caput. licet ergo cõiuges sint pares quantum ad uotum continentiæ, non tñ quãtum ad uotum abstinentiæ, & hoc intellige de quolibet uoto, in quo non fit uxori præiudiciũ quo ad carnale debitum, quamuis in illo uoto, oriatur scandalum mulieri. ut in hoc sit dñia inter uirum, & mulierem. Similiter & de muliere dici potest, q̃ uouere possit: dummodo per illud uotum mulieris non fiat uiro præiudicium, uel si non oriatur scandalum uiro ex illo uoto, ut si uouet iacere in camisia cum eo, uel singulis noctibus ire ad matutinas. unde de tali uoto intelligo istud c. alias tenetur mulier illud adimplere ẽt uiro inuito, ut si uouet q̃ daret denariũ amore Dei, uel aliquid tale. h. d. 11. cano. tñ iste in distincte loquitur. Item ui, q̃ mulier ista peccet: quia magis obediendum est Deo quam hominibus. nã scriptum est, Vouete, & reddite &c. 17. q. 1. in prin. Sed dic q̃ mulier ista non obedit uiro contra dñm: quia dñs hoc uoluit inf. c. noluit. eo aũt ipso quod hic uiro conceditur reuocare uotum abstinentiæ prohibetur de uoto cõtinentiæ. Immo nec hoc uiro cõceditur reuocare uotũ abstinentiæ,

Cõiuges quãtũ ad uotum abstinentiæ si sũt pares.

a Ad idẽ facit hoc c. manifestum, & inf. ea. c. hæc imago, & c. noluit. Arc.

EX PRÆMISSIS. CASVS. Infert Grat. ex supradictis, quod uotum continentiæ facere non potest uir sine consensu uxoris, uel e conuerso, & si factum fuerit de consensu utriusque, reuocari non poterit. Si uero uxor de consensu uiri uotum abstinentiæ fecerit, uir tamen illud poterit postea reuocare, quia mulier debet uiro suo subesse in omnibus, & ad hoc inducit sequentia c. quorum primum patet.

e ¶ Est ordo naturalis] .i. a natiuitate & ortu proueniẽs enam fœmina de corpore uiri est, & alia ratio est, quæ in uelamine corporis eius perpenditur, ut infra, ea. mulier.

f Vt seruiant] Hoc adeo uerum est, q̃ patronus consentiendo libertæ ut contrahat, amittit in ea operas, cum in officium uiri debeat esse, ut ff. de ope. lib. sicut patronus.

g ¶ Maior,] Dignitate, s. filius, seruiat minori, s. patri, qui non est in dignitate, interdum maior ætate seruat minori de præcepto domini, ut Esau Iacob. Et quod dicit hic, nulla iustitia est, &c. uerum est secundum uetus testamentum, sed secundum nouum, qui maior est, sit huius minister, &c. 93. d. diaconi. sed melior littera est, ha. iustitia est, ut minor seruiat maiori.

Filius q̃q; potest dici maior patre.

Hæc

HAec imago.] CASVS. Probat hic Auguſtinus triplici rõne, ꝙ vxor debet eſſe viro ſubiecta. Prima: quia vir ad imaginem Dei formatus eſt, & non mulier & vicarius eius eſt: quia vnius Dei habet imaginem. Secunda, quia in ſignum ſubiectionis mulier habet caput velatũ, & nõ vir: quia imago eſt & gloria Dei. Tertia eſt, ꝙa vir ſine metu talionis, ſecũdũ legẽ poterat mulierem de adulterio accuſare, & non econuerſo: ſecus in alijs caſibus.]Ideoque,] id eſt, quia fœmina non habet hoc.

b ¶ In homine.] Quia ſicut proceſſerunt à Deo omnia, ſic ab Adam proceſſerunt omnia: hic accipit tantum hoc nomen, homo, in maſculino genere: alias communis generis eſt, ut ff. de verb. ſign. hominis.

c ¶ Vt vnus.] ideſt, imago Dei dicitur ipſe homo: quia ſicut aqua profluxit ex latere Domini, ſic etiam Eua ex latere Adæ: item in hoc habet imaginẽ, quia habet rationẽ, & intellectum, 1 ſicut Deus, d ¶ Imaginem.] ideſt, ſimilitudinem de pœnit. diſt. 1. illa anima.

Oĩa proceſſerit ab Adam.

1 Ad hoc dicta de fœmina, q̃ de viro ſm Hu.

e ¶ Quia imago.] Et ideo non debet velari.

f ¶ Mulier.] Non tamen quælibet: quia non virgines de conſuetudine, ſed facinus in eo, quod dicit gloria ideſt, Deus nõ gloriatur, per ipſam ſicut per virum, nam per eam prima prævaricatio eſt inducta in ſeipſum mulier.

g ¶ Satis hinc.] ¶ Et pęne famulas.] Non tamẽ quòd immoderate verberentur. C. de repud. conſenſu. & ſupra ea. q. 2. placuit.

h ¶ Teſtimonium.] ideſt, accuſationem.

i ¶ Lapidaretur.] Et ita videtur, quod in veteri lege nunquã uir obligabatur pœna talionis. Sed tu dic cũ H. ꝙ hoc locum habebat tãtum in accuſatione adulterij I primo cõtẽplata cũ non inueniebat eam virginem, uel dicebat ſe non inueniſſe, & ipſa contrarium probat per aſpectum lintheaminis, in hoc caſu non puniebatur vir talionis pœna: ſed tantum cẽtum ſiclos argenti dabat patri puellæ.

Vir utrũ puniebat talione in veteri lege.

k ¶ Demoſtraretur.] Per aſpectum lintheaminis ſanguinolenti. Sed nec hodie cũ agit vir ad ſeparationem, ſuſtinet talionem: ſecus ſi agatur ad pœnam adulterij criminaliter. extra de pœn. ca. ruæ. ideo autem non punitur uir pœna talionis, quia tam alia uia conſequeretur, id quod optauit, quod eſſe non debet. ff. pro ſocio. idemque. ff. de condi. inſtit. quæ ſub conditione. §. ſi quis.

Mulieris vio latio per q̃d cognoſcitur.

l ¶ Caſtigatur.] ideſt, uerberatur.

m ¶ Teſtimonio falſo.] ideſt, accuſatione calumnioſa.

niſi quod corrupte in eo legitur, maiori ſeruiat minori. *Sed in originali, a quo non longe diſcedit Iuo*, quia & illic iuſtitia eſt hæc, vt infirmior ratio ſeruiat fortiori. *ob gloſſam autem non eſt emendatum.*

Idem in quæſtionibus veteris & noui teſtamenti ex utroque mixtim, c. 106.

¶ Vir eſt caput mulieris. Cap. XIII.

Iuo p. 8. c. 95. Pann. l. 7. c. 43.

HAec imago [a] Dei eſt in homine, [b] vt vnus [c] factus ſit, quaſi dominus, ex quo cæteri oriantur, habẽs imperiũ Dei, quaſi vicarius eius, quia omnis rex Dei habet imaginem: β ideoque mulier non eſt facta ad imaginem Dei. Sic etenim dicit, (& fecit Deus hominẽ, ad imaginem [d] Dei fecit illum.) Hinc eſt, vnde Apoſtolus, (vir quidem, ait, non debet velare caput ſuũ, quia imago, [e] & gloria Dei eſt: mulier [f] autem ideo velat, quia nõ eſt gloria, aut imago Dei.

Gen. 1. Sup. 9.

1 Cor. 11.

a ¶ Factus ſit. *Quæ ſequuntur emendata ſunt partim ex veteribus, partim ex ipſo originali, & Iuone. In vulgatis enim Gratiani recentioribus, legebantur* factus ſit homo, ex quo cæteri oriantur habens imperium Dei quaſi vicarius Dei, quia vnius Dei habet vir imaginem.

β ¶ Imaginem. *Sequebatur*, & ſimilitudinem, *quæ ſunt expuncta, quia neque apud Auguſtinum neque in vulgata græca, neque in latina vetuſtiore, neque apud cæteros collectores habentur. Pulchre vero de hac re diſputat Baſilius in hunc Geneſis locum, & Origenes Periarchon lib. 3. cap 6.*

Idem lib. 5. quæſtionum ſuper Deuteronomium, q. 33.

Cap. XIIII.

& gloſſa ordi. ad c. 22. Deute.

Iuo p. 8. c. 96. Pann. l. 7. c. 45.

SAtis hinc appparet, quemadmodũ ſubditas fœminas viris, & pęne famulas [g] lex eſſe voluerit vxores; quòd dicens aduerſus vxorem vir teſtimonium, [h] vnde lapidaretur [i] † illa, ſi hoc verum eſſe demonſtraretur, [k] ipſe tamen non viciſſim lapidaretur, ſi hoc falſum eſſe conſtiterit: ſed tantummodo caſtigatur, [l] & damnificatur, eique perpetuo iubetur adhærere; qua carere voluerat. In alijs autem cauſis eum, qui teſtimonio [m] falſo cuiquam nocuerit, quod ſi probaretur, ius † ſit occidi, eadem ɣ plecti iubetur † pœna, qua fuerat, ſi verum eſſet, ille ſ plectendus.

† Adde qua pœna puniatur mulier adultera. not. in l. qñi Alex. & in l. caſtitati. & in authen. ſed hodie. C. de adulteris.

† *al. inſiſt.*
† *al. inben.*

ɣ ¶ Eadem.] *Eadem fere modo apud Iuonem, & in Pannormia. In originali vero*, eademque pœna plecti iubet.

ſ ¶ Iſte.] *Sic eſt emendatum ex aliquot manuſcriptis & originali, & Iuone.*

Item Hieronymus ſuper epiſtolam ad Titum, in c. 2.

Digitized by Google

Teſtis nõ eſt talione puniendus.

hoc ideo ita exponi: nam teſtis non obligatur ad talionem, ſed alio modo punitur a iudice, ſi uarie reſpondet, ut C. de teſti. nullum. Hug. tamen dicit. quod ſic. 3. quæſt. 9. nihilominus. maxime ſecundum neterem legem, argum. extra de cri. fal. capit. falſus. De hoc dictum eſt 2. quæſt. 3. in ſumma.

mis. §. tria. ff. ad Velleia. l. 2.

g ¶ Nec docere.] In eccleſia maſculos ſup. diſt. 23. mulier. de conſe. diſ. 4. mulier.

h ¶ Nec teſtis.] In cauſa criminali, niſi in illis caſibus, in quibus infames admittuntur, nec in teſtamento inſti.

Cap. XV.

CVm caput.] CASVS. Dicitur in hoc capi. quod ſicut vir peccat, ſi non ſit ſubiectus capiti ſuo: ideſt Chriſto: ſic Dei prima ſententia contemnitur, ſi mulier capiti ſuo ideſt, viro ſuo non obedierit, cum etiam gentiles fœminæ uiris ſuis ſubiaceant. Prima ſententia, quæ habetur in Geneſi ubi dicit mulieri, ſub uiri poteſtate eris, &c. poſtea Apoſtolus idem præcepit.

CVm caput mulieris vir, ſit, caput autẽ viri Chriſtus, quęcumque vxor nõ ſubijcitur viro ſuo, hoc eſt capiti ſuo, eiuſdem criminis[a] rea eſt, cuius & vir, ſi nõ ſubijciatur Chriſto capiti ſuo. Verbũ autem Domini blaſphematur,[b] vel dum contemnitur Dei prima ſententia, & p nihilo ducitur, vel cum Chriſti infamatur Euangeliũ, dũ contra legem, fidemque naturæ ea, quæ Chriſtiana eſt, & ex Dei lege[c] ſubiecta, viro imperare deſiderat: cũ etiam gentiles fœminæ viris ſuis ſeruiant cõmuni lege naturæ.

Iuo p. 8. c. 67. Pann. l. 7. c. 46.

& gloſſa. ordi. ad c. 30. Num.

Item Auguſtinus in quæſtionibus Numerorum. q. 59.

¶Arbitrium viri mulierem ſequi oportet in omnibus.

Cap. XVI.

NOluit itaque lex, mulierem aliquid vouere Deo aduerſus animam ſuam, vt non in aliqua[a] rerum licitarũ, atque conceſſarum abſtinentiam eiuſdẽ votis fœminæ valeat auctoritas, ſed virilis. Ita, & ſi adhuc innuptæ, iam conceſſerat[d] pater vota perſoluere, ſi antequam perſoluerit, nupſerit, & viro eius hoc cognitum non placuerit, nõ perſoluat, & ſit omnino ſine peccato, quia mũdauit eam, ſicut dicit, ideſt, mũdam iudicauit. Neque hoc contra Deum[e] fieri putandum eſt, cum ipſe Deus hoc præceperit, hoc voluerit.

Iuo p. 8. c. 68. Pann. l. 7. c. 47.

Vxores quare debent eſſe uiris ſubditæ.

NOluit itaque.] CASVS. Dicitur hic, quod lex noluit ut mulier poſſit votum facere ſine uiri conſenſu. & ſi fecerit ante nuptias, uir poſt nuptias poterit reuocare: nec propter hoc mulier rea iudicabitur, ſi uotũ non ſeruat, cũ Deus hoc non præcipiat. Sequentia duo capitu. plana ſunt per ſe.

a ¶ Criminis.] Sup. 9. q. 3. c. 1. ſup. 22. q. 5. de fortuna. ſupra diſt. 95. eſto. argu. eãdem cõditionem inferiorum ad media, quæ eſt mediorum ad extrema 28. diſt. ca. ꝙa ſiant culpæ.

b ¶ Blaſphematur.] tractabat enim Hiero. illud uerbũ Apoſtoli ad Titum: Admone adoleſcentulas eſſe ſubditas viris ſuis, ut non blaſphemetur verbum Dei, ideſt, Euangeliũ. Vel uerbum Dei in paradiſo, quatenus viris ſubditæ eſſent.

c ¶ Ex Dei lege.] Quia dixit, mulieres eſſe ſubditas uiris: Conuerſio tua erit ad uirum, & ipſe dominabitur. &c.

d ¶ Conceſſerat.] Argu. ꝙ abbas poſſit reuocare uotum monachi, quod etiam emiſit ante monachatum. arg. 20. q. 4. monacho. plus, n. eſt monachus ſub abbate, quam uxor ſub uiro, ut 32. q. 1. non dicatis.

Monachus plus ſubeſt abbati quã uxor uiro.

Officia uiriliа ſunt mulieribus iter dicta.

e ¶ Contra Deum.] Si ſup. 24. q. 5. dixit. ſupra 22. q. 1. ſi peccatum. ſup. 13. q. 4. qui peccat. ſup. diſ. 26. deinde.

f MVlierem.] ¶ Auctoritatem.] Virilia enim officia mulieribus ſunt adempta 3. quæſt. 7. c. in ſcripti. de teſta. §. teſtes. nec contra clericos in cauſa criminali, quia non poteſt eſſe, quod ipſi ſint, ſup. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. nec etiam contra laicos, ut no. 15. quæſt. 3. de crimine.

MVlierem constat subiectã dominio viri esse, & nullam auctoritatem[f] habere, nec docere[g] enim potest, nec teſtis[h] eſſe, neque fidem[i] dare, † nec iudicare,[k] quanto magis non poteſt imperare.

Iuo p. 8. c. 85. Pann. l. 7. c. 49.

† al. dicere.

¶ Reſtitutum eſt hoc caput B. Auguſtino, & ex eo nonnulla addita. Nam antea citatur ex B. Ambroſio.

Lib. 5. in Gen. c. 7.

Itẽ Ambroſius in Hexameron in tractã. diei quarta.

i ¶ Neque fidem.] Obligatur tñ ſi doloſe fideiubeat, ut creditorem decipiat, ut ff. ad Velleia. ſi decipiendi. Item & ſi priuilegio. Velleiani, renunciauerit, obligatur & tenetur. ff. ad Velleia. l. ult.

k ¶ Nec iudicare.] Niſi in caſibus, ut dixi 15. q. 3. de crimine.

a ¶ Adam

a ADam.] Gubernatorem.] Per hoc videtur, q̃ vir potius debet esse curator vxoris quã extraneus, quod negat lex. C. qui dari tuto. posi. l. 2.

Vir non potest esse curator uxoris.

Mulier

Cap. XVIII.

Iuo p. 8. c. 91. Fann. l. 7. c. 50.

ADam per Euã deceptus est, non Eua per Adam. Quẽ vocauit ad culpam mulier, iustum est, vt eum gubernatoré a [a] assumat, ne iterũ fœminea facilitate labatur.

a ¶ Gubernatorem.) *Antea legebatur*, vt eam in gubernationem assumat. *Emendatum est ex B. Ambrosio, Glossa enim optime conuenit voci*, gubernatorem.

Item super primam epistolam ad Corinthios in c. 2.

Cap. XIX.

Iuo p. 8. c. 92. Fann. l. 7. c. 51.

MVlier debet uelare caput, quia non est imago Dei. Sed vt ostẽdatur [b] subiecta, & qa prævaricatio p illam inchoata est, hoc figrũ debet habere, vt in ecclesia p pter reuerentiam [c] episcopalem uõ habeat caput liberũ, sed velamine tectum, nec habeat potestatẽ loquẽdi, quia episcopus [d] personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem, sic ante episcopum, quia vicarius Domini est propter peccatum originale [e] subiecta debet videri.

f ¶ Propter peccatum originale.) *apud B. Ambrosium, & Ysonem legitur*, propter reatus originem. *In Pannormia uero*, propter reatum originem. *Sed ob glossam nõ est mutatum, reliqua uero sunt emendata.*

Item in libro de Paradiso, c. 10.

Cap. XX.

5 NEc illud otiosum, [f] quod non de eadem terra, de qua psalmatus est Adã, sed de ipsius Adę costa [g] facta sit mulier, vt sciremus unam in viro & muliere corporis esse naturam, vnum fonté generis humani. Ideo nõ duo a principio facti vir & mulier, neque duo viri, neq; duæ mulieres, sed primum vir deinde ex eo mulier. Vnã enim naturam volens hominum cõstituere Deus, ab vno principio creaturæ huius incipiens, multarum, [h] & dispariũ [i] naturarum eripuit facultatem.

Euidẽtissime itaque apparet ita virum esse caput mulieris, vt nulla vota abstinentiæ vel religiosæ conuersationis liceat sibi sine eius licentia Deo offerre, etiam si viro permittente repromissa fuerit, non licet ei votum opere complere, cum vir voluerit reuocare permissum. Vota vero continentiæ ita alterius permissu ab altero valent offerri, quod post permissionem non valent in irritum deduci.

CAVSA XXXIV.

QVidam vir in captiuitatem ductus est, [k] postea vxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij, demum ille de captiuitate rediens, repetit vxorem suam, illa posterioris amore capta aspernatur thorum prioris viri.

MVlier debet.] CASVS. In hoc cap. quinque rationes assignantur, quibus probatur, quod mulier dẽt velare caput suum, scilicet quia non est imago Dei & quia subiecta debet esse viro suo, & quia prævaricatio illi inducta per eam, & propter reuerentiã episcopi, quia vicarius est Christi. Sequentia duo cap. patent.

b ¶ Sed vt ostẽdat.] Non solum propter hoc, sed etiam &c.

c ¶ Propter reuerentiam.) Idest, propter reuerentiam facerdotum, argum. 9. q. dist. si fratus fratrem &c. sicut ante iudicem diminuta ante vicarium eius sacerdotẽ, sit subiecta viro. Vel propter reuerentiam sacerdotum, id est, ne sacerdotes in eius facem intuetes inuitent ad libidinem.

Mulier quare debeat caput velare.

d ¶ Episcopus.) id est quilibet sacerdos de pœn. d. 3. inter hæc litteram 2.

e ¶ Originale.) Quod originem habuit ab ipsa quoad homines.

f ¶ Nec illud.] Hęc 5. pars q. in qua ostẽdit magister causam, quare fuit vnũ principium, unus homo. Io. de Fant.

f ¶ Otiosum est.) id est, sine causa & mysterio factum.

g ¶ Costa.] Non de pede, ne omnino uideretur famula, nec de capite, ne videretur domina, sed de costa vt collateralis videretur.

Eua quare de costa Adæ facta est.

h ¶ Multarum.) Quo ad numerũ, vel multarum quo ad genus humanum.

i ¶ Et dispariũ.) Quo ad sexũ. Vel dispariũ quo ad speciem, & respicit ad primã creationem.

k ¶ QVidam vir in captiuitate ductus est.) Quia in præcedenti causa dicebat matrimonium separari propter frigiditatem, & quod viro uiuente separata posset alij copulari, & dubitari posset, an idem uideretur

tur faciendum propter hostilem calamitatem vel captiuitatem: ideo subdit causam istam, in qua ostendit quid iuris sit si quis teneatur in captiuitate, & vxor eius interim nubat alij, vt autē hæc, &c. Et no. q̄ hic tractatur de illo impedimento quod dicitur ligatio, ligatio est cum quis ligat alteri vinculo matrimonij, & quodlibet impedimentū matrimonij dici potest ligatio, sumēdo large siue cōmuniter, nō proprie, ar. 26.q.1.§.1.

Impedimentum ligationis quale est

VTraque.] Hæc q.dividit in 6. partes. In prima quarum probat per duos canones, q̄ mulier non debet contrahere, donec sit certa de morte cōiugis. Io. de Fant. Secunda ibi, [Non satis. Tertia ibi, [Si autē.] Quarta ibi,] Quod autem.] Quinta ibi, [Hinc etiam.] Sexta ibi, [De simplicitate. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 1.& 2.q. in secūda nulla est dubitatio. In prima quęstione distinguitur, nam si illa, q̄ nubit viro viuente, & absente, credit vel scit illum viuere, in veritate adulterium commit tit. si autem nec scit, nec credit, sed habet iustam causam credēdi cōtrariū per ignorantiam facti, quę etiam pertissimos fallit, excusatur. qualitercūque autem nubat, reddenda est primo reuertēti. vtraq; autem quęstio terminatur per c. sequens. at Vtraque quęstio.] Si mulieri credit suū maritum mortuum, & habet iustam causam credendi, licite potest ptrahere, si autem dubitat de morte viri & contraxit, licet nō debeat contrahere, tenetur tamen reddere debitum petenti; sed ipsa non potest exigere, vt extra de secun. nup. dominus noster. & ita in tali casu vir potest eā remouere propter adulterium, cum non habuerit probabilem causam mortis suæ: sed si audierit eum mortuum, licet per falsum rumorem, & tūc nupserit, vir non potest eam de tali adulterio accusare, nisi ipsa procurauerit illum rumorem, vt ff. de adulteriis. §. mulier. Sed pone quod mulier credit eum viuere & est mortuus, & contrahit, nunquid est matrimonium ibi? licet ipsa tamen adulterii reatu tenetur, licet adulterium non committat, nam dicit lex quod tenetur quis actione furti, licet subtilitate iuris furtum non committat, C. de fur. si quis seruo. minor tamen pœnitentia ac pœna ei imponitur.

Mulier si credit maritum mortuū: an possit alij nubere.

† Hic videas quod le. & no. extra vt li. non cont. qūi. §. si vero. versi autem. in gl. p famā, &c. & de spō sa. in præsentia. Arch. Furtum nō committēs, qōque furti tenetur.

CVm per bellicam. CASVS. H. sic ponit hunc casum. De duobus quæsierat ille, quædam dum putarent viros suos esse mortuos, nupserunt alijs: aliæ vero sciebant viros suos viuere, sed credebant nunquam eos liberandos de captiuitate, sed reuersi sunt postea viri istarum.

1 *Nunc primum quæritur, an sit ista rea adulterij, quæ viuente viro suo, alteri nupsit.*
2 *Secundo, an redeunte primo sit cogenda recedere à secundo, & redire ad primum.*

QVAESTIO I. & II.

VTraque quæstio [a] *terminatur auctoritate Leonis Papæ, qui scribens Nicetæ Aquileiensi episcopo, epist. 77. capitul. 1. & sequentibus ait.*

In Cod. canonum. cap. 42.

¶ Quæ alij nupserit putans virum suum mortuum esse, illo redeunte ad priorem redire cogitur. Cap. I.

CVm per bellicam cladē, & per grauissimos hostilitatis incursus ita quædam dicatis diuisa esse cōiugia, vt abductis in captiuitatem viris fęminæ eorum remāserint destitutæ, quæ viros proprios aut interemptos putauerint, aut nunquam a [b] dominatione crederent liberandos, & ad aliorum coniugiū solitudine † [c] cogente transierint, cumque nunc statu rerum auxiliante Domino in meliora conuerso, nonnulli eorum, qui putabātur perisse, remeauerint, merito charitas tua videtur ambigere, quid de mulieribus, quæ alijs coniunctę sunt viris, a nobis debeat ordinari. Sed quia nouimus scriptum, quòd à Deo iungitur mulier viro, & iterum præceptum agnouimus, vt quod Deus cōiunxit, homo non separet necesse est, vt legitimarum fędera nuptiarum redintegranda credamus, & remotis malis, quę hostilitas intulit, [d] vnicuiq; hoc, quod legitime habuit, reformetur, omnique studio procurandum est, vt recipiat vnusquisque, quod propriū est. ¶ Nec tamen culpabilis iudicetur, & tamquam alieni iuris persuasor; qui personam [e] eius mariti, qui iam non esse existimabatur, assumpsit. Sic enim multa, quæ ad eos, qui in captiuitatem ducti sunt, pertinebant, in ius alienum transire potuerunt, & tamen plenum iustitiæ est, vt eisdem reuersis propria reformentur. Quòd si in mancipijs, vel in agris, aut etiam in domibus,

Sen. 4. dist. 38. Poly. l. 6. tit. 4. Ant. l. 10. c. 22. Burc. l. 9. c. 55. Iuo p. 8. cap. 244. & 190. 191. 192. Pann. l. 6. cap. 87.

† *solitudine.* Iorig.

Matth. 19.

Eiusdem epistolæ, cap. 2.

Burc. [l. 9. c. 56. Iup p. 8. c. 191.

rum, quæsierat ergo ille, quid faciendum esset in vtroq; casu. Et respondetur in primo casu, quod separandæ sūt à secundis & reddendæ primis: & quæ nolunt separari a secundis, sunt excommunicandæ. In secundo vero casu nihil videtur responderi, quia nulla & friuola erat quæstio, quamdiu enim aliqua scit vel credit vel dubitat virum viuere, non debet alij nubere, & si nupserit, adultera erit, vt 32.q.5. puto.

b ¶ Crederent.] Hæc ratio friuola est, & ideo non curat ei respondere.

c ¶ Solicitudine. Inconstantię, vel paupertatis.

d ¶ Hostilitas intulit.] Sic supra 16.q.3. prima.

e ¶ Eius personam.] Sup. 2.q.1. in primis. nam similitudo attenditur inter illum, qui succedit in nouatione, vt ibi: & istum de quo hic.

a ¶ In

Ecclesia est vxor clerici. 1 Istam gl. dicit singu. Brix. in suo dictio. versi. carcer. ad hoc q clericus detentus in carceribꝫ quantum cunq; longū tēpus nō perdit beneficiū sum.

a ¶ In coniugiorum.] Arg. q ecclesia clerico debet restitui de captiuitate redeunti per quantūcunque tempus detentus fuerit, si probat iustum impedimentum: 1. cū ecclesia sit vxor clerici. 7. q. 1. sicut. & dixi 7. q. 1. pastoralis. 13. q. 2. vnaquæque.

b ¶ Perac possessionibus rite seruatur; quāto magis in coniugio rum [a] redintegratione faciendum est? vt sic, quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur? ¶ Et ideo, si viri post longā captiuitatē reuersi, ita in dilectione suarum coniugum perseuerant, [b] vt eas cupiant in suū redire consortium, omittēdum est, & inculpabile iudicādum est, quod necessitas intulit, & restituēdū, quod fides poscit. *& infra c. 4.* ¶ Sinautē aliquæ mulieres ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt malint his cohærere, quàm in legitimum redire consortium, merito sunt notandæ: ita vt etiam ecclesiastica communione priuentur, quę † de re excusabili contaminationem criminis egerunt: ostendentes [c] sibimet pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio [d] poterat expiare. Redeant ergo in suum statum voluntaria redintegratione cōiugia, neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio [e] necessitatis extorsit, quia sicut hæ mulieres, quæ reuerti ad viros suos nolunt, impiæ habendę sunt, ita illæ quæ in affectum initum ex Deo redeunt, merito sunt laudandę † iudicio.

C. 3. Burc. l. 9. c. 58. Iuo p. 8. c. 193.

Burc. l. c. 57. Iuo p. 8. c. 192. Pann. l. 6. c. 88.

† *al. quia inexcusabiliter contra. &c.*] orig.

† *al. laudabiles iudicanda.*

Item Innocentius Papa Probo, in epistola nona.

¶ Viro, vel vxore de captiuitate redeuntibus propria redintegrantur coniugia. Cap. II.

CVm in captiuitate Vrsa mulier teneretur, aliud cōiugium cum restituta Fontanum † commisisse [f] cognouimus. Sed fauore Domini reuersa Vrsa nos adijt; & nullo differente vxorē se memorau esse perdocuit. ¶ Qua de re domine fili merito illustris, statuimus fide catholica suffragante, illud esse coniugium, quod primitus erat gratia diuina fundatum, conuentumque secundæ mulieris priore superstite, nec diuortio erecta, [g] nullo pacto posse esse legitimum.

Iuo p. 8. c. 345. Pann. l. 6. c. 89. † *Fortunius misse ei gnoscitur.*] orig.

Item Hieronymus ad Amandum presbyterum.

¶ Quæ primo viro relicto, secundo adhæserit, nisi secundum relinquens, primo reconciliari non potest. Cap. III.

Sent. 4. dist. 35. Polyc. l. 6. tit. 4.

NOn satis animaduer-

b ¶ Perseuerant.] Et ita videtur, quòd ipsi non compellantur ad eas redire si noluerint, sed supplent hic quidam, maxime. Alij intelligunt hoc de illis mulieribus, quæ viros non credebant mortuos, & tamen contraxerunt, quod no. in prin. cap.

b Perseuerant] sup. 32. q. 5. puto in princ. contra, sed illud quando maritus, vel vxor scitur adhuc viuere: istud quando certis indicijs putatur mortuus esse, de pœ. dis. 7. c. 3. 30. q. 5. cap. si quis. §. incerta.

Præsumitur ex præsenti circa præteritum. &c. 2 Arg. de pœnit. dis. 3. ca. Iudas. vbi hoc & 54. dist. multo.

c ¶ Ostendentes.] Arg. q ex consequentia operis ex facto præsenti præsumitur circa præteritum 2. ut hic, & 33. q. 1. requisiti. & su. 22. q. 2. q sit. & C. de adul. si qs. quinque præsumitur ex præcedenti facto circa præsens: ut 2. q. 1. in primis in fine, & q. 7. non potest, quique ex præsenti circa præsens: ut dixi 50. dist. si quis diaconus. quandoque ex eo quod solet fieri, præsumitur & timetur in futurum, ut 3. q. 5. accusatores. quandoque præsumitur ex præterito circa futurū. C. de condic. fur. l. vlt. quandoque præsumitur ex futuro circa præteritum. ff. de cond. inde. si non sortem. §. si decem, aut Stichum.

d ¶ Remissio.] idest, dimissio secundorum virorum.

e ¶ Quod conditio.] Quod necessitas cogit, non est imputādum 22. q. 4. inter cętera 7. q. 1. pontifices inf. de cons. d. 5. discipulos.

f ¶ Commisisse.] Peccatum notat interuenisse in contrahēdo si scienter contraxit: sed si ignoranter cō traxisset: quānis nō esset matrimonium secundum: nati tamen filij inde habētur p legitimis quo ad successionem, similiter vbi per consanguinitatem fit diuortiū, quod verum est vbi ignoranter coniūcti sunt ar. extra qui filii sint legit. cū inter: si autem scienter, quo ad scientem legitimi nō sunt arg. 32. q. 2. scict. ar. C. sol. ma. si ignorās & C. de ince. & inutil. nup. qui cō tra. Sed licet H. & L. ita distinguant, falsa tamē est distinctio 3. sufficit enim alteri[3] ignorantia vt sint legitimi: vt extra qui fil. sint legi. ex tenore, absurdum enim est, ut aliquis sit partim legitim[e], & partim illegitimus arg. ff. de li. cau. l. duob.

Matrimonio pp consanguinitatem separato an filij prius nati sint legitimi.

3 De hoc ēt no. if. 35. q. 7. I summa.

sed si ambo parentes sciunt impedimentum, uel affectant ignorare, quia non contrahunt, præmissa denunciatione trina coram ecclesia: licet pro legitimo habitū fuerit, tamen filij non sunt legitimi, ut extra de clan. despon. cum inhibitio.

g Perdocuit.] Sed qualiter probauit hoc? dicit H. per testes 4. Nam in præiudicium matrimonij secundi non crederetur etiam ei, & viro iurantibus: nisi fama esset de hoc, ut 35. q 6. si duo. Sed nunquid crederetur viro & secundæ uxori iurantibus? Dicunt quidam, q sic, licet uideatur esse causa ipsius viri: quod non concedo: immo nec confessio ipsorum nec fama sufficit extra de eo qui cog. consan. uxo. suæ super eo.

4 Dicit hic H. q hic nō erat opus testibus, cum nullus dubitaret illam esse vxorē: licet à quibusdam crederetur mortua esse Are-

h ¶ Electa. Maxime: ut 32. q. 1. c. dixit. in fi. & quæst. 7. licite. & c. ult. nisi propter impedimentum aliquod factum est diuortium.

NOn satis.] Hæc est 2. pars q. in qua ponit qualiter

Digitized by Google

punitur mulier, quæ ad primum virum nō vult redire. Ioan.de Fant.

CASVS.H.& Ben.sic ponunt hunc casum. Quidam rapuit vxorem alterius, quæ postea consentiens raptori ad proprium virum redire nolebat. dubitās ergo Amandus presbyter super hoc articulo, duas fecit quæstiones. Hieron. Prima fuit an il la possit remanere cum raptore? huic ꝙstioni respōdet Hieron. dicens, quod nō potest remanere cū eo: sed dēt ab eo discedere, & agere pœnitētiam: quia consensit in illum. Et respōsio protēditur vsque ibi,] Rem nouam, &c.] Alia quæstio fuit, si tunc illa iure suo possit repetere virū suū, vt ille cogatur eam recipere. Et ad hoc respondet Hiero. & dicit, ꝙ nō potest illam repetere, vel ille cogi recipere eā. Et hoc probat auctoritate veteris testa. utens arg. amaiori. si enim i veteri testamento nō licebat ei, qui dederit libellū repudij post adulteriū recipere vxorē multo minus licet I nouo cogere volentem ad recipiēdam adulteram: hāc enim præceptum erat, vt nisi nō reciperet vxorem adulteram: ergo non est mirum, si nunc est permissum viro vt eam nō recipiat, si nō vult. arg. 32. quæst. 1. quod autem. & hæc respōsio protēditur usque in finem. Intēdit ergo Hiero. in hoc c. probare, quod nō potest remanere cum secūdo, & quod primus non est cogendus eam recipere. [Quod dicere,] idest, significare voluit hæc oratio, quam in epistola tua posuisti. scilicet [alio, &c.]

a ¶ Animaduertere.] Hoc dicit deridendo ipsum: quia malam epistolam composuerat, uel quia uerba nō erant accommoda sensui ad quem assumebatur. inst. de donat. §. est & aliud.

b ¶ Voluit.] Epistola tua, uel hæc oratio, scilicet, &c.

c ¶ Et quare.] Quem habebat prius, alias, & quare.

d ¶ Dimisit.] Nolendo ad eum redire.

e ¶ Legat.] s. quicunque de tali facto dubitauit.

f ¶ Si in ciuitate] Arg. quod ratione loci præsumitur cōtra aliquem [1], & quod imputatur alicui si non fecerit id quod ei prodesse possit, sic C. de incest. nup. cum ancillis. quia præsumitur consentire cum potest reclamare, ff. de noxa. si seruus sciente.

g ¶ Et non clamauerit, Arg. aliquem tacite consentire, ut 28. d. diaconi.

h ¶ Puniri.] Arg. vbi testimonium de auditu valet.

i ¶ In agro.] Nisi & coloni ibi essent, nec clamauit.

K Innoxiam.] su. 32. q. 5. finge. alias est pars cap. de pudicitia cōtra. su. 15. q. 1. si quis non iratus, contra, sed ibi lex, scilicet canonica, vel promotionis.

1¶ Ad

tere [a] potui, quid sit, quod dicere voluit, [b][alio viro per vim accepto.] Quid est, per vim accepto? congregata videlicet multitudine nolentem rapuit. Et quare [c] postea raptorem rapta non dimisit? [d] legat [e] libros Moysi, Deut. 24. & inueniet desponsatam viro, si in ciuitate [f] fuerit oppressa,[g] & non clamauerit, [g] puniri [h] quasi adulteram, si autem in agro [i] oppressa sit, innoxiam [k] esse a scelere, & violentum legibus subiacere. Ergo & ista soror, quæ, vt dicit, vim passa est, vt alteri iungeretur, si vult corpus Christi accipere, & non adultera reputari, agat pœnitentiam, ita duntaxat, vt secundo viro, qui non appellatur vir, sed adulter, a tempore pœnitentiæ non copuletur. Quod si durum ei videtur & semel dilectum non potest derelinquere, nec præferre dominum voluptati, audiat Apostolum conclamantem, (Non potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ domini communicare, & mensæ dæmoniorum) & alio loco, (Quæ communicatio luci, ac tenebris? qui consensus Christo, & Belial? [l]) Rem nouam loquor, immo non nouam, [m] sed veterem, quæ veteris testamēti auctoritate firmatur. Si reliquerit secundum uirum, & recōciliari priori noluerit: non potest. Scriptum est enim in Deuteron. (Si acceperit homo vxorem, & habuerit eam, & nō inuenerit gratiam in conspectu eius propter aliquam fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manus eius, & dimittet eam de domo sua. Cumque egressa adultera † [n] maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, aut certe mortuus fuerit, non poterit [o] prior maritus recipere [p] eā uxorem, quia pollutа est, & abominabilis facta est coram domino, ne † peccare facias [q] terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradidit tibi possidendam. 1. Cor. 10. 2. Cor. 6. Deut. 24. † alibi, iuxta lectionem. † al. nisi

¶ *Verba huius capitis in Epistola Beati Hieronymi, & in Polycarpo proxime sequuntur post ea, quæ referuntur sup. 32. q. 7. cap. omnes causationes. Ideoque apud ipsos initium hoc ita habet.* Neque satis animaduertere.

Locus facit præsumi cōtra aliquem. 1 De hoc no. 18. q. 2. diffinitiua.

l ¶ Ad Belial.] Belial interpretatur apostata.

m ¶ Non nouam) idest, non de nouo traditam his, qui audierunt. & est arg. quod si episcopus iurauit, quod nō daret nouum feudum, & aliquod feudum de antiquis ad eum peruenerit, bene potest ipsum dare, ut extra de donat. per tuas. & ext. de feu. ca. 2.

n ¶ Adultera) Non conuicta de adulterio.

o ¶ Non poterit) Arg. ex quo mulier separata est a uiro auctoritate eccl. fæ, non potest auctoritate sua uir eam sibi reconciliare, quod non est uerum, ut C. de adul. authen. sed hodie. sed quid erit si adultera uelit reconciliari, & uir nolit? uidetur ꝙ uir non compellatur.

p ¶ Recipere.] Vt cogatur a lege eam recipere [2]: Immo ipsa lege prohibetur eam recipere, sed modo tempore gratiæ non prohibetur. argum. sup. 32. quæst. 1. quod autem.

2 Vt C. de adul. castigati.

q ¶ Ne peccare facias.] Inducendo malum exemplum. ff. ꝙ 3. præcipue.

SI AVTEM. Hæc eſt 3. pars q. in qua quæritur qualiter & quid fiat de fœmina, quæ non vult ſequi virum tranſeuntem de prouincia in prouinciam. & dicitur q̃ manebit innupta. Ió. de Fant.

CASVS. hic dicit Gra. allegando, q̃ vnaquæque mulier

3 Si autem ineuitabili neceſſitate cogente vir in aliam prouinciam fugerit, & vxor eius eum ſequi noluerit, illo viuente illa innupta permaneat.

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶Quæ virum in captiuitate ductum ſequi noluerit, maneat innupta, quamdiu vir eius vixerit. Cap. I V.

Burch. l.9.c.54. Iuo p.8.c.189. Pann.l.6.c.91.

SI quis neceſſitate ineuitabili cogente in alium ducatum, ſeu prouinciam fugerit, & eius vxor, cum valet, & poteſt; amore parentum, & rerum ſuarum eum ſequi [a] noluerit, ipſa omni tempore, quamdiu vir eius, quem ſecuta non fuit, viuit, ſemper innupta permaneat.

4 Quod autem de coniugatis auctoritate Leonis [b] Papæ dicitur, hoc etiam de virginibus intelligendum eſt, vt ſi præter conſcientiam viro nupſerit alieno, non teneantur.

Poly. ibidem.

Vnde Aug. in lib. de fide & operibus, c.7.

¶Non eſt adultera virgo, quæ neſciens viro nupſit alieno. Cap. V.

SI virgo neſciens viro nupſerit alieno, hoc ſi ſemper neſciat, nunquam ex hoc erit adultera. Si autẽ ſciat, iam ex hoc eſſe incipiet, ex quo cum alieno viro ſciens cubauerit, ſicut in iure prædiorum tamdiu quiſque bonæ fidei poſſeſſor rectiſſime dicitur, quamdiu ſe poſſidere [c] ignorat alienum; cum uero ſcierit, [d] nec ab aliena poſſeſſione receſſerit, [e] tunc malæ fidei poſſeſſor prohibebitur, tunc iuſte iniuſtus uocabitur.

† al. ſtio.

5 Hinc † etiam ignorantiæ excuſat eum, qui neſciens dormiuit cum ſorore vxoris ſuæ.

Vnde in concilio Triburienſi.

Mulier an teneatur ſequi uirum uagabundum.

SI quis neceſſitate.] CASVS. maritus ex cauſa neceſſaria in aliam prouinciam uiit: quæritur vtrum vxor eum ſequi teneatur? Reſpondet, quamdiu vir eius viuit, contineat, vel eum ſequatur. Sequens §. patet.

a ¶ Eũ ſequi.] Sic extra de coniu. lepro. peruenit ad nos. ſed ſecundum H. & hoc c. & illa decre. eſt abrogata, & dicit adhærendum decreto q̃ eſt ſup. 13. q.2. vnaquæque. Alij dicunt q̃ illud decretũ eſt conſilium 13.q.2. vnaquæque. unde ſi uir uult uagari i nõ tenetur eum ſequi: ſicut nec libertus patronum cui operas debet. ff. de oper. lib. quod, niſi aliter mulier non poſſet eligere aliã ſepulturam, quam uiri: quod falſum eſt, extra de ſepult. de uxore. Tamen dicunt quidam, quod tenetur eum ſequi quo ad forum ff. ad munic. filij. §.1. ſed etiam ſi aliqua ſcienter contraxit cum hiſtrione, tenetur eum ſequi uagabundum. Vel dic q̃ recedentem tenetur ſequi ex honeſta cauſa. ff. de his qu. no. infa. l. quod ait prætor. §. ignorantiæ. 15. q.1. ſi quis inſaniens. 2.

1 Iſtã ſniam tenent Alex. Vin. Tan. & Gofr. prout no. i prædic. ca. peruenit ubi idẽ no. Innocent.

2 De hoc no. ſup. 32. q.5. ſi uxorem.

QVOD AVTEM. Hæc eſt 4. pars q. in qua probat magiſter quod non tenetur mulier inſcia uxo alio- non habebat mandatum a domino, potui obijcere exceptionem procuratoriam: quod tamen non feci, & ſponte permiſi a me rem euinci. ergo non poteo agere de euictione ut dicit illa l. ſi rem. & l. ſi dictum. Ad hoc poteſt dici, q̃ hmõi exceptiones, quæ ſunt dilatoriæ iudici, poteſt aliquis omittere, ſed non illas, quæ ſunt dilatoriæ ſolutionis ut ff. mand. ſi fideiuſſor. §. quædam. Item qualiter iurabit iſte de calumnia, cum ſciat ſe mala fide poſſidere? poteſt dici, q̃ ſub hac forma. iurabis, Iuro q̃ ueni ad litigandum cauſa meæ iuris conſeruandi, ut ff. de bo. lib. ſi quis liberum. Dominus meus dicit ipſum poſſe confiteri, q̃ res non ſit ſua, quia pudori ſuo debet parcere ff. mand. quintus. qualiter autem iurabit ille qui ſubmiſſus eſt? Certe eodem modo.

e ¶ Receſſerit.] Arg. q̃ etiam poſt præſcriptionem ex quo ſcit rem alienam ſe emiſſe, teneatur reddere rem præſertim eccleſiæ, cum omne id quod irreprehenſibile eſt, defendit eccleſia, ut 25.q.1. omne quod, arg. diſt. 54. generales, in fine.

HINC ETIAM. Hæc eſt 5. pars q. in qua quæritur, ſi aliquis aliquam polluit, quam credit ſuam uxorem, utrum peccet? & dicendum q̃ non. Ioan. de Fant.

In

Digitized by Google

veritate cõperta cũ eo remã ſerit adultera erit, ſicut qui poſſidet rem alienã bona fide, quãdiu credit ſuã eſſe non peccat: ſed ex quo ſcit alienam eſſe, peccat ſi eam nõ reſtituit. Sequens §. patet.

c ¶ Poſſidere.] Non dicit, poſſediſſe. nã poſt completam præſcriptionem nõ ſcit ſe poſſidere alienum ſed poſſediſſe, nec hẽt tũc conſciẽtiam rei alienæ: vnde nõ tenetur reſtituere: licet Hug. hoc cõſulat vbi cõſciẽtia remordet. 27.q.1.§.1. & extra de præſcrip. capvltim.

Emptor inter pſcribendum ſi percipiat uẽditorem nõ fuiſſe dñm quid facit.

d ¶ Cũ vero ſcierit.] certum eſt q̃ in præſcriptione exigit cõtinue bona fides, vt extra de præſcr. quoniã omne. Sed quid ſi poſtea percipiam, q̃ ille a quo emerã, nõ fuit Dominus? ſi ſtatim reſtitutam eã domino, nõ poſſum agere de euictione: vt ff. de euict. ſi rem. §.1. Dũt quidam, q̃ debeo ſubijcere perſonã, quę a me petat rem illam, vt a me euincat. vt ff. de neg. geſt. atqui natura. §. cum me abſente, ſed adhuc eadem videtur reſtare quæſtio: quia illi qui ſic a me ſubiectus eſt cũ

IN lectum.] CASVS. Mulier quædã ſub ſpecie ſororis ſuæ intrauit lectum mariti ſororis, ille deceptus eam cognouit, quærebatur vtrum poſſit vti vxore ſua de cætero? Et reſpondetur, ꝙ ſi probauerit ꝙ eam putauerit eſſe ſuam vxorem, pœnitentiam agat, & vxore ſua vtatur: ſed illa grauiter pœniteat & ſemper continuat. ſequens §. patet.

Adulterium non cõmittitur, ſi conjugata ignoranter cognoſcitur.

a ¶ In lectum.] Ex hoc colligitur, ꝙ ſi cognoſcit coniugatã ignoranter, non cõmittit adulterium. 1 arg. extra de ſent. ex com. ſi vero aliquis, nam ſi locaui militi tanquam pagano ignorãs, poſſum mercedem exigere nõ enim diſciplinam cõtemnit, qui militem ignorauit. ff. locati, ſi ignorans. 2

1 Adde text. in l. uxo. cũ ibi no. C. de adult. Cy. in au. hodie. cotitu.

b ¶ Per ſecuritatẽ.] id eſt, iuſiurandum. 35. q. 3. extraordinaria. teſtes enim habere nõ poſſunt de huiuſmodi. & ſic patet, ꝙ per iuramentum probatur ignorãtia, ut ext. de ſen. exc. ſi vero 2.

2De hoc no. extra de ho. ſignificaſti. Ignorantia iuſo probat.

c ¶ Probauerit. Arg. quod allegans ignorantiã eã probabit. 2. q. 2. ſi quis a ſimoniacis 9. q. 1. ordinationes 3. q. 9. idicas. extra de cle. ignotuit.

d ¶ Pœnitentiam.] id eſt, aliquam ſatisfactionem ad maiorẽ cautelã, ne diſciplina eccleſiæ deſerat. 23. q. 5. excõmunicatorum. ſup. diſt. 50. presbyteros. 15. q. 1. ſi qs inſaniens. 2. q. 5. conſuliſti. ī. d. 50. quia te contra. & iõ dicit. ſcelus. Vel dicit hoc propter ſpeciem facti: nam adulterium ſine dolo nõ committitur. ff. de adul. l. pœnult.

Adulterium non fit ſine dolo.

¶ Non cogatur legitimam dimittere vxorem, qui neſciẽs dormiuit cum eius ſorore. Cap. VI.

Burc. lib. 17. c. 4. & lib. 19. c. 273.

IN lectum a mariti abſente vxore ſoror fuit vxoris: quã ille vxorem putans ſuam eſſe, dormiuit cum ea. Super hoc viſum eſt, ſi ipſe per ſecuritatem b veram hoc probauerit, c quod inſcius fecerit hoc ſcelus: pœnitẽtiam d quidem, quæ ſibi indicta fuerit, agat, & legitimum ſuum cõiugium habere permittatur. Illa vero vindicta digna affligatur, & in æternum coniugio priuetur.

[Item Hermes in libro paſtoris, mandato quarto.]

PALEA. Cap. VII.

EGo dixi paſtori; domine, ſi quis habuerit uxorẽ fidelem in domino, & inuenerit hãc in adulterio, nunquid peccat vir, ſi cum illa concumbit? † Et dixit mihi. Quãdiu neſcit peccatum eius, ſine crimine eſt vir viuens cum illa. Si autem ſcit vir vxorem ſuam deliquiſſe, & nõ egerit pœnitentiam mulier, ſed permanet infornicatione ſua, & coierit † vir cũ illa: reus erit peccati eius & particeps mœchationis illius. Et dixi illi. Quid ergo, & permanſerit in vitio ſuo mulier? & dixit. Dimittat illã vir, & vir per ſe maneat. Quod ſi dimiſerit mulierem ſuam, & aliã duxerit, & ipſe mœchatur. Et dixit illi. Quid ſi, mulier dimiſa pœnitentiam egerit, & voluerit ad virum ſuum reuerti: nonne recipietur a viro ſuo? Et dixit mihi. Immo, ſi non receperit eam vir ſuus, peccat, & magnũ peccatum ſibi admittit, ſed debet recipere peccatricem, quæ pœnitentiam egit. Ergo non debet dimimiſſa coniuge ſua vir aliam ducere. Hic actus ſimilis eſt in uiro & muliere.

¶ In hoc capite emendata, & addita nonnulla ſunt ex originali, & cæteris collectoribus.

6 De ſimpliciter vero fornicantibus, vel cum duabus ſororibus, vel cum matre & filia: vel cum patre & filio, idẽ accipiendum: vt ignorantibus coniugia non negentur, ſciẽtibus perpetuo prohibeantur.

Vnde in eodem concilio Triburienſi legitur.

¶ Matrimonia non prohibentur contrahere, quorum inceſtum ignorantia excuſat. Cap. VIII.

Suo p. 8. c. 412. Pan. l. 7. c. 38. Sent. 4. diſt. 35.

† *comminis.*] orig. ext. de adul. ſi mir.

† *comminit.*] orig.

SI quis cum duabus e ſororibus fornicatus fuerit, & ſororem ſoror ab eodem antea ſtupratam neſcierit, uel ſi ipſe d ſororem eius, quam antea ſtuprauerat, non intellexerit: ſi digne pœnituerint, & ſe non continere ualuerint, poſt annos ſeptem coniugia illis non negentur. Si autem non ignorauerint, f uſque ad mortem a coniugio abſtineant.

Bur. lib. 17. c. 5. & li. 19. cap. 273.

¶ Burchardus etiam citat ex Triburienſi, c. 9. Et quiddam ſimile habetur in Triburienſi impreſſo, c. 45. quemadmodum etiam in Vormacienſi, cap. 33.

d ¶ Vel ſi ipſe.] *Sic reſtituendum eſt ex Burchardo. Antea legebatur,* vel ſe ſororem.

Google

Item ex eodem.

¶ De eodem. C. IX.

Inf.34.q.2.ſi quis. cum matre. Burc.l.19.c.12. Iuo p.9.c.72.

SI quis cum matre,& filia fornicatus eſt,ignorãte matre de filia,& filia de matre;ille nunquam accipiet vxorem;illę vero,ſi voluerint,accipiant maritos.ſi autem hoc ſcierint,[a] ipſæ fœminæ,abſque maritis perpetuo maneant.

¶ *Gratianus hoc idem caput,quod hic citat ex Triburiẽſi,infra 35.q.2.refert ex concilio apud Vermeriat; itemque Burchardus, & Iuo ſententia habetur in Vuormacienſi,capit. LXIII.*

Item in eodem.

¶ De eodem. C. X.

Concordat. Triburien.impreſſum.ca. 43. Burc.l.19.c.16. Iuo p.9.c.76. ¶ *al.reſcisserit.*

QVidam fornicatus eſt cum quadam muliere: poſtea filius neſciens factum patris, ſtuprauit eandem. Quod cũ pater reſciret,¶ de ſe,filioq; [b] cõfeſſus eſt.Statuerunt melius eſſe,vt taliter lapſis,[c] cum digna pœnitẽtia, legitima permittantur coniuga; quam forte deterius delinquant.Fornicaria autem ſine ſpe coniugij maneat.

CAVSA XXXV.

† *al. linea cognationis.*

Vidã vir mortua vxore ſua aliã ſibi in matrimonio copulauit, q̃ vxori defunctæ quarto gradu cõſãguinitatis,viro aũt ſextæ linea† adhærebat. Poſt triẽniũ vero liberis ex ea ſuſceptis accuſatur apud eccleſiam, iſte prætendit ignorantiam.

1 *Hic primum quæritur, ſi liceat aliquam ex propria cognatione duci in vxorem.*

2 *Secundo, ſi ex conſanguinitate vxoris aliqua poſſit in conjugem duci.*

3 *Tertio,uſque ad quem gradum debeat quiſque abſtinere ſiue a propriis,ſiue ab vxoris ſuæ conſanguineis.*

4 *Quarto,quare uſque ad ſextum gradum conſanguinitas computatur,ita quod nec ultra protenditur,nec infra ſubſiſtit.*

5 *Quinto, q̃o gradus conſanguinitatis cõputandi ſint.*

6 *Sexto,qui iureiurãdo propinquitatẽ firmare debeant.*

7 *Septimo,an illi, qui de inceſtuoſis nati ſunt, filij reputentur.*

8 *Octauo,ſi ignoranter de conſanguinitate,uel affinitate aliqua in uxorem ducta eſt, an ex diſpenſatione poſſit viro ſuo adhærere.*

9 *Nono,ſi cõtigerit eccleſiam decipi,& cauſa cõſanguinitatis aliquam a uiro ſuo ſeparare,quæ poſt quadriennium nuptijs hinc inde celebratis deprehenditur non fuiſſe conſanguinea prioris, an ſecunda coniugia ſint reſcindenda,& propria ſint redintegranda.*

10 *Decimo, ſi relicta alicuius de propria cognatione ad ſecundas nuptias tranſierit, an proles ex eis ſuſcepta poſſit pertingere ad conſortium alicuius de cognatione prioris viri.*

forte poſt cognitam fornicationem ſororis iterũ fornicata ẽ cum illo, vel quia celauit crimen ſuũ ſorori cũ ſciret eam ſic factaram, vt infra ¶ xi.cauſa.q.2.ſi ¶s. ſi militer intelligas in ſequen.cap. Sed hæc ſolutio reprobat infra ¶x.q.2.ſi homo.

a SI quis.] ¶ Hoc ſcierint.] Vt ſ. 33.q.2.ſi ¶s cũ duabus.cõtra,ſed ſolue, vt ibi. Vel aliud eſt vbi cũ duabus ſororib.vt ibi: aliud vbi cũ matre & filia, ¶pter identitatem ¶ſonæ.inf.prox.cauſ. q.3.c.cõtradicimus. §.hac.auctoritate.& inſuper poſtea ſe cognoſci ab illo permiſerunt.

b QVidam.] ¶ De ſe filioq;. Filio quidem confitẽte & præſente in iudicio,alias non præiudicaretur filio, extra de adul.ſignificaſti.15.q.5.¶abyter.

c ¶ Lapſis.] Quia pater cognouit eam poſtea.

QVidã vir.] CASVS. Expeditis fere omnibus impedimentis matrimonij, quaſi in extremis agit de conſanguinitate, & affinitate, ꝙa de hoc impedimento plura erant dicenda. Oſtendit ergo G. uſque ad quorũ gradum prohibeatur copula cõſanguineorum, vel affinium:& qualiter gradus computẽtur in conſanguinitate, & affinitate, & quibus accuſantib. matrimonia talia ſint dirimenda. Vt autẽ hæc & alia faciat. ¶mittit thema,ã quo x.elicit quæſtiones. verũ ꝙa pauca ca. de hac cauſa leguntur, & maxime uſq; ad 7.q.iõ ego Bit.Brix. nihil, vel fere nihil I hac cauſa mutaui, ſed ne de hoc opere aliquid prætermittatur.qđ ſcriptũ inueni, ſolũmodo diligẽter correxi. Leges autem in quibus inueniens

Digitized by Google

veniens poſitum apparatum, cum omnia alia fere ſint abrogata per Innocẽtium, niſi in 6.9.& 10.quæſtionib.

Conſanguinitas vſq; ad quotum gradum impedit matrimonium.

QVod autem conſanguineas.] Hic depingitur q.prima, an ſ.liceat alicui ducere conſanguineam ſuã? Super hoc dicit H.q̃ in linea tranſuerſali extendit ꝓhibitio vſque ad 7.gradum: hodie vſque ad quartum.extra eo. nõ debet.in linea vero deſcendẽte vſq; in infinitũ. inſt. de nup. §. 2.vbi dicit in infinitum.vſi ſecũdũ eũ Adam ſi hodie viueret, nõ poſſet cõtrahere cũ aliqua. a Alij vero nõ faciũt differẽtiã inter lineã trãſuerſalẽ & aſcẽdẽtẽ. ar.ff. e.q.5. ad ſedẽ. ver.illa quoq;.ibi, vbona glo. ff. de nup. tra quos nec cõſanguinitas reperit. Procedit aũt G. hoc modo in qõne illa, primo probat, q̃ cõſanguinex duci poſsũt, & hoc vſq; ad §.hac ita.] Secũdo probat cõtrarium vſque ad §.hac itaq;.q Ab illo loco vſq; ad finẽ qõnis ponit diuerſas ſolutiones, quare in vetcri teſt. nõ fuit ꝓhibitũ, & modo ſit prohibitum conſanguineam ducere.

Adã ſi viueret, vxorem habere non poſſet.

a Concor. tex. in l. nuptiæ 3.& ibi glo. ff. de nup.

b ¶ Vxoris.] Hoc ꝓtinet ad ſecundã qũnem, non ad hanc.

c ¶ Conſobrini.] Melius diceret, fratris patruelis, q̃ Batuel & Sara de duob. fratribus fuerunt. ſ. Nachor & Aram.

IN LEGE. Hiſtoria legitur in lib. Numer. q̃ de præcepto Dñi numerati ſunt filij Iſrael, vt eis daretur terra promiſſionis: & prætcrita eſt domus Salphaar, quia non relinquerat filium, quod audientis quandoque ipſius filiæ ſteterunt ad oſtium tabernaculi coram Moyſe, & Elazaro & alia multitudine, & dixerunt, Pater noſter mortuus eſt in deſerto pro peccato ſuo, non habuit mares filios, cur tollitur nomen eius de familia? date nobis poſſeſſiones inter nos & cognatos noſtros. retulit Moyſes cauſam earum coram Domino, quid dixit, luſtam rem poſtulant, danda eis. Earum ergo cognati dixerunt Moyſi, ſi nupſerint viris alterius tribus, quia filij patris familiam ſequuntur, auferetur hæreditas tribus Ioſeph. & reſpondit Moyſes, ex præcepto Domini: nubant quibus volunt, tamen ſuæ tribus hominibus: & viri ducant vxores de tribu ſua, & cunctæ fœminæ maritos de eadem tribu accipiant.

d ¶ Præcepit.] Hæc fuit vna cã, quare copula conſanguineorum fuit præmiſſa. ſ. ne ducerent alienigenas. a

a Quia per eas ibant ad Deos alienos vt 28.q.1.in prin. Aich.

e ¶ Peruenit.] Alias non tenetur 82. diſt. propoſuiſti. Ex hoc patet ludæos canonibus non ligari.

f ¶ Præceptis.] Supra 32.q.4.dixit.

g ¶ Apoſtolicis.] Id eſt, apoſtolorũ, vt inf.e.5.vit.in fi. vbi exponas apoſtolis, ideſt Apoſtolorum.

h ¶ His ita.] Hucuſque allegauit: modo reſpondet & ſoluit hoc tantum de cauſa neceſſitatis, in ſequenti vero §.exequitur de aliſs H.

i ¶ Neceſſitatis. ut in princ.

k ¶ Ceſſante.] Supra 1.q.1. quod pro neceſſitate. & q. vlt. quod pro remedio.

l ¶ Per Moyſem.] Glo. ſuper Leuiticũ c.18. primo quidem propter hominum raritatem tantum duas perſonas Dominus excluſit a coniugio, ſcilicet ut nec filius matri, nec filia patri, copularetur. Sub lege uero excepit fere xii. matrem, nouercam, ſororem, neptem, amitam, materteram, uxorem patrui, uxorem fratris. ſed hoc recipit determinationem, 8.q.1.olim, priuignam, filiam priuignæ, ſororem uxoris. paucas tamen excluſit, ut multiplicarentur homines. Sub tempore uero gratiæ plurimæ excluduntur. extra eo. cap. non debet.

Matrimoniũ inter pauca perſonas olim fuit prohibitum.

m ¶ Sororis.] Sed nomine ſororis ſecundum uet. teſt. neptis intelligitur, ut 22.q.2.quæritur. quomodo ergo Abraham duxit neptem ſuam, ut in prædicto c. colligitur? Dic quod Abraham legem præuenit, & ideo non commiſit in legem, ut 32.q.4.dixit.

n ¶ Hinc Auguſtinus.] Id eſt, ad oſtendendum quod cauſa neceſſitatis præmiſſæ ſunt conſanguineorum copulæ. & c.

QVAESTIO PRIMA.

QVod aũt conſanguineas [a] noſtras, ſiue vxoris [b] noſtræ in coniugium nobis ducere liceat, exẽplis, & auctoritatib. probatur. Abraham namq; Sarai filiam fratris ſui, ſororem videlicet Loth in cõiugem duxit. Iſaac Rebeccã in vxorem accepit, quæ erat filia conſobrini [c] matris ſuæ. Iacob duas ſorores, Liã uidelicet, & Rachel filas Labã auũculi ſui ſibi matrimonio ſociauit. Gen.11. Gen.24. Gen.29. Num.36. Deut.25.

¶ In lege quoq; præcepit Dominus Moyſi, ut nullus duceret uxorem, niſi de propria tribu, & familia. Itẽ ſi aliqs abſque liberis moreretur, præcepit [d] Dominus, ut frater eius uxorem defuncti ſibi copularet, & ex ea ſemen fratri ſuo ſuſcitaret. Porro ad quoſcũque lex ipſa peruenit, [e] eius præceptis [f] probantur obnoxij, niſi quæ uel Euangelicis mãdatis, uel Apoſtolicis [g] inſtitutis euacuata mõſtrãtur. Nullo autem Euangelij præcepto, uel Apoſtolico inſtituto conſanguineorũ coniunctiones prohibitæ inueniuntur. Vnde ſicut ab initio, ita & nunc licitæ probantur.

¶ His ita [h] reſpondetur conſanguineorum coniunctiones alias cauſa neceſſitatis [i] permiſſæ, alias cauſa iuſtæ cõnis inueniuntur impetratæ. † *Cum.n. unus uir ab initio, a q; una ex latere eius mulier à Deo formaretur, neceſſario ſorores fratribus copulabãtur. Quod autem cogente neceſſitate fit, ceſſante [k] neceſſitate pariter ceſſare oportet. Tãto ergo nunc damnabilius uſurpatur conſanguineorũ coniunctio, quanto minus neceſſaria probatur. Vnde huiuſcemodi copula poſtea lege prohibita inueniur, Domino dicente per Moyſem, [l] [Turpitudinem ſororis [m] tuæ non reuelabis.*

† al. impetrata.

Leui.18.

Hinc Auguſtinus [n] ait in lib. de ciuitate Dei. 15.c.16.

¶ Quare conſtitutum ſit, ne conſanguineas ducamus vxores. C I.

CVm igitur genus humanum poſt primam copulam

CVm igitur genus.] CASVS. Quærebatur cum olim ſorores ducerent licite; quare nõ licet hodie. Et rñdet Aug.

Arg. q̃ cum non erant niſi filij Adę, & eius filię, ad multiplicãdum genus humanum oportuit, quòd fratres ducerent ſorores ſuas, & etiã factũ fuit cauſa charitatis dilatandæ, vt quis plures haberet amicos: & poſtea ceſſante neceſſitate fuit prohibitum, & a gentibus obſeruatũ.

viri facti ex puluere, & coniugis eius ex viri latere marium, fœminarumque coniunctione opus haberet, vt gignendo multiplicaretur, nec eſſent vlli homines, niſi qui ex illis duobus nati fuiſſent: viri ſorores ſuas coniuges acceperunt. Quod perfecto quãto eſt antiquius compellente neceſſitate; tãto poſtea factum eſt damnabilius religione [a] prohibente. Habita eſt enim ratio rectiſſima charitatis, vt homines, quib. eſſet vtilis, atq. honeſtiſſima † [b] cõcordia, diuerſarum neceſſitudinum vinculis necterentur, nec vnus in vna multas haberet, ſed ſingulę ſpargerẽtur in ſingulos, ac ſic ad ſocialem vitã diligẽtius colligãdã † plurimę plurimos obtinerent. Pater quippe, & ſocer duarũ ſunt neceſſitudinum [c] nomina. Dũ ergo hẽt [d] quis alium patrem, alium ſocerũ, numeroſius ſe charitas porrigit. Vtrumque aũt vnus Adã eſſe cogebatur, & filijs & filiabus ſuis, qñ fratres, ſororeſque connubio iũgebãtur. Sic & Eua vxor eius vtique ſexui filiorũ fuit & ſocrus, & mater; quę † ſi duę fœminæ fuiſſent, mater altera, & ſocrus altera copioſius ſe ſocialis dilectio colligaret. *et inf.* ¶ Sed hoc, vnde fieret, tũc non erat: qñ niſi fratres & ſorores ex duob. illis primis nulli hoies erãt. Fieri ergo debuit, qñ potuit, vt exiſtente copia, inde ducerentur vxores, quę non erant iam ſorores: & non ſolum iſtud vt fieret, nulla neceſſitas eſſet, verum etiam, ſi fieret, nefas [d] eſſet. *& infra.* ¶ Quod humano genere creſcente, & multiplicata etiam inter impios Deorum multorum, falſorũque cultores ſic obſeruari cernimus, vt etiã ſi peruerſis legibus [e] permittantur fraterna [f] coniugia; melior tamẽ conſuetudo ipſam malit exhorrere licentiam, & cum ſorores accipere in matrimonium primis humani generis temporib. omnino licuerit ſic auerſetur, quaſi licere nunquam potuerit. *& infra.* ¶ Copulatio ergo maris & fœminæ, quãtum attinet ad genus mortalium quoddam ſeminarium [g] eſt charitatis, cęleſtis vero ciuitas [h] opus habet, vt noxam generationis euadat.

† *inſa*]orig.

† *al. colligendam.*

† *al. quod*

Gmiſ. 11.

a ¶ Religione.] Arg. quod conſanguinitas non impedit matrimonium, ſed conſtitutio eccleſię. *infra eadem q. 3. coniũctiones. & extra de diuort. gaudemus.* frigiditas enim ſola, & coactio, & error perſonę [cum non ſit ibi conſenſus] matrimonium impediunt ſine conſtitutione eccleſię. Item papillaris ætas, & membri abſciſſio.

Matrimoniũ multipliciter impedit ſine conſtitutione eccleſię.

b ¶ Honeſtiſſima.] hic ẽ ar. qđ affinitas non ſurgat ex coitu fornicatio. nam illa concordia nõ eſt honeſtiſſima. nam infideles ſunt ipſę fornicarię. 33. q. 4. quotieſcunque. Item eſt ex hoc cap. arg. q̃ ſi hodie vn⁹ ſolus homo eſſet cũ ſorore ſua, poſſet eam cognoſcere licite, & ſobolem ſuſcitare. nam tũc o. ad a. reuolaret. 25. d. ab exordio. & eſſet etiã religionis hoc facere. 32. q. 4. dixit Sam. hẽ ẽ ar. ex hoc c. q̃ diuerſitas temporis diuerſitatem factorũ inducit. 25. q. 4. ſi eccleſia.

Frater ex ſorore in caſu poſſet prolẽ ſuſcitare.

c ¶ Neceſſitudinũ.] id eſt, dilectionum.

d ¶ Nefas eſſet.] Id eſt, execrabile haberetur poſt prohibitionem L.

e ¶ Legibus.] Secundum leges enim hoc permittitur. C. de nat. celebrandis. & inf. e. q. 1. quędam lex. 1

f ¶ Fraterna.] Id eſt, inter duorum fratrũ filios.

g ¶ Ciuitas.] Quia nõ eſt opus ea quantum ad ciuitatem cęleſtẽ. ſed triumphantem: vbi neq. nubẽt, neque nubentur.] 12. q. 1. Deus.

h ¶ Euadat.] Id eſt, hereretur ab originali peccato, cuius cauſa contrahitur ab ipſa generatione.

Cauen tibi o canoniſta ſimplex ab eo, quod hic legitur, & not. cum textus dicat, fraterna coniugia, vt plenius videre poteris in Arch.

*Arg. quòd non ſolum ſit charitatis, ſed & naturæ, vt ſe diligant, quod ſi ſe diligunt, & ſe amant, & ſe ſimiles ſunt, & ſe ſimiles ſunt, & ſe ſimiles ſunt

fuit legitima talis copula: quia adhuc non erat lex, quæ hoc prohiberet. & ſic excuſat patriarchas, qui duxerunt in vxores conſanguineas & hoc triplici ratione, ſ. quia nondum erat prohibitum, & vt idololatria vitaretur, & vt in populo Dei eccleſia inſtitueretur. ſed non indigerent excuſatione: quia licitum erat de iure naturali. Prima excuſatio eſt in principio. Secũda ibi. Quãuis.] Tertia ibi, [Eſt autem alia.]

eſtum ſit, poſſit intelligi. Cæteris idololatria fœdatis, ſola familia [a] *Heber in cultu unius Dei remanſit. Vnde Abraham à Caldæis* [b] *cum fratre ſuo Aram in ignem, quem adorare noluit, proiectus eſt, ut numen ſui diuinitatis exurendo ſentiret, quem venerando colere contempſit. Ne ergo ex coniunctione infidelium fideles ad idololatriam prolaberentur, & ita Deum offenderent, ſicut quondam ante diluuium filij Dei* [c] *commiſti filiabus hominum, ipſum ad iracundiam prouocauerant: rectiſſime cautum eſt vt Patriarcha viri ſanctiſſimi nõ niſi de propria cognatione, i de familia fidelium ſibi vxores acciperent. Hinc etiam cum filij Iſrael intraturi terram promiſſionis a Domino audirent, ne filias Chananæorum ſibi in vxores acciperent, nec ſuas eis nuptui traderent: ſtatim ſubiunxit Dominus: (ne faciant vos recedere à Deo veſtro, & fornicari cum Dijs alienis.) Hinc etiam Eſdras, Idumæas atque aliarum nationum mulieres, per quas filij Iſrael ibant ad Deos alienos, ab eis ſeparari iuſſit. Eſt etiam alia cauſa, quare conſanguineorum coniunctiones in populo Dei primum permiſſæ, vel potius impetratæ fuerunt. Deus.n. ſic ab initio ſalutem humani generis diſpenſauit, vt primitiuam eccleſiam in illo populo inſtitueret, qui ſibi carnis conſanguinitate erat propinquus. Vnde de plebe iudaica primum Apoſtolos elegit, quos quaſi fundamentum eccleſiæ inſtituit, quorum prædicatione de eadem plebe multi ad Deum conuerſi, in ſeipſis originem eccleſiæ perſtituerunt. Deinde in cæcitate ſuæ perfidiæ iudaica plebe relicta, ad gentes, quæ tam fide, quam cognatione carnis a Chriſto* [d] *erant alienæ, prædicatio Euangelica tranſlata eſt: & quaſi conſanguineæ copulam Chriſtus aſpernatus, de aliena cognatione ſibi vxorem elegit, adimplens illud, quod per prophetam promiſerat: (In peccatis* [e] *veſtris dimiſi matrem veſtram,* [f] *quaſi aduleram & repudiatam.* [g] *) Et item per alium prophetam;* [h] *(vocabo non plebem meam, plebem meã.) In huius ergo rei ſacramentum conſanguineorum coniunctiones primum in Dei populo permiſſæ ſunt: nũc autem prohibitæ. Et quia non in vna familia tantum ſed in omni multitudine gentium populis fidelium inuenitur; non de propria cognatione, ſed de qualibet alia cuique vxorẽ ducere conceditur. ¶ Illud autem,* [i] *quod præcepta legis ſeruanda dicuntur, quæ nec Euangelicis, nec Apoſtolicis inſtitutis euacuata probantur, verum quidem eſt; ſed cũ omnia figuralia Apoſtolus probet ad tẽpus eſſe data, atque ideo ueniente ueritate affirmet illa non ultra eſſe ſeruanda, hoc autem, ut ſupra monſtratum eſt, cauſa ſacramenti a Deo inſtitutum eſſe probetur; & hoc cũ cæteris figuralibus euacuatum certiſſime conſtat; quamquam,*

Genes. 6.

Deuter. 7. 1. Eſdræ. 7.

Eſai. 50. Oſea 4. Oſea 2. Roma. 9.

Gal. 5.

Hebręi Vnde dicuntur.

a ¶ Familia Heber.] A quo deſcendit Abraham. Vnde & Hebræi dicti ſunt, ſm Ioſephum ſm Auguſtinum dñr Hebræi quaſi Abræi ab Abraham.

Chaldæi ignẽ p Deo colebant.

b ¶ A Caldæis.] Hi ignem pro Deo colebant: quia ſicut dicitur Deus eſſe vbiq;, ita ignis in omni loco etiã in lapidibus inuenitur, iõ Deum dicebant ignem: vnde dixit: ego ſum, q eduxi vos de Hur. Chaldæorum. vnde Abraham cõpulſus eſt cum fratre ſuo adorare ignẽ; & quia noluit, in ignem proiectus eſt, vt numen ſuæ diuinitatis ſentiret. ſed quia nõ dubitauit, q Deꝰ nõ erat ignis, ideo de igne exiuit illæſus, Aram qui dubitauit, dr, q ſit combuſtus.

Filij Dei & filij hominũ qui dicũtur.

c ¶ Filij Dei.] Filij Dei dicti sũt qui deſcendunt de familia Seth: 1 quia non cõlebant idola amore vxorum ſuarum: & ideo conceſſum fuit eis vt acciperent vxorẽ de tribu ſua: filij Cain, quia colebant idola, dicti ſunt filii hominis.

1 Qui ſucceſſit loco Abel.

d ¶ A Chriſto.] Nõ tamen ex toto: quia omnes ex eodem parente deſcendimus.

e ¶ In peccatis.] Veſtris. o Iudæi.

f ¶ Matrem veſtrã.] ideſt, ſynagogam.

Sacramẽtum fuit inter Chm & ſynagogam.

g ¶ Et repudiatam.] eſt ar. hic. qã ſicut p auctoritatem Domini ſeparatum fuit ſacramentũ qđ fuit inter Chriſtũ & ſynagogã: ita hodie auctoritate Dñi poſſet matrimoniũ ſeparari.

h ¶ Prophetam.] ſcilicet Oſeæ 4. c. vnde expone, ideſt per aliam prophetiam eiuſdem Oſeæ.

I L L V D AVTEM. CASVS. Hic reſpondet obiectioni factæ in 1. §. & duplicem ſubijcit reſpõſionem. [ſed & omnia.] Hæc eſt prima [quamquam.] Hæc eſt ſecunda & verior q ſic reſpondeat, [quamquam.] & aliter poſſit reſponderi ſcilicet, quia ſicut, &c.

i ¶ Illud autem.] Hic reſpondet 2 tacitæ obiectioni factæ in 1. §. nam videtur eſſe præceptum, quod accederet ad perſonas non prohibitas: ſicut ad fratris vxorem. 8. q. 1. olim.

2 Et dupliciter ſubijcit reſpõſionẽ H.

a ¶ Con-

a ¶ Consulendo.] Sicut de consilio nubendi, & de non dimittenda infideli. 28. q. 1. sic enim.

QVia ergo.] CASVS. Hic doctores sine arte docentes multa scripserunt de consanguinitate & affinitate, de quibus commodius dicetur, infra ead. quæst.

sicut Apostolus quædam cõsulendo [a] *addidit, quæ Euangelicis præceptis non inueniebantur definita, nec tamen ideo tanquam temeraria, vel superflua ab alijs Apostolis sunt repudiata; sic et ecclesia post Apost. instituta, quædã consilia* [†] *perfectionis addidit, vt patet de continentia ministrorum, de confectione mysteriorum, de celebratione officiorum, quæ nullatenus respuenda sunt, sed diligenti veneratione suscipienda. Consanguineorum ergo coniunctiones quamuis Euangelicis, & Apost. præceptis non inueniantur prohibitæ, sunt tamen fugiendæ, quia ecclesiasticis institutionibus inueniuntur terminatæ.* [†]

† al. consilio.

† al interminata.

QVAESTIO II. & III.

QVia ergo à consanguineorum [b] *coniunctionibus, sicut probatum est abstinere oportet; videndum est vsque ad quem gradum a consanguineis proprijs abstinere oporteat, vel si ex cognatione propria vxoris aliquam duci in vxorem liceat.*

De his ita scribit Gregorius Papa in concilio Meldẽsi.

a Concilio Meldensi.] *Burchardus, Iuo, auctor Pannormia citant tantum ex cõcilio Meldensi Magister, Gregorius, Polycarpus ita habent,* Gregorius in decretis. *Ac fieri facile potuit vt Gregorij decretum in aliquo Meldẽ si conc. referretur, vnde orta sit ista Gratiani citatio.*

¶ Vsque ad septimam generationem nullus de sua cognatione ducat vxorem. Cap. I.

DE affinitate † consanguinitatis per gradus cognationis placuit vsque ad septimam generationẽ obseruare. Nam & hæreditas rerum per legales institutorum diffinitiones sancita, vsque ad septimum [c] gradum protendit hæredum successionem. Non enim succederẽt, nisi eis de propagine cognationis deberetur.

† Adde affinitatem pro propinquita e hic accipi. est in l. san imus. C. ne ux.

Cõcor. Nicol. in cõcil. Roman. Sent. 2. dist. 41. Poly. l. 6. tit. 4. Burc. l. 7. c. 16. Iuo p. 10. c. 51. Pann. l. 7. c. 81.

Item Calixtus Papa epi. secunda ad episcopos Gallie.

¶ Infamia notentur, qui consanguineas ducunt vxores. Cap. II.

CONiunctiones consangnineorũ fieri prohibete, quãdo has & diuinæ, & sæculi prohibẽt leges. Leges ergo diuinæ, hoc agentes, & eos, qui ex eis prodeunt, nõ solum eijciunt, sed & maledictos appellant. Leges vero sæculi infames tales vocãt, & ab hæreditate repellunt. Nos vero sequentes patres nostros, & eorum vestigijs inhærentes, infamiæ eos notamus, & infames esse censemus, quia infamię maculis sũt aspersi: nec eos viros, nec accusationes eorum, quos † leges sęculi reiiciunt, suscipere debemus. & *infra*. ¶ Eos autem consanguineos dicimus, quos diuinę, & Imperatorum, † ac Romanorũ atq; Grecorum leges consanguineos appellant, & in hæredita-

Poly. ibidem. Burc. l. 7. c. 1. Iuo p. 9. c. 22.

Simile in concilio Innocent. j. ij.

† al. quas.

† al. Imperatorum Romanorum.

quæstio. 5. & sufficit si hic soluantur secunda quæstio & tertia, quæ ideo simul tractantur, quia quædam cap. promiscue loquebantur de his, vt infra ead. quæst. nullum. & cap. æqualiter, tertiæ quæstionis, quam Gra. præmittit hic. & secunda est hæc solutio, quod non debet quis cõtrahere cum consanguinea sua in linea trãsuersali vsque in vij. gradum. in recta autem linea super vsque in infinitum, secundum Benedic. & H. vt infra eadem quæstione nulli. & separatur contractum, vt inf. ead. q. qui propinquã, ita dico nisi a Papa fuerit dispensatum, vt inf. ead. q. §. sed idem. & cap. quædam. §. quod scripsi. & q. 5. ad sedem. Secundæ quæstionis solutio appareret ex eo quod dicitur inf. ead. q. nullũ æqualiter.

b ¶ Quia ergo à cõsan.] Quæ dicuntur in hac quæstione, fere per totũ sunt correcta per cõstitutionem nouam, quę incipit, non debet, extra de consan. & affinit. nec est opus ea legi. B.

DE affinitate.] CASVS. Statutũ est vt cõsanguinitas vsque ad vij. gradum obseruetur, quia per leges hæreditas cognationis vsque adhuc gradũ defertur.

c ¶ Ad septimum.] immo vsque ad decimum gradum defertur hæreditas, vt infra ead. q. 5. ad sedem, sed potes dicere, ꝙ minor numerus non excludit maiorẽ, non enim qui minora cõcessit prohibuit maiora 27. q. 2. sunt qui dicũt. sic 05. dist. illud, 50. dist. si quis diaconus. ff. de arbitr. dicun. §. si plures. arg. cõtra. 31. q. 1. quomodo. ff. de vulg. & pup. substit. ex facto. §. item quæro. 1. Vel dic ꝙ loquitur hic de cognatis. qui de iure prætorio succedunt vsq; ad vij. gradum. vt instit. de succes. cogn. §. vltimo.

Numerus minor non excludit maiorem.

† Vbi dicitur ꝙ qui decedit intra annum x. non dicitur decedere intra xiiij. Arch.

CONiunctiones.] CASVS. Cõtraxerant

te ſuſcipiunt, nec repellere poſſunt.

Item Fabianus Papa.

¶Affines in quinta generatione copulari poſſint:in quarta ſi fuerint inuenti,non ſeparentur. Cap. III.

Sent.4.diſt.41.

DE propinquis,qui ad affinitatem per virum,& vxorem veniunt,defuncta vxore,vel viro,in quinta generatione coniungantur:in quarta, ſi inuenti fuerint,nō ſeparentur.In tertia vero propinquitate non licet vxorē alterius accipere poſt obitum eius. Aequaliter vir cōiungatur in matrimonio eis, quæ ſibi conſanguineæ ſunt,& vxoris ſuæ conſanguineis poſt mortem ſuæ vxoris.

Sup. e.c.æqualiter. Poly.l.6.tit.4. ex Iuo.

Idem.

Cap. IV.

Fortaſſe iſta Grat.

QVi propriā ſanguinis vxorem ducunt,& ſeparātur, nō licebit eis,quamdiu vtriq; viuunt,alias vxores ſibi in coniugio ſociare[niſi ignorantia excuſentur.

Vnde in concilio apud Vermerias.

¶Non prohibetur ducere vxorem, qui ignoranter inceſtum committit. Cap. V.

ſup.34. q.1. & 2. & quis cum matre.

SI quis cum matre & filia fornicatus eſt,ignorante matre de filia,& filia de matre;ille nunquā accipiat vxorem; illę vero,ſi voluerint,accipiant maritos.Si autē hoc ſcierint ipſæ fęminæ,abſque maritis perpetuo maneant.

¶ De capite hoc dictum eſt ſupra 34.q.1.& 2.

Burc. lib.7.c.14. Iuo p.9.c.73.

Item ex eodem.

Cap. VI.

b ¶Vnitatem. Ergo tantū per carnis cōmiſtionem contrahitur affinitas. inf. eſſane, quod H. dicit. 1. ſed tamen prohibetur contrahere cū aliqua conſanguinea illius, propter publicæ honeſtatis iuſtitiam, vt 27.q.2. ſi quis uxorem. Sed contra 4. q.3. c. placuit. §. item in criminali. & c. ſi teſtes. §. item lex. c. ſed ibi generaliter appellat ſponſus, non quod ſponſa ſit, ſed quo ad quoddam beneficium.

1 Arg. cōtra. ſup. ca. q. 1. cap. ubi de hoc in gloſſ. hic eſt argu. ibi plene dixi, & ibi videas pro dicto hoc facit dictū Apoſt. dicentis. Qui adhæret meretrici unum corpus cum ea efficitur Arch.

Caput hoc vsque ad verſ. Præterea. *Burchardus, Ino, & Panormia:(nã magiſter vt Gratianus)citant ex concilio Aurelianenſi,c.10. Ac ſane in 3. Aurelianenſi impreſſo,c.10.multa leguntur ad hanc rem pertinentia. Reliqua vero huius capitis pars in Pãnormia(nam cæteri collectores non habent) ex eodem cõcilio refertur,ſed a Grat. ſup. 27.q.2.c.qui deſponſatam,tribuitur Gregorio.*

Item ex concilio Agathenſi,c.61.

¶ Inceſtuoſi nullo ſunt digni nomine coniugij.

Cap. VIII.

DE inceſtis [a] coniunctionibus nihil prorſus veniæ reſeruamus, [b] niſi cum adulterium [c] ſeparatione ſanauerint. Inceſtuoſos † vero nullo coniugij nomine deputãdos,quos etiam deſignare funeſtum [d] eſt. ¶ Hos enim æ cenſemus eſſe:ſi quis relictam fratris (quæ pene prius ſoror extiterat) carnali coniunctione polluerit: ſi quis frater germanam vxorem acceperit: ſi quis nouercam duxerit: ſi quis conſobrinæ [e] ſuæ ſe ſociauerit: ſi quis relictæ, vel filiæ auunculi miſceatur,aut patrui filiæ,aut priuignę ſuæ; [f] aut qui ex propria conſanguinitate aliquam, aut quam conſanguineus habuit concubitu [g] polluerit, aut duxerit vxorem.Quos omnes [h] & olim, & † nũc ſub hac conſtitutione inceſtos eſſe non dubitamus, & inter catechumenos [i] vſque ad legitimam ſatisfactionem manere, & orare [k] præcipimus.Quod ita præſenti tempore prohibemus,vt ea,quæ ſunt hactenus conſtituta, † [l] non diſſoluamus.Sane quibus coniunctio illicita interdicitur,habebunt ß [m] ineundi melioris coniugij libertatem.

Item ex concilio Ilerdenſi,c.4.

Et in Arel.3.c.1. in Epaunenſi c.30. in Turonico 2.c.22.in cædictis,c.200.

Ture.l.7.c.4. Iuo p.9.c.25. & 40.

† *al.inceſtos.*

† *al.aq. ſub hac.*

† *al.inſtituta.*

a ¶ De inceſtis.] ſup.4.q.5.conſanguineorũ,7.q.8.c.vlt.

b ¶ Reſeruamus.] Scilicet,vt remaneant inſimul.

c ¶ Cum adulterium.] Ideſt, fornicationem. 1 32.q.4. nemo.

d ¶ Funeſtum.] i.turpe. & indecens, 3.34.d.presbyteri.

e ¶ Conſobrinæ.] Conſobrini dicuntur quaſi conſororini,hi ſunt proprie duarum ſororum filij, a ſobrini vocantur conſobrinorum filij.

f ¶ Aut priuignę ſuæ] patrui: & ſecundum hoc exandi de priuigna ex ſecundis nuptijs. Vel die,ſuæ,id-eſt,propriæ.

g ¶ Concubitu.] Arg. q affinitas contrahitur per coitum fornicar ũ ſicut per legitimum. vt inf.ea.nec.

h ¶ Quos omnes.] multi alij ſunt, qui nõ numerantur hic.

i ¶ Et vſque catechumenos.] De hac materia dñt quidam ſpeciale eſſe in inceſtuoſis, qui non debent admitti vſq; ad Miſſam catechumenorũ tantum: nam dicunt eos ſuſpenſos ipſo iure quantum ad hoc, ſicut ſimoniacus qui libet ſuſpẽſus ẽ quo ad diuina officia, 1.q.1. qui ſtudet, & c. quibuſdam. de conſ. diſt.1.epiſcopus nullum, abrogatum eſt, nam dicunt, quod Iudæus,ſarracenus,hæreticus non præciſus bene poſſunt ſtare vſque ad Miſſam cathecumenorum, arg. de cõſe.diſ.4.Iudæi,nec contradicit 11.qũ 3. cum excommunicato.& 1.q.1.nõ liceat. nã omnia illa intelliguntur de præciſis, idẽſt,nominatim excõmunicatis, vel de illis, qui ſequuntur hæreſim iam damnatam.

k ¶ Et orare.] Supra diſt. 25. c. 1. contra. inf.de conſec. diſt.4. eos quos; contra,ſed ib grauius fuit delictum,& ideo 3. &c.

l ¶ Conſtituta. Diſt. penſando, & eſt arg. pro opi. Hoſ. q ſcilicet, diſpenſatio eſt eius vt nota. 33.q.2. in adoleſcentia. & c. interfectores,

l ¶ Conſtituta.] i.antiquos canones.

m ¶ Habebũt.] Ante inceſtũ de iure communi, vel poſt ſi adoleſcentes ſunt, vel etiam ſenes incontinentes ex diſpenſatione. 33.quæſt.2.in adoleſcentia.

1 Glo.eſt ſimi. in l. inter liberos. §. Iulianus. alias eſt l. Iulianus, ff. ad legem Iul. Conſobrini qui ſunt.

2 Sic ẽt dicit Iſid.in lib. 9. Etymol. cap. agnati.

Inceſtuoſi quantum ad aliqua ſunt ipſo iure ſuſpenſi.

3 Suban. eſt grauius iudicatum. 34.q. 1. non aſſeramus.

Digitized by Google

¶ Incestuosi vsque ad satisfactionem excommunicentur. C. IX.

† al. incesta.

DE his qui incesti † pollutione se maculant, placuit, vt quousque in ipso detestãdo, & illicito carnis cõtubernio perseuerant, vsque ad missam [a] tãtum catheculmenorum in ecclesia admittantur, cum quibus etiam nec eloum [b] timere vlli † Christianorum, sicut Apostolus iussit, licebit. †

Burc.l.7.c.3. Iuo p.8.c.29.

† al. vllum. † al. oportet.

Item Greg. Papa ad Felicem Messanæ ciuitatis episcopum, libro 12. epi. 31.

¶ Nullus ducat in vxorem a consanguineo cognitam, vel aliqua pollutione maculatam. C. X.

NEc eam, quam aliquis ex propria consanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit, in cõiugium ducere vlli profecto licet Christianorum, aut licebit: quia incestuosus est talis coitus, & abominabilis Deo, & cunctis hominibus. Incestuosos vero, nullo coniugij nomine deputandos a sanctis patribus dudum statutum esse legimus.

Iuo p.9.c.26.

¶ Ex isto tex. infero q affinitas per illicitã copulam contrahitur no. in l. non facile, §. sed quæritur, & §. affines, ff de grã. cogna.

sup.c.de incestis.

Natura [c] videlicet ordine, si vero extraordinarie, non sic.

Ait enim Vrbanus Papa secundus Hugoni Gratianopolitano [a] episcopo.

a ¶ Gratianopolitano.] *Antea legebatur* Vrbanus II. Gratiano Neapolitano episcopo. *Emendatum est ex Polycarpo, & huius Hugoni mentio est apud Segebertum anno* 184. *& apud Trutemium in Guidone V. Chartusiæ abbate.*

¶ Extraordinaria pollutio in naturalibus non impedit matrimonium. C. XI.

EXtraordinaria [d] pollutio nõ nisi [β] in naturalibus admissa, vel [e] sæpius [f] reiterata † citra maritalem [g] affectum [γ] si præbitis sacramẽtis [h] ita esse constiterit, quẽ admodum nobis tuis significatum est litteris, non videtur matrimonium impedire, [i] quamuis ipsa sit criminosa, & damnabilis.

Poly.l.6.tit.20. † al. repetita.

β ¶ Nõ nisi.] *In Polycarpo est*, nisi i naturalibus admissa.

γ ¶ Affectum.] *In eodem legitur effectum.*

Item Iulius Papa.

Affinitas nõ nascitur sine carnis cõmistione.

¶ Nullus ducat in coniugẽ relictã consanguineorũ vxoris suæ [δ] vsque in tertiam generationem. C. XII.

δ ¶ Vxoris suæ.] *Sic emendatum est ex uetustis. Nam in vulgatis, erat*, suorum.

ET hoc quoque statutũ ẽ, vt relictã patris vxoris suæ

a DE his.] ¶ Vsque ad missam.] Id est, vsque ad sumpsum corda, vel vsque ad consecrationem corporis Christi, nam tunc catheeumenus de ecclesia expellebatur, vel vsque ad Euangelium.

b ¶ Nec eloum.] Hoc fit in detestationem criminis, sicut alias aliqs tolerantur ad ecclesiã, nõ tamẽ vt communicent in cibo, vt de vxore clerici, vt 33. q.2. placuit.

NEC eam.] CASVS. Prohibet hic aliquis eã ducere in vxorem, quam eius consanguineus habuerat, vel cum qua fornicatus fuerat: quia cum talibus nõ est matrimonium, sed mœchatus.

c ¶ Naturæ. Respicit illud verbum, maculauerunt.

EXtraordinaria.] CASVS. Quidam poterat mulierem extra membrum ad hoc deputatũ, & nõ cõtraxerat matrimonium cum ea, & hoc poterat constare per iuramẽtum, quæritur est, vtrum eius consanguineus illã ducere posset? respondetur quod potest.

d ¶ Extraordinaria] Id est citra, vel circa naturalia 2 & nõ intrauit quod non attigit claustra pudoris, sed in circuitu palpitabat.

2 Id est, circa membrũ ad hoc a natura concessum. Hug.

e ¶ Vel.] Id est, etiã.

f ¶ Sæpius.] Quia qua ratione nõ impedit prima, eadem nec secunda nec aliqua: secus aũt esset forte si i nõ naturali mẽbro ille impediret pp enormitatem criminis, 32. q. 7. adulterij, & 32. q. 2. c. hoc ipsũ. §. hoc aũt.

g ¶ Maritalẽ. Affectum. nam si maritalis affectus intercessisset, impediret, ar. extra de sponsa. inuenis, nõ propter factũ, sed propter consensum. 27. q. 2. si quis uxorem.

h ¶ Sacramẽtis.] Polluẽtis & pollutæ. nõ enim testificatur, p se, sed, p eo qui eã ducere vult. Et mirum est q cõtra tam violentam præsumptionem probatio admittitur. Et ideo est contra, 32. q. 1. dixit. sed hoc fit in defectum probationum, C. de hær. l. pe. & obtinet forte hoc cum uirgo erat, & uolebat probare per aspectũ corporis, 27. q. 1. nec aliqua, & quod iurat est ex superabũdanti & ad cautelam, arg.

Probatio admittitur cõtra violentam præsumptionem.

34. q. 2. in lectum. Item auditur hic criminosus testis, & turpitudinem suam allegãs, immo non est testis, sed interrogatur de facto suo, 4. q. 3. c. si testes. §. nẽ serui.

i ¶ Impedire.] Talis pollutio no dẽt impedire eũ, quin possit ducere cõsanguineã illius: qa nec fecit tanguinis cõmistionẽ: nec carnis vnitatẽ. Sed qd si aliquis referaret illas feras, & nõdum processit ad cõsummationẽ operis: nũquid talis commistio carnis impedit matrimonium cũ cõsanguineis illius? Dic q nõ, quia nec est ibi sanguinis cõmistio, nec carnis unitas, sup. e. nullum, &c.

ET hoc.] CASVS. Statuitur hic, ne derelictis consan-

1 Huic c. videtur contrariari sup. de consanguin. dist. 1. cui scripsi nusium. Sed dic ut ibi no. sup. c. prox

Digitized by Google

relictam fratris vxoris ſuæ, relictam filij vxoris ſuę nemo ſibi in matrimonium ſumat, relictam conſanguineorum vxoris ſuę, vſque in tertiam progeniem nemo in vxorem ſumat, in quartam autem, & in quintam, ſi inuenti fuerint non ſeparentur.

Idem.

¶A conſanguineis proprijs, vel vxoris pariter cuique eſt abſtinendum. C. XIII.

Sup.ead. de propinquis.
Sent.4.d.41.
Poly.l.6.tit.4.
Burch.l.7.c.7.
Iuo p.9.c.43.

AEqualiter vir coniungatur conſanguineis proprijs, & conſanguineis vxoris ſuę.

Item Iſidorus ex concilio Macienſi.

¶*In Pannormia citatur, ut hic. Hugo autem*, ex concilio Maticenſi, *Burchardus* Matiſcenſi, Iuo Matticenſi, *nulla Iſidori mentione facta. In Polycarpo coniunctę ponitur cum c. coniunctiones ſup. eadē quod quidem eſt Calixti. Extat autem in concilio Cabilonenſi 2.c.29. & in Vuormac. cuius eſt ſecunda pars canonis 78.*

¶In parentela propria, & coniugis eadem conſanguinitas eſt obſeruanda. Cap. XIV.

Hugo de S. Vict. de ſacra.l.2.p.11.
Sent.ibid.
† al.stringi. Burch.l.7.c.8.
Iuo p.9.c.44.
Pann.l.7.c.69.

SAne conſanguinitas, quæ in proprio viro obſeruanda eſt, hæc nimirum in vxoris parentela de lege nuptiarum cuſtodienda eſt. Quia enim conſtat eos duos eſſe in carne vna, communis illis utraque † parentela cenſenda eſt, ſicut ſcriptum eſt, (erunt duo in carne vna.)

Item Aug. lib.22. contra Fauſtum, c.61.

In regeſto B. Greg.l.12.ep.31. ad Felicem.

¶Nurus non eſt aliter deputanda, cum filia. Cap. XV.

SI vir & vxor non iam duo, ſed vna caro ſunt, non aliter eſt nurus deputanda, quam filia.

Item Gregorius Papa epiſcopis Galliæ.

¶*Burchardus citat & referi ut Gratianus. Hugo, auctor Polycarpi, & Magiſter citant abſolute Gregorium Anſelmus, & Iuo ex epiſtola B. Gregorij ad Felicem. In Pannormia eſt coniuncta utraque inſcriptio, hoc modo*, Ex epiſtola Gregorij epiſcopis Galliæ miſſa, epiſt.31.lib.12. *Extat uero caput hoc in c.lib.6.c.80. & in adiectis eſt prior pars cap.200. quod in indice tribuitur Greg. Papæ epiſtolis B. Bonifacio archiepiſcopo Moguntiæ miſſis. Ac ſane in ultima Greg. II epiſt. tomis conciliorum inſerta legitur prior pars uſque ad uer.* Generationem.

¶Vſque ad ſeptimam generationem progeniem ſuam vnumquemque ſeruare oportet Cap. XVI.

Hugo ibidem.
Sent.4.d.40.
Poly.l.6.tit.4.
Anſ.l.10.c.40.
Burc.l.7.c.11.
Iuo p.9.c.79.

PRogeniem ſuam vnumquemque a vſque ad ſeptimam decernimus obſeruare generationem, & quamdiu ſe agnoſcant affinitate propinquos, ad coniugalem copulam accedere denegamus. Quod ſi fecerint, ſeparentur.

a ¶Vnumquemque.] *Apud B. Gregorium, Anſelmum, & Iuonem hoc loco ſunt hæc interiecta*, de his qui fideliter edocti ſunt & iam firma radice plantati ſtant inconuulſi.

β ¶Quod ſi fecerint, ſeparentur.] *Hæc non habentur, niſi apud Burchardum. Apud B. Gregorium, Anſelmum, & Iuonem proxime coniuncte cum ſuperioribus uerba capitis, nec eam ſuperat ead.*

Item Nicolaus Papa II. Amalphitanæ eccleſiæ ſuffraganeis.

¶De eodem. Cap. XVII.

Habetur in ſynodo epiſcoporum 113. in baſilica Conſtantiniana, c.11. & 12. Sent.ibidem.

DE conſanguinitate ſua vxorem nullus iuncat vſque poſt generationem ſeptimam, vel quouſque parentela cognoſci poteſt. Laicus uero vxorem ſuam & concubinam habens non communicet eccleſiæ.

Item ex concilio Vuormacienſi, c.32.

ſanguineorum vxoris vſque in gradum tertium aliqua ducatur. In quarto uel quinto gradu ducta non ſeparetur. Cap. æqualiter patet.

SAne cõſanguinitas.] CASVS. Sicut mulier dẽt conſanguineos proprij viri uitare, ita & vir conſanguineas uxoris ſuæ, cum eorum una caro ſint, utraq; parentela eſt illis cõmunis.

PRogeniem ſuã.] CASVS. Cõſanguineam ſuam vſq; ad ſeptimũ gradum debet quis vitare, & quãdiu cognoſcunt ſe eſſe affines.

Digitized by Google

¶Quousque inter aliquos generatio recordatur, aut in memoria retinetur: sibi inuicem non copulentur. Cap. XVIII.

Burc.l.7.c.2. Iuo p.9.c.39. Pann.l.7.c.76.

IN copulatione fidelium, generationis numerum nō definimus: sed id statuimus, vt nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione vxorem accipere, vsq; dum generatio recordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur.

Item ex concilio Lugdunensi.

Cap.l.6.c.128.

¶Ex propinquitate sui sanguinis vsque ad septimū gradum nullus ducat vxorem. Cap. XIX.

Sent.ibidem. Burch.l.7.c.130. Iuo p.9.c.48. Pann.l.7.c.78.

NVlli ex ꝓpinquitate sui sanguinis, vsq; ad septimū gradum vxores ducant: neque sine benedictione sacerdotis. Qui autem nupturi erunt; à sacerdote benedicti nubere audeant, nec aliter præsumant.

¶*Cæteri etiam collectores citant ex Lugdunensi. In nonnullis Gratiani codicibus est*, ex Lugdunēsi. B. *Bonifacius in epistola ad Zachariam Papam mentionem facit synodi Lugdunensis habita à discipulis B. Gregorij in qua de incestis actum fuerat. Simile habetur in cap. l. 6. cap.* 128. *In concilio etiam Rhemensi Trosleiano cap.* 8. *inter alia multa leguntur hæc.* Et alibi canonibus præceptum, vt nemo usque ad affinitatis lineam & propinquitatem sui sanguinis connubia ducat: neque virginibus sine benedictione sacerdotis quis nubere præsumat.

Præmissis auctoritatibus quisque prohibetur a conuentione cōsanguineorum vsque ad septimam generationē.

Io. Diaconus in vita B. Gregorij. l. 2. c. 37 & 38. Beda l. 1. hist. c. 27.

Sed obijcitur illud Gregorij ad Augustinum Anglorum episcopum, c. 6.

¶Anglis permittitur, vt in quarta, vel in quinta generatione copulentur. Cap. XX.

Hugo de S. Vit. l. 1. p. 1. c. 16. Sent. 4. dist. 40. Iuo p. 9. c. 55. & 56 Burc. l. 7. c. 19. & 20. Pann. l. 7. c. 56. & 71. Ant. l. 10. c. 31. Poly. l. 6. tit. 4.

QVædam lex terrena in Romana rep. permittit, vt sue fratris & sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceatur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolē non posse succrescere, & sacra lex prohibet cognationis turpitudinē reuelare. Vnde necesse est, vt in quarta, a vel quinta generatione fideliū licenter sibi coniungantur. Sed idē humillimus pater Gregorius post multum temporis a Felice Messanæ Siciliæ ciuitatis præsule requisitus, vtrum Augustino scripserit, vt Anglorum in quarta generatione contracta matrimonia minime soluerentur, inter cætera talem responsionē reddidit Quod scripsi Augustino Anglorum gentis episcopo, alumno videlicet, vt recordaris, tuo, de sanguinis coniunctione, ipsi, & Anglorum genti, quæ nuper ad fidem venerat, ne a bono, quod caperat, metuendo austeriora, recederet, specialiter, & non generaliter cæteris me certissime scripsisse cognoscas. Vnde & mihi omnis Romana ciuitas testis exstit. Nec ea intentione hæc illis scriptis mandaui, vt postquam firma radice in fide fuerint solidati, si infra propriam consanguinitatem inuenti fuerint, nō separentur, aut infra affinitatis lineam, idest vsque ad septimā generationē iungātur. Sed adhuc illos neophytos existentes, sæpissime eos prius illicita docere, † & verbis ac exēplis instruere, & quæ post de talib⁹ egerint, rationabiliter, & fideliter excludere oportet. Namiuxta Apostolum, qui ait: [Lac dedi vobis potum, non escā,] ista illis modo, non posteris, vt prefixum est, tēporibus tenenda indulsimus ne bonum, quod infirma adhuc radice plantatum erat, erueretur: sed aliquantulum firmaretur, & vsque ad perfectionem custodiretur.

lib. 11. epist. 38.

† *al. docere vitare.*

1 Cor. 3.

IN copulatione.] CASVS. Consanguinitatis gradū hic nō definit, sed quousque agnoscuntur, obseruari iubentur.

NVlli ex propinquitate.] CASVS. Cum cōsanguinea nō debet qs contrahere usque ad septimū gradum: nec sine benedictione sacerdotis.

QVēdā lex.] CASVS. Petebat Aug. ut permitteretur Anglicis contrahere matrimonium secundum ius humanum. Et respondet Greg. ꝙ lex humana permittit cōmisceri filios fratru & sororum, sed non solet ex talibus proles bona ꝓuenire: & ideo Christiani non debent in quarto uel quinto gradu propinquis coniungi.

QVOD SCRIPSI. CASVS. Mirabatur Fœlix Gregoriū Anglicis scripsisse, ut liceret eis in quarto gradu contrahere, & quæsiuit vtrum hoc esset ius generale? Et rñdet Greg. se illis hoc specialiter cōcessisse quādiu iuxta Apostolum essent in fide noui: qui de neophytis ait: Lac dedi uobis potum, non escam.

Porro

¶ *Verba huius capitis uſque ad verſ.* Sed idē. *ſunt apud Beatum Gregoriū. Verū ſimul hæc & ſequentia ſunt apud Ioannem Diaconum in uita Beati Gregorij li.2.c.38.al.37. Hugo, Burchardus, Iuo, & Pannormia citant,* ex epiſtola Ioannis Conſtantinopolitani epiſcopi ad Fœlicem epiſcopum Siciliæ. *Recitantur præterea hæc eadem Beati Gregorij verba in duabus epiſtolis Alexandri II. una, quæ refertur ab Iuone par.9.c.6. & in Pannormia l.7.c.55. & 56. altera, quæ refertur inf. quæſt.5.c.ad ſedem. Multa autem in hoc capite reſtituta ſunt ex B.Gregorio. & Ioanne Diacono.*

a ¶ In quarta.] *Apud B.Gregorium nec multo ſecus apud Ioannem Diaconum eſſe*, neceſſe eſt, vt iam tertia vel quarta generatio fideliū licenter ſibi iūgi debeat. Nam ſecūda, quam diximus, a ſe omnino debet abſtinere. *& hoc modo recitatur in epiſtola Alexandri, inf. q.5.c. ad ſedem § hanc computationem. In altera tamen eiuſdem Alexādri epiſtola, quæ proxima ſuperiore nationē eſt indicata, legitur,* iam quarta, vel quinta. *Et hanc lectionem ſecutus eſt ille, qui hoc loco caſum appoſuit.*

Item obijcitur illud Cabilonenſis concilij.

¶ In quinta, vel ſexta generatione nullus amplius copuletur coniugio. C. XXI.

Hug. ibidē. Serm. de q. Burc. l. 17. c. 18. Iuo p. 9. c. 54. Pann. l. 7. c. 70.

COntradicimus, vt in quarta, vel in quinta, ſextaque generatione nullus amplius coniugio copuletur. Vbi autem poſt interdictum factum fuerit inuentum, ſeparetur.

¶ *Ex Cabilonenſi citant cæteri etiam collectores, & Hugo. Extat lib.5. capitular. cap.99. Exceptis autem uerbis illis,* vel quinta ſextaq; *reliqua fere eadē leguntur in concilio Moguntino ſub Carolo, cap.54. & altero Moguntino ſub Rabano, cap.30. & in Vuormaciēſi in priore parte canonis 78. Nam poſterior pars eſt c. ſane conſanguinitas, ſupra allatum.*

Sent. ibidē.

Hac auctoritate, dum ſexta generatione interdicitur coniugium, in ſeptima permitti videtur. Sed gradus cognationis ſecundum quoſdam varie computantur. Alij namque patrem in primo gradu, filios in ſecundo ponunt. Alij primum gradum filios appellant, negantes gradum cognationis inter patrem & filium eſſe, cum una caro probentur pater & filius. Auctoritates ergo, quæ conſanguinitatis copulam uſque in ſeptimum gradum prohibent, patrem ponunt in primo gradu, illæ uero, quæ uſque ad ſextum gradum prohibent, primum gradum filios appellant; atque ita fit, vt eædem perſonæ ſecundum hanc diuerſitatē inueniantur in ſexto, uel ſeptimo gradu. Item illud Fabiani, quo affines in quinta generatione copulari inbentur, videtur eſſe cōtrarium illi decreto Iulij Papæ. Sicut non licet ulli Chriſtiano de ſua conſanguinitate uxorem ducere, ſic etiam non licet de conſanguinitate uxoris ſuæ coniugem ducere propter carnis unitatem.] Similiter etiam inuenitur contrarium illi capitis Gregorij: [*Nec eam, quam ex propria conſanguinitate coniugem habuit, &c.*] *Sed illud Fabiani intelligendum eſt de duabus ſororibus uel perſonis inter ſe affinitate coniunctis, ut ſunt uxores duorum fratrum, ſi contigerit unam earum alicui matrimonio copulari, poſt mortem eius uir non poterit affinem ſuperſtitem in coniugem ducere, niſi in quinto gradu affinitatis inueniantur. Vnde qui nouercam alicuius in uxorem duxerit, poſt mortem eius uxorem priuigni ducere non poterit. Hinc etiam idem Iulius Papa alibi ait:* [*Relictam conſanguineorum uxoris ſuæ (non ait conſanguineam uxoris ſuæ, ſed relictam conſanguineorum uxoris ſuæ) uſque in quartam generationem nullus ducat in uxorem.*] *Paſchalis uero Papa ſecundus ſcribens Rhegino epiſcopo, tertium genus affinitatis aſſignat, cuius copula non ultra ſecundum gradum inuenitur prohibita.*

POrro duorum] CASVS. Duabus cōſobrinis mortuis, quęſitum eſt, vtrum eoru uxores vn. vero nubere poſſent vna poſt alterā? & reſpōdetur, quod non, tum propter cognoris prohibitionē, tum propter publicam honeſtatem.

ſup. ea. de propinquis.

ſup.e.nullū. §. præterea.

Mo-

ſup.ead. nec eam.

Ait enim.

¶ Duorum conſobrinorum coniuges uni eidemque nubere non poſſunt. C. XXI.

Pol.l.6.tit.4 Anſ. l. 10. c. 34.

POrro duorum conſobrinum coniuges quāuis diuerſis temporibus, viro uni alteram poſt alterius obitum nubere, ipſa, præter auctoritatem canonicam, publicæ honeſtatis iuſtitia contradicit. Et nouit prudentia tua, quia ita ab uxoris, ſicut a uiri conſanguineis abſtinendum eſt.

ſup. ead. & hoc.

Illud autem Gregorij, & Iulij Papæ intelligitur de conſanguinitate uiri, uel uxoris; ut poſt mortem alicuius eorum nulli de cognatione defuncti ſuperſtites matrimonio copulentur. Demonſtratum eſt, uſque ad quem gradum quiſque a propria conſanguinitate, uel cognatione ſua uxoris abſtinere debeat.

Digitized by Google

QVAESTIO IIII.

MOdo quæritur, quare vsque ad sextum gradum consanguinitatis coniunctio prohibeatur. De his ita scribit Isidorus Etymologiarum lib.9.c.6. Ex Aug. l.15. de ciuit.Dei,c.16.

¶Quare vsque ad sextum gradum consanguinitas obseruetur. C. 1.

COnsanguinitas, dum se paulatim propaginum ordinib.dirimens, vsque ad vltimum gradum subtraxerit,& propinquitas esse desierit,eam rursus lex matrimonij vinculo repetit, & quodammodo reuocat fugiẽtem. Ideo autem vsque ad sextum generationis †gradum consanguinitas constituta est,ut sicut ex ætatibus mundi generatio, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminaretur. † al.generis

¶*Caput hoc emendatum est ex B. Augustino lib.* 15. *de ciuit.Dei,cap.*16. *Vnde primo videtur sumptum.*

QVAESTIO V.

DE gradibus vero consanguinitatis, quomodo computandi sint, Isidorus sic loquitur. lib.9.Etymo lo.ca.5. sensus,non uerba ipsa.

¶Quomodo dirimuntur gradus consanguinitatis. Cap. I.

SEries consanguinitatis sex gradibus hoc modo dirimitur:filius & filia,quod est frater & soror, sit ipse truncus; illis seorsum seiunctis, ex radice illius trunci egrediuntur isti ramusculi,nepos,neptis,primus: pronepos, proneptis,secundus:abnepos,abneptis,tertius: atnepos, atneptis,quartus:trinepos,trineptis,quintus:trinepotis filius,& trinepotis filia sextus. Sent.4.d.40. Burch. l.7.c. 10. Iuo p.9.c.46 Pann. l.7. c. 73.

¶*Burchardus,& Iuo, & auctor Pannormiæ,qui citant partim Isidorum,partim ex dictis Isidori, ex hoc & capite,*consanguinitas *sup.quæst.*4. *vnum caput faciunt, et habent,* Series consanguinitatis septem gradibus.

Item Alexander Papa II.omnibus episcopis, & clericis,necnon in iudicibus per Italiam constitutis.

¶*Sic est emendatum ex Hugone, Anselmo, & Polycarpo,qui hanc eandem epistolam recitant. Ab Iuone autem, & in Pannormia referuntur duo capita alterius epistola eiusdem Alexandri eodem cum hoc argumento, scripta clericis Neapolitanis siue vt in Pannormia, Metropolitanis. Et apud Gratianum erat coniuncta vtraque inscriptio,hoc modo*, Neapolitanis, clericis, & omnibus episcopis, atque iudicibus per Italiam constitutis. *Ex ysdem vero Hugone, Anselmo, & Polycarpo multa in toto hoc capite sunt emendata.*

¶Quomodo sint computandi gradus consanguinitatis. Cap. II.

AD sedem Apostolicam perlata est quæstio nouiter exorta de gradibus consanguinitatis: quã quidã legum & canonum imperiti excitãtes,eosdem propinquitatis gradus contra sacros canones,& ecclesiasticũ morẽ numerare nituntur; nouo & inaudito errore affirmãtes, Hugo ibidem. Poly.ibidem. Anſ.l.11.c.92. Iuo p.9.c.6. Pan.l.7.c.55.

MOdo.]Hic ponitur quarta q̃stio.

CONsanguinitas. CASVS. Interrogatus Isidorus,quare dicit consanguinitatẽ in septimo gradu terminari,respõdet, cõsanguinitas in psonas spargit,donec finiatur, & usque ad septimum gradum obseruatur, quia tot ætatibus distinguit mundus,quot homi nis status.

DE gradibus.] CASVS. Hic intitulat quinta quæstio, hic etiam legendæ sunt arbores, & glossæ earum.

SEries.] CASVS. Sex gradus cõputat hic Isidorus, constituens filium & filiam truncũ,& procedit usque ad trinepotis filiũ,quem dicit esse sextum gradum.

AD sedem.] CASVS. Quidam gradus consanguinitatis secũdum leges numerabant, & dicebant cõsanguinitatem terminari in sexto gradu legali:et matrimonium contrahi licitè post illũ gradum. Hunc errorem cõgregato concilio reprobauit Papa ostendens primo diuersitatẽ & diuersitatis rationes inter legalẽ & canonicam computationem. Secũdo probat consanguinitatem protẽdi ultra sextũ gradum legalem: & hoc per legem, per Gregorij auctoritatem, per arboris rationẽ, cuius rami vltra protendũtur vsq; in septimũ gradum canonicum, vltra quem cognatio eius non protenditur,nec graduum nomina inueniuntur. Tertio ostendit eos, qui tantum sex gradus canonicos cõstituunt, in consanguinitate & in sententia nõ differre a canonicis septem gradibus

Digitized by Google

quod germani fratres, vel ſorores inter ſe ſint in ſecũda generatione, filij eorum, vel filiæ in quarta; nepotes, vel neptes eorum, in ſexta. Talique modo progeniem computãtes, & in huiuſmodi ſexto eam gradu terminantes dicũt, deinceps viros, ac mulieres inter ſe poſſe nuptialia iura contrahere. Et ad huiuſmodi profanum errorem confirmandum in argumentũ aſſumũt ſæculares leges, quas Iuſtinianus Imperator promulgauit de ſucceſſionibus cõſanguineorum. Quibus confiſi, oſtendere moliũtur, fratres in ſecundo gradu eſſe numeratos, filios eorum in quarto, nepotes in ſexto. Sic ſeriem genealogiæ terminantes, numerationem ſanctorum patrum, & antiquam eccleſiæ computationem ad nos vſque perductã peruerſa quadam calliditate diſturbare nituntur. Nos vero Deo annuente, hãc quæſtionẽ diſcutere curauimus in ſynodo habita in Lateranẽſi cõſiſtorio, conuocatis ad hoc opus epiſcopis & clericis, atq; iudicibus aduerſarum prouinciarum. Denique diu ventilatis legibus, & ſacris canonibus, diſtincte inuenimus ob aliã atque aliam cauſam, alteram legum fieri, alteram canonum computationem. In legibus ſiquidem ob nihil aliud ipſorum graduum mentio facta eſt; niſi vt hæreditas, vel ſucceſſio ab vna ad alteram perſonam inter conſanguineos deferatur. In cánonibus vero ob hoc progenies computatur, ut aperte monſtretur, uſque ad quotam generationem a conſanguineorum ſit nuptijs abſtinendum. Ibi præſcribitur, ut hæreditas propinquis modo legitimo cõferatur: hic vero, vt rite, & canonice inter fideles nuptiæ celebrentur. In legibus diſtincte non numerantur gradus, niſi uſque ad ſextum: in canonibus autem vſque ad ſeptimam diſtinguũtur generationem. Hac igitur de cauſa, quia hæreditates nequeunt deferri niſi de una ad alterã perſonam; idcirco curauit ſęcularis Imperator in ſingulis perſonis pręfigere gradus. Quia uero nuptiæ ſine duabus non ualent fieri perſonis, ideo ſacri canones duas in uno gradu conſtituere perſonas. Vtramque tamen computationem ſi attente, ac ſubtiliter perſpecta fuerit, idem ſenſiſſe, & eandem eſſe in eis ſententiam, atque ad eundem terminum conuenire manifeſtiſſimum erit. Iuſtinianus namque uſque ad quem gradum conſanguinitas ipſa perduret, in ſuis legibus non definiuit. Canones vero vltra ſeptimam, nullam numerauere generationem. Sexto quippe gradu determinato, in ipſis legibus ſubintulit Imperator; [Hactenus oſtẽdiſſe ſufficiat; quẽadmodum gradus cognationis numerentur. Namque ex his palam eſt intelligere, quemadmodum vlteriores quoque gradus numerare debeamus. Generata quippe perſona ſem per gradum adijcit.] Ecce in his breuibus verbis aperte oſtenditur, tales gradus, quales iſti computant, non tantum uſque ad ſextum, verum etiam ultra numerari debere; quippe cum vltra ſextum vlteriores gradus numerãdos eſſe decernat. Vbi enim vlteriores nominat gradus, aperte indicat non ſex tantummodo eſſe gradus; ſed ſex finitis, adhuc alios numerandos. Nec mirum, cum in præcedentibus ipſe firmauerit Imperator, decimo etiam gradu conſanguineos ſibi inter ſe poſſe ſuccedere. Cum decimum nominat, non eſſe tantummodo ſex luce clarius confitetur. Hi ergo euigilent, & aciem mentis, ſi poſſunt, intendãt: quos hactenus iſtiuſmodi perculit error. Enimuero, ubi ſecundum leges inter agnatos, vel cognatos defertur ſucceſſio; conſanguineos eſſe non dubium eſt. Neque enim ſibi ſuccederent, niſi inter ſe pare uelę vinculo tenerentur. Succedunt autem inter ſe, teſte Iuſtiniano, in decimo gradu: conſanguinei igitur ſibi ſunt, qui ſibi ſuccedunt. Quod, ſi in decimo gradu conſanguinei ſibi exiſtũt, non eſt terminata conſanguinitas (ut iſti fatentur) in ſexto tantummodo gradu. Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus, ſicut iſti numerant, aut finitur conſanguinitas in ſexto gradu: aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus iſti nituntur, quę in decimo gradu ſibi ſuccedere conſanguineos iubent. Quod ſi non finitur conſanguinitas in iſto ſexto gradu; falſidici erunt iſti, qui ultra illum ſextum gradum nolunt computare conſanguinitatem. Igitur aut leges erunt falſæ, aut iſti, qui ſic finiunt generationem. Sed, ut ueridicæ leges, & ueraces ſint canones, dicamus hoc, quod ueritas habet, ſcilicet, quòd non terminatur conſanguinitas in huiuſmodi ſexto gradu, ſed terminatur ſecundum canones ſeptimo gradu. Vtraque enim computatio, ſicut ſuperius diximus, uno fine concluditur. Namque duo gradus legales vnum gradum canonicum conſtituunt. Fratres itaque, qui ſecundum ſæculares leges dicuntur in ſecũdo gradu; † iuxta canones numerãtur in primo. Filij fratrum, qui illic numerantur in quarto, hic computantur in ſecundo: nepotes vero, qui in ſexto ibi, iſtic numerantur in tertio: ſic deinceps, qui in legibus ſcribuntur in octauo, & decimo, in canonibus definiuntur in quarto, & quinto. Atque hoc modo de reliquis ſen-

Inſt. l. 3. tit. 5. & 6.

Iſidorus lc. eod. tit. 6. etymo. 9. cap. 5.

† Concor. Alex. de Im. in l. ſi auus frater. in fi. C. de ſuc. edic.

tiendum est: vt qui secundum canones dicũtur in sexto, vel septimo; secundum leges accipiãtur in duodecimo, vel quartodecimo. Hanc computationem intelligens prudentissimus Papa Gregorius, dum quæreretur, in quota generatione coniungi fideles debeant; ipsas sæculares leges in testimonium adducens, Augustino Anglorum episcopo sic rescripsit: [Quędam terrena lex in Romana republ. permittit, vt siue fratris & sororis, siue duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia misceantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse subcrescere. Vnde necesse est, vt iam in tertia, vel in quarta generatione copulatio fidelium licenter sibi coniungi debeat. Nam a secunda, quam prędiximus, omnimodo debent abstinere.] Ecce hic aperte monstratur, filios & filias fratrum in secunda generatione numerari. Et, si fratrum filij, & filię numerantur in secunda; fieri non potest, vt ipsi fratres non sint in prima, Quòd si fratres computantur in prima, filij eorum in secunda; dubium non est, quin eorum nepotes sint in tertia, pronepotes in quarta, & sic de reliquis vsque ad septimam. Sed sunt quidam qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, ut in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iuste facere posse: quod prudentissimus doctor sua sententia diffiniuit. Isti itaque, qui se hoc velamento defendere nituntur, aduertant in eiusdem patris sententijs, hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum a Felice Messanæ Siciliæ præsule requisitus, an hoc, quod Augustino mandauerat, generaliter cunctæ ecclesiæ tenendum esset: apertissime firmauit, non alijs hoc, quàm illi genti mandasse: ne bonum, quod cœperant metuendo austeriora, desererent, sed & illis, postquam in fide essent firma radice solidati, & vniuersali Ecclesiæ, censuit semper esse tenendum: vt nullam de propria consanguinitate, uel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare. Ecce aperte monstratum est, & ex uerbis ipsius legis, & auctoritate prudentissimi Papæ Gregorij, quid de gradibus consanguinitatis numerandis sentire debeamus. Quamuis alia quoque ratio pari modo ipsos reuincat aduersarios. Nam si, vt ipsi fatentur, in illo sexto gradu consanguinitas finiretur, omnes personarum ramusculos, qui vltra illum gradum in pictura arboris continentur, velut superfluos oporteret detruncari. Sed quia omnes qui in prædictæ arboris pictura numerantur ex vna parentela constituunt, nunquam sine diminutione consanguinitatis à se poterunt separari: ueluti non sine damno cuiusque personæ valent à proprio corpore manus, brachia, & pedes truncari. Illa quoque sacrorum perceptio canonum, quæ iubet a propria abstineri consanguinitate, quamdiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à prædicta parentelæ discrepat computatione. Nam in septem gradibus, si canonice, & vsualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur. Vltra quos nec consanguinitas inuenitur, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generatio recordari. Nec uero in hac consanguinitatis computatione, aliqua dehinc valeat ambiguitas remanere; aliam, quã quidam faciunt, numerationem in hac etiam † disputatione duximus finiendam. † Sunt enim quidam, qui non à fratribus; sed a filijs eorum, id est, patruelibus, uel consobrinis genealogiam numerare incipiunt: dicentes filios fratrum in prima generatione computari debere, quia fratres quasi quidam truncus, ex quo cæteri ramusculi oriuntur, existunt. Sed nec ista graduum computatio, si bene intellecta fuerit, ab ea, quam superius exposuimus, in sententia poterit esse diuersa. Isti enim; qui numerandi initium sumunt a filijs fratrum, non progrediuntur vltra sextam generationem: sed sicut totius mundi sex ętates existunt, & humanę vitę itidem sex; ita & in consanguinitate sex tantummodo autumnat computandas esse generationes; quibus finitis, nouę coniunctionis dicũt posse fieri initium, vt quasi fugientem possit reuocare consanguinitatem. ¶ Hęc itaque computatio, quę incipit a fratrum filijs, & numerat usque ad sextam generationem, tantundem ualet, quantum ea, quę incipit a fratribus, & computat usque † ad septimam. Nec vlla in sensu existit diuersitas; quamuis in numero graduum uarietas videatur. Vltima enim generatio, si initium numerandi sumat a fratribus, septima inuenitur: si a filijs fratrum, reperitur sexta. Taliter igitur determinatis gradibus consanguinitatis, Apostolica vos auctoritate monemus fratres, & filij, ut omnibus sic seriem genealogię computandam esse intimetis, quemadmodum sancti patres numerandam esse sanxerunt, & antiquus mos sanctę, & vniuersalis ecclesiæ per

long-

sup. ea. q. 4. & 3. c. quędam lex.

sup. ea. q. 2. & 3. c. in cõputatione.

† al. disputandam.

sup. ea. q. 4. consanguinitas.

† al. computatam septimam.

longa tempora olim computaſſe monſtratur. Nam,ſi quis peruerſa, & obſtinata mente a recto tramite Apoſtolica ſedis deuiare voluerit, & aliter,quam nos, in nuptijs celebrandis gradus parentelæ numerare contenderit, † primum pro ſua temeritate cœleſti pœna plectetur. poſtmodum vero gladio perpetui anathematis ſe nouerit iugulandũ. Data Romæ, &c.

† al. attentauerit.

Item Gregorius Papa.

¶ Quare conſanguinitas vxoris ad virum pertinere dicitur,& quomodo affinitas ſit computanda. C. III.

Sent. 4. d. 41. Polibud.

PORro de affinitate, quam dicitis parentelam eſſe,quæ ad virum ex parte vxoris,ſeu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet,manifeſtiſſima ratio eſt: quia, ſi ſecundum diuinam ſententiam ego & vxor mea ſumus vna caro, profecto mini, & illi mea, ſuaque parentela propinquitas vna efficitur. Quocirca ego & ſoror vxoris meæ in vno & primo gradu erimus; filius † vero eius in ſecundo gradu erit a me, neptis vero tertio, idque † vtrinque in cæteris agendum eſt ſucceſſionibus. Vxorem vero propinqui mei, cuiuſcumque gradus ſit, ita me oportet attendere, quemadmodum ipſius quoque gradus aliqua fœmina propriæ propinquitatis ſit. Quod nimirum vxori de propinquitate viri ſui in cunctis cognationis gradibus conuenit obſeruari. Qui vero aliorſum ſentiunt, Antichriſti ſunt, a quibus tanto fortius vos oportet cauere, quanto apertius deprehenditis illos diuinis legibus repugnare.

¶ al filia † al. neq. nec dixerunt.

¶ *In Polycarpo caput hoc item ac ſequens recitatur ex Zacharia. Ac ſane Gratianus in extremis verbis ſequentis capitis indicat capu hoc fuiſſe etiam Zachariæ.*

Item Zacharia Papa.

¶ Qualiter parentelæ gradus computantur. Cap. IIII.

Sen. 4. di. 40. Polibud.

PArentelæ gradus taliter computamus. ſi quidem ego & frater meus vna generatio ſumus, primamque gradum efficimus, nulloque gradu diiungimus. Rurſus filius meus,fratriſque mei filius,ſecunda generatio ſunt,ac gradum ſecundum faciunt, nec a ſe aliquo gradu ſeparantur. Atque ad hunc modum cæteræ ſucceſſiones numerandæ ſunt. Porro de affinitate quam dicitis parentelam, &c.

ut ſuperiore capite Gregorij.

Item Alexander Papa ſecundus.

¶ Aequiuocatio eſt, cum ſoror vxoris cognata vocatur. C. V.

QVod autem frater, ſororve vxoris tuæ cognati tui dicuntur, æquiuocationis iure fit, & neceſſitate vulgaris appellationis potius, quam vlla cauſa cognationis. Vxor enim fratris fratriſſa † potius, quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices,a quaſi eãdem ianuam tenentes, uel per eandem ianuam intrantes. viri ſoror glos appellatur. Sororis autem vir non habet ſpeciale nomen, nec vxoris frater.

† al. fratria.

¶ In Polycarpo etiam refertur proxime poſt c. ad eadem vt ad eundem Alexandrũ pertinere uideatur. A uerbo autem, uxor, *uſque ad finem habentur apud Iſidorum lib. 9. c. ſi.*

α ¶ Ianitrices.] *Ita etiam legebatur in lege nõ facile. ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato eſſet reſtitutus. lib. 2. diſp. ca. 23. Quamobrem nihil mirandum, ſi Iſidorus, aut alius quiſpiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa eſt, uiratipis.*

Item Iſidorus.

† Iſi. l. 9. c. 5. In ſententijs Iulij Pauli. lib. 4. c. 11. de gradibus.

¶ Nomina graduum ſuperiorum, ſiue inferiorum,ſiue ex latere venientium. C. VI.

PRimo gradu, ſuperiori linea continentur pater,mater, inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ perſonæ iunguntur.

Hugo de S. Vict par. 11. l. 2. c. 14. & Burc. l. 7. ca. 28. Ino p. 9. c. 64. Pan. l. 7. c. 89.

¶ Secundo gradu continentur, ſuperiori linea auus, auia, inferiori nepos,neptis,tranſuerſa frater, ſoror,quę perſonę duplicãtur. Auus enim & auia tam ex patre,q̃ ex matre accipiũtur. Quæ perſonæ ſequentibus quoque gradibus ſimiliter pro ſubſtantia earum,in quo gradu conſtituunt, ipſo ordine duplicantur. (Iſtæ perſonę ſecundo gradu ideo duplices appellãtur:quia duo aui ſunt,paternus,& maternus.) Item duo genera nepotum ſunt, ſiue ex filio ſiue ex filia procreati. Frater & ſoror ex trãſuerſo veniunt,(Ideſt aut frater a patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut auunculus nominatur,) qui & ipſi hoc ordine duplicantur.

Animus interpres Pauli.

¶ Tertio gradu veniunt ſupra proauus,pro-

auus,

Ex Iſid. l. 9. Etym. c. fin. Sent. 4. diſt. 41. Pol. ibid.

¶ Ex ſententia Iulij Pauli. lib. 4. c. 11. de gradibus. Primo gradu, ſuperiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ perſonę iunguntur. Secundo gradu continentur, ſuperiori linea auus, auia, inferiori nepos, neptis, tranſuerſa frater, ſoror, quę perſonę duplicãtur. Auus enim & auia tam ex patre, q̃ ex matre accipiũtur. Quæ perſonæ ſequentibus quoque gradibus ſimiliter pro ſubſtantia earum, in quo gradu conſtituunt, ipſo ordine duplicantur. (Iſtæ perſonę ſecundo gradu ideo duplices appellãtur: quia duo aui ſunt, paternus, & maternus.) Item duo genera nepotum ſunt, ſiue ex filio ſiue ex filia procreati. Frater & ſoror ex trãſuerſo veniunt, (Ideſt aut frater a patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut auunculus nominatur,) qui & ipſi hoc ordine duplicantur. Tertio gradu veniunt ſupra proauus, pro-

Hugo de S. Vict par. 11. l. 2. c. 14. & Burc. l. 7. ca. 28. Ino p. 9. c. 64. Pan. l. 7. c. 89.

Animus interpres Pauli.

¶ Aequiuocatio eſt, cum ſoror vxoris cognata vocatur. C. V.

QVod autem frater, ſororve vxoris tuæ cognati tui dicuntur, æquiuocationis iure fit, & neceſſitate vulgaris appellationis potius, quam vlla cauſa cognationis. Vxor enim fratris fratriſſa † potius, quam cognata vocatur. Mariti frater leuir dicitur. Duorum autem fratrum vxores vocantur ianitrices, a quaſi eãdem ianuam tenentes, uel per eandem ianuam intrantes. viri ſoror glos appellatur. Sororis autem vir non habet ſpeciale nomen, nec vxoris frater.

† al. fratria.

¶ In Polycarpo etiam refertur proxime poſt c. ad eadem vt ad eundem Alexandrũ pertinere uideatur. A uerbo autem, uxor, *uſque ad finem habentur apud Iſidorum lib. 9. c. ſi.*

α ¶ Ianitrices.] *Ita etiam legebatur in lege nõ facile. ff. de gradibus, antequam locus ab Alciato eſſet reſtitutus. lib. 2. diſp. ca. 23. Quamobrem nihil mirandum, ſi Iſidorus, aut alius quiſpiam allatam hic etymologiam excogitauit. Nunc autem in lege illa eſt, uiratipis.*

Item Iſidorus.

† Iſi. l. 9. c. 5. In ſententijs Iulij Pauli. lib. 4. c. 11. de gradibus.

¶ Nomina graduum ſuperiorum, ſiue inferiorum, ſiue ex latere venientium. C. VI.

PRimo gradu, ſuperiori linea continentur pater, mater, inferiori filius, filia, quibus nullæ aliæ perſonę iunguntur.

¶ Secundo gradu continentur, ſuperiori linea auus, auia, inferiori nepos, neptis, tranſuerſa frater, ſoror, quę perſonę duplicãtur. Auus enim & auia tam ex patre, q̃ ex matre accipiũtur. Quæ perſonæ ſequentibus quoque gradibus ſimiliter pro ſubſtantia earum, in quo gradu conſtituunt, ipſo ordine duplicantur. (Iſtæ perſonę ſecundo gradu ideo duplices appellãtur: quia duo aui ſunt, paternus, & maternus.) Item duo genera nepotum ſunt, ſiue ex filio ſiue ex filia procreati. Frater & ſoror ex trãſuerſo veniunt, (Ideſt aut frater a patris, aut frater matris, qui aut patruus, aut auunculus nominatur,) qui & ipſi hoc ordine duplicantur.

¶ Tertio gradu veniunt ſupra proauus, pro-

Hugo de S. Vict par. 11. l. 2. c. 14. & Burc. l. 7. ca. 28. Ino p. 9. c. 64. Pan. l. 7. c. 89.

Animus interpres Pauli.

computatione. in fine prohibet ſub anathemate, ne in quæſtionibus de matrimonio quis cõputet gradus alio modo q̃ hic dicitur in hoc c.

PORro.] CASVS. Aſſignatur hic ratio quare affinitas obſeruetur, quia vir & vxor ſunt vna caro, & ideo vxoris meę cõſanguinei in eodẽ gradu ſunt affines mihi & meorũ cõſanguineorũ vxores ſunt mihi affines, & affines vxoris meę ſunt vitandi in omni gradu. vt mei conſanguinei: qui aliud dicit, tanquam Antichriſtus eſt vitandus.

PRimo gradu.] CASVS. In hoc cap. proſequitur Iſidorus legalem graduum computationem vſque ad ſeptimum gradum, oſtendens in quo gradu ſunt perſonæ.

uia: infra pronepos, proneptis. Ex obliquo fratris, ſororiſque filius: filia, patruus, amita, i. patris frater & ſoror, auunculus, matertera, i. frater matris & ſoror.

¶ Quarto gradu veniunt ſupra abauus, abauia, infra abnepos, abneptis. Ex obliquo fratris & ſororis nepos, neptis, frater patruelis, ſoror patruelis, i. patrui filius, filia, conſobrinus, conſobrina: ideſt, auunculi & materteræ filius, filia: amitinus, amitina, i. amitæ filius, filia, itemque conſobrini, qui ex duab. ſororibus naſcuntur, quibus accreſcit patruus magnus, amita magna, ideſt, aui paterni frater & ſoror, auunculus magnus, matertera magna, ideſt, auiæ tam paternæ, quam maternæ frater & ſoror.

¶ Quinto gradu veniunt, ſupra quidem atauus, atauia: infra atnepos, atneptis. Ex obliquo fratris & ſororis pronepos, proneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ filius, filia, propior cõſobrinus, † propior conſobrina, † ideſt patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ filius, filia, his accreſcunt propatrus, proamita.

† al. ſobrinus † al. ſobrina.

Anianus interpres.

¶ Hi ſunt proaui paterni, frater & ſoror, proauunculus, promatertera.

¶ Hi ſunt proauiæ paternæ, maternæq; frater & ſoror, proauique materni. (Hæc ſpecies nec alijs gradibus, quam ſcripta eſt, nec alijs vocabulis declarari poteſt.)

¶ Sexto gradu veniunt, ſupra tritauus, tritauia: infra trinepos, trineptis. Ex obliquo fratris & ſororis abnepos abneptis, fratris patruelis, ſororis patruelis, amitini, amitinæ, conſobrini, conſobrinæ nepos, neptis, patrui magni, amitæ magnæ, auunculi magni, materteræ magnæ nepos, neptis, ideſt propioris ſobrini filius, filia, qui conſobrini appellantur. Quibus ex latere accreſcunt, propatrui: proamitæ, proauunculi, promaterteræ filius, filia, abpatruus, abamita. (Hi ſunt abaui paterni frater & ſoror) abauunculus, abmatertera.

¶ Hi ſunt abauiæ paternæ, maternæque frater, & ſoror, abauique materni.

¶ (Hæc quoque explanari amplius non poteſt, quam vt auctor ipſe diſſeruit.)

¶ Septimo gradu, qui ſunt cognati recta linea ſupra, infraque proprijs nominibus nó appellantur, ſed ex tranſuerſa linea continentur fratris, ſororiſque atnepos, atneptis, conſobrini filij, filiæque. Anianus.

¶ Succeſſionis idcirco gradus ſeptem conſtituti ſunt, qui vlterius per rerum naturam nec nomina inueniri, † nec vita ſuccedentib. prorogari poteſt: (In his ſeptem gradibus omnia propinquitatum nomina continentur: vltra quos nec affinitas inueniri, nec ſucceſſio poteſt amplius propagari. † Idem Ale. in l. i ius vocari. col. 3. ff. de i ius voc. & plene per Imo. in ſ. fi vero. §. de viro. ff. ſol. ma. & gloſ. in §. pen. inſti. de ſtu.

¶ *Caput hoc recitatum etiam ab Hugone, & collectoribus extat in libro ſententiarũ Pauli, additis non vno in loco verbis Aniani interpretis. Pleraq; tamen habentur etiam apud Iſidorum lib. 9. c. 5.*

« ¶ Ideſt, aut frater.] *Hæc vſque ad ver.* Qui & ipſi. *non ſunt loco indicato, ſed tantum apud collectores.*

De gradibus conſanguinitatis, vel affinitatis, quot ſint, quomodo computandi, quibus etiã appellentur nominibus, auctoritate Iſidori, atque Gregorij, & Alexandri ſufficienter monſtratum eſt.

Digitized by Google

Non gignunt dextros qui ſtant in parte ſiniſtra:
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA Arboris licet ad septimum deberet gradum protendi, cum usque ad eum secundum decreta sit prohibitio cõiugalis.5.q.3.c.de affinitate. & extra de clan. desponsa.c. cum inhibitio. tamen quia per iura noua ipsa coniugalis prohibitio est in tribus postremis gradibus reuocata,ut d.cap. cum inhibitio. & de consang. & affin.c. non debet. ideo usque ad quartam duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec id ipsum gradum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum, aut trium computationem agnouerit, illam etiam usque in gradum centesimum, & eo amplius si opus sit,deducere poterit.

Quam aptissime hæc imprimatur, tum consanguinitatis tum affinitatis arbor, iudicet qui huiusce causæ trigesimæ quintæ canones & legit,& intelligit.

Consanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenientes, quod una descendit ab altera, uel ambæ ab eadem. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con,quod est simul,uel unitum,& sanguine,quasi sanguinis unitas.

Linea est collectio personarum ab eodem stipite descendentium gradus continens,& numeros distinguẽs, & est triplex,s.graduum descendentium,ascendentium, & collateralium.

Gradus est habitudo distantium personarum,qua cognoscitur quota agnationis, uel cognationis distantia duæ personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum, vel locorum procliuium,quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER tres regulas declaratur.

PRIMa regula magistralis pro linea recta Ascendentium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur,computatis intermedijs una dempta, tot sunt gradus inter eas.Si igitur vis scire quantũ distat abauus a Petrucio(Petrucium esse fingimus in cellula vbi est facies)vtroque computato & intermedijs, quinque sunt personæ,deme vnã,quattuor sunt gradus,& sic de alijs.

¶ *Pro linea collaterali duæ sunt regulæ.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se, vel sibi attinent. Exemplum pone. Cum facis abauum stipitem inter P.& pronepotem propatrui (nam illi sunt in linea æquali.)quilibet distat a stipite quarto gradu,ergo inter se quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior distat a communi stipite,toto distant inter se Exẽplum pone faciendo abauum stipitem.P.& filius propatrui sunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori,s.a P. sed P.distat a stipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige secundum canones.

Pro arbore consanguinitatis secundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.

PRIMA. In linea recta ascendentium, & descendentium quot sunt personæ,de quibus quæritur, computatis intermedijs una dempta, tot sunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto duplicato distant inter se, uel sibi attinent. Nam secundum leges quælibet persona gradum facit in collateralibus. Computatio.n. Legistarum ob aliud fit,quam computatio Decretistarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personæ stipite dempto,tot sunt gradus. Si amplioremn optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

CIRCA Lecturam Arboris diuersis olim diuersum modum tenentibus,Ioãnes de Deo Hispanus post illos lecturę ipsius arboris nouum modum assumens, per suas metricas regulas ipsius intellectum visus fuit aperire,sed propter multitudinem regularum, & verum obscuritatem, aliquibus notum ignotum, aijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego Ioan. And. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuisse, ut habentibus materiam consanguinitatis, & affinitatis ignotam, nota, & habentibus notam, ex oculorum inspectione notissima fieret, antiquorum scripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad utramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris necessaria: Secundo,an sit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita, quæ olim facta in decretis.

¶ Primæ quæstionis ex superius dictis patet solutio. Probatio enim ad oculum alias vincit.iust.de gradi.§. agnationis.27.q.1.n.c aliqua. Ex ostensione enim facti quædam melius percipiuntur, quam elocutione, extra de donat. Apostolicæ.ver.fi. Hinc est,quod agrorum mensio subijcitur oculis.16.q.3.inter de præscrip.quia indicante.C.fi.reg.l.3.Ventris inspectio,an mulier sit prægnãs. ff.de vent.inspi.l.1.in prin.Locorum pudicitiæ inuestigatio,an mulier sit virgo.extra de proba.propositum.an arcta,de frig.& ma.fraternitatis,uel aliter impedita.coitus.ex litteris. Iniuriæ an sit atrox æstimatio.ff.de fer.l.2. Et litteræ Papales an sint uerę uel falsæ.de crim.falsi.licet. Oculis multa subijciuntur.

¶ Ad secundum dico,quod arbor authentica est,quod patet ex canonibus Isidori,& Alexandri, 35.q.5.c.1.2.& vltimo.

¶ Ad tertium dico, quod quia in decretis de consanguinitate,& affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere,& quia in decretalibus est idẽ tractatus, & in hoc volumine utile fuit repeti,ex eo maxime, quia nemini uenit in dubium, id fatuos esse validum tactique famosum, quod repetita lectio probat.C. de emend.iu.co.l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti,vnde ex; cliens fuit secundum statum iurium nouorum antiquam arborem desiderare.

DEinde ad arborem consanguinitatis specialiter descendamus. Et primo quæritur quid ut consanguinitas,& vnde dicatur, quid linea,quid gradus. Secundo queritur,quomodo arbor formetur,& quare sic formetur,& quare sic punctetur, & interseratus regulas per quas cognoscuntur gradus. Demum pouemus quædam notanda,& quasdam quęstiones.

¶ Ad primum dico, quod consanguinitas est attinentia personarum ex eo prouenientes, quia una descendit ab altera,vel ambæ ab eadem. Vel est uinculum personarum ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum,quod satis est idem.Dicitur autem consanguinitas quasi sanguinis vnitas,a con & sanguine,qui de communi sanguine descendit. Et quo ad probationem coniugij non distinguo, an tales consanguinei sint producti ex vxorio coitu,uel ex fornicario, quod est expressum.ext.de prob.per tuas. Consanguinitatis diffinitio.

¶ Linea uero est collectio personarum ab eodem stipite descendentiũ gradus continens,& numeros distinguẽs. Et est triplex linea,s.graduum descendentiũ,ascendentium,& collateralium,ut inf.patebit,& ff.de gradi.l.1. & l.iurisconsultus. Lineæ diffinitio & eius multiplicitas.

¶ Gradus est habitudo distantium personarum, qua cognoscitur quota agnationis uel cognationis distãtia duę personæ inter se differunt. Et dicuntur gradus ad similitudinem graduum scalarum,vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum, ff.de gradi.l.iurisconsultus.§.gradus. Gradus descriptio.

¶ Formatur autem sic arbor. Primo vide cellulas ascendentium, secundo descendentium, demum collaterales Arboris consanguinitatis formatio

lium. Aſcende ſuper cellulam vacuam, quæ remanſit ideo vacua, quia non potuit nomen proprium habere, cum aliæ cellulę (exceptis his, quæ per genitiuum nominantur) ſumant nomen ab ipſa. Quo enim poſſemus illam cellulam nominare, quam dicimus filium patris, & fratrem, fratris, patrem filij, & ſic de ſingulis: & eam alij uocant Ioachim, alij Protheum, alij truncum. nos autem a nomine bidelli noſtri uocemus eam Petrucium. Et ſcire debes, quod competenter illæ cellulæ mediæ aſcendentium, & deſcendentium diuiderentur directe per medium. vt latere dextro illarum cellularum ponerentur nomina mariam, vt abauus, proauus, & a latere ſiniſtro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia poſiti a latere dextro deſcendunt a maribus. & econuerſo. Supra cellulam uacuam eſt cellula hæc continens pater, mater, & vnum punctum ſupra, & unum infr. Supra illam eſt cellula auus, auia, cõtinens duo pũcta ſupra, & duo infr. Supra illam eſt cellula proauus, proauia continens tria puncta ſupra, & tria infra. Supra illa eſt cellula abauus, aoauia, habens quattuor ſupra, & quattuor infra. Deſcendendo ſub cellula vacua eſt cellula habens filium & filiam. & habet unum punctum ſupra, & unum infra. Sub illa habens nepotem & nẽptem, & duo puncta ſupra, & duo inf. Sub illa pronepotem & pronepotem, & tria puncta ſupra, & tria inf. Sub illa abnepotem, & abneptem & quattuor pũcta ſupra, & quattuor infra.

Ius canonicum eſt excellentius ciuili.

¶ Antequam ad collaterales tranſeamus, ſcire debes quod punctorum numeratio eſt numeratio graduum, habito reſpectu ad cellulam uacuam, & puncti ſuperiores denotant computationem ſecundum ius canonicum, puncti inferiores ſecundum ius ciuile, &c. Ponitur autem computatio canonica in ſuperiori parte cellularum: ciuilis vero in inferiori, ut detur intelligi excellentia iuris canonici ad ciuile, & maxime quo ad hunc caſum, quo inſtruimur in matrimonijs, quæ licite contrahi poſſint necne: & cum matrimonium ſit ſacramentum eccleſiæ, in eo præcipue lex minor eſt canone extra de ſecun. nup. c. vlt. & pen. Vides autem ex punctatione prædicta, quod in computatione aſcendentium & deſcendentiũ concordat vtrumque ius, quia in eis ſemper perſona addita perſonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

Regulæ lineæ rectæ.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos ſecũdm vtrũque ius, tolle hanc magiſtralem regulam. Aſcendentium & deſcendẽtiũ quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis inter medijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus a Petrucio, vtroque cõputato & intermedijs, quinque ſunt perſonæ, de me unam, quattuor ſunt gradus. Idem dico de ipſo v. ad abnepotem. quia eo modo erit reperire quinque perſonas, & ſic quattuor ſunt gradus. Si uis ſcire quot diſtet abauus P. ab nepote P. inuenies ibi tantum perſonas computato P. & ſic octo erunt gradus. Scias autem quod iſte P. non habet totam ſuam computationẽ in arbore. Scias. n. quod quilibet habet duos parentes, quattuor auos: octo proauos: ſedecim abauos, & ſic ſemper aſcendentes duplicãtur. Vnde impoſſibile fuiſſet tot perſonas in arbore ſcribere.

Coniugalis prohibitio i recta linea eſt ꝑpetua.

¶ Quæro an inter aſcendentes & deſcendẽtes prohibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradum? Et dicit Goff. in ſum. de conſangui. & affinit. §. item quantum, quod non, per decre. non debet. eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter aſcendentes & deſcendentes perpetuam eſſe prohibitionem dicunt. & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locum habet. ad hoc 35. q. 6. progeniem, & duobus capitulis ſequent. in quibus dicitur, quod olim non ſolum vſque ad ſecundum gradum, ſed etiam in quantum notitia erat parentela, extendebatur prohibitio. Ex quo ergo certum eſt alterum deſcendentem & alterum aſcẽdentem perdurat prohibitio ad idem inſti. de nup. §. 1. ff. de titu nup. l. nuptiæ & hoc uerum puto.

Regula collateralium.

¶ Ad collaterales tranſeamus, & ad fratrẽ & ſororem, & cauſa breuitatis proſequendi ſolum partem mediam arboris ad modum v. ſtilli, qua intellecta reliqua intelligitur: quod per ſe patet, dicamus de fratre & deſcendentibus. Sub cellula fratris, fratris filius filia, ex illa fratris nepos neptis: ex illa fratris pronepos proneptis, & frater P. eſt cum P. in primo gradu ſecundum canones, in ſecundo ſecundum leges. Eius filius in ſecundo ſecundum canones: in tertio ſecundum leges. Nepos in tertio ſecundum canones, in quarto ſecundum leges. Fratris pronepos eſt ipſi P. in quarto ſecundum canones: in quinto ſecundum leges: & ſic debet eſſe vtraque punctatio, & iſti ſunt collaterales ad P. Et nunc de cellula patris fecimus ſtipitem. Fac conſequenter ſtipitẽ de auo: ex eo patruus amitina: ex illa frater patruelis & amitinus, ſoror patruelis & amita: ex illa horum filius filia: ex illa horum nepos neptis. Patrus eſt P. ſecundo gradu, frater patruelis etiam ſecundo gradu: filius in tertio, nepos in quarto ſecundum canones. Per leges autem patruus in tertio, frater patruelis in quarto, filius in quinto, nepos in ſexto: & ſic debet eſſe vtraque punctatio. Poſtea fac proauum ſtipitem, & habet filios patruum magnum. amitam magnam, auum & auiam, auunculum magnum, & materteram magnam. illos non proſequimur. Ex cellula patrui magni proprior ſobrinos, proprior ſobrina, ex illa horum filius filia; ex illa eorundem nepos neptis. Et quia P. diſtat a proauo quem nunc feci ſtipitem, tertio gradu, ergo a patruo tertio, & a propriori ſobrino tertio, & a filio tertio, & a nepote qui exit lineam æqualitatis, quarto ſecundum canones. Secundum leges vero diſtat P. a patruo magno quarto, a propriori ſobrino quinto, & a filio ſexto, a nepote ſeptimo, & ſic debet eſſe utraque punctatio. Modo fac ab auum ſtipitem cum tribus filijs. ſcilicet, propatruo, proauo & proauunculo, deproauunculo non proſequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horum filius filia, ex illa horum nepos neptis, ex illa eorundem pronepos proneptis. Iſti omnes ſunt cum P. in quarto gradu, quia P. diſtat a ſtipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineam æqualitatis, ergo omnes diſtant quarto. Secundum leges propatruus diſtat v. filius vj. nepos vij. pronepos viij. & ſic debet eſſe utraque punctatio.

Regula canonica pro collateralib. in linea æquali.

¶ Nunc videndum eſt, quibus regulis gradus illorum collateralium cognoſcantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam ſecundum canones.

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat a cõi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent, hoc ſecundum canones. Exemplum pone, quando facis abauum ſtipitem inter v. & pronepotem propatrui: nam quia illi ſunt in linea æquali, quilibet diſtat à ſtipite quarto gradu, ergo inter ſe quarto.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.

¶ Secundum leges vero aliter eſt, & ſic dicimus regulam. Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat a cõi ſtipite: toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Vides ergo ex ſuperius dictis, & ex punctatione, quod prædicti P. & pronepos propatrui diſtant octo. Et inſurgit illa diuerſitas, quia ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Vnde duo fratres faciunt duos gradus: ſecundum canones uero duę perſonæ faciunt unum gradum. Vnde (ut patet in cellula fratris) frater eſt cum P. in primo gradum ſecundum canones, in ſecundo ſecundum leges, ſed computatio eorum ob aliud ſit, quam noſtra. 35. q. 5. c. 2. Bene ergo dicitur ſecundum leges, quod in æquali linea collateralis ſiue linea ſit partis numeri, ſiue diſparis, non eſt reperire diſparem gradum. uide in linea paris numeri ſecunda, uel iiij. diſparis numeri. vel ij. In prima ij. gradus, in ſecunda 4. in tertia 6. in quarta 8. quod non eſt ſecũdum canones, quia in æquali linea diſparis numeri habemus diſparem gradum, quia in prima primum, in tertia tertium, in quinta quintum: & ſic de ſingulis.

Regula canonica in linea inæquali.

¶ Hunc reſtat uidere de collateralib. in linea inæquali, de quibus traditur talis regula ſecũdum canones Collateralium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite: toto diſtant inter ſe. Exemplum pone faciendò abauum ſtipitem P. & filius propatrui

ſunt

by Google

ſunt in linea inæquali.computemus ergo a remotiori.ſ. a P.ſed P.diſtat a ſtipite quarto gradu:ergo a filio, pro patrui iij. & idem in deſcendentibus uſque ad lineam æqualitatis: & hoc eſt quod dicimus, ꝙ perſona addita perſonæ uſque ad lineam æqualitatis nõ creſcit gradus quia propatruus, filius, eius nepos, & pronepos omnes diſtant iiij.gradu a P.Sed aliter ſecundum leges, ſecundum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inęquali quot ſunt perſonę ſtipite dempto, tot ſunt gradus.unde P.a ſtipite diſtat iij.a ꝓpatruo v.a filio vj.a nepote vij. a ꝓnepote viij. & ſic quælibet perſona facit gradum. Vides ex ſupradictis quod P.non poteſt contrahere cum aliqua de ardore.Diſtat.n.a ſummo,ſ.ab auo:ab imo, ſ.a nepote:ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto:a medijs citeriori:per quod ſatis patet.ꝙ cum nullo poteſt cõtrahere.Sed ſi extremus in collateralibus:ut puta ſi pronepos propatrui,uel pronepos fratris procrearet filiã.poſſet P.cum illa contrahere. Licet autem contrahatur in quinto gradu,remanet tamẽ conſanguinitas:prohibitio enim, quæ per ius poſitiuũ proceſſerat,potuit tolli.Sed naturalia ſunt immutabilia.§.diſt.in princ.

¶ Scire debes, ꝙ communiter dicunt doctores, ꝙ ab auus & proauus & auus ſunt bigami,dicentes, ꝙ ſi non eſſent bigami,non poſſent filij eorum coniũgi.cum eſſent fratres:ſed de hoc nõ multum curo: quia eadem ratione fic eſſet de alijs cellulis duplicibus,ꝙ perſonę earum eſſent bigami,unde fingamus perinde ac ſi in qualibet duplici cellula haberemus quattuor perſonas,ac ſi diceretur propatruus & vxor,proamita,& maritus,vnde duplicatio poſita fuit,ut nomina demonſtraret in vtroque ſexu, non ut eos coniuges denotaret. Sciendum eſt etiã, quod in collateralibus æqualis linea bene ſequitur iſta regula affirmando & negando. Ego & tu ſumus conſanguinei in linea æquali,& ego poſſum accipere filiam tuam, ergo tu meam.Et negatiue. Ego nõ poſſum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam. Affirmatiua procedit in linea æqual. quarti gradus. Negatiua I tertio vel citeriori.Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando,uel negando: quia ſi unus eſt in quarto,alter in tertio uel citeriori.qui eſt in tertio vel citeriori, poteſt contrahere cum filia eius, qui eſt in quarto gradu, & non econuerſo. Vnde propatruus huius filius & nepos contrahere poſſunt cum filia P. ſed non econuerſo.

Quæſtio notabilis.

¶ Demum quæritur,an collaterales,quorum unus eſt in quinto, & alter in primo,puta filia P.& propatruus poſſint ad inuicem contrahere? Dicit Hoſtien.ꝙ non.& hoc no.extra eod.quod dilectio.& ibi tua.in ſumma huius tit.de conſan.§ nunquid in v.& j.quod per ſua argumenta nititur probare ſic,ſcilicet pater & filius una perſona cenſentur.C.de in.nou.& alijs ſub.l. vlt. Sicut ergo nõ contrahitur cum ſtipite,ſic nec cum filijs ſtipitis bene facit prædicta decretua.ubi fratres uidentur poni a ſtipite.Contrarium tenet Bern.quod colligitur ex gloſſ. quam ponit ſup. eod.tit.cap.ult.& Ra.& Ioan.de Deo.& hoc eſt uerißimum,quod probant verba regulæ poſitæ ſup.eod.cap.ult.dum dicit ibi:deſcendentium ab eodem.ſed certum eſt, quod propatruus deſcendit a ſtipite. Præterea aut dicis,ꝙ eſt inter eos prohibitio aſcẽdentium.& deſcendentium,aut collateralium,de primo patet negando,quod certum eſt filium P.nõ deſcendiſſe a propatruo.Eſt ergo prohibitio collateralium: ſed certũ eſt,quod iſti diſtant quinto. quid igitur impediat iſtos collaterales contrahere, non video. Ioannes Andr.

ARBOR

Digitized by Google

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam, quæ modo clara patet.



Digitized by Google

AFFINITATIS

DECLARATIO.

AFFINITAS ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt ff. de gradibus cognationis lege, non facile. §. affines.

¶ Scias autem, quod affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri, & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis eiuſdem gradus, cuius eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem, ſi vis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, vide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus, & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula viri & mulieris, & non viri & vxoris, quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium & inceſtuoſum contrahitur affinitas. patet de eo qui cogn. conſan. vxoris ſuæ, c. diſcretionem. & c. pœn. inter conſanguineos mulieris & virum, & cõſanguineos viri & mulierem, ideo dicitur: quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas. Vnde duos fratres contrahunt cum duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia. ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris & ipſum virum, & conſanguineos viri & ipſam mulierem. de conſanguinitate & affinitate. quod ſu per his.

REGVLA. Quotieſcumque inter vnum perſonarum de quibus quæritur, & coniugem alterius non eſt vel non fuit conſanguinitas intra quartum gradum inclusiue, nulla eſt prohibitio, ut inter me & coniugem nepotis mei, non poteſt eſſe matrimonium, quia nepos meus eſt mihi conſanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum, ea mortua maritus eius aliam accepit, quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illam relictam nulla eſt, nec fuit conſanguinitas.

AD ARBOREM affinitatis, & eius materiam tranſeamus. Et primo videndum eſt quid ſit affinitas, & vnde dicatur, & quo modo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur. deinde arborem formemus. Ponemus poſtea quædam notabilia, & quaſdam quæſtiones.

Affinitatis definitio.

Eſt autem affinitas perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela, hoc ſecundum canones; ſed ſecundum leges eſt proximitas proueniens ex nuptijs, & requiritur ſecundum leges, quod legitimæ ſint nuptiæ, non interdictæ, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile. §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas, eo quod duæ cognationes diuerſæ p nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. l. §. affines.

Affinitas p coitum neſarium cõtrahitur.

Sed q̃ per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos cõtrahatur affinitas, patet de eo qui cog. conſang. vxo. ſuæ, c. diſcretionẽ, & eo. tit. c pen. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates & tutelas deferẽdas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere, ff. de gradi. l. iuriſconſultus, in princ. & ff. de teſti l. 3. & 4. q. 3. §. itẽ in criminali. verſi. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc, quod concurrere poteſt attinentia conſanguinitatis & affinitatis, vt ſi quis cognoſcat conſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quod affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediãte contrahitur 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris. 35. q. 3. extraordinaria. & adde quod ibi no.

Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cum publica honeſtate, interdum ſine, & publica honeſtas interdũ ſine affin. vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentũ eſt publicę honeſtatis, & affinit. ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt, ſi ſpõſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico, quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quòd poſſis contrahere cum illa, nõ obſtante quod ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, non tamen ſublatũ eſt impedimẽtũ publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi, quòd poſſis cum tali contrahere non obſtãte impedimento publicæ honeſtatis pro eo, q̃ deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu, & non obſtãte, q̃ eſt tibi affinis in quarto, pro eo q̃ dictam deſponſatã carnaliter cognouiſti, & tunc matrimonium procedere poterit.

Affinitatis genus per q̃ regulam cognoſcitur.

Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita perſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierem; illa eſt mihi ſecũdo gradu affinitatis, & primo genere, ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu, ſi ille aliã mulierem cognoſcit, illa attinet mihi tertio genere affinitatis, & ſecundo gradu. Sed quia ſolum primum genus hodie habet prohibitionem, & quia B. plene tradidit extra

de

de consang.& affi.c.non dēt.hic circa hoc non insisto. ergo si persona mihi cōsanguinea coniungat sibi aliā personam carnali copula, persona iūcta est mihi affinis primo genere affinitatis. si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri cōmiscat, illa attinet mihi secundo genere. si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat,illa est mihi affinis tertio genere.sed eodem gradu.Est igitur videre de gradibus.Certum est,quod affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere,& in illo vsq; ad quartum gradum, licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus cōsanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier,vide quoto est tibi consanguineus tuus ſm regulas, quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille cōsanguineus toto mulier est tibi affinis ſp & in primo gſie.

Affinitatis gradus cōputantur sicut gradus cōsanguinitatis.

Arboris affinitatis formatio.

¶Nunc formemus arborē,& in medio arboris sunt quattuor cellulæ, & i prima superiori ponitur primus gradus, in secundā secundus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus.Et de his primo quæritur,quare ponantur in medio fratris & sororis. Secundo,quare nō exprimāt attinentiā,dicendo,primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primum dic,hoc fuisse,vt detur intelligi,quod affinitas oritur ex cōsanguinitate.& quod ab vtroque sexu virili & fęmineo affinitas contrahat. Ad secundū dic,attinentiam non fuisse expressam,vt illa computatio graduum ad consanguinitatem & affinitatē referatur.vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de alijs.Deinde a latere dextro dictæ lineæ ponit alia linea quattuor cellulas cōtinens.In prima scribitur frater, in secunda fratris filius,in tertia fratris nepos, i quarta fratris pronepos.Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas, in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta,in secūda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor ꝑnepotis fratris.A latere sinistro sūt alię quattuor cellulæ,quarū prima soror, secunda sororis filia,tertia sororis neptis. quarta sororis ꝑneptis.Ad dorsum harū sunt alię quattuor,prima vir sororis olim relictus,scda vir filiæ sororis,tertia vir neptis sororis, quarta vir proneptis sororis.Ponuntur etiam aliæ duæ cellulę, una a latere dextero continens,relictus relictę fratris,a sinistris, relicta relicti sororis,quæ secundū oēs ponuntur ad decorem, & ad demōstrandum genera affinitatis,quæ hodie prohibitionem non habēt Adhuc habes duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis, in qua scribit primū genus affinitatis. Item alia linea reflexa quæ orit in cellula sororis,& terminat in cellula vxoris fratris,in qua idem scribitur.

Quæstio.

¶ Circa hoc quæro, quare in cellula,vxor fratris scribitur,olim relicta,quod nō ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdē lineæ. Et dic hoc factū fuisse pp cellula q̄ ponitur ad dorsū illius q. d.frater habuit vxorem,mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cum alio viro,illa demū mortua ille relictus a relicta fratris vult contrahere cum sorore,nunquid potest?Olim non poterat,quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu,hodie vero potest. Idem sit repetitum quo ad cellulam uiri sororis.

Regula magistralis gradū affinitatis & genus manifesta.

¶Ad cognoscendum ergo gradus affinitatis & genus tam per formam arboris,quam ex prius dictis, tolle hanc solam regulam magistralem. Per carnalem copulam viri & mulieris inter consanguineos mulieris & virum,& inter cōsanguineos viri & mulierem contrahitur affinitas primi generis, & eiusdem gradus, cuius est consanguinitas.Quare dicatur in regula, per carnalem copulam viri & mulieris, & non viri & vxoris,colligе ex his,quæ in principio dixi.Inter consanguineos mulieris & virum,& consanguineos viri & mulierem, ideo dixi, quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis causa. Item inter consanguineos viri & consanguineos mulieris nulla est affinitas, vnde duo fratres contrahunt cum duabus sororibus,pater & filius cum matre & filia.Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum,& consanguineos viri & ipsam mulierē. extra de consang.& affi.quòd super his.Primi generis,quare dixerim,etiam ex superioribus patuit,& eiusdem gradus cuius est consanguinitas. vide hoc in arbore, nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri i primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in scdo gradu consanguinitatis,maritus eius in scdo gradu affinitatis,& ecōuerso.& sic in reliquis.Vnde vir proneptis sororis attinet fratri & oib.descendētibus.q̄ sunt i arbore quarto gradu affinitatis.& hoc iō, qa toto gradu cōsanguinitatis attinet ꝓdictis ipsa ꝑneptis. Qui sūt in arbore, iō dixi, qa si ꝑnepos fratris haberet filiū, ille excederet lineā ęqualitatis,& sic attinet qnto gradu,ſm regulas traditas in proxima arbore.

Affines per notabilia declaratur.

¶ Post hoc notandum est, illud præcise non sequitur. ego & tu sumus affines, ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentię, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus interdum nihil attinet tibi, interdum mutat gradum, interdum nec mutat genus, nec gradum. Exemplum, si ego & tu sumus affines per appositionem mei, quia contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filiũ procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis, sed si ego maritus consanguineæ tuæ ex alia muliere filium procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis. Si vero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius nõ mutat genus attinentiæ, quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu & vxor mea eratis inæquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio, ipse in secundo vel primo, tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inæquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secundo, tunc filius tuus non mutat genus nec gradum, quia tu mihi affinis, & ipse affinis, tu in tertio gradu, & ipse in tertio gradu. Item nota, quod illud etiam nõ sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuam, ergo nec tu meam, quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habui ex alia muliere quia affinitas non cõtrahitur inter consanguineos viri, & consanguineos mulieris, sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierem & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra de consang. & affinit. quod super his. Sed ego non possum cõtrahere cum filia tua, nisi forsan filia excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto. & est simile secũdum quod dixi supra in proxima arbore circa finem.

Affinitatis prohibitio inter ascendentes & descendentes est perpetua.

¶ Nunc quæritur an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuam prohibitionem, an extendatur tantum vsq; ad quartum gradum? Et si teneremus opin. Comit. de qua dixi supra in arbore proxima circa medium, diceremus quod vsque ad quartum gradum tantum. Sed tenẽdo contrarium opinionem dicemus, quod prohibitio sit perpetua. Dicit enim textus, quod ita abstinere debemus a consanguineis vxoris, ut a proprijs extra de consangui. & affi. cap. 1. 35. q. 3. de propinquis. & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes, & descendentes prohibitio extenditur in infinitum: ergo inter affines ad idem. inst. de nupt. §. affinitatis. & dicit lex, quod tales affines ascendentes, & descendentes habentur loco parentum, & liberorũ, ff. de gradi l. non facile, §. & retro. in fin. Eo-dem modo posset formari quæstio de affinib. quorũ vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proximo, in fi. An autem liceat diuersis tẽporib habere in vxores duas cognatas, s. vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permissio simul manere possint, de hoc vide not. extra de consang. & affinit cap. non debet.

Consanguinei, & affines quo iure prohibentur coniungi.

¶ Vltimo quæritur ad vtramque arborem, an prohibitio consanguineorum, vel affinium coniungendorum procedat ex prohibitione divina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quod olim propter necessitatem frater necessario habuit contrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis, vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filijs, & nepotib. Adę. hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitæ fuerunt circa duodecim personas, quas vide not. ext. de restit. spol. a. litteras. & de diuer. c. p. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit consanguineos & affines primi generis coniungi in septimo gradu & citeriori, quæ prohibitio ponitur vsque ad quartum gradum est relicta extra. eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus, vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & ext. de testi. c. licet ex quadam. per quod patet, quod prohibitio partim procedit ex iure diuino, & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo. Ratio vero prohibitionis fuit 35. q. 1. §. 1. c. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idem esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater, &c. Sed si alium habeo patrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet, in qua vniuersi fideles, & præcipue studentes continue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Rõ prohibitionis matrimoniorũ inter aliquas personas de iure positiuo.

Nunc

Digitized by Google

NVnc quæritur.] Hæc quæstio diuiditur in septem partes, in prima quarum probatur per tria cap. quod consanguinei debent computare parentelã ad coniungendũ uel separandum matrimonium, & si defuerit parentela vicini annem non agatur nisi ad pœnitentiã, ut ext. de ac. super his, tũ quia in hoc casu non pñt pœnitere nisi separentur, iudex ab officio suo eos separabit. 1 arg. 22. q. 3. cccc.

† al. aliquotiens inquiotauerit.

QVAESTIO VI.

1 ips

NVnc quaritur,[a] quibus accusantibus, vel testificantibus consanguineorum coniunctio dirimenda sit.

De his ita decreuit Fabianus Papa.

¶ Consanguinei tantum, vel, si progenies defecerit, antiqui & veraces propinquitatem in synodo computent. Cap. I.

Sent.4.dist.41. Poly.l.6.tit.4. Ans.l.10.c.60. Butch.l.7.c.21. Iuo p.9.c.57. Gann.l.7.c.84.

COnsanguineos extraneorũ [b] nullus [c] accuset, [d] vel cõsanguinitatem in synodo computet, [e] sed propinqui, [f] ad quorum notitiã [g] pertinet, ideſt pater, mater, frater, soror, patruus, auunculus, amita, matertera, & eorum procreatio. Si autem progenies tota defecerit, [h] ab antiquioribus, & veracioribus, quibus eadẽ propinquitas nota sit, [i] episcopus canonice perquirat, & si inuenta fuerit propinquitas separentur.

[*Caelestini Papæ decretum ecclesiæ Florentinæ missum.*]

PALEA. Cap. II.

Extra qui matrimo. accu. pos. c. uidetur.

VIdetur nobis, quod secunda, quam contra phibitionem ecclesiæ duxit, non sit vxor, etiam si primã non haberet desponsatam Nam quod contra interdictum, & ordinem ecclesiæ factum est, tanquam inordinatũ, ratum non haberi tam diuinæ, quam humanæ legis proclamat auctoritas. Quia igit ea, quam inordinate superduxit, prohibitione retinente, vxor non est, cogendus est eam recipere, quam iurauit, & desponsauit, & ex ea prolem genuit, vt iuramenti religio non vilipendat, & fides adinuicem promissa seruetur & proles in cultu Dei nutriat, & educetur, & alij exiade occasionem peiera di, † & alias decipiendi assumere non valeant. Quod autem parẽtes, fratres, & cognati vtriusq; sexus in testificationem suorum ad matrimonium coniungendum, vel dirimendum admittantur, tam antiqua consuetudine, quã legibus ap-

† al. peccandi.

tiquiores. Secunda ibi. [Ecce.] Tertia, ibi. [Hoc iramentum.] Quarta ibi. [Ad hoc.] Quinta ibi. [Qui uero.] Sexta ibi. [Occasione.] Septima ibi. [Recepturus.] Ioan. de Fant.

Consanguinei pferũtur extraneis qñ super matrimonio est quæstio.

CASVS. Hic proponitur sexta quæstio, quæ satis utilis est. & locum habet in causis de facto.

a ¶ Nunc quæritur.] Hæc qõ sexta expeditur inf. ead. c. 1. & 2. & extra qui mat. accu. pos. videtur, & extra de sent. & re iudi. tenor. nam consanguinei præferuntur extraneis ea rõne, quia melius possunt scire suam consanguinitatem cum chartis, cum testibus, cum recitatione maiorum, & alijs argumentis, hoc tñ quod dicitur de consanguineis in testimonijs admittendis, exaudi tantum cum de consanguinitate agitur: nam si super alio ageretur, non sunt admittendi [illegible] in eo temperamentum quod dixi 3. quæst. 5. in pri[illegible] eoc probatur extra de testi. super eo. Item licet soli consanguinei accusare possint matrimonium, tamen quilibet potest denuncia re, ut extra de cogna. spi. tua. & licet per denunciatonem non agatur nisi ad pœnitentiã, ut ext. de ac. super his, tũ quia in hoc casu non pñt pœnitere nisi separentur, iudex ab officio suo eos separabit. 1 arg. 22. q. 3. cccc.

1 Ad hoc facit quod no. sup. 2. q. 1. precauerit. frater. in 1. glo. in fi. Archid.

COnsanguineos. CASVS. Dicitur hic, quod matrimonium potius accusare debent consanguinei, quam extranei, sed ubi cõsanguinei desunt, extranei audiẽdi sunt, & si consanguinitas probetur, matrimonium separetur.

b ¶ Extraneorum.] arg. q. peregrini, aduenæ, alienigenæ nõ recipiantur in causa consanguinitatis. & quod propinqui cæteris personis præferantur, si contradixerint quod cõsueuerã, ut extra qui mat. accu. poss. videtur.

c ¶ Nullus. Nisi deficiente parentela, ut hic in fine.

d ¶ Accuset. Improprie secundum H. arg. C. de inoffi. test. parentibus, ubi ponitur accusare pro agere. Et nota quod causa matrimonialis nõ est criminalis, nec ciuilis, etiã ubi de crimine agitur in foro ecclesiastico, sed mista. ext. de proc. tut. Matrimonialis causa est mista.

e ¶ Vel consanguinitatem in synodo cõputet, &c. Hoc referas ad testem. Et est arg. q. non põt idem accusator esse, & testis in causa criminali, quod verum est, licet quidam consentiant dicẽtes hoc speciale esse in mãimonio vt idem sit accusator & testis, sicut est speciale q. nõ iuretur in eo de calumnia, cum sit quæstio spũalis ext. de iuramẽto calum. litera. & q. cõsanguinei admittuntur, & quod nõ omnino ibi obseruatur ordo iudiciarius extra, ut lit. non contes. ad hoc Dnus. & quod valet testimonium de auditu infra ea. de part. & q. post publicationem attestationum testes ¿ sunt inducti extra de test. ferres. & c. licet.

Accusator, & testis idẽ esse non põt in causa criminali.

f ¶ Propinqui.] Hic exteruntur propinqui, & in accusatione adulterij. C. de adult. l. qua manus. & in interdicto de libero homine exh. bendo. ff de lib. homi. exh. l. 1. §. pen. & in accusatione de effusis & ciectis. ff. de effu. & ciect. si uero. §. cum autem.

Propinqui præferuntur alijs in certis casibus.

g ¶ Notitiam. Argu. quod non sit idoneus testis in hac causa, qui non habuit notitiam consanguineorum, quos computat, si suo tempore fuerint.

h ¶ Defecerit.] Quia non sunt uel nesciunt, uel sunt infantes.

i ¶ Nota sit. Ante mo ram quæstionem. extra de consanguin. & affin. ex litteris. 2

2 Sed quãdo dicit Vin. ex quo matrimonii cõtentio est, extra de cl. de leg. consuetudinibus. argu. 22. q. 5. hoc vi. Archi.

VIdetur. Hoc c. fuit olim extra de matr. contract. cõtra interdict. eccl. c. 1. sed hic est Palea.

NOtificamus.] CASVS. Quidam mortua uxore sua duxit aliam, quæ dicebat primæ consanguinea fuisse, dicitur hic quod si duo, uel tres de consanguineis uiri, uel mortuæ uxoris, uel alij testes idonei dixerint iurati consanguinitatem, separentur. si uero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc nõ fiet, sed indicetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerunt.

Matrimonium seruus, an possit ad testimonia seruo sũ dissolui.

a ¶ Defunctæ.] Mortua enim erat uxor eius, cuius consanguinea, postea accepisse dicebatur, uel assi em.

b ¶ Bone fame.] arg. quod debent esse bone famæ testes in probanda consanguinitate, ut extra de testib. in litteris. & extra eod. tit. licet. Sed quid si criminosos seruus, uel infamis contraxit, nunquid possunt admitti ibi homines simplices condit onis? Vi, q sic 2. q. 7. si hæreticus. C. de inoffi. testa in materna. Dico quod nõ, sicut nec dico alias criminosos testes cõtra criminosum admittẽdos, nec n. hẽt ibi locũ replicatio 1 ext. d: exec. a nobis. c ¶ Es. l. i. accusatoribus. Testes. n. non puniũtur antequam dixerint testimoniũ. arg n. C. de testi. nullum. est tamen arg. hic pro H. quod idẽ possit esse accusator & testis in humano di cans. 1

1 Nõ est fal- d ¶ Contraxerint.] sum fm id, sed forte non bono quod not. 4. zelo distimauerint q. 4. c. j. in matrimonio, ut Czlo. ibi, sed de adult. quamuis. no. 5. eod. in in fine. sim. idem q dicitur hic. Arch.

Si duo.] CASVS. Quidã contraxerunt, & erat fama cõtra eos esse consanguineos. dicit q si hoc contingeret testium approbatione, uel eorum confessione, separent, si neutrum erit, ab eo sponte adiurentur. & si negauerint, sibi sunt relinquendi fœtores, quod si aliud habeant in conscientia, in mortali peccato sunt usque ad separationem.

e ¶ Confessi Si tamen eos consanguineos fama publica communiter, quæ habeatur pro uno teste, idem est si unus confiteatur secundum Baz.

2 ¶ Sunt & fama.] Nam sine fama nõ sufficeret eorum

probatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes proximiores admittuntur, quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiã ex recitatione maiorum scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita vt, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundũ leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, (pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris) in criminalibus causis, & contractibus verum est, in matrimonio vero coniungendo, & disiungendo, ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congrue recipiuntur. †

¶ *Hæc Palea deest in plerisque vetustis exemplaribus. Habetur extra qui matrimoniũ accus. possint. 3. ex Clem. III. alias Cœlestino Flor. episcopo, alias ecclesiæ Florentinæ, indeque, & ex aliquot manuscriptis est emendata, verbis aliquot & additis, & sublatis.*

Item Vrbanus Papa Richardo † Genuensi episcopo.

¶ Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. Cap. III.

NOtificamus tibi, vt postquam tres, aut duo ex propinquioribus iam denunctæ [a] vxoris, eius, qui accusatur, vel viuæ hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquioribus Genuensibus, quibus hæc propinquitas nota est, qui bonæ famæ, [b] & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, & omnino malo studio, supradicto modo consanguinitatẽ firmauerint, sine omni mora coniugia dissoluatur. Quod si propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatẽ testantur, & iuramento probare vel noluerint, vel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur, sed competens eis [c] pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (si forte in hac re contraxerint [d] aliquam) iniungatur.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito in Apulia.

¶ Suæ confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus iureiurando affirmat. Cap. IV.

SI duo, vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsimet forte confessi [e] fuerint, coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciãt, virum se (sicut est fama [f]) cõsanguineos recognoscant: si negauerint sibi ipsis relinquendi sunt: ita tamen, vt & aliud cõscien-

Consanguinitas nõ probatur p coniuges, nisi fama cõcurrat.

ff. de testib. l. testis idoneus.

† al. admittuntur.

† al. Cyrnen.

Sent. 4. c. 41. Iuo p. 9. c. 33. Pann. l. 7. c. 85.

In codice peruetusto ex Eugenio ij.

Sent. ibidem. Iuo p. 9. c. 53.

3 Rumor est quando aliqua pars uicinix unum dicit, fama est qñ tota ciuitas dicit siue clamat, sin Host.

ut hic, aliud ubi turpitudinem alleguant, ut ibi, quia nec eum familiares testes inducuntur, ut extra de testib. litteris, uel famas unius in eo, quod dicit, rumor, &c. quia aliud est fama, aliud rumor. Item si adest præsumptio violenta cum fama, sufficit, ut ext. de testi. præterea.

4 ¶ Ali-

Digitized by Google

a ¶ A liminibus segregatos. &c. Sed dic segregatos quo ad sacramenta, sicut quilibet in mortali peccato existens. 1.q.1.sacerdotes.
b ¶ Atque infames. Infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam. 6.q.1.infames.
c ¶ Do-

tia habeant, se a liminib. [a] ecclesiæ, a corpore, & sanguine Domini, a fidelium cõmunione nouerint segregatos atq; infames [b] effectos, donec [c] ab incesti facinore desinãt. Si se episcoporum iudicio segregauerint, si iuuenes sunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. [d]

Testes synodales quid iurant.

2 *Ecce quibus accusantibus,* [e] *vel testificantib. consanguineorum coniunctiones sunt dirimendæ. Cuiusmodi vero iuramentum ab accusatore,* [f] *sit exigendum, ex Romano ordine habetur. Est autem huiusmodi.*

a ¶ Ordine.] *Cæteri collectores eiusmodi non* ex ordine. *sed, ex concilio Romano sub Greg.* 3. *Ex quibus collectorib. & vetustis Gratiani exemplaribus nonnulla sunt emendata in hoc, & in sequentibus capitibus.*

¶ Iuramentum accusatoris. C. V.

Poly.l.6.tit.6. Ans.l.10.c.74. Burch.l.7.c.25. Iuo p.6.c.61. Pann.l.7.c.66.

[j] DE parentela illa, quam dicit esse inter illũ N. & istã eius coniugem N quidquid inde scis, & audisti [g] a tuis vicinis, aut a tuis propinquis antiquiorib. quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per † præmium, aut per † consanguinitatem celabis ẽpm tuum, aut eius missum, cui hoc inquirere [h] iusserit, quandocunque [i] te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & hæc sanctorum reliquiæ.

† *al. propter.* † *al. ibid.* † *al. ipsud.*

De parentela CAVS. Ostenditur hic qualiter debeant iurare, qui de parentela debent testimonium ferre.

g ¶ Audisti.] Ante motã qõnem, extra de cõsang. & affin. ex litteris. ideo aũt hic admittit testimoniũ de auditu, q̃a difficile est q̃ aliq̃s sciat quousq; cõsanguinitas ꝓtẽditur. ff. de gra. cog. non facile. circa princ. licet hoc fit correctum per illud extr. de testi. licet. & nota. q̃ secundũ q̃ G. inducit hoc c. habes quod accusator dẽt iurare de veritate dicenda, licet non de calumnia, & est argumentum ad dẽ extra de despon. impub.

h ¶ Inquirere.] Simile extra de test. si quis testium. & hoc est intellectus.

i ¶ Quandocunque.] Dum tamen ante testium publicationem, extra de test. fraternitatis. & cap. feriis. Vel dic quod iudex ex officio suo etiam post apertas attestationes potest inquirere a testibus, extra de consang. & affin. c. 1.

3 *Hoc iuramentum non est separationis,* [l] *sed synodale, institutum ab Euthyciano Papa.*

Ait enim.

Burch.l.7. c.26. Iuo p.9.c.29. Pann.l.7.c.87.

[k] ILlud † sacramentum, quod iste iurauit de illa parẽtela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quod tu illud obseruabis, inquãtum sapis, aut audisti. Sic te Deus adiuuet.

† *al. ipsud.*

Addealios casus in q̃b. admittitur, not. do. in l. si arbiter. ff. de prob.

Sacramentũ quadruplex est circa causas matrimoniales.

e ¶ Donec.] Arg. q̃ infamia per pœnitentiam aboletur.
d ¶ Non prohibeantur.] Ratione iuuenilis ætatis, uel ipso iure si ignoranter coniuncti sunt, arg. 33.q.2. inter sectores & eum adolescentia, & 34.q.1.§.1.

ECCE. Hæc est 2. pars huius quæstionis.

e ¶ Ecce quibus accusantibus.] G. prout colligi potest ex rubricis istis, quattuor ponit genera sacramẽtorum. Primo ponit sacramentum accusatoris in primo cap. de parentela. Secundo ponit sacramentum synodalium testium in c. episcopus. Tertio testium in c. de parentela illa. Quarto sacramentum eorum qui separantur, in capit. abinde. Dicunt tamen quidam G. deceptum fuisse per consuetudinem Italiæ, quæ est ut accusator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. nam quidam dicunt, quod accusator iurare non debet, quia nec etiam de calumnia in huiusmodi causa iuratur. extra de iur. calumn. litteras, vnde utrumque capitulum de parentela, intelligitur de sacramento testium. sed de parentela primum loquitur de sacramento testium, quod dicitur esse separationis, quia per illud separantur, quorum matrimonium accusatur. In illo autem ca. episcopus, fit mentio de iuramento testium synodalium, quod non dicitur separationis, prout dicit præcedens c. quia per tale iuramentum nulli separantur, quia per illud se non obligant ad aliud testes illi synodales, nisi vt nuntient episcopo, quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo non inuenerunt episcopo, si uoluerint quod separentur, oportet quod iterum præstent aliud sacramentum, de quo habes in ca. de parentela in quo plus est, quia debent addere de credulitate, sed testes synodales non iurãt nisi de auditu. Nec contradicit extra de test. quoties, vbi dr quod de scientia debent iurare, nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap. ab isto. ponitur sacramentum eorum, qui separantur propter consanguinitatem.

f ¶ Ab accusatore.] Hoc fallitur est secũdum quosdam, imò a testibus.

DE parentela CAVS. Ostenditur hic qualiter debeant iurare, qui de parentela debent testimonium ferre.

g ¶ Audisti.] Ante motã qõnem, extra de cõsang. & affin. ex litteris. ideo aũt hic admittit testimoniũ de auditu, q̃a difficile est q̃ aliq̃s sciat quousq; cõsanguinitas ꝓtẽditur. ff. de gra. cog. non facile. circa princ. licet hoc fit correctum per illud extr. de testi. licet. & nota. q̃ secundũ q̃ G. inducit hoc c. habes quod accusator dẽt iurare de veritate dicenda, licet non de calumnia, & est argumentum ad dẽ extra de despon. impub.

h ¶ Inquirere.] Simile extra de test. si quis testium. & hoc est intellectus.

i ¶ Quandocunque.] Dum tamen ante testium publicationem, extra de test. fraternitatis. & cap. feriis. Vel dic quod iudex ex officio suo etiam post apertas attestationes potest inquirere a testibus, extra de consang. & affin. c. 1.

k ILlud sacramentum.] Secundum intellectum G hoc iuramentum est testis, præmissum accusatoris, sed melius est, ut primo exprimatur forma, sub qua iurant sequentes. H.

HOC IVRAMENTVM. Hæc est tertia pars qõnis.

l ¶ Non est separationis.] i. non fit separatio ad istud inter eos quorum matrimonium accusatur, nisi iterum præstetur sacramentum sequentis cap. quod aperte colligitur extra de testi. cogen. præterea.

Digitized by Google

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur hic quod epiſcopus de qualibet parochia ſeptem uiros ueraces & honeſtos debet uocare ut iurent ꝙd in parochia nouerint contingere pertinens ad correctionem epiſcopi, quod de hoc interrogati dicunt ueritatem epiſcopo, uel eius legato.

¶Synodale iuramentum. C. VII.

EPiſcopus in ſynodo reſidens poſt congruã allocutionem [a] ſeptem ex plebe ipſius parochiæ, vel eo amplius prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque veraciores viros in medium debet euocare, & allatis ſanctorum pignoribus [b] vnumquemque illorum tali ſacramento cõſtringat. Amodo [c] in antea quidquid noſti, aut audiſti, aut poſtmodum [d] inquiſiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuam cognitionem quocunq; modo perueniat, ſi ſcis, aut tibi fuerit indicatum ſynodalem [e] cauſam eſſe, & ad miniſterium epiſcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec ꝓpter pretium, † nec propter parentelam vllatenus celes epiſcopum, aut eius miſſum, cui hoc inquirere iuſſerit, quãdocunque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ. Illud [a] ſacramentum, ꝙ iſte iurauit de ſynodali cauſa, quod tu illud ex te ita obſeruabis, inquantum ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es. Sic te Deus adiuuet, &c.

† *al praniam.*

Poly.l.6.tit.11. Anſ.l.5.c.152. Burc.l.j.c.91.92.93.

a ¶Allocutionem.] .i. prædicationem. 10.q.1.placuit.

b ¶Pignoribus.] Id eſt, reliquis, quibus obligatur ſicut per pignora.

Accuſator & iudex poteſt idem eſſe.

c ¶Amodo.] Arg. qđ ſine accuſatore ꝺ aliquem inducere teſtes poteſt epꝰ, & ꝓnunciare, & ꝙidem poſſit eſſe iudex & accuſator ſimul. 6.q.2.ſi tantũ. 11.q.3.ꝓcipue. & ſup. eod. q.1.& 2.q.5.presbyter, ſi. ſup. 4. q.4. ca.1.& 2.contra 1.

1 Huic contrario ſtãdũ eſt, & quod præmittitur falſum eſt, nã epꝰ nõ ē hus quæ recẽter diacuſator & iudex in hoc caſu, ſed vnus iuratorũ accuſat, & alius ītroducit teſtes alios. Arch.

d ¶Poſtmodũ.] Arg. ꝙd in cauſa conſanguinitatis teſtimoniũ poſt ferre qs de his quæ recẽter dicit arg. contra ſup. ea. in c. tribus. & ar. extra de conſang. & affinit. ex literis. ſed hic poſtmodum nõ intelligitur poſt motam quæſtionẽ, qđ ibi prohibetur, ſed poſtmodum, ideſt, de cætero. & ſic per æquiuocationem ſolue. ad hoc proxi. ꝙ quod autem.

e ¶Synodalem.] Imo quælibet cauſa eſt ſynodalis indicẽde, ut extra de iudi. nouit.

l ¶Illud. Scilicet, de parentela.

AB HOC. Hæc eſt quarta pars quęſtionis. Io. de Fant.

g ¶Separationis.] id eſt, ad quod fit ſeparatio.

¶Iuramentum illorum, qui conſanguinitatem probant. Cap. VIII.

ij DE parentela illa, vnde nos conſulere voluiſti, pro qua ẽt eſt ad noſtram audientiam, appellatum, aliorum fratrum ſcripta ſuſcepimus, qui vtique cauſam ipſam diuerſo [h] modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quam in nominibus perſonarum diſcordaſſe, poſtmodum [i] vero in altero eorum computatores eiuſdem parentelæ dicuntur conueniſſe. Cæterum in huiſmodi caſibus ſummopere conſideranda eſt qualitas perſonarem, quæ aliquid contra quoslibet altruere uelint, quæ etiam iuſiurandum præſtare debent, ꝙ neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur, ſed potius, quæ cre-

DE parẽtela illa. CASVS. In quadã matrimoniali cauſa fuit appellatũ ad Papam. Papa cauſam delegauit Othoni epiſcopo, & quibuſdã aljs, teſtes in gradibus & in perſonarum nominibus primo diſcordauerunt, poſtea in altero conſenſerunt. iudices delegati ipſum ſuper hoc conſuluerũt. dicit Papa, quod hic conſiderandæ ſunt teſtium perſonæ, & qualiter debeant iurare, & eſſe ſine varietate.

Teſtes cõtra matrimoniũ deponentes quid teneantur facere.

b ¶Diuerſo. Ergo nulli erat credendum. vt 4.q.3. item qui falſo. Vel loquitur hic de diuerſitate teſtium, qui diſcordant, tenentur. n. teſtes ex utroq; latere probare cõſanguinitatem, ut extra de conſan. & affin. ex litteris. & ſingulos gradus clare diſtinguere, & proprijs nominibus nominare perſonas omnes, uel ſufficienti circumlocutione, & debeas uidiſſe quod perſonæ conſtituæ illos fuiſſe fratres, ſed de patre eorum nihil probant, nec inde aliquid ſciunt, & alios deſcendentes, probant gradus, nunquid hoc ſufficit? Dico quod ſit, quia de ſtipite non inuenimus cautum, ſed tantum de lateribus vt extra de teſtib. ſcies. & ipſos fratres canon quandoque ponit pro ſtipite ſupra eod. q.5.c.1.

i ¶Poſtmodum. Ponamus ergo quod Petrus & Berta, qui ſunt frater & ſoror, cõtrahunt matrimoniũ, & duo teſtes bene probant Petrum eſſe filium Ioannis, ſed de Berta nihil ſciunt. Item alij duo probant Bertam eſſe filiam Ioannis, ſed de Petro nihil ſciunt, ſeparabitur ne talle matrimonium? Dicunt oẽs ꝙ non: quia nec iſti duo pro-

a Iſta fuit ſ tentia Lu rentij, pr quo facit e preſſe extr de teſt. ca. cet. & que no. in g. pr dic. & har ſniam ten Bert. & Go in prædic. cel. Arch.

Digitized by Google

probant conſanguinitatem, nec illi duo, nam aliud probant iſti, & aliud illi. Sed qui hoc dicunt, cæci ſunt: quia ſi probaui aliquem eſſe filium alterius, illum eſſe patrem iſtius probaui, ſed in caſu iſto probatum eſt iudici, ℣ Ioannes eſt pater Petri: ſimiliter eſt ei probatum ℣ Ioannes eſt pater Bertæ. ergo conſtat iudici, ℣ idem eſt pater vtriuſque: ergo conſanguinitas eſt probata, & forte primi melius dicunt.

dant [a] ita verum eſſe, & ita ſe à ſuis anteceſſoribus audiuiſſe. In quibus omnibus non debet aliqua uaricas, vel contrarietas [b] inueniri.

5 *Qui uero ſeparantur ab inuicem, huiuſmodi iuramentum præſtabunt.* †

† al. profabant.

¶ Iuramentum ſeparationis. Cap. IX.

Polyc.l.6.tit.4. Anſ.l.10.c.75. Barc.l.7.c.27. Iuo p.9.c.63. Pann.l.7.c.88.

A B iſto die in antea, quòd tu per nullum ingeniũ te ſociabis huic tuæ conſanguineæ. [a] N. cum qua cõtra legem, & rectam Chriſtianitatem adulterium & inceſtum perpetraſti; nec in coniugio, nec in adulterio illam tibi ſociabis, nec cum illa ad vnam menſam mãducabis, & bibes, aut ſub vno [c] tecto manebis; niſi forte in eccleſia, aut in alio publico loco, vbi nulla mala ſuſpicio poſſit eſſe, & ibi corã teſtibus idoneis pro certa neceſſitate pariter colloquamini; nec aliam coniugem accipies, niſi forte poſt peractam pœnitentiam tibi licentia [d] data fuerit ab epiſcopo tuo, aut eius miſſo. Sic te Deus adiuuet, [e] & iſtæ ſanctorum reliquiæ.

a ¶ Conſanguineæ.] *Quæ ſequuntur vſque ad ver.* perpetraſti. *addita ſunt ex Burchardo & Inone, itemque alia nonnulla.*

6 *Occaſione vero conſanguinitatis vxorem ſuam dimittere, & aliam ducere non licet alicui, niſi cauſa primum probata fuerit.*

† al. Monaſteriale.

Vnde Alexãder Papa II. Gulielmo de Monſtrolio. †

¶ Niſi coram eccleſia conſanguinitate probata uxorem dimittere non licet. Cap. X.

Iuo p.9.c.32. Pann.l.7.c.82.

M Vltorum relatione cognouimus, te propriam velle abijcere [f] vxorem, & adhærere alteri, prætendẽ tẽ conſanguinitatis occaſionem. Vnde Apoſtolica auctoritate interdicendo mandamus tibi, vt hanc, quam nunc habes, uxorem, nullatenus præſumas dimittere, vel aliã ducere, donec epiſcoporum religioſorum concilium & cauſam iſtam examinauerit.

7 *Recepturus uero eam, quam iniuſte dimiſit, hoc modo intrabit.*

¶ Reconciliationis iuramentum. Cap. XI.

Polyc. ibidem. Bruc.l.9.c.81. Iuo p.8.c.217. Pann.l.7.c.41.

A B iſto die in antea iſtam coniugem tuam N. quam iniuſte dimiſeras, [h] ita tenebis, ſicut per rectum maritus ſuam debet habere coniugem in dilectione, & debita diſciplina, nec eam per ullum malum ingenium a te ſeparabis, nec ea uiuente aliam accipies: Sic te Deus adiuuet, &c.

Deuter.17.

Quod autem vnius [i] teſtimonio coniugia apud quoſdã dirimuntur, nulla rõne ratum habetur. Cũ enim Dominus dixerit: [*Omne uerbũ [k] ſtabit [l] in ore duorum, vel trium teſtium.*] *Item cum in Ilerdenſi concilio, c. 20. dicatur:* [*Omnis cõtrouerſia, quæ in eccleſiaſticis rebus ſit,*

a ¶ Quia credant.] ſufficit, quòd iurent de crudelitate: nec eſt cõtra, extra de teſti. quoties, illud enim intelligo per hoc, & ita præſtant iſti duo ſacramenta. Ioan. de Fant.

b ¶ Vel cõtrarietas.] Hic reſpondet quæſtioni factæ. Ioan.

QVI VERO. Hæc eſt 5. pars huius quæſtionis.

c A B iſto die.] Sub uno. ideſt, loco ſuſpecto: nam qui male agit, & c. 18. q. 2. pernicioſam.

d ¶ Licentia.] Cũ ſit ſenex. Si enim eſſet iuuenis, de iure communi poſſet contrahere, ſecũdum quoſdam, vt not. 33. q. 2. in adoleſcentia.

e ¶ Deus adiuuet.] Sed clericus cum ſeparatur a concubina ſua, nõ debet intrare, ut extra de cohabi. cleri. & mu. clericos.

OCCASIONE. Hæc eſt ſexta pars q̃ſtionis.

MVltorum.] CASVS. Iſte cõſanguinitatis occaſione volebat vxorẽ ſuam dimittere: prohibet Papa ne dimittat, niſi prius cauſa fuerit in concilio probata.

f ¶ Abijcere.] Propria authoritate: qđ non licet. 33. q. 2. ca. 1. & 2.

g ¶ Concilium.] Hoc olim. Vel exaudi diſtributiue. De hoc no. 33. q. 2. c. 1.

RECEPTVRVS. Hæc eſt ſeptima pars quæſtionis.

h A B iſto.] ¶ Dimiſeras.] Auctoritate propria: uel per eccleſiam ſi fuit decepta.

i ¶ Quod autem vnius.] Hæc quæſtio incidenter proponitur.

k ¶ Omne uerbum] ſup. 2. q. 4. §. 1. & ca. placuit.

l ¶ Stabit.] Niſi in caſu de conſe. diſtin. 4. placuit. & 26. diſt. tanta. & 8. q. 3. talia.

Digitized by Google

Filij ex matrimonio illicito nati poſſunt eſſe legitimi.

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulatur 7. quæſtio, quæ modicam habet dubitationem.

a ¶ Quod autem.] Si parentes neſciũt impedimentum, non eſt dubium quin filij ſint legitimi, vt extra qui fi. ſint leg. cum inter. Si autem vnus ſciuit, & alter neſciuit, dicunt quidam, q̃ quantum ad ſcientẽ non ſint legitimi, ſed q̃um ad ignorantem ſunt. ar. 32. q. 2. ſolet quæri. & C. ſi matrimat. ſi ignorans. Sed licet. H. & L. ita diſcrimen tamen reprobatur eorũ diſtinctio. ext. ca. ex tenore. ſic inconueniens eſſet, q̃ aliquid eſſet partim legitimus, & partim illegitimus. ſicut nemo poteſt eſſe partim liber, & partim ſeruus. ff. de li. cau. duo b. ſed ſi ambo parentes ſciunt impedimentũ, tales filij non ſunt legitimi, licet eccleſia habuit illud pro matrimonio. vt ext. de clandeſti. deſp. cum inhibitio.

QVid eſt.] CASVS. Cũ de inceſtu ſoleãt filij naſci, quæritur quare dictum ſit in veteri lege, qui dormierit, &c. Et reſpondetur, quod legitimi non ſunt, nec parentibus ſuccedunt.

b ¶ Quid eſt. Dubitatio decit. & tamẽ ſoluit, & interrogãdo reſpondet. ſic 22. q. 2. quod aut.

c ¶ Sine filijs.] ſ. legitimis. Dicuntur. n. non eſſe filij, qui non ſunt boni 12. q. 2. non licet. ar. 32. q. 4. dicat. & 4. diſt. multi. ergo verbo generali legitimi continentur. ext. de iudi. Quintanalis. ff. de ori. iu. ſi libertus.

Filius nõ eſt qui bonus non eſt.

D[E] his uero q.] Hic depingitur Octaua quæſtio, qua quæritur, quo gradu poſſit diſpenſari cum conſanguineis, vel affinibus. Et quidem in tertio Papa ſolus, ſed ĩ primo & ſecundo non poteſt, vt dicunt: quia in Leuitico prohibitus fuit uterque in conſanguinitate & affinitate, ſed hoc falſum eſt, vt extra de diuor. gaudemus, vt notaui 30. quæſt. 3. Pictauiũ. & ſunt tria q̃æ inducunt hanc diſpoſitionem, proles, & tempus. inf. e. cap. 1. ff. de ritu nup. qui in pro uincia. & reformatio pacis. vt extra de deſpon. impub. acceſſit. In parte deciſa. & hæc eſt indirecta diſpenſatio. In hoc. n. caſu tantum videtur diſpenſare, q̃ poſt ſpatiũ longum admittunt accuſatorem, niſi accuſatus ipſum ſponte admittat. vt extra qui matri. accu. poſ. per tuas. Diſpenſatio circa matrimonia inducitur propter De tria.

ſecundum diuinam legem ſub duobus, vel tribus teſtibus terminetur, Domino dicente: [*non unus ſtet contra alium,*† *a ſed in ore duorum, uel triũ teſtium ſtet omne verbum. Itẽ cum alibi dicatur,* ſ *nullius perſonæ β quã tumlibet exercitatæ teſtimonio aliquid credatur,*] *euidentiſſime apparet, unius aſſertione coniugia non eſſe diremenda.*

Deuter. 19. *Matt.* 18. † *al. aliquem.* Burc. l. 7. c. 17. Iuo p. 9. c. 52. Pana. l. 7. c. 82.

a ¶ Contra alium.] *In Deuteronomio hæc adduntur,* q̃d quid illud peccati & facinoris fuerit. *In Euangelio autem ſunt tantummodo ſequentia,* ut in ore duorum, &c.

β ¶ Nullus perſonæ.] *In codice Theodoſiano, li. 11. tit. 14. legũtur hæc uerba,* nũc manifeſte ſancimus, ne unius omnino teſtis reſponſio audiatur, etiam ſi præclaro curiæ honore præfulgeat, *quorum ſimilia recitantur ab Iuone par. 16. ca. 204. Et Grat. ſup. 6. q. 2. in princ. hanc eandem fere ſententiam attulit.*

QVAESTIO. VII.

Vod autem [a] *quæritur, ſi illi qui de inceſtuoſis naſcuntur filij reputentur. Aug. in lib. quæſtionum ſuper Leuiticum c. ſeu. q. 76. determinat, ita dicens.*

¶ Non appellantur filij, qui de inceſtuoſis naſcuntur. Cap. I.

Leuit. 20.

QVid eſt. [b] (Quicũque [γ] dormierit cũ cognata ſua, ſine filijs [c] morietur.) cum filij ex huiuſmodi coniunctionibus, & ante nati ſint, hoſque naſcantur? An hoc intelligendum eſt lege Dei cõſtitutum, ut quicũque ex eis nati fuerint, non deputentur filij, id eſt, nullo parentibus iure ſuccedant?

γ ¶ Quicunque dormierit cum cognata ſua.] *Hæc uerba non ſunt hic apud B. Aug. ſed initio ipſius quæſt. 76.*

QVAESTIO VIII.

E his [d] *uero, qui ignoranter cõiuncti ſunt, in quo gradu conſanguinitatis, uel affinitatis ex diſpenſatione eccleſiæ relinquantur, Gregorius in Regiſto definit, dicens.*

¶ *In Polycarpo citatur ex Gregorio in Decretis.*

¶ Non ſeparentur qui infra ſeptimam generationem ignoranter copulantur. Cap. I.

Polyc. l. 6. tit. 4.

DE gradibus vero cognationũ, qui infra ſeptimã generationem in matrimonio ſunt inuenti, ſi neſcien-

DE gradibus.] CASVS. Quærebat quidam epiſcopus de conſanguineis & affinibus primi generis in matrimonio copulatis, quid eſſet faciendum? Reſpondetur, qui in quinto gradu, uel ultra per ignorantiam pridem coniuncti ſunt, & filios genuerunt, tolerentur, donec

donec Greg. & ille ſimul loquantur coniuncti vero intra annum in quinto gradu vel ſexto, ſeparentur & ne de cætero tale quid fiat, prohibeatur; ſi qui contrafecerint, cum graui pœna ſeparentur.

a ¶ Multa.] Arg. ratione diuturnitatis poſſe fieri quod alias

tes fecerint, & iam multa [a] curricula annorũ ſint reuoluta, ita vt filios [b] habeant, in ſexto qui inuenti ſunt, aut fortaſſe [c] in quinto, huiuſmodi non ſeparentur, donec nos Dño permittente, ore ad os [d] loquamur. Hoc aũt dico ſecundum indulgentiam, [e] non ſecundum imperiũ. Qui vero de his duobus gradib. nouas contraxiſſe nuptias videtur, i. infra anni coronam [f] modis omnibus ſeparentur. De cętero vero generalia per omnem prouinciam ſtatuta percurrentia taliter firmętur, vt nullus audeat deinceps tale ſcelus perpetrare: & qui fecerint, ſine retractionis miſericordia acrioribus puniti vltionib. ſeparentur. Hi vero, qui propinquas ſanguinis vxoris ſuæ in matrimonio ſibi ſociauerunt, ſicut iam dudum vobis ſcripſimus, qui in eodem gradu inuenti ſunt, ſeparẽtur; aut ſuſpendatur eorum cauſa, vſque dum nos inſimul Domino auxiliante conueniamus. *Idem.*

¶ De his, [α] qui poſt mortuas vxores, ſecũdas contrahere nuptias voluerint, iuſte, & honeſte, & rationabiliter proſpeximus ab earum conſanguineis vſque ad quartum [β] gradum genealogiæ abſtinere. Hoc nos ſecundũ indulgentiam ſanctæ matris eccleſiæ mitius prælibauimus. [h] Cæterum iuxta ſæcularium [β] legum cenſurã dignis coercionibus, grauibuſq; diſciplinæ inuentionib. † hæc omnia mala, & illicita modis omnibus reſecanda ſunt, vt in futuro deinceps tempore cuncta quieſcant.

† al. inuentionibus.

α ¶ De his qui.] *In Polycarpo hæc verba ſunt ex eodem Greg. ſed habentur coniuncte cum c. de affinitate. ſupra q. 2. & 3. & proxime antecedunt huic cap. de gradibus.*

β ¶ Iuxta ſæcularium.] *De pœna inceſtorum eſt in nouella 12. Iuſtiniani. & in cap l. 7. cap. 432. & 435. & in adiectis cap. 124. & 127.*

Idem Fœlici Meſſanæ ciuitatis epiſcopo.

¶ In quarto, & quinto gradu qui coniuncti inuenti fuerint, ſeparentur. Cap. II.

In conc. Tol. 2. c. 5. Poly. ibidem. Ant. l. 10. c. 39. Burc. l. 2. c. 6. Iuo p. 9. c. 42.

HAec ſalubriter præcauẽda ſancimus, ne qs fideliũ propinquã ſanguinis ſui, vſquequo affinitatis, [i] lineamenta generis ſucceſſione cognoſcunt, matrimonio [k] ſibi deſideret copulare: ſed, ſicut [α] a maioribus noſtris definitũ eſt, ita modis omnibus obſeruetur: quoniam vſque ad ſeptennarium numerum parentelæ nulli vnquã

d ¶ Ore ad os.] Et ita permittit in ſuſpenſo.

d ¶ Ore ad os.] Sed ſi quis recenter contraxerat, vel contraheret cum antqua, ꝙ tunc ſeparentur. Et hoc eſt quod dixit, infra anni coronam.

e ¶ Indulgentiam.] Sed ſi obijcio tibi, aut Papa diſpenſauit, aut nõ? Si diſpẽſauit, ergo ſtati fuit matrimonium. Quare ergo dicit, non ſeparent, donec nobis loquãtur? Si non diſpenſauit, quomodo ergo permiſit eos eſſe in inceſtu? Ité quare ſecundũ hoc ſubiungit. Hoc aut dico ſecundum indulgentiam? Sol. Papa non ſtatum diſpẽſauit in matrimonio: ſed diſpenſauit in hoc, ꝙ debet differri cognitio cauſæ, vel etiam prolatio ſentẽtiæ, & ideo medio tempore alter alteri non debuit negare debitũ cũ adhuc non cõſtaret de cõſanguinitate, ut extr. ut li. pen. laudabilẽ. Vel dic. ꝙ diſpenſauit ſub conditione, ſi conſtaret de præmiſſis. Vel expone, non ſeparent, quantum ad cohabitationẽ, ſed per hoc non dat eis licentiã commiſcendi.

Cã pendente ſuper matrimonio nõ eſt denegandũ debitum.

f ¶ Anni coronam.] Ideſt, anni circulum vel reuolutionẽ. Nota noua matrimonia dici q̃ non ſunt annua. Similiter mãcipium dicitur nouũ quod nondum ſeruiuit per annum, ff. de publi. & vect. interdũ. §. quoties. ſimiliter vinum, ff. de vino, tritico, & oleo legato. l. vetus. 1

Mancipium dr̃ nouũ q̃ per annũ nõ ſeruauit.

DE HIS QVI POST MORTVAS. CASVS Mortua vxore debet vir abeius cõſanguineis vſque ad quartum gradum abſtinere. & hoc fit ex diſpẽſatione: quia de rigore iuris eſſet puniendus.

1 Et hẽs hic arg. ꝙ nõ dicuntur noua, quæ annũ excedũt; ſimiliter nec nouum feudum. Arch.

alias fieri non debet, ſup. diſt. 4. denique. & 95. diſt. ecce. 1. q. 1. cito. ſup. 24. q. 1. ſchiſma contra.

h ¶ Filios.] No. filiorum ſuſceptionem & annorum lõga curricula diſpenſationem inducere, ne matrimoniũ ſeparetur: hodie autem longitudo temporis non excuſat, vt extra de conſang. & affin. non debet. Ioan.

c ¶ Aut fortaſſe.] Ideo dubitando dicit, quia in quinto gradu non diſpenſandum, niſi ex magna cauſa. Dicunt autem quidam, ꝙ dominus Papa in hoc c. dat generalẽ formam omnibus prælatis, quod vbi inueniunt aliquos in tali gradu, & illa tria præcedũt, non ſeparent eos. nec de cauſa cognoſcant; alias ſic.

g ¶ Ad quartum.] Si intelligas hoc de ſecundo genere affinitatis, tunc nulla eſt ibi diſpenſatio: nec illud quod ſequitur, hoc nos, ſpectat ad illud genus affinitatis, ſed ad primum.

h ¶ Prælibauimus.] Ideſt, olim conceſſimus quibuſdã.

HAec ſalubriter. CASVS. Præcipitur hic, ne quis ſuã ducat conſanguineam quãdiu conſanguinitas vſque ad ſeptimũ gradũ cognoſcitur: & q̃ in quarto gradu vel quinto iuncti ſunt, ſeparẽtur. quia in veteri lege prohibetur quis ad proximam ſui ſanguinis accedere.

i ¶ Affinitatis.] Conſanguinitatis ſigna vel veſtigia.

k ¶ Matrimonio.] Ideſt, vſque ad ſeptimum gradum.

Inno-

Digitized by Google

copulam contrahere licentiam damus,his videlicet, qui ex patre,& matre conſanguinitatis parentela deſcendũt. Qui autem,& quæ in quarto,vel in quinto gradu coniũcti inuenti fuerint, ſeparentur: quoniam ſcriptum eſt; Leuit.8. [Omnis homo ad proximam ſanguinis ſui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius.] & iterum: [Anima, quæ fecerit quippiam ex iſtis, peribit de medio populi ſui.] Sane quibus ß coniunctio interdicitur,illicita habebunt ineundi coniugij melioris libertatem.

Niſi in eodem ɣ crimine vſque ad mortem alterius eorum contumaciter perſeuerauerint.

Vnde in Aurelianenſi concilio.

¶ *Integrum caput*,Hæc ſalubriter.*vt eſt apud Græ.& ab Anſelmo citatur ex Greg. In Polycarpo autem ſequitur poſt c.Pyſtacium, ſup.30.q.3. attributum Zacharie. In concilio Tolet.2.c.5.quod referunt Burch. & Iuo,habentur cætera,huius cap. verba,præter ea,quæ indicabuntur.*

α ¶ Sed ſicut.] *Hæc vſque ad ver.* Separentur, *abſunt a concilio,Burchardo,& Iuone.*

ß ¶ Sane quibus.] *Hæc in concilio impreſſo non habẽtur: quamuis apud Burchardum & Iuonem ponantur coniũcte cum ſuperioribus. Leguntur autem in Agathenſi, & Epaunenſi,Turonico 2.& in capitularib.adiectis,ſed aliqua cũ uarietate,ut eſt notatũ.ſup.ea.q.2.& 3.de inceſtis.*

ɣ ¶ Niſi in eodem.] *Hæc muſquam ſunt inuenta, & viſa ſunt Gratiani. Quod indicat ille loquendi modus*, Vnde in Aurelianenſi concilio.

¶ Non ducant vxores, qui vſque ad mortem alterius in inceſtu perſeuerauerint. Cap. III.

INceſtuoſi, [a] dum in ipſo deteſtando, atq; nefando ſcelere manent, [b] non inter fideles Chriſtianos,ſed inter gentiles,aut cathecumenos [c] habeantur,i.cum Chriſtianis nõ ſumant cibum,nec potum: ſed ſoli [d] faciant hoc; non oſculentur, nec ſalutentur ab eis. Et ſi ſuis ſacerdotibus inobedientes extiterint, & a tam nefando ſcelere ſe ſegregare, atque ad publicam pœnitentiam redire noluerint: inter eos habeantur, qui ſpiritu periclitantur immundo, vel etiam inter eos,de quibus per ſe veritas ait:[Si te non audierit,ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus.] Et ſi alter eorum δ morte præuentus fuerit, alter, quamdiu viuit,grauiter pœniteat,& ſine ſpe coniugij maneat. [e] Matth.18.

Cap.1.7.c.33.& in adiectis.c.125. Ant.l.11.c.9. Burch.l.7.c.5. Iuo p.9.c.41.

¶ *Hoc Burchardus etiam & Anſelmus citant ex Aurelianenſi:& aliquid ad hanc rem faciens habetur in Aurelianenſi 3.c.10. ſicut etiam in Agathenſi, c.61.ex quo videtur citare Iuo. Sed longe magis cum hoc capite concordat c.4.concilij Ilerdenſis relatum ſup.ea.q.2.& 3.De iis,quæ inceſti. Eadem autem plane uerba leguntur l.7.cap.c.433.& in adiectis,c.125.exceptis tamen iis,quæ indicabuntur.*

δ ¶ Et ſi alter eorum.] *Hæc non ſunt in capitularibus indicatis: ſed horũ loco habentur iſta.* Nã cum fidelibus non debent orare, neq; in eccleſiam intrare:ſed ad ianuã eccleſiæ excubare,& ab intrantib.in eã,& exeuntibus ex ea,vultu in terrã ꝓſtrato,veniã poſtulare,vt pro ſe orare nõ dedigneutur,flagitare,& lacrymis ꝓfuſis,vultu cõtrito,atq; humiliato ſpiritu ſemper oĩbus apparere vſq; ad ſatisfactionem eccleſiæ,& proprij ep̃i canonicam reconciliationẽ manere, & ad priſtinum inceſtũ nunquam redire, nec ſæcularia negotia exercere,nec placitis,aut accuſationibus,& teſtimonijs intereſſe: ſed crebris ſacerdotũ precibus:manuſq;Põtificis proprij impoſitionib. & elee-

a ¶ Inceſtuoſi.]Primam partem huius cap. intellige de excluſione ſacramẽtorum: ſecundum autem de anathemate. & tunc dicit.Nõ ſumãt cibum ſpiritualem. De hoc dictum eſt ſupra eadem quæſtione tertia, de inceſtis duodecima quæſtione 2. indigne.

b ¶ Manent.] Poſt admonitionem.

c ¶ Aut cathecumenos.]11.q.3.ad mensam cõtra.Sol.expoſitio illa,quæ ſequit ideſt, cum Chriſtianis,& c. nõ refertur ad totũ id quod præmiſſum eſt,ſed ad aliã partẽ, inter Chriſtianos non habent. Vel non de omnib. gentibus hoc intelligendum eſt, ſed de gẽtib.cathecumenis

d ¶ Sed ſoli.] Chriſtiani.

e ¶ Maneat.] Quid iuris in hoc caſu,notaui 33.quæſtio.1.§. de pœnitentibus.

Vnde

Digitized by Google

a ¶ Vnde quæritur.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima probat, quod ſententia retractari non poteſt, & hoc probat per duos canones. Secunda ibi, [Quod autem.] Ioan. de Fant.

a ¶ Vnde quæritur, si eccleſia fraude teſtiũ, aut ignorantia eorum decepta aliquos ſeparauerit, qui poſt ſeparationem alia coniugia contraxerint, ſi poſtea deprehenſa fuerit calliditas, vel falſa opinio teſtium, an priora coniugia ſint redintegranda. Quod fieri non poſſe, argumentis, & auctoritate probatur. Sententia namque niſi per appellationem intra terminum lege conſtitutum reuelata fuerit, irreuocabile robur obtinebit. Hinc etiam B. Gregorius ſcribit dicens.

¶ Quæ rationabiliter deciſa ſunt, mutari non expedit. Cap. I.

27.q.2.eccleſiaſtice. Anſ.l.4.c.9.

OMnibus modis b eccleſiaſticæ diſciplinæ, vel mode rationi conueniens eſt, vt quæ rationabiliter ordinata fuerint, uel deciſa; nulla in poſterum debeant refragatione turbari.

¶ *In vulgatis Gratiani codicibus tribuebatur B. Auguſtino. Reſtituendum eſt B. Gregorio ex aliquot veruſtis exemplaribus & Anſelmo. Ar ſup. 25.q.2.c. eccleſiaſtica. hoc idem citatur ex Gregorio: apud quem legitur iiſdem pene verbis. lib. 7. indict. 2. epiſt. 60.*

Item Stephanus Papa quintus, Paulo epiſcopo Placentino.

¶ Quæ vtiliter deciſa ſunt, a ſucceſſoribus roborenrur, à temerarijs præſumpta reſecentur. Cap. II.

LOci noſtri conſideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ a prædeceſſoribus noſtris vtiliter deciſa fuerint, roborare; & quę a temerarijs præſumpta fuerint,

† fortaſſe, quæ.

1 ps

2 Hanc ſententiam quidam tenent pro veriori maxime ſi cõtractũ ſit ſm matrimonium; ſicut .n. auctoritate iudicis ſolutum eſt. ita & auctoritate eiuſdem debet reformari. ar. extra de regu. iu. oĩs res. & ff. de re iu. nihil. Ar. Sẽtentia triplici mõ retractatur. Sententia à qua non eſt appellatũ, non eſt retractanda.

Sententia p matrimonio vel cõtra ipſum latare tractari põt.

a ¶ Vnde quæritur.] Hic quæritur ſi ſnia. quæ lata eſt pro matrimonio, vel contra illud, poſtea poſſit retracta ri. Et dicendũ q̃ ſic, quia talis ſnia nullo curſu tpis trãſit in rem iudicatam, vt extra de ſen. & re iudica. conſanguinei. & c. lator. Quidam volebant diſtinguere & dicere, quòd ſi ſecũda matrimonia ſunt contracta, non põt retractari ſententia: ſed ſi non ſunt contracta, poſſit retractari, per illud quod eſt extra de teſtibus. ſicut, 33. q. 1. ſi per ſortiarias. ſed id quod in illa decreta. ſicut. dicitur, referendum eſt ad facilitatem, i id eſt non ita de facili retractatur ſententia, quando ſecunda matrimonia contracta ſunt. Et illud quod dico in matrimonio, dico in omnibus ubi periculum animę uertitur, ut in baptiſmo, & ordine. Illud tamen poſſet dubitari, vtrum ſententia matrimonij ipſo iure retractetur, an per in integrum reſtitutionem. Et videtur quod per in integrum reſtitutionem, vt extra de in integ. reſtitut. ex literis. Econtra videtur, quod ipſo iure, quia ibi ſententia non tranſit in rem iudicatam, vt dixi. Sed licet magiſter ſpecialiter propoſuerit quæſtionem de matrimonio, tamen generaliter proſequitur, an quælibet ſententia poſſit retractari. Notandum ergo, quod variis modis retractatur ſententia. Quandoq; retractatur ſi eſt lata per ſurreptionẽ, vt inf. ea veniam. & ext. de off. vica. tua. & extra de ſent. & re iudic. cum olim. Item ſi eſt lata per falſos teſtes. vel per falſa inſtrumẽta, vt ext. de prob. licet. & C. de falſ. querela. Item, ſi eſt lata per falſas allegationes. ff. de iud. præter. Itẽ ſi interuenit falſus procurator, ut ext. de procur. in noſtra. ff. de iud. licet. Item ſi eſt lata a iudice non ſuo, ut extra de iud. at ſi clerici. & C. ſi a non comp. iudi. per totũ. Itẽ per in integrum reſtitutionem 2 vt ext. de in integ. reſt. requiſiuit. Item per appellationẽ & ſupplicationem, ut C. de p̃. impe. offic. auth. q̃ ſupplicatio. Itẽ retractatur ſi eſt lata ab excõmunicato, ut extra de sẽt. & re iudic. ad probandum. Itẽ retractatur p implorationẽ triſtis auxilij. vt ſi contra ſeruũ fuerit lata ſnia, ille appellare non poteſt, ſed permittitur ei implorare triſte auxiliũ, ut ff. de app. ſeru. Itẽ ſi fuerit lata cõtra ius ſcriptũ, ut 2. q. 6. §. eſt aũt quando. Itẽ propter corruptionẽ iudicis vt 2. q. 6. §. venales. Sũt aũt tres modi retractãdi ſententias. Qñque retractatur ſententia, id eſt, nulla oſtenditur eſſe, ſcilicet cum eſt lata à iudice non ſuo. 2. q. 1. in primis, vel cum per falſum procuratorem lata eſt. Quãdoque retractatur iudicis officio, quãdoque iure actionis. Si retractatur iudicis officio, ſcilicet per beneficium reſtitutionis in integrum: tunc tantum vſque ad quadriennium poteſt agi. C. de temp. in integr. reſtitu. l. vlt. ſi autem iure actionis, ſcilicet actionis in factum: tunc vſque ad triginta annos audietur. C. de præſcr. xxx. ann. ſicut.

3 Subaũ. niſi ex certa ſciẽtia princeps daret reſcriptũ dicendo non obſtante tali ſnia. ar. C. de teſ. auth. hoc in ter liberos. Arch.

b OMnibus modis.] Rationabiliter.] Etiam imperiali reſcripto 3. C. de tranſac. cauſas. immo à limine iudiciorum expellent̃ qui volunt retractare ſententias, à quibus non eſt appellatum, vt C. ſententiam reſcin. nõ poſſ. l. vlt. C. vt lite pend. l. fi. niſi propter publicam vtilitatem, vt ff. de decre. ab ordi. fa. quod ſemel. vt niſi reſtituendo. vt ff. de mino. in cauſa. §. vltimo.

LOci noſtri.] CASVS. Papa bene diffinita debet confirmare & delicta corrigere. Peccat enim qui bene ſtatuta

ſtatúta violat': & quæ delicta non punit, peccandi uiam aperit.

a ¶ Omittimus.] Si.23.q.3.eſt iniuſta.in fine.

b ¶ Errorem.] Nota, quod partibus & aduocatis licet corrigere errorem ſuum quandocunque ante ſententiam: ut ext. de cen. olim.circa medium. C.de iur.& fac. ign. error.teſtibus incõtinẽti licet corrigere: ut extra de teſt. cog. præterea. 1 Item dominus põt incontinenti errorẽ procuratoris corrigere, ut extra de off.iud. deleg.cũ olim. in fi.ni ſi errauerit in petendis iudicibus ſuſpectis. ut extra de cau. poſſ. & propr. cum olim.de hoc 12.q.1. ſup.& capud miſericordẽ. Item iudex poteſt errorẽ ſuum corrigere in interlocutoria ſniam.ut ff. de re iud.qã iuſſit, ſed diffinitiuam ſniam nullus poteſt corrigere. ſiue ſit ordinarius. 2 ſiue delegatus, ſiue ĩ ciuilibus, ſiue in criminalibus cauſis:ut ext. de off. deleg. in litteris. C. quomodo & qñ iudex, ſi ut proponis. ff.de pœn. diui. fratres.niſi ſit lata contra ordinẽ iuris, tũc põt retractari ab ordinario ĩm. ut C.de accuſ.l.3.& 4.& ẽt a delegato: ut ext. de accu. qualiter & qñ. Sed licet corrigere non poſſet ſententiã, tñ poteſt cã moderari, ut ff. de offi. præſi.illicitas.§.vlt. Similiter ſi deceptus tulit ſniam, poteſt denegare executionẽ iudicati, ut ff.de iud. ſi põtor. in fine. Item uerba ſniæ põt mutare. dum tamen ſenſus idem remaneat: ut ff.de re iudicata,actorum. Item ſupplere põt eadem die de fructibus. 3 ff.de re iud. Paulus. Itẽ interpretari, põt ſententiã ſuam ſi eſt præſes vel procurator Cæſaris,ut ff.de appel.l.ab executore.

1 Adde an & qñ licet iudici recipere teſtẽ nolentẽ corrigere dictum ſuum. no.Bar. in l. ſi poſtulauerit.§.1. ff. de adul. & in repet.ff.de qõni.

2 De hoc Et no. extra de reg.iur. cum Bertholdus in gl.ſed quæriter.

Sententia poteſt moderari.

3 Ad idem de expenſis Archid.

Res iudicata neritati non præiudicat.

c ¶ Triennium.] Maxime.arg.33.q.5. quod Deo.

d ¶ Reparanda.] Nota rem iudicatam non præiudicare veritati in cauſa ſpirituali. Sed videtur contra extra de teſtificut.quia ibi dicit, q̃ nõ videtur ſupereſſe aliquod remedium, niſi quod teſti imponatur pœnitentia de periurio.ſed ibi ſupple.f.de facili. Vel ibi reſpicit factũ, non ius. Simile notatur extra de arbitris peruenit.

4 Vel dic ut no.ſup. ea.l. l.ſumma.

in promptu nihilominus vlciſci. Reum quippe ante conſpectum diuini iudicis ſe nouerit eſſe,qui nititur vtiliter finita reſcindere,ac roborata quolibet auſu violare.Eccleſiaſtici quippe vigoris ordo confunditur,ſi aut temere illicita præſumantur, aut non conceſſa impune tententur. Proinde ſi negligenter ea,quæ male vſurpantur, omittimus; 2 exceſſus viam proculdubio alijs aperimus. 1.Cor.10. diſt.93.diconus.

¶ *Sententia huius capitis, & multa etiam verba ſumpta ſunt ex B.Gregorio lib.7.indict.1.epiſt.13.& 28.*

Quia ergo ſententia hæc rationabiliter data eſt,nec per appellationem intra certum terminũ releuata; apparet, quod nequaquam priora cõiugia ſunt redintegrãda. His ita reſpondetur. Aliud eſt,ſententiã reſcindere, & rationabiliter deciſa turbare, atque aliud,quæ per ſubreptionẽ obueniunt,deprehenſa corrigere,ſuum namque errorem b cuique corrigere licet, atque ideo, quæ a quolibet illicite committuntur,ſiue a prædeceſſoribus admiſſa inueniuntur;in melius reuocari oportet. Porro illicite vxor a viro ſuo ſeparata eſt,& illo viuente alij copulata:cum Dominus ſolius fornicationis cauſa a viro ſuo vxorem ſeparari iubeat. Sicut ergo ſi aliqua, cuius vir putaretur defunctus,alicui copularetur, & qualibet occaſione interueniente,ab eius conſortio diſcederet;quamuis iudicio eccleſia cogatur redire ad eum,quem reliquerat;tamen ſi poſt triennium c virum,qui mortuus putabatur, redire contigerit, priora coniugia redintegrabuntur: ſic cum deprehenduntur non fuiſſe conſanguinei, qui cauſa conſanguinitatis ab inuicem ſeparati ſunt, prioris conſortij fœdera ſunt reparanda. d

vide ſupra cum per bellicã 34.q.1. & 2.

2 *Quod autem,quæ illicite admittuntur,vel admiſſa inueniuntur, corrigenda ſint,uel quod ſententia etiam Rodis in melius commutari ualeat, auctoritate Hilarij Papæ,& Nicolai mo ſtratur.*

Ait namque Hilarius epiſcopus Vrbis Romanæ ſynodo præſidens,cap 4.

¶ Corrigendum eſt, quod illicite admittitur, aut a prædeceſſoribus admiſſum inuenitur. C. III.

Deuſdedit p.1. Poly.l.4.tit.20. Ant.l.6.c.157.

† *al.in aliquo.*

QVod quis e cõmiſit illicite aut a prædeceſſorib. ſuis inuenit admiſſum, ſi proprium periculum vult vitare,damnabit. Nos enim in nullo volumus ſeueritatem vltionis exercere; ſed qui in cauſis Dei, vel contumelia, vel aliquo † exceſſu deliquerit, aut ipſe quod peperam fecit,aboluere noluerit, in ſe, quidquid in alio non rexerit,punietur,ut via peccandi claudatur.

e ¶ Quod quis.] Hoc c. loquitur de illicita alienatione rerũ eccleſiæ,ut ext. de re.pmu.c.2.Secus.n. ſi deliquit ſentẽtiando 5 diffinitiue.C. ſententiã reſcin.nõ poſ.l.1. ff.de re iu.l.iudex.ar. cõtra factũ proprium aliquẽ poſſe uenire.ar.12.q.1.certe ego ſum.& ext. de elec.noſti. f ¶ Illicite.] Sic 55.diſt.pœnitentes.ar.cõtra ext.de cleri. coniug. diuerſis, & extra de fil. presbyter. ueniens.

5 Etiam in cauſa ſpirituali ſecundum H. Fornicariã abiurans an cum illa cõtrahere poſſit.

Digitized by Google

& arg.ff.de reb.eo.qui ſub tu.vel cura.l.quamuis.& extra de concef.præben.cum ſuper.

a ¶ Illicitus.] No.arg.ad quæſtionem dominicalem iuxta.quod nũquam accederem ad fornicariã meam.poſt volo cum ea contrahere,nunquid poſſum?arg.hic quòd ſic,&c

reſecauerit, inueniet.Quod, vt deinceps poſſit tenacius cuſtodiri,ſi placet, ſententias, cauſas, & ſubſcriptiones proprias,omnes commodate,vt ſynodali iudicio aditus claudatur illicitus. a

Item Gregorius.

¶ Secundum ſuæ conditionis tenorem Apoſtolica valet mutari ſententia. Cap. IIII.

Deus dedit ibidem. Poly.l.6.tit.6. Anſ.l.5.c.69.

APoſtolicæ ſedis ſententia,tanta ſemper conſilij moderatione concipitur, tanta patientiæ maturitate decoquitur, b tantaq; deliberationis grauitate profertur,vt retractatione non egeat: nec immutari neceſſariũ ducat: niſi forte ſic prolata ſit, vt retractari poſſit, c vel immutanda ſecundum præmiſſæ tenorem conditionis d exiſtat.

¶ *Apud Anſelmum, & Polycarpum citatur ex epiſtola Nicolai Papæ ad Regem Carolum. extat in codice ſæpe memorato monaſterij Dominicanorũ,in epiſtola Nicolai, quæ inſcribitur ad Ludouicum regem, & in altera eiuſdem ad epiſcopos omnes in regno Ludouici, quæ incipit,*Gaudemus.

Item Innocentius Papa, epiſt.22. ad epiſcopos Macedoniæ.

¶ A prædeceſſoribus damnatos,aliorum ſupplicationib. in priſtinum ſtatum Apoſtolica reformat eccleſia. Cap. V.

VEniam nunc ad Maximum e Photinum, * quaſi ad quoddam thema,& [quod mihi anxium eſt,ac difficillimũ] maiorum meorum reuoluam ſententias.Fuerat de illo quoquo pacto[vt ipſi etiam cõmeminiſtis] aliqd vtique grauius conſtitutum.Verum quoniam id per rumorem f falſum,vt aſſeretis.ſubreptum huic ſedi, & elicitum per inſidias demõſtratis: quia res ad ſaluté redijt: veniam nos hanc intantum vobis adnitentibus poſt cõdemnationem more Apoſtolico ſubrogamus † tantiſque veſtris aſſertionibus,vobiſque tam bonis, tam charis nõ dare conſenſum, omnib.rebus duris durius arbitramur. Pro veſtra ergo approbatione[fratres chariſſimi] & ſententia, ac poſtulatione epiſcopum Photinum haberore [licitum eſt enim ita conſtituere, ut deprecamini g] & noſtram in melius cõuerſam ſententiam,labore,uel teſti

Poly.l.5.tit.6.

† Tex.eſt in ſimili in l. ſi ſi.ſi tẽdũ. ff.de pœn.& in l. Arianus.ff.de ac. & obl.g.

Sententia principis an poſſit retractari.

d ¶ Conditionis.] Si cõceſſum erat ad rẽpus.ſup.e.q.1. quod ſcripſi. Vel illius.ſi p̃ces meritate nitãtur.

Sententia nõ eſt ſub conditione ferẽda.

e ¶ Retractari poſſit.] Videtur ergo q̃ ſententia principis poſſit retractari,ſi eſſet iniuſte lata. Et ſic eſt contra. C.de app.ne cauſas. vbi dr, q̃ ſi ſententia principis ſine cauſæ cognitione fuerit lata,nõ poteſt retractari ab alio. nam erãi error principis facit ius inter partes, ut ff.de ſupelle. l.4. ĩ fi. ſed hic loquitur de ea retractatione, quæ fit per in integrum reſtitutionem, extra de in integrum reſtitu. cum ex litteris.

VEniã nunc.ad.] CASVS. Quidã petebãt ut Papa Photinum epm̃ ex falſa cauſa depoſitũ,reſtitueret. & Euſtachiũ diaconũ deponeret: Papa uero epiſcopũ eis reſtituit, ſed diaconũ non depoſuit. e ¶ Maximum Photinũ. Forte binomius erat iſte Photin⁹,uel aliter,uenit ad Photinum nũc quaſi ad maximum quoddam thema: quia plures qõnes ex eo furgũt. f ¶ Per rumorẽ.] Ar. ad qõnem illã. Quid ſi aliquis propter falſum rumorẽ eſt electus, qui credebatur peritus?quod poſtea caſſatur eius electio, ſicut & caſſatur inſtitutio, ut ff.de hæred.inſtitu. ſi pater. ſed legata non caſſantur ratione falſi rumoris, ut ff.de hæred.inſtit.l.ult. Item hoc ſcias, quod ea, quæ p̃ ſubreptionẽ obtinẽtur,etiam abſente aduerſario retractantur, ut extra de ſententia & re ind.cum olim. nec aliqd valet quod per litteras ſubrepticias actum eſt:ut extra de officio uic.tua.immo & liberæ non retractatur,licet propter iniuſtam cauſam data ſit: ut inſtitu. quibus ex cau. maior.§. eadem.uerſic. ſemel. tamen nulla eſt, ſi per ſubreptionem data fuerit,ut ff. de fideicom.l.cum uero.§.ſubuertum. & iudex, qui alias non poteſt reuocare ſententiam diffinitiuam, licet iniuſtam, in hoc caſu ipſemet eam reuocat. ff.de iudic. ſi prætor.

Electio imperiti, quã credebatur peritus, an debeat caſſari.

‡ Arg.cõtra x.q.1.placuit. ubi de hoc.

Obtenta per ſubreptionẽ abſente aduerſario retractantur.

g ¶ Vt deprecamini.] Arg.quòd non ſit ſimonia,preces pro digna perſona porrigere; & pro digno depoſito reſti-

Reſcripta Apoſtolica nihil reprehẽſibile contineant.

b ¶ Decoquitur. Hic patet ratio,quare in ſcripturis Apoſtolicis nihil debet uitij reperiri, nec aliquid reprehẽſibile,vt extra.de reſcr.cum adeo. vnde uitioſa dicent teſtes ratas,ſi ſint in eis falſum latitãs: ut extra de reſcr.ad audientiam ſed in teſtib. & priuilegiis ſcrus eſt.C.de teſt. error.ff.de manum.teſt.qui habebat. Nõ enim eſt uerſimile,q̃ tam tiliæ litteræ in tot manibus decoquãtur, q̃ fiat,& 11 q.1.relatũ & c.ſilud. Et ar. cõtra extra de rau. poſſe.c.1.& ff.de excuſ.tut.l.ſed & an eadem.§.actiones.

APoſtolicæ. CASVS. Quæritur utrum Papæ conſtituta ſint mutanda. & reſpondetur q̃ non,niſi mutationis cauſa uel conditio ſit inſerta.

NOtificamus.] CASVS. Quidam mortua uxore sua duxit aliam, quæ dicebat primæ consanguinea fuisse, dicitur hic quod si duo, uel tres de consanguineis uiri, uel mortuæ uxoris, uel alij testes idonei dixerint iurati consanguinitatem, separentur. si uero aliqui hoc dixerint sine iuramento, separatio hæc nõ fiet, sed ind. cetur eis pœnitentia: quia infamati sunt, & forte peccauerunt.

a ¶ Defunctæ.] Mortua enim erat uxor eius, cuius consanguineam postea accepisse dicebatur, uel affinem.

b ¶ Bonæ famæ.] arg. quod debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, ut extra de testib. in litteris. & extra eod. tit. licet. Sed quid si criminosos ferimus, uel infamis contraxit, nunquid possunt admitti ibi homines fimplices contra diuortii? Vi, quod sic 2. q. 7. si hæreticus. C. de inoffi. testa in arenam. Dico quod nõ, sicut nec dico alias criminosos testes cõtra criminosum admittẽdos, nec enim hẽt ibi locũ replicatio, ext. d: exec. a nobis. c ¶ Es. s. i. accusatoribus. Testes enim non puniũtur antequam dixerint testimoniũ. arg. C. de testi. nullum. est tamen arg. hic pro H. quod idẽ possit esse accusator & testis in huiusmodi causis. 1

1 Nõ est fal- d ¶ Contraxerint.] sum fm id, sed forte non bono quod not. 2. zelo diffamauerint q. 4. c. j. in matrimonio, ut Glo. ibi, sed de adult. quamuis. no. ẽ. eod. in in fine. sum. idem q dicitur hic. Arch.

Matrimonii ferum, an rol sit ad testimonia ferue sũ dissolui.

Consanguinitas nõ probatur p coniuges, nisi fama cõcurrat.

probatur. Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes proximiores admittuntur, quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis, tum etiã ex recitatione maiorum scire laborat. Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse, ita vt, si non interfuerint, & consensum non adhibuerint, secundũ leges nullum fiat matrimonium? Quod vero legitur, (pater non recipiatur in causa filij, nec filius in causa patris) in criminalibus causis, & contractibus verum est, in matrimonio vero coniungendo, & diuiungendo, ex ipsius coniugij prærogatiua, & quia fauorabilis res est, congrue recipiuntur. †

ff. de testib. l. testis idoneus.

† al. admittuntur

¶ *Hæc Palea deest in plerisque vetustis exemplaribus. Habetur extra qui matrimoniũ accus. poss. c. 3. ex Clem. III. alias Cœlestino Flor. episcopo, alias ecclesiæ Florentinæ, indeque, & ex aliquot manuscriptis est emendata, verbis aliquot & additis, & sublatis.*

† al. Cyriaco.

Item Vrbanus Papa Richardo † Genuensi episcopo.

¶ Qui iureiurando propinquitatem firmare debeant. Cap. III.

Sent. 4. c. 41. Iuo p. 9. c. 13. Fann. l. 7. c. 85.

NOtificamus tibi, vt postquam tres, aut duo ex propinquioribus iam defunctæ [a] vxoris, eius, qui accusatur, vel viuæ hanc propinquitatem iureiurando firmauerint, vel tres, aut duo ex antiquioribus Genuensibus, quibus hæc propinquitas nota est, qui bonæ famæ, [b] & veracis testimonij sint, remoto amore, timore, pretio, & omnino malo studio, supradicto modo consanguinitatẽ firmauerint, sine omni mora coniugia dissoluatur. Quod si propinqui, aut extranei verbis tantum propinquitatẽ testantur, & iuramento probare vel noluerint, vel nequiuerint, coniugium nullatenus dissoluatur, sed competens eis [c] pœnitentia propter infamiam, vel peccati maculam (si forte in hac re contraxerint [d] aliquam) iniungatur.

In codice peruetusto ex Eugenio ij.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito in Apulia.

¶ Suæ confessioni relinquuntur, quorum incestum nullus iureiurando affirmat. Cap. IV.

Sent. ibidem. Iuo p. 9. c. 53.

SI duo, vel tres consanguinitatem iureiurando firmauerint, vel ipsimet forte confessi [e] fuerint, coniugia dissoluantur. Si vero neutrum contigerit, episcopi eos per baptismum, per fidem, per iudicium Christi in vera obedientia obtestentur, quatenus palam faciãt, verum se (sicut est fama [f]) cõsanguineos recognoscant: si negauerint ipsis relinquendi sunt: ita tamen, vt & aliud cõsciens

a ¶ Defunctæ.] Mortua enim erat uxor eius, cuius consanguineam postea accepisse dicebatur, uel affinem.

b ¶ Bonæ famæ.] arg. quod debent esse bonæ famæ testes in probanda consanguinitate, ut extra de testib. in litteris. & extra eod. tit. licet. Sed quid si criminosos ferimus, uel infamis contraxit, nunquid possunt admitti ibi homines fimplices contra diuortii? Vi, quod sic 2. q. 7. si hæreticus. C. de inoffi. testa in arenam. Dico quod nõ, sicut nec dico alias criminosos testes cõtra criminosum admittẽdos, nec enim hẽt ibi locũ replicatio, ext. d: exec. a nobis. c ¶ Es. s. i. accusatoribus. Testes enim non puniũtur antequam dixerint testimoniũ. arg. C. de testi. nullum. est tamen arg. hic pro H. quod idẽ possit esse accusator & testis in huiusmodi causis. 1

c ¶ Pœnitentia.] Non sine fama nõ sufficeret communi fama, sufficeret ut extra de testi. in litteris, vel sacris tum in eo, quod dicit, rumor, &c. quia aliud est, quam fama. 2. Item si adest præsumptio violenta cum fama, sufficit, ut extra de testi. præterea.

d ¶ Contraxerint.] Confessi.] Si tamen eos consanguineos fama publice communiter, quæ habetur pro uno teste, idem est si unus confiteatur teste Baz.

e ¶ Confessi.] Si tamen eos consanguineos fama publice communiter, quæ habetur pro uno teste, idem est si unus confiteatur teste Baz.

f ¶ Sicut & fama.] Num sine fama nõ sufficeret communi fama, sufficeret ut extra de testi. in litteris, vel sacris tum in eo, quod dicit, rumor, &c. quia aliud est, quam fama. 2. Item si adest præsumptio violenta cum fama, sufficit, ut extra de testi. præterea.

f ¶ Rumor est quando aliqua pars uicinię unum dicit, fama est qñ tota ciuitas dicit siue clamat, Fm Host.

g ¶ Alii-

tia habeant, ſe a liminib. [a] eccleſiæ, a corpore, & ſanguine Domini, a fidelium cõmunione nouerint ſegregatos atq; infames [b] effectos, donec [c] ab inceſti facinore deſinãt. Si ſe epiſcoporum iudicio ſegregauerint, ſi iuuenes ſunt, alia matrimonia contrahere non prohibeantur. [d]

a ¶ A liminibus ſegregatos, &c. Sed dic ſegregatos quo ad ſacramenta, ſicut quilibet in mortali peccato exiſtens, 1.q.1.ſacerdotes.

b ¶ Atq; infames. Infamia canonica, quæ deletur per pœnitentiam, 6.q.1.infames.

c ¶ Donec.] Arg. q infamia per pœnitentiam aboletur.

d ¶ Non prohibeantur.] Ratione iuuenilis ætatis, uel ipſo iure ſi ignoranter coniuncti ſunt, arg. 33.q.2. inter ſectores & c. in adoleſcentia, & 34. q.1.§.1.

2 *Ecce quibus accuſantibus,* [e] *vel teſt. ſicantib. conſanguineorum coniunctiones ſunt dirimendæ. Cuiuſmodi vero iuramentum ab accuſatore,* [f] *ſit exigendum, ex Romano ordine habetur. Eſt autem huiuſmodi.*

e ¶ Ecce quibus accuſantibus.] G. prout colligi poteſt ex rubricis iſtis, quattuor ponit genera ſacramẽtorum. Primo ponit ſacramentum accuſatoris in primo cap. de parentela. Secundo ponit ſacramentum ſynodalium teſtium in c. epiſcopus. Tertio teſtium in c. de parentela illa. Quarto ſacramentum eorum qui ſeparantur, in capit. abſitto. Dicunt tamen quidam G. dreceptum fuiſſe per conſuetudinem Italiæ, quæ eſt ut accuſator debeat iurare iuxta tenorem illius c. de parentela. nam quidam dicunt, quod accuſator iurare non debet, quia nec etiam de calumnia in huiuſmodi cauſa iuratur. extra de iur. calumn. litteras, vnde utrumque capitulum de parentela, intelligitur de ſacramento teſtium. ſed de parentela primum loquitur de ſacramento teſtium, quod dicitur eſſe ſeparationis, quia per illud ſeparantur, quorum matrimonium accuſatur. In illo autem ca. epiſcopus, fit mentio de iuramento teſtium ſynodalium, quod non dicitur ſeparationis, prout dicit præcedens c. quia per tale iuramentum nulli ſeparantur, quia per illud ſe non obligant ad aliud teſtes illi ſynodales, niſi vt nuntient epiſcopo, quod illicite perpetratur in parochia. Vnde ex quo nuntiauerint epiſcopo, ſi uoluerint quod ſeparentur, oportet quod iterum præſtent aliud ſacramentum, de quo habes in ca. de parentela in quo plus eſt, quia debent addere de credulitate, ſed teſtes ſynodales non iurãt niſi de auditu. Nec contradicit extra de teſt. quoties, vbi dr quod de ſcientia debent iurare, nam illud per hoc intelligo. In illo autem cap. abſitto. ponitur ſacramentum eorum, qui ſeparantur propter conſanguinitatem.

Teſtes ſynodales quid iurent.

f ¶ Ab accuſatore.] Hoc fallum eſt ſecũdum quoſdam, imò a teſtibus.

Poly.l.6.tit.6.
Ant.l.10.c.74.
Burch.l.7.c.25.
Iuo p.6.c.61.
Pann.l.7.c.66.

DE parentela CASVS. Oſtenditur hic qualiter debeant iurare, qui de parentela debent teſtimonium ferre.

† *al. propter.*
† *al. ibid.*

† *al. iſtud.*

[g] Iuramentum accuſatoris. C. V.

[j] DE parentela illa, quam dicit eſſe inter illũ N. & iſtã eius coniugem N quidquid inde ſcis, & audiſti a tuis vicinis, aut a tuis propinquis antiquiorib. quod tu per nullum ingenium, nec propter timorem, nec propter amorem, aut per † præmium aut per † conſanguinitatem celabis eũm tuum, aut eius miſſum, cui hoc inquirere [h] iuſſerit, quandocunque [i] te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & hæc ſanctorum reliquiæ.

g ¶ Et Audiſti.] Arg. teſtimonium de auditu eſſe recipiendum ut 3.quæſtio.c.§.de his. 14.q.2. ſuper. & cap. quamquam. 34.q.1.non tatis. hodie non, ut extra de teſtib. licet.

h ¶ Inquirere.] Simile extra de teſt. ſi quis teſtium. & hoc eſt intellectus.

i ¶ Quandocunque.] Dum tamen ante teſtium publicationem, extra de teſt. fraternitatis. & cap. ſeries. Vel dic quod iudex ex officio ſuo etiam poſt apertas attẽtationes poteſt inquirere a teſtibus, extra de conſang. & affin. c. 1.

Burch.l.7. c.26.
Iuo p.2.c.29.
Pann.l.7.c.87.

[k] Illud ſacramentum. Secundum intellectum G hoc iuramentum eſt teſtis, præmiſſum accuſatoris, ſed melius eſt, ut primo exprimatur forma, ſub qua iurant ſequentes. H.

[l] Iuramentum teſtium. C. VI.

ILLUD † ſacramentum, [k] quod iſte iurauit de illa parẽtela, quæ inter illum N. & eius coniugem N. computatur, quod tu illud obſeruabis, inquãtum ſapis, aut audiſti. Sic te Deus adiuuet.

HOC IVRAMENTVM. Hæc eſt tertia pars qõnis.

l ¶ Non eſt ſeparationis, i. non fit ſeparatio ad iſtud inter eos quorum matrimonium accuſatur, niſi iterum præſtetur ſacramentum ſequentis cap. quod aperte colligitur extra de teſti. cogen. præterea.

3 *Hoc iuramentum non eſt ſeparationis,* [l] *ſed ſynodale, inſtitutum ab Euthyciano Papa.*

Ait enim.

1 Adde alios caſus in qb. admittitur, not. do. in l. ſi arbiter. ff. de prob.

Sacramentũ quadruplex. eſt circa cauſas matrimoniales.

Digitized by Google

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur hic quod epiſcopus de qualibet parochia ſeptem uiros ueraces & honeſtos debet uocare ut iurent qdqd in parochia nouerint contingere pertinens ad correctionem epiſcopi, quod de hoc interrogari dicunt ueritatem epiſcopo, uel eius legato.

¶Synodale iuramentum. C. VII.

Poly.l.6.tit.11. Anſ.l.5.c.132. Burc.l.j.c.91.92.93.

EPiſcopus in ſynodo reſidens poſt congruã allocutionem [a] ſeptem ex plebe ipſius parochiæ, vel eo amplius prout viderit expedire, maturiores, honeſtiores, atque veraciores viros in medium debet euocare, & allatis ſanctorum pignoribus [b] vnumquemque illorum tali ſacramento cõſtringat. Amodo [c] in antea quidquid noſti, aut audiſti, aut poſtmodum [d] inquiſiturus es, quod contra Dei voluntatem, & rectam Chriſtianitatem in iſta parochia factum ſit, aut futurum erit, ſi in diebus tuis euenerit, tantum vt ad tuam cognitionem quocunq; modo perueniat, ſi ſcis, aut tibi fuerit indicatum ſynodalem [e] cauſam eſſe, & ad miniſterium epiſcopi pertinere, quod tu nec propter amorem, nec propter timorem, nec ꝓpter pretium, † nec propter parentelam vllatenus celes epiſcopum, aut eius miſſum, cui hoc inquirere iuſſerit, quãdocunque te ex hoc interrogauerit. Sic te Deus adiuuet, & iſtæ ſanctorum reliquiæ. Illud [α] ſacramentum, ꝙ iſte iurauit de ſynodali cauſa, quod tu illud ex te ita obſeruabis, inquantum ſapis, aut audiſti, aut ab hac die in antea inquiſiturus es. Sic te Deus adiuuet, &c.

† *al premium.*

α ¶Illud.] *Burchardus legit*, iſtud, *& antea hæc nerba præponit hanc rubricam*, Iuramentum cæterorum.

4 *Ab hoc iuramento illud* [f] *ſumptum eſt, principio paululum deriuato. Porro de iuramento ſeparationis* 8 *Innocentius Papa II. ſcribit Othoni Lucenſi epiſcopo dicens.*

¶Iuramentum illorum, qui conſanguinitatem probant. Cap. VIII.

ij DE parentela illa, vnde nos conſulere voluiſti, pro qua ẽt eſt ad noſtram audientiam, appellatum, aliorum fratrum ſcripta ſuſcepimus, qui vtique cauſam ipſam diuerſo [h] modo narrabant. Et primo quidem tam in gradibus, quam in nominibus perſonarum diſcordaſſe, poſtmodum [i] vero in altero eorum computatores eiuſdem parentelæ dicuntur conueniſſe. Cæterum in huiuſmodi caſibus ſummopere conſideranda eſt qualitas perſonarum, quæ aliquid contra quoslibet aſtruere uelint, quæ etiam iuſiurandum præſtare debent, ꝙ neque gratia, neque pretio, vel timore, vel odio alicuius hoc dicunt contra eos, de quibus agitur, ſed potius, quæ cre-

Accuſator & iudex poteſt idem eſſe.

a ¶Allocutionem.] .i. prædicationem. 10.q.1.placuit.

b ¶Pignoribus.] Id eſt, reliquis, quibus obligatur ſicut per pignora.

c ¶Amodo.] Arg. qđ ſine accuſatore ꝑ aliquem inducere teſtes poteſt epꝰ, & ꝑnunciare, & ꝙ idem poſſit eſſe iudex & accuſator ſimul. 6.q.2.ſi tantũ. 11.q.3.ꝑcipue. & ſup. eod.q.1.& 2.q.5.presbyter, ſi. ſup. 4. q.4. ca.1.& 2.contra 1.

2 Huic contrario ſtãdũ eſt, & quod præmittitur falſum eſt, nã epꝰ nõ ẽ accuſator & iudex in hoc caſu, ſed vnus iuratorũ accuſat, & alius introduxit teſtes alios. Arch.

& auctum. Algerus autem, & Valfridus Strabo citant vſque ad verſ. Idem *ex Gennadio Maſſilienſi presbytero, quem B. etiam Thomas quodlibet. 12. ar. 1. facit auctorem libri de eccleſiaſticis dogmatibus. Et Platina in vita Symmachi, & Magiſter Senten. lib. 2. diſt. 8.*

a ¶ Ad hoc valet.] *Locus integer legēdus eſt in originali. Item Ambroſius lib. 4. de ſacramentis, c. vlt.*

¶ Qui ſemper peccat, cęleſtis ſacramenti medicinam ſemper accipiat. Cap. XIIII.

Alg. l. 1. c. 22. Sent. ibidem. Poly. ibidem. Burc. l. 5. c. 18. Iuo p. 2. c. 28.

SI quotieſcunque effunditur [a] ſanguis [b] Chriſti, in remiſſionem peccatorum effunditur; debeo [c] illū ſemper accipere, vt ſemper mihi peccata dimittantur. Qui ſemper pecco, ſemper debeo habere medicinam.

Item Hilarius epiſcopus.

¶ Non abſtineat a corpore Domini, niſi qui excommunicari meretur. Cap. XV.

Alger. ibidem. Poly. l. 3. tit. 16. Burc. l. 5. c. 28. Iuo p. 2. c. 28. Rabanus de inſtit. cler. c. 31.

SI non ſunt [d] tanta peccata, ut excommunicetur [e] quis, non ſe debet à medicina corporis & ſanguinis Domini ſeparare.

¶ *Cæteri etiam collectores, & Algerus citant ex Hilario. Apud B. Auguſtinum epiſtola 118. hæc habentur,* Si peccata tanta non ſunt, vt excommunicandus quiſquā homo iudicetur, non ſe debet à medicina Dominici corporis ſeparare. *nec multo aliter apud Bedam. 1. Cor. 11.*

Item Fabianus Papa ait.

¶ Ter in anno quiſque fidelium communicet. Cap. XVI.

Sent. 4. diſt. 12. Poly. ibidem. Burch. l. 5. c. 27. Iuo p. 2. c. 27. Ant. l. 2. c. 15. §.

ET ſi non frequentius, ſaltem in anno ter laici homines communicent (niſi forte [f] quis maioribus quibuslibet criminibus impediatur,) in Paſcha videlicet, Pentecoſte, & Natali [g] Domini.

¶ *Apud eoſdem collectores eodem modo citatur. Verum præter vltima verba,* In Paſcha videlicet, &c. *habentur in concilio Turonenſi. 3. c. 50. & cap. l. 2. c. 45.*

Item Soter Papa ait.

In Cabilon. 2. c. 47.

¶ Etiam in cęna Domini ſacram communionem debemus accipere. Cap. XVII.

Poly. ibidem. Burc. l. 5. c. 20. Iuo p. 2. c. 30.

IN cœna Domini à quibuſdam perceptio Euchariſtiæ negligitur: quæ quoniam in eadem die ab omnibus fidelibus (exceptis ijs, quibus pro grauibus criminibus inhibitum eſt) percipienda ſit, eccleſiaſticus vſus demonſtrat; [h] cum etiam pœnitentes eadem die ad percipienda corporis & ſanguinis Dominici ſacramenta reconcilientur. [i]

Item ex concilio Martini Bracharenſis, c. 83.

in cap. ſynod. arzacenum.

¶ Proijciatur ab eccleſia, qui a communione ſacramenti ſe pro luxuria ſua auertit. Cap. XVIII.

ex conc. Antiocheno. c. 2.

SI quis intrat in eccleſiam Dei, & ſacras ſcripturas au-

S I quis intrat in eccleſiam.] CASVS. Quidam erant graue viuentes, & ideo ſubtrahebant ſe a cōmunio-

Digitized by Google

ne corporis, & ſanguinis Chriſti, quare præcipitur hic, vt donec agant pniam, excommunicentur. & poſt pœnitentiam recipiantur ad cõionem. Sequens cap. patet.

a ¶ Et pro luxuria.] ideſt, ſuperſtitione ſua credens forte non eſſe communicandum. 1 28.q.1. idolatria. Vel id

dit,& pro luxuria [a] ſua auertit ſe a cõmunione ſacramẽti,& in obſeruandis miſterijs declinat cõſtitutam regulam diſciplinæ,illum talem proijciendũ [b] de eccleſia catholica eſſe decernimus, donec pœnitentiam [c] agat, & oſtendat fructum pœnitentiæ ſuæ,ut poſſit communione percepta [α] indulgentiam promereri.

α ¶ Communione percepta.] *In recentioribus conciliorum editionibus legitur.)* vt poſſint communione percepta indulgentia promereri. *Editiones vero antiquæ, & Vaticini codices habent vt Gratianus. Concilij Antiocheni c.2 (vnde hoc videtur ſumptum) hæc ſunt verba,* καὶ παρακαλέσαντες τυχεῖν δυνηθῶσιν συγγνώμης, *i.*& implorantes conſequi veniam poſſint.

Item ex concilio Agatheuſi,c.8.

¶ Non habeantur catholici, qui his tribus temporibus communicare deſinunt. † Cap. XIX.

SAeculares, [d] qui in Natali Domini,Paſcha,& Pentecoſte non communicauerint, catholici non credantur,nec inter catholicos habeantur.

In concilio Toletano,1.c.13.

¶ Corripiantur, qui in eccleſia communicare contemnunt. Cap. XX.

HI,qui intrant in eccleſiam, & deprehenduntur nũquam communicare, [e] admoneantur.Quod ſi non communicant, [f] ad pœnitentiam accedant. Si communicant, [g] non ſemper abſtineant, β [h] ſi non fecerint, abſtineantur. [i]

β ¶ Abſtineant.] *In originali legitur*,abſtineãtur,*quemadmodum in fine capitis etiam in veuſtis Grat.Sed hoc loco interpretatio glo. magis conuenit verbo*, abſtineant.

Item ex concilio Eliberitano.

¶Ante ſanctam communionem a propria vxore quiſque contineat. Cap. XXI.

OMnis homo ante ſacram communionem a propria vxore abſtinere [k] debet tribus,aut quatuor, † aut octo diebus, [γ] nec inter catholicos cõnumerabitur, qui in iſtis videlicet temporibus, Paſcha, Pentecoſte,& Natali Domini non communicauerit.

γ ¶ Nec inter.] *Hæc vſque ad' finem abſunt hoc loco a Burchardo, & Ivone, ſunt que ſumma quædam capitis, ſæculares. ſup.ead.*

Item Sergius Papa ait.

¶ Quare tres partes fiant ex corpore Chriſti. Cap. XXII.

6 TRiforme eſt corpus Domini.Pars oblatæ δ in cali-

ideſt,pro luxurioſa vita ſua,ſine qua pauci. di.50. quia tua.

b ¶ Proijciendum.] Cur arguitur, unde commendari debẽt quia pro peccatis ſui abſtinet a corpore Chriſti. Sed nõ arguitur,quia ſeparat ſe a ſacramento pro mortali peccato. 2 ſed quia in delictis luxuriando incorrigibilis deprehenditur.de pœnitentia diſt.1. ſunt qui arbitrantur.

c ¶ Donec pœnitentiam.] inf.ead.c.hi,qui.

d Æculares.] Non credantur.] Niſi ob humilitatem vel delicti conſcientiam abſtineant.ſed Baz. dixit, ſemel in anno præceptũ eſſe cõmunicare quo ad laicos. Vel die hoc clericis, illud in laicis nam vita clerico rum debet eſſe religioſior quam laicorum, ſupra diſtin.4. denique. 3

HI qui intrant eccleſiam.] CASVS. Quidã erãt intrantes eccleſiam,& nõ communicabãt. Dicitur hic, q tales debent admoneri vt communicent, ſed ſi ceſſauerint pp mortale peccatũ accedãt ad pœnitentiam, q si nõ fecerint, excõmunicentur. Seq.capatet, in quo bonũ datur conſilium.

e ¶ Communicare.] ideſt, ſi dicunt ſe tales eſſe, q non ſunt digni cõmunicare, ſcilicet propter conſciẽtiam criminum.

f ¶ Si nõ communicant.] ideſt, ſi digni non ſunt.

g ¶ Si cõmunicant.] ideſt, ſi dignos ſe cõmunione faciũt, ideſt, ſi tales dicunt quod ſunt communione digni.

h ¶ Abſtineant.] ideſt, ſi alijs temporibus, non tamen illis temporib abſtineãt, ſcilicet Paſcha. Pentecoſte, Natali Dñi.

i ¶ Abſtineantur.] ideſt remoueantur.

i ¶ Abſtineantur.] A cõmunione. Vel abſtineãtur, id eſt, excommunicentur.

k OMnis homo] ¶ Abſtinere.] Quãtum in ſe eſt, vt non exigat, exactus reddere debet quolibet tempore, vt 33.q.5.ſi dicat. non tñ eſt præceptum q hic continetur, ut not. 33.q.8.circum propria.q.15.diſt.c.alt.

TRiforme eſt corpus.] Hæc eſt ſexta pars diſtin. in qua dicitur q tres partes ſunt de corpore Chriſti, & tres habet ſignificationes H.

CASVS.Oſtenditur in hoc c.quid ſignificẽt tres partes, quæ ſunt de ſpecie panis, & dicitur, quod ſignificant my-

a Subaudi ¶ cõmitteret ſi indigne ſumpſiſſet corp Chriſti.

Clerici debẽt eſſe deuotiores q laici.

3 Vel fit eis iniunctũ in pœnitentia.

† *al perpendant.* Burc.l.3.c.23. Iuo p.2.ca.33.

Burc.l.5.c.22. Iuo p.2. ca.23. Pann.l.5.c. 152. † *al. quinque aut ſex.* Gloſſa ordin.1. Cor.11. Sent. 4. diſtin. Amalarius lib.3.capit.35. Alcuinus f.79 Micrologus.c.17. Rabanus de inſtit. cleri.c.ult. Alg.l.1.c.19. Ordo Romanus ſolu.5. Pan.l.1.c.143.

Digitized by Google

myſticum corpus Chriſti: quod triplex eſt. Nam pars, quæ ponitur in calicem, ſignificat corpus Chriſti, quod reſurrexit, pars comeſta ſignificat corpus Domini, dum fuit in vita præſenti. pars remanens ſignificat corpus Chriſti, dum fuit in ſepulchro.

De hoc no. ſ. eo. comperimus. Corporis Chriſti partes quid ſignent.

a ¶ In calicem. Quia iunctura corporis & Domini cum ſanguine. deſignat vnionē corporis cū anima.
b ¶ Ambulans.] i. deſignat corpus Domini in eo ſtatu, in quo fuit ante paſſionem vel deſignat eccleſiam adhuc militantem.
ADDITIO. Sub quæ dicitur ſpirituale corpus Chriſti infra, ea. diſt. quia paſſus.
c ¶ Finē.] Hodie nō ſeruant, ſed duæ partes ſiccæ comeduntur. Prima ſicca pro animab. ſanctorum ad laudem Dei. Altera ſicca pro illis, qui ſunt in purgatorio. Tertia cū ſanguine, pro illis, qui ſunt in peccato viuentes.
T Ribus gradibus] Hæc eſt 7. pars diſt. in qua dicitur, ꝙ ſacramenta Dominica tractantur a tribus ordinibus. Ioan. de Fann.
CASVS. Oſtendit hic primo a quibus ordinib. ſacramenta conficiātur Euchariſtię. Secundo dicitur, qđ presbyter diaconus, vel ſubdiaconus curare dēt, ut Euchariſtia conficiatur, & ꝙ populo poſſit ſufficere; & quod fragmenta, ſi qua ſuperſint, clerici eccleſiæ cum reuerentia ſumāt: & poſt ſumptionē a cibis omnib. abſtineāt horis in cap. notatis. Tertio dicit, ꝙ fragmenta non debēt dari extraneis: quia Dauid panes propoſitionis ab Abimelech nō accepit, donec mundum ſe eſſe dixit.

cem [a] miſſa, corpus Chriſti, quod iam reſurrexit, monſtrat; pars comeſta, ambulans [b] adhuc ſuper terrā; pars in altari vſque ad miſſæ finem remanens, corpus iacens in ſepulchro: quia vſq; ad finem [c] ſæculi corpora ſanctorum in ſepulchris erunt.

♪ ¶ Oblatæ.] *Antea legebatur*, oblata. *Emendatum eſt & hoc, & alia ex vetuſtis codicibus gloſſa ordinaria, atque ex alijs ſcriptoribus indicatis.*

Item ait Clemens Papa, epiſt. 2.

¶ A quibus ſunt contrectanda ſacramenta Dominica.

Cap. XXIII.

Ordo Romanus fol. 87. Poly. l. 5. tit. 6. Burch. l. 5. c. 11. Iuo p. 2. c. 21. & 54. & 86. Pan. l. 1. c. 149.

7 TRibus gradibus [d] cōmiſſa [e] ſunt ſacramenta [f] diuinorū ſecretorum, i. presbytero, diacono, & miniſtro: qui cum timore, & tremore clericorum, reliquias fragmentorū corporis Dominici cuſtodire debent. *Item ibidem.* ¶ Tanta in altario certe holocauſta offerantur, quanta populo ſufficere debeant. Quod ſi remanſerint, in craſtinum non reſeruentur, [g] ſed cum timore, & tremore, clericorum diligentia conſumantur. Qui autē reſidua corporis Domini, quæ in ſacrario relicta ſunt, conſumunt: non ſtatim ad communes accipiendos cibos cōueniant, ne putent [h] ſanctæ portioni miſcere † [i] cibum; qui per aqualiculos [k] digeſtus in ſeceſſum funditur. Si igitur mane Dominica portio editur, vſq; ad ſextam ieiunent miniſtri, qui eam conſumpſerunt, & ſi tertia, uel quarta hora acceperint, ieiunent vſq; ad veſperā. Sic ſecreta ſanctificatione, ęterna cuſtodienda ſunt ſacramenta. *& infra.* ¶ Præcipimus ét, ne vnquam extero † clerico [l] eccleſia, ſiue laico de fragmentis oblationū Chriſti ponatur ad mēſam. Vnde ſcis tu, qui paſſim ſanctuarij † panes indignis impēdis, vnde noſti, ſi a mulierib. mundi ſunt hi, quib impēdis? Hinc & Dauid ab Abimelech ſacerdote interrogatus, cū panē ſibi ad comedendum poſceret, ſi mundus eſſet a muliere, cum ſe mundum ante triduum profiteretur, panes propoſitionis manducauit.

Item Iſidorus libro 1. de ſummo bono, cap. 24.

† al. cummiſtori.

† excommunicati] C. 8. orig.

† al ſacrarij.

¶ Inficiuntur, non mundantur ſceleroſi, qui communicare non deſinunt. Cap. XXIV.

inf. diſ. 4. qui in æternis. §. qui ſcelerate.

8 QVi ſcelerate viuunt in eccleſia, & cōicare non

Species ſacrales an deſcendant in ſtomachū.
a De hoc no. ſ. eo. in illo. ibi uides.

tur, non enim in ſtomachū deſcendunt: quare per ſeceſſum non emittuntur; licet enim ex ipſis aliquis reficiatur, non tñ incorporantur: nec in ſtomachum deſcendunt: nec per ſeceſſum emittuntur interdicto. n. odore recreatur a homo: qui tñ nec in ſtomachum, nec in ſeceſſum

a Tribus gradibus.] ideſt miniſtris trium graduum.
e ¶ Commiſſa.] ideſt, tractanda.
f ¶ Sacramenta.] ideſt, corpus, & ſanguis, quæ ſunt ſacramenta vnitatis eccleſiæ, ſic inf. ead. quia paſſus. corpus enim Chriſti & ſacramentum eſt & res ſacramēti, ut ſup. ea. in ſumma. inf. ea. hoc eſt quod dicimus.
g ¶ Reſeruentur.] inf. ead. diſt. presbyter Euchariſtiā. contra extra de offic. archipreſ. officium. contra. ſed ibi jubetur reſeruari ad opus morientium: hic prohibetur reſeruari ad opus conſecrantium.
h ¶ Putent.] Simplices, vel ipſi presbyteri.
i ¶ Miſcere.] Sed nec ſpecies illæ alijs cibis permiſceſſum dirigit. Dici pōt ꝙ ſpecies bene deſcendunt in ſtomachum: nam aliter quomodo euomerentur? inf. ea. ſi quis per ebrietatē, vnde forte per ſudorē emittitur de corpore. certum eſt, ꝙ ſpecies quam cito dentibus terūtur, * tam cito in cœlum rapitur corpus Chriſti.
k ¶ Per aqualiculos.] i. occultos meatus. Vnde Perſius:

Pinguis aqua aliculus propenſo ſe ſquipede extar.

l ¶ Clerico.] Alienæ iuriſdictionis. & ſic nō eſt cōtra. inf. ea. non prohibeat. ibi de occulto. hic de manifeſto.
QVi ſcelerate.] Hæc eſt octaua pars diſt. in qua probat magiſter, quod cum magna veneratione debemus ſumere corpus Chriſti: & hoc probat per tria cap. Io. de Fann.

3 Qđ no. ſ. eo. ſpecies. &c. nō ſta. ibi uideas.
* Manet corpus quādiu ſpecies manent, quæ deſcendunt.

CA-

Digitized by Google

CASVS. Quidam in scelere permanentes sumunt corpus Domini credentes sibi proficere ad salutem, sed probatur hic auctoritate prophetæ, & Apostoli, quod hoc facere non debent, quia non ideo mandantur.

a ¶ Quod dilectus.] Ironice dicit.

b ¶ Probet.

desinunt, putantes se tali communione mandari, discant nil ad emundationem sibi proficere, dicente propheta, [Quid est, quod dilectus[a] meus fecit in domo mea scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas?] & Apostolus, [Probet[b], inquit, seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat.]

Item ex octaua synodo, Basilius episcopus dixit.

¶ *Hoc Basilij caput est ex versione Ruffini c. 70. quibusdam tamen omissis. Ex hac autem citatione, quam nunc affert Gratianus, & alijs eiusdem locis, ut alibi dictū est, uidetur posse colligi regulas illas B. Basilij post octauā synodū in codice, quo Gratianus usus est, fuisse collocatas.*

¶ Damnationem, non salutem acquirunt, qui indigne sacramentis Christi communicant. C. XXV.

TImorem[c] docet [d] nos Apostolus dicēs, [Qui manducat, & bibit indigne, iudiciū sibi māducat, & bibit.] Fidē vero edocet nos sermo Domini dicens, [Hoc est corpus[e] meū, qđ pro vobis dabitur. Hoc facite in meā commemorationem. *& infra.* ¶ Et Apostolus[f] de vnigenito Dei filio, & [Humiliauit semetipsum factus obediēs vsq; ad mortem, mortem autem crucis.] Cum ergo anima fidem habet his dictis, & considerat magnificentiam gloriæ ipsius, & admiratur nimietatē humilitatis, quomodo tantus, ac talis obediens fuit patri vsque ad mortem pro nostra vita, puto,[h] quia prouocari possit ad affectum, & dilectionem ipsius, & Dei patris, qui vnico filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit [i] illum. *& infra.* ¶ Talem ergo affectum, & fidem præparare debet in animo suo is, qui panem, & calicem Domini percipit.

Item Augustinus in lib. quæstionū Numerorum, q. 30.

¶ Non a quo, sed ante quem offeratur, considerandum est. C. XXVI.

ET dixit Dominus ad Moysem, & ad Eleazarum filium Aaron sacerdotem; Tollite thuribula ærea e medio exustorum, & ignem alienum [k] hunc semina-

Ex Basilij regulis breuioribus, c. 172.

Num. 16.

Luc. 11. Philip. 2.

Rom. 8.

8. Cor. 11.

8. Cor. 11.

Hier. 11.

1. Cor. 11.

in stomachū, & nutrimentū. S. Tho. par. 3. q. 77. art. 5. & 6. in corp. nec propria rapitur in cælum, unde nunquā discedit est. n. immobiliter in hoc sacramento. S. Tho. q. 7. art. 6. in corp.

1 De hoc mē bro videas quod leg. & no. sup. 8. cū omne.

quæ ipse fecit, quod fieri debet, supra ea scriptura. Hic oportet q̄ magis operē fides, q̄ rō differēdi, quia fides non hēt meritum, &c. ī. de pē. d. 4. in domo. Ad hoc dico, q̄ ea via data est ipsis uerbis, q̄ ad eorū prolationē fiat trāsubstantiatio. inf. ea. c. accipite. Itē ideo sacerdos ea non pfert significatiue, * qa nō posset ea uere proferre. mentiretur enim si diceret, hoc est corpus meū. Itē quid si quis proferret uerba hæc post mortē Christi ante resurrectionē? cōficeret ne? vī q̄ non, qa corpus Christi tunc erat mortuū & inanimatū. ergo sitram substantiatio tūc fieret, tunc transiret in corpus mortuum & inanimatum & sic inutiliter sumeret. qūo enim uiuificaret, vel uitam conferret aliqđ corpus mortuū? Respō. nemo potuit ante resurrectionem cōficere verū corpus Christi, nisi Christ⁹. sic ergo data est forma ut post resurrectionē hoc fieret, per illud, hoc facite in meam cōmemoratione. ideo n. nō cantat missa in illo triduo & intelligo p synecdochē. De hoc 75. di. quod a patribus.

* Idest non ex persona sua, sed ex p̄sona Christi.

* *In illo trīduo corpus Domini erat sine anima, non tamen distinctum a persona verbi, & ideo viuificare potuisset. S. Tho par. 3. q. 76 art. 1. ad 1.*

f ¶ Apostolus.] Hic probat q̄ communicando dilectionem debemus habere.

g ¶ Filio.] Scilicet Christo.

h ¶ Puto.] Quia tenemur hos diligere, q̄ nos diligunt, ut extra de testa. cum in officijs. immo nec solū sufficit diligere diligentes se, immo inimicos. 23. q. 3. sex sunt differentiæ. historiam habes. 1. q. 1. si quis inquit.

Apostoli uerum potuisse conficere in triduo. Inimici sunt diligendi.

i ¶ Tradidit.] Quoad sufficientiam, non quoad efficientiam. sup. de pœn. d. 4. §. sic itaque peccata.

ET dixit.] CASVS. Ad euidentiam huius c. lege primo historiā, quā habes, ī. 1. q. 1. super c. si quis inquit. quæ sic incipit, Legitur in lib. Nume. quæ similiter tangitur hic, & hoc primo. Secundo exponit Aug. verba illa, & dicit q̄ thuribula dīr sanctificata in pœna eorū, qui peccauerāt. & ostēdit iō Dōm præcepisse, vt thuribula combustorum in laminas ducerentur & altari circumponerentī, qa Dño quāuis ab impijs erant oblata, & vt esset posteris in exēplū, & in memoriā pœnę istorū.

Ignis alienus quis dicebat.

k ¶ Ignem alienum.] Omnis ignis alienus dicebatur ad sacrificandum præter illum, qui cælitus octauo die de

b ¶ Probet.] idest, examinet, uel purget, idest. purgatum se vel probatum reddat. 8. q. 1. in scripturis.

TImorē.] CASVS. Bene. sic ponit hunc casum. Quando ad altaris sacramenta accedimus, timere debemus quod dicit Apostolus. Qui manducat, & bibit. &c. & credere quod dicit Christus, hoc est corpus meum, & considerare, quod Dei filius in tantum se se humiliauit, quod patri obediēs fuit pro nobis usque ad mortem, & Deus pater unico filio non pepercit, sed eum pati pro nobis voluit, & sic potest vnus Dei patris dilectionem habere, & corpus Christi accipere.

Corpus Christi suscipere volens tria dēt habere.

c ¶ Timorem.] Scilicet Domini.

d ¶ Docet.] Hæc tria debet habere, qui vult accipere corpus Christi, timorem filialem, fidem, & dilectionem.

Hoc est .n. &c. quid demonstrat ly. hoc.

e ¶ Corpus.] Solet quæri, quid demōstretur per hoc pronomen, hoc: aut panis, aut corpus Christi. panis. non, quia ille non est corpus Christi. Itē nec corpus, quia nō videtur, q̄ ante totius formæ prolationem fiat transub-

Digitized by Google

de cœlo erecti tabernaculi miſſus eſt.1.q.1.ſicut.

a ¶ Seminate] .i.diſpergite huc & illuc, ut inueniatis thuribula.

b ¶ Quia ſanctificauerunt.].i.pœna eis illata pro peccatis fuit exemplum aliis,ne ſimilem pœnam incurrant, & ita ſanctificauerũt ea quo ad exemplũ H.ideſt. pœnas peccatorũ ſuorũ in exemplum aliis ſtatuerũt ſanctificationis, offerendo thuribula. 7.q.1.denique. C.

c ¶ In].i. contra.

d ¶ Sanctificata sũt.] cõtra 3.14.q.5. ſcriptũ. Abominabiles dñt victimæ impiorum, non quia bona ſit omnis creatura, & a Deo dilecta; qa ſcriptum eſt: Nihil odiſti eorum quæ feciſti. 1 ſed quantum ad offerentes: qa prava intentione offerũt, exemplo Cain. Quod aũt dicit, munera ab offerẽte placuerũt,&c. in eo nõ reprobantur munera,ſed potius offerẽtium merita conſtituendo eum uita dignum munera ergo oblata nõ reprobat, ſed praua opera offerentium 90.d. neqi ad Cain.

e ¶ In ſignũ.] Cõtra 15. q. 1. mulier. ſed nõ eſt 5. nam & hic & ibi, qui deliquerũt,puniti ſunt, ſed thuribula nõ peccauerunt, nec cum eis peccatũ eſt, ſicut cũ pecude peccat mulier. ſeruat ergo hic ut fiat in ſignum pœnæ illatę & pecus occidi iubetur,ne cum eo alia peccet: præterea pecus non poſſet duci in aliã formam ſicut thuribula,immo & ſi ſubtiliter inſpicias, & thuribula deſtruuntur,cum formã amittant.ar.ff.ad exh. Iul. ſcribit.§.ſed ſi quis. 10.q.2.hoc ius.H.ibi, uel conflata.

f ¶ Reprobari].ſ.tantum.

g ¶ Quod a talibus.] Arg. quod priuilegium conceſſum ab Apoſtolico hæretico ualeat,quod falſum eſt ſupr.21. q.2.alienationes.contra.32.q.5.præceptum contra 7.q. 1.factus eſt.argu. quod hæreticus prælatus acquirit eccleſiæ,cui præeſt.2. Dic, ultimum verum eſt,prima ſuperficialia. uel priuilegium pro ſe non ualet, ſ.ab hæretico impetratum.

h ¶ De ſanguine].i.de ſacramento ſanguinis.ſanguis.a. Chriſti a corpore Chriſti ſeparari non ualet, ergo nec ſtillare nec fluere poteſt.

i ¶ In terram.].i.in tabulam terræ adhærentem,ut patet per c. ſequens. Sed nunquid ſacramento cadente cecidit ibi corpus & ſanguis? Dic quod ſic, & tamdiu credas ibi

† *ſemine*] orig.

te a †ibi,quia ſanctificauerunt b thuribula peccatorũ horum in c animabus ſuis, & fac ea laminas ductiles,circũpoſitionem altari, quoniam oblata ſunt ante dominũ, & ſanctificata ſunt,d & facta ſunt in ſignũ e filijs Iſrael.] Sed notandum nouo modo dicta ſanctificata pœna eorũ a quibus peccatum hoc fuerat perpetratum,quia per eos exemplum datum eſt cæteris, quo timerent.Circumpoſitionem autem altari cur ex eis fieri uoluit,addidit dicẽs, (quoniã oblata ſunt ante dominum, & ſanctificata facta ſunt in ſignum filijs Iſrael.) Noe ergo in eis reprobari f voluit,qa talibus g oblata ſunt: ſed hoc potius attendi, ante quem oblata ſint,i. quia ante dominũ,ut plus in eis ualeret nomen domini,ante quẽ oblata ſunt,quam peſſimum meritum eorum,a quibus oblata ſunt.

Omittuntur aliquæ uerba.

Victimæ impiorum abominabiles dicuntur.

1 De hoc ẽt habetur 24. q.4.ſane profertur.

Pecus occidi iubetur cum quo peccauit mulier.

a ¶ In manibus ſuis) *Apud B. Auguſtinum legitur*, in manibus ſuis,*ſed apud ſeptuaginta,quos ille ſequi ſolet,eſt* ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν.

Item ex decreto Papæ Pij.

¶ Pœnitentia eis, cuius negligentia de Chriſti ſanguine aliquid ſtillat. C. XXVII.

Poly.l.3.tit.16. Burch.l.5.c.47. Iuo p.2.c.56. Pann.l.1.c.156.

9 SI per negligentiam aliquid de ſanguine h †domini ſtillauerit in terrã; i lingua lambetur,& tabula radetur.Si non fuerit tabula,ut non conculcetur,locus corradetur,& igne conſumetur, & cinis intra altare recõdetur,& ſacerdos quadraginta diebus pæniteat. k Si ſuper altare ſtillauerit calix,ſorbeat miniſter ſtillam, & tribus diebus pęniteat.Si ſuper linteũ altaris, & ad aliud l ſtilla peruenerit, quatuor diebus pęniteat.Si vſq; ad tertiũ, nouem diebus pęniteat.Si vſq; ad quartum, viginti diebus pęniteat, & linteamina, quæ tetigerit ſtilla, tribus vicibus miniſter abluat, calice ſuppoſito, & aqua ablutionis ſumatur, m & iuxta altare recondatur.

† *d.calice.*

Item ex pœnitentiali Bedæ presbyteri, c.de ebrietate.

2 De hoc nota. ext.de ſchiſ. 1.in gl.quia dum. & de ele. nihil in gl. In duob. &c.Sacramẽto cadente, an cadat corpus Chriſti.

ibi eſſe corpus, & ſanguinem quamdiu apparuerint ibi accidentia:cum uero propter raſuram non apparuerint, dicit ibi non eſſe. Sed nunquid humor cadit in terram? Non.Sed obijcitur, cum ſola accidentia maneant ibi, & accidentia non habent pondus, quia ſolum corpus habet pondus,qualiter ergo dicuntur accidentia cadere,cũ non habent pondus? Sed dic quod ponderoſitas adhuc manet,cum accidentibus aliis, & tamẽ nihil eſt ibi ponderoſum. Item ſecundum H. & Baz accidentia reddunt locum humidum & rubeum.extra de celeb. miſſa. cum Marthæ.§.præterea.

ADDITIO. In omnibus his cedit natura miraculo, & uirtus ſupra conſuetudinem operatur.ext.de celeb.miſſa.cum Marthę.

k ¶ Pœniteat.]Hæc pęnitentia erit,ut tot dieb⁹ ieiunet, & tot diebus abſtineat a ſacramentorũ communione, ut 45.d.c.2.

l ¶ Aliud].i.linteum,ſed per temeritatem ſumentis. turpe] in calicem cadat,non teneos accipere. Hie. & R.

m ¶ Sumatur.] ideſt, recipiatur in calice, & ita ſi quid

] Vt muſca vel aranea. Io.de Fant.

Si

Digitized by Google

a SI per ebrietatem.] ¶ Eucharistiã.] Id est sacramẽtum Eucharistię.i.corpus Christi;quod est species panis. I.inf.ea.non est iste panis.

b ¶ Pœniteat.] Hoc ad cautelã positum est.sic 34.q.2. in lectum. Vel quia non debuit sumere cum esset infirmus:

¶ Quæ pœnitentia sit imponenda ei, qui sacramentum euomit. Cap. XXVIII.

SI per ebrietatem, vel voracitatem Eucharistiã [a] euomuerit, quadraginta diebus pœniteat [b] si laicus est; clerici, vel monachi, seu diaconi, & presbyteri septuaginta diebus pœniteant, episcopi xc. † Si pro infirmitatis causa euomuerunt, septem diebus pœniteant.

¶ *Apud Bedã & collectores non nihil varietatis est, potissimum in dierum numero, apud Bedam omnino distinctior est.*

Item ex concilio Rhemensi cap.2.

¶ Sacerdotes non nisi per se diuina sacramenta ministrent. Cap. XXIX.

10 PEruenit ad notitiã nostram, quod quidã presbyteri in tantum parui pendãt diuina mysteria, vt laico, vel fœminæ sacrũ corpus Domini tradant ad deferendum infirmis: & quibus [c] prohibetur, [d] ne sacrarium ingrediantur, nec ad altare appropinquent: illis sancta sanctorum committũtur. Quod quam sit horribile, quãque detestabile, omnium religiosorũ animaduertit prudentia. Igitur interdicit per omnia synodus, ne talis temeraria præsumptio vlterius fiat; sed omnimodis presbyter per semetipsum [e] infirmum communicet. Quod si aliter fecerit gradus sui periculo subiacebit.

Item Clemens Papa.

¶ *Extat caput hoc in synodo Eugenij secundi* [*ex qua etiam citat Anselmus*] *itemque in synodo Leonis quarti, c.33. & in 7.lib.cap.c.278.*

¶ Quando celebratur missa, presbyterium laicus ingredi non præsumat. Cap. XXX.

11 SAcerdotum, aliorumque clericorũ ecclesijs seruiẽtium honores a laicorum loco discrete apparere cõuenit. Quamobrẽ nulli laicorum liceat in eo loco, vbi sacerdotes, & reliqui clerici consistunt [quod presbyterium nuncupatur] quando missa [f] celebratur, cõsistere, vt libere, ac honorifice possint sacra officia exercere. †

Item ex concilio Gerundensi, c.1.

¶ Sicut in metropolitana ecclesia, ita vbique missarum solemnia celebrentur. Cap. XXXI.

12 INstitutio missarum, [g] sicut in metropolitana ecclesia agit; ita in Dei nomine in omnibus [a] prouincijs tam ipsius missæ ordo, quam psallendi, † vel ministrandi consuetudo seruetur.

[a] ¶ Omnibus prouincijs, *In concilio ipso legitur*, In Tarraconensi prouincia. *apud Burch. vero & Iuonem*, in omnibus comprouincialibus ecclesijs.

Item Augustinus libro decimo de ciuitate Dei, c.5.

VULGARE M. vt sup. ea. trib. alias infirmitas excusat. arg. sup. dist. 5. ad eius. & dist. 6. testamentum. similis pœnitentia imponitur in alio casu. dist. 30. si quis eorum.

PErtinet.] Hæc est decima pars dist. secundum Io. de Fant.

CASVS. Quidam fatui sacerdotes p laicos vel mulieres corpus Dñi mittebãt infirmis: qđ prohiberetur hic ne fiat: sed ipsimet porrigant. qui si contra fecerint, deponantur.

e ¶ Per semetipsum] vel per diaconum, si necesse est, vt 93. di. præsente. vel per laicum catholicum. 24. q. 1. cœpit.

SAcerdotũ.] Hæc est 11. pars di. secundum Io. de Fant. CASVS. Dicitur hic, qꝙ cũ celebratur missa, sacerdotes & clerici debent esse a laicis separati, vt libere possint sacra officia celebrare. Sequẽs c. patet.

f ¶ Missa.] Ex quo p contrariũ colligitur, qꝙ alio tempore posset ingredi presbyterium. 22. di. hospitiolum.

g INstitutio missarũ.] Hæc est duodecima pars dist. Io. de Fan. Ostendit quod missa non debet celebrari aliter, quam in metropolitana ecclesia. 2 Solet q̃ri quare instituta fuerũt sacramẽta ecclesiastica, cum absque eisdem Deus posset humano generi vitã æternã gratis donare? Resp. tribus de causis: ꝓpter humilitatem, eruditionem, & exercitationem. Propter humilitatem, vt dũ homo ex Dei præcepto se reb. sensibilib. seu inferioribus reuerẽter subijcit, ex hac obedięntia apud Deũ magis meretur, 2. q. 6. qui se scit. Propter eruditionẽ, vt ꝙ id qđ vẽ foris in specie visibili, ad huiusmodi visibilem veritatem, quæ intus est agnoscendã mens eruditur, inf. ea. quia corpus vers. fidei. Propter exercitationem: quia cum homo otiosus esse non debeat.

y Ita sentit Hug. & ideo volũt isti dicere, ꝙ corpus Christi nõ intrat vẽtrem: quod falsum est, cã species intret. quãdiu enim species manent Christus integre latet sub eis & hoc probãt in hoc, quia istud c. quod allegãt, non est iste, non ob. quia pro tanto dr, ꝙ iste non est panis, quia non intrat i corpus sicut cib. materialis, ut ipsum nutriat, intrat tñ, & est ibi sub specie sacramentali: & sic potest euomi, & hic dicitur secũdum P.

Burch. l. 6. c. 46. Iuo p. 2. p. 55. Pann. l. 1. c. 155.

† al. ex.

Burch. l. 5. c. 30. Iuo p. 2. c. 39. Pann. l. 1. c. 154.

Concor. 6. syn. c. 69. Turonicum 2. ca. 4. extra de vita, & hone. cler. cap. 1. Aust. l. 5. c. 78.

† al. exerceri.] al. celebrari.

sup. dist. 12. c. 13. Burc. l. 3. c. 66. Iuo p. 3. c. 68.

† al. psallendo, vel ministrando.

1 Ad hoc Ea. dist. 1. altaria. & sup. d. 11. de his. Sacramenta triplici ratione fuerunt instituta.

a Sed per ebrietatem vel gulam euomuit, non tamen ex infirmitate, sed ex ebrietate vel gula, ff. ad leg. Aquil. idem iuris. ¶. 1. & ita fuit in culpa, & tenetur ad emendationem. Vel ꝙ non debuit statim comedere cibum sumptum: & ita fuit in culpa, ff. ad leg. Aquil. idem iuris. ¶. 1. & ita fuit in culpa, & tenetur ad emendationem. Vel ꝙ non debuit statim comedere cibum sumptum

Digitized by Google

debeat, proponitur ei vtilis & salubris exercitatio in sacramentis, vt vanam & noxiam declinet occupationē, iuxta illud, Semper aliquid facit, &c. inf. dist nunquam. Hug. & alibi, otiositas & voluptas, &c. extra de renunc. nisi cum pridem. §. verum.

¶Quid sit sacrificium, quid sacramentum. C. XXXII.

13 SAcrificium [a] visibile, inuisibile [b] est sacrāmentū, ideſt, sacrum [c] signum. [d] *Item alibi.*

¶Sacramentum β [c] est inuisibilis gratiæ visibilis forma.

Sent. 4. dist. 1. & 8. Lanfrancus contra Berengarium. Epist. 166. Algerus l. 1. c. 4. Iuo p. 2. c. 8. Pann. l. 1. c. 130.

α ¶Sacrificiū.] *In originali, & apud Lanfr. & Iuonem est*, Sacrificiū ergo visibile inuisibilis sacrificii sacramentum, i. sacrum signū est, *sed ob gloſſam non est mutatum.*

β ¶Sacramentum.] *In libro de catechizandis rudibus, c. 26. hæc leguntur* De sacramento sane, quod accepit, cum ei bene cōmendatum fuerit, signacula quidem rerum diuinarum esse visibilia. sed res ipsas inuisibiles in eis honorari. *In epist. autem, 166. hæc.* Si autem malus est, operatur per illum Deus visibilem sacramenti formam ipse autem donat inuisibilem gratiam. *Ex quibus locis videtur colligi potuisse vulgata ista sacramenti definitio.*

Idem lib. 2. de doctrina Christiana, cap. 1.

¶Quid sit signum. Cap. XXXIII.

SIgnum est [f] res præter speciem, quā ingerit sensibus, aliud aliqd ex se [g] facies ex se in cognitionē venire.

Lanfr. ibidem. Algerus l. 1. c. 4. Iuo p. 2. c. 8. Pann. l. 1. c. 131. † al. cognitionem.

Item Gregorius Papa in homilia Paschali ait.

¶ Iuo citat ex Lanfranco, apud quē habetur continenter post verba Gregorij allata ex homilia Paschali: quemadmodum & multa alia sequentia, quæ a Gratiano ex aliis auctoribus citantur, apud eundem Lanfrancum, & Algerum extant, & interdum copiosius, quam apud Iuonem, & Gratianum.

¶Post consecrationem non substantia, sed species remanet. Cap. XXXIIII.

SPecies, [h] & similitudo [i] illarum rerū vocabula [k] sunt, [l] quæ ante fuerunt, scilicet panis & vini. Vnde in fine cuiusdam missæ [m] oratur, & dicitur; [Perficiant in nobis

Lanfr. ibidem. Guitmundus l. 2. Iuo p. 2. c. 9. Pann. l. 1. c. 132. In Sab. 4. temp. Septemb.

Cōsecratione facta substātia panis non est.

non sint. scriptura. n. speciem panis panem, & speciem uini uinum, & corpus Domini panem, & sanguinem & uinum & calicem consueuit appellare propter speciem panis & uini, ut ibi: Probet se homo. & sic de pane, &c. ut inf. ea. quia passus & ibi, Ego sum panis uiuus, &c. de pœn. dist. 2. §. cum igitur. ver. item Dominus.

] ¶Sunt.] ideſt, retinent: & ita uox interitu rei non amittit significationem, licet res pereat. Et hic est argu. contra eos, qui dicunt substantiam panis & uini esse post consecrationem, quia non conuertuntur in corpus Christi, ut dicunt. Sed contra eos est. inf. ea. nos autem. & ea. panis, sed exponunt, quia antea fuerunt: sola, sed modo non sunt sola, quia ibi iam latet corpus Christi. Alij dicunt, quod desinit ibi esse panis & uinum; sed differunt. Nam quidam dicunt ipsa mutari & conuerti in corpus Christi, alij in nihilum redigi, uel in primordialem materiam resolui. Istis utrique obijciatur forma, sapore, colore & alijs accidentibus, in quo subiecto sunt? & eorum quidam dicunt, quod in aere. Alij esse sine subiecto miraculose. nam cedit natura miraculo. extra de celebrat. missa. cum Marthæ. §. 1.

m ¶Missæ.] Eius scilicet, quæ celebratur in sabbato quatuor temporum Septembris.

a ¶ Sa-

a ¶Sacrificiū.] scilicet species panis & uini: quæ dicitur sacrificium, quia sacrificatur.

b ¶Inuisibile.] i. signū inuisibile corpus Christi, qđ est sacramētum ecclesiæ. 1. q. 1. multi. Ex rubrica apparet sic legendā esse literā, ut inter hæc duo distinguatur, scilicet corporis Christi.

c ¶Sacrum.] ideſt, quod Deo offertur.

d ¶Signum.] ideſt, signum rei inuisibilis, uel signum rei sacræ inuisibilis.

e ¶Sacramentū est.] nō est diffinitio generalis. Nam corpus Christi nobis inuisibile est sacramentum ecclesiæ, & ita non est visibilis forma, potest tamen dici, qđ sit generalis, quia corpus visibile est his saltem, qui cum eo sunt, etsi non nobis. Vel ordina literam sic, ita qđ non agatur de diffinitione; visibilis forma est sacramentum inuisibilis gratiæ.

SIgnum est.] CASVS. Intellectus huius c. patet ex constructione, sic ergo construe. Signum est res faciens aliquid aliud ex se in cognitionem venire præter speciem, quam ingerit sensibus, scilicet corporis. & dicitur signum de sui natura, uel aliqua institutione.

f ¶Signum est.] ideſt, species panis & uini est aliud præter id quod uidetur, & aliud aliquid ostendit & innuit: sicut circulus uinum uenale.

g ¶Ex se.] ideſt, forma & compositione sui non panis sit ex granis puris: sic intelligitur corpus Christi ex membris suis.

SPecies.] CASVS. Ben. sic ponit hunc casum, illud qđ dicit in quadam oratione, perficiant in nobis Domine, &c. exponit hoc dupliciter, ut sic postulet sacerdos, ut corpus Christi, qui sub specie panis & uini tractat, sicut est nobis manifestum, ita in futuro videatur: qua uisione promittit Christus diligentibus se. Vel ut in nobis sacramentum suum impleat cum effectu, scilicet

Google

a ¶ Sacerdos.] Arg. quod aliquis ante Greg. orationes fecit in missa. aliter enim non exponeret ipsum, nec diceret, quamuis, &c.

QVia.] Hæc est decimaquarta pars dist. in qua quæritur, quare Deus nobis dedit corpus & sanguinẽ suum,

bis, quęsumus Domine, tua sacramenta, quod continent vt quod † nunc specie gerimus, rerũ veritate capiamus] Postulat quippe sacerdos, [a] vt corpus Christi, qꝑ sub specie panis & vini nunc geritur, manifesta visione, sicut reuera est, qñque capiatur. De qua visione Dominus in Euangelio secundum Ioannem ait, [Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.) Quamuis non improbabiliter quidã exponant hoc loco, carnis & sanguinis veritatem, ipsam eorundem efficientiam, idest, peccatorum remissionẽ.

† al. qua.

Ioan. 14.

Item Eusebius Emissenus.

Inter opera B. Hier. tom. 9. al. 4. in ser. de cur. & sang. Domini.

¶Visibiles creaturę in Christi corpus, & sanguinem inuisibiliter conuertuntur. C. XXXV.

14 QVia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris, & sideribus illaturus, necessariũ [b] erat vt die cęnæ sacramentum [c] nobis corporis, & sanguinis sui consecraret, [d] vt coleretur [e] iugiter per mysteriũ, [f] quod semel offerebatur in pretium, [g] vt quia quotidiana, & indefessa [h] currebat [i] pro hominũ salute redemptio, [k] perpetua esset etiam redemptionis [l] oblatio, [m] & perennis [n] victima illa viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia vere vnica, & perfecta hostia fide æstimanda, non specie, nec exteriori censenda visu, sed interiori affectu. Vnde merito cęlestis confirmat auctoritas, quia (caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.) ¶ Accedat ergo omne infidelitatis ambiguum, quando quidẽ, qui auctor est muneris, [o] ipse etiã testis est veritatis, Nã inuisibilis ¶ sacerdos visibiles creaturas in substãtiam corporis & sanguinis sui verbo suo secreta potestate conuertit, ita dicens, (Accipite, & comedite, hoc est enim corpus meũ.) & sanctificatione [p] repetita, (Accipite, & bibite, hic est sanguis meus.) Erroris sui, & dicitur, qꝑ ideo vt esset in nobis naturaliter per memoriã, & apud patrẽ intercederet ꝓ nobis. Ideo tradidit corpus suũ ad perpetuã rei memoriam Iude Fan. CASVS. Bene. sic exponis hunc casum, quia Christus in carne assumpta non erat mansurus nobiscum, sed ascensurus in cęlum, ideo in die cœnæ instituit sacramentũ Eucharistiæ, vt ille, qui semel est oblatus pro nostra redemptione, in memoriam passionis suæ quotidie in sacramento offeratur, in quo sacramento ipse, qui cęlum & terram sua potestate creauit verbo suo, secreta virtute panem & vinum in corpus sanum conuertit, quod a sensu corporeo non percipitur, sed fide & intellectu comprehẽditur, sicut ille qui per baptismũ mutatur de malo in bonum H. uere sic ponit hunc casum. Primo ostendit quare in cœna sacramentum altaris instituit, scilicet corpus suum, quod ab oculis hominum erat ablaturus in cęlum, semper erat mansurum nobiscum in sacramento propter remissionem peccatorum, & propter commemorationẽ nostræ redẽptionis per ipsum factæ in cruce. Secundo cõmendat hoc sacramẽtum. & dicit non esse æstimandum Fan. speciem, quia videtur ibi esse modicum panis, & modicum vini, sed secãdum fidem in qua credimus corpus, & verũ sanguinẽ Christi ibi esse, & hoc probat testimonio Iesu Christi dicentis & testificantis: Caro mea vere est cibus. &c. Itẽ. Accipite & comedite, hoc est corpus meum. &c. Tertio, quia ipse panem & vinum in corpus, & sanguinem suũ conuertit ea potentia, qua ex nihilo creauit vniuersa. Tertio ostẽdit. quod licet corporeis oculis nulla videatur in illo sacramẽto facta conuersio, vel commutatio, tamen mente & fide credẽdum est ita esse quod ostẽdit tali similitudine. Ecce iste est malus, ẽ paganus, ẽ filius diaboli, compungitur. baptizatur, efficitur bonus, & filius Dei. ecce qualiter iste diuina potentia inuisibiliter est cõuersus, & mutatus de malo in bonũ, de pagano in Christianum, de filio diaboli in filiũ Christi. sed ecclesiæ extrinsecus nulla videtur facta mutatio, sed intrinsecus facta est. & ita creditur, sic & I isto sacramẽto extrinsecus nulla videtur facta mutatio, immo videt ibi purus panis & purũ vinũ sicut ante: sed pla fide debemus credere ita esse, scilicet ibi esse verũ corpus & verum sanguinẽ Christi, & reuerentiam debitam impẽdere Deo.

Sent. 4. dist. 4. Alge. l. 1. c. 13. & 16. Iuo p. 2. c. 4.

Ioan. 6.

Sent. 4. dist. 10. Pan. l. 1. c. 129. Pasch. in epistol. ad Frandegardum ex Euseb. Emi.

¶ al. visibilis.

a ¶ Vel die currebat. i. orabatur, iuxta illud Roma. i. currere, s. operari. & non est currẽtis sed Dei miserentis. uel currebat, i. currere debemus, i. ad memoriam reduci *Fm I.* & Hug.

b ¶ Necessarium.] i. utile & congruum. alias necessariũ incuitabilitatis, de pęn. dist. 1. charitas. alias cõmoditas. infra. d. 5. ne tales.

c ¶ Sacramentum.] i. corpus & sanguinem, quod est sacramentum, & res sacramenti.

d ¶ Consecraret.] Supple & instrueret in posterum alijs consecrandum.

e ¶ Vt coleretur.] idest, consecraretur.

f ¶ Per mysterium.] idest, sub uelamine panis & uini. 1. q. 1. multi.

g ¶ In pretium.] .i. redemptionem nostram.

h ¶ Et indefessa.] i. non remissa, & indeficiens.

i ¶ Currebat.] i. festinabat redimere nos per passionẽ. 1. iuxta illud, Exultauit ut gigas, &c.

K ¶ Redemptio.] Facta per Christum in cruce.

l ¶ Redẽptionis.] i. fides passionis, per q̃ redempti sumus. Vel p̃dicatio sacrificij, qꝑ erat nostra redẽptio. Io.

m ¶ Oblatio.] i. corpus & sanguis.

n ¶ Et perennis. Quia post eam non erit alia, extra de celebr. miss. cum Marthæ.

o ¶ Muneris.] i. corporis & sanguinis. uel sacrificij.

p ¶ Et sanctificatione.] i. uerbis sacrificantib. & improprie dr repetita, & dicitur repeti qꝑ hoc uerbum, accipite, quod repetitur, nam nõ repetitur, immo alia est forma. Nota tamen qꝑ quidam dñt, qꝑ totum illud. Hoc est corpus meũ, &c. hic est sanguis meus, &c. est una forma

ma. Sed tu dic q̄ duæ sunt, 1 & q̄ ad prolationē istius. Hoc est corpus, &c. transubstantiatur panis in corpus, & ad prolationem istius. Hic est sanguis, uinum cōuertitur in sanguinem. Sed obijcitur. Nonne ibi ante erat sanguis, ex quo erat ibi corpus? Sic, quia ubicunq; corpus, & sanguis. sed non fuit ibi sanguis prius per transubstantiationem, sed permistionē. ut dixi s. eo. comperimus.

1 Sub. & quę libet forma per se propriam habet entitatem, p̄priā, & completā significationem & naturam p̄priā determinatam, unde & propriam operationem per se. Arch. Panis conuertitur in corpus sed non fit corpus.

a ¶ Conuertuntur.] Bene dicit, conuertūtur, uel transubstantiantur, ut alij, transeunt uel transeant, sed nō fiūt nec incipiūt, nihil. n. fit uel incipit esse corpus Christi, pōt tamen concedi, qđ de pane conficiatur uel fiat corpus Christi, sicut de aqua fit chrystallus, non tñ est chrystallus, sed securius nō cōceditur hoc, & ubicūque inuenitur panis uel de pane fit uel cōficitur corpus Christi, sic intelligatur. i. transit in corpus Christi, ut inf. ea. panis. Vel expositione sic. i. sub specie panis, uel latere, uel icipit esse uel latere corpus Chī, ubi ante cōsecrationem non erat. si. n. panis corp⁹ Christi fieret, singulis diebus ei adderetur aliquid qđ prius non erat, & sic semper augmentaretur. Item qualiter uniretur diuinitate iste panis & ille; Itē si panis ē corpus Christi, ergo aliquid, quod non est natū de Virgine, & sic aliquid inanimatū est corpus Christi, ergo est animatum & inanimatū, ergo non solum de Virgine habuit originem. Non intelligas ergo, quod aliquod augmentum sumat ex tali cōuersione. nec eo modo quo cibus conuertitur in carnem, sed est ibi corruptio, idest, definit ibi esse substantia panis, & uini, nulla tamen generatio, unde non potest dici, quod fit ibi uera transubstantiatio quantum ad hoc ut noua essentia ibi generetur.

go sicut ad nutum præcipientis Dñi repente ex nihilo subsiterūt excelsa cęlorum, profunda fluctuū, valta terrarum, ita pari potestate in spiritualib. sacramentis vbi præcepit a virtus, seruit effectus. Quanta itaque, & quā celebrāda beneficia vis diuinę benedictionis operetur, attende, & vt † tibi nouum, & impossibile uideri nō debeat, quod in Christi substātiam terrena, & mortalia cō uertuntur, [a] teipsum qui iam in Christō es regnaturus, interroga. Dudum alienus a vita peregrinus a misericordia, a salutis via intrinsecus mortuus exulabas subito initiatus Christi legib. & salutarib. mysterijs innouatus, in corpus ecclesiæ nō videndo, sed credendo trāsiluisti, & de filio p̄ditionis adoptiuus [b] Dei filius fieri occulta puritate meruisti, [c] in mensura visibili p̄manens, maior factus es teipso inuisibiliter, sine quantitatis augmēto cū ipse atq; idem esses, multo alter † fidei processib. exti tisti, in exteriori nihil additum est, & solum in interiori mutatū est, ac si homo Christi filius effectus, & Christus in hois mēte formatus est. Sicut ergo sine corporali sensu, præterita vtilitate depositā, subito nouam indutus es dignitatem, & sicut hoc, † qđ in te Deus læsa [d] curauit, infecta diluit, immaculata † [e] detersit, nec sunt oculis nec † sensibus tuis credita, [f] ita cū reuerēdum altare cę lestibus cibis satiandus ascēdis, sacrum Dei tui corpus, & sanguinē fide respice, honora, mirare, mēte continge, cordis manu suscipe, & maxime haustu iteriore assume.

† al. quamdi.

† al. aliter.

† ad hac, qua.

† maculata.] uera lectio.

a ¶ Vbi præcipit.] *Sic apud Iuonem, & in Pannormia. Apud Paschasiū legitur*, vbi præcipit virtus rei seruit, effectus, & *fortasse loco dictionis*, vbi, *legendum est*, verbi. *In vetustiore editione homilia est*, verbis præbet virtus, & rei seruit effectus. *in recentiore autem*, verbo præbetur virtus, & rei seruit effectus. *Multa uero alijs locis sunt partim ex originali, partim ex Iuone emendata.*

Item Augustinus.

¶ *Beda ad ca. 10. prima ad Corinthios citat ex sermone de sacramentis fidelium feria 2. Paschæ, neque multo aliter Iuo.*

inf. ea. commēdauit Beda 1. Cor. 10. Alg. l. 1. c. 3. & alibi. Iuo p. 2. c. 1.

¶ Quare in specie panis & uini sacramentum suum Christus nobis miniſtrauit. C. XXXVI.

QVia pas-

2 vt infra di. 4. firmissime. Christus nō est filius adoptiuus Dei.

b ¶ Adoptiuus.] Quia filij iræ fueramus, a facti sumus filij Dei, de pæn. distin. 4. §. hanc societatem. uer. & filij. Christus autem nullo modo filius Dei adoptiuus dicitur, quia non potest dici de filio Dei, qđ ex non filio factus sit filius eius.

c ¶ Meruisti.] idest, obtinuisti, quasi tanquam emeritus per merita misericordiam a Deo gratis consecutus fuisti. ut enim ait Aug. misericordiæ meritum nullum est, si enim merito cōferatur, iustitia est, non misericordia. Vel meruisti, i. dignus fuisti, ut illud. quia meruisti portare regem, ideſt, digna fuisti inuenta.

d ¶ Læsa.] ideſt, corrupta labe peccatorum. Vel læsa, ideſt, lædenda, scilicet peccato, quia peccata nos miseros faciunt sup. ea. quotidie.

Peccata nos faciunt miseros.

e ¶ Immaculata.] In pro ualde, ideſt, ualde maculata putredine peccatorum.

f ¶ Credita.] Scilicet tria commissa. Thom.

QVia passus est Dominus.] CASVS. H. sic ponit hunc casum. In hoc capit. Augusti. primo ostendit quod in memoriam passionis Christi corpus eius immolatur, & per eius dignam participationem nos efficimur corpus eius spirituale, & qualiter, docet quadam similitudine.

zed by

tudine. Primo naſcitur granum: portatur ad aream, tritu
ratus, in horreo ponitur, poſtea molitur, poſtea aqua cõ
ſpergitur, & ſic fit panis. Ira eſt de nobis, quod ex ipſa
littera facile eſt aſſignare. Secundo oſtendit, quod debe-
remus eſſe vnum, ſicut ille panis eſt unũ ex multis granis
& vi-

retici accipiunt corpus Chriſti, contra ſe accipiunt, cum iſte panis ſignificet vnitatem: & ipſi quærunt diuiſionẽ. In tertia dicitur. ꝙ quicunque baptizatus particeps efficitur corporis Domini, etſi ante decedat, quam de pane illo edat, vel de calice bibat.

ſus [b] eſt Dominus ꝓ nobis, commẽdauit nobis in iſto ſacraméto corpus & ſanguinem ſuum: quod etiam fecit [b] & nos ipſos. [c] Nã & nos ipſius corpus facti ſumus, [d] & per miſericordiã [e] eius, quod accipimus, nos ſumus. Recordamini: & vos nõ fuiſtis, & creati eſtis, ad aream Dominicam comportati eſtis laboribus boum, id eſt, annũciantium Euãgelium, triturati eſtis, quando cathecumeni differebamini; in horreo [f] ſeruabamini, nomina veſtra dediſtis: [g] cẽpiſtis [h] moli ieiunijs, & exorciſmis, poſtea ad aquã veniſtis, & conſperſi eſtis, & panis [i] Dominicus facti eſtis. Ecce, quod accepiſtis. Quomodo ergo videtis eſſe vnum, [k] quod factum eſt; ſic vnũ eſtote vos, diligẽdo vos, tenendo vnam fidem, vnam ſpem, indiuiduã charitatem. Hæretici, quando hoc accipiũt, teſtimonium cõtra ſe accipiũt; quia illi quærunt diuiſionem, cum panis iſte indicet vnitatẽ. ſic & vinum [l] in multis racemis poſt preſſurã torcularis. Et vos poſt illa ieiunia, poſt labores, poſt humilitatem, & contritionem cordis iam in nomine Chriſti, tãquã ad calicem Domini veniſtis: & ibi vos eſtis in mẽſa, & ibi vos eſtis in calice, nobiſcũ vos eſtis. Simul enim hoc ſumimus, ſimul bibimus, quia ſimul viuimus. *Item in ſermone de infantibus.* ¶ Ita Dominus Ieſus Chriſtus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere voluit, myſteriũ pacis & vnitatis [m] noſtrę i ſua mẽſa cõſecrauit. Qui accipit myſterium vnitatis, & nõ tenet vinculũ pacis; non myſterium accipit pro ſe, ſed teſtimonium [n] cõtra ſe. Nulli eſt ß aliquatenus ambigendum tunc unumquemque fideliũ corporis [o] & ſanguinis Dominici fieri participem, quando in baptiſmate membrũ efficit Chriſti, nec alienari ab illius panis, caliciſque cõſortio, etiam ſi antequam panem illũ comedat, & calicẽ bibat, de hoc ſæculo in vnitate corporis Chriſti conſtitutus abſcedat. Sacramenti quippe illius participatione, ac beneficio nõ priuatur, quando in ſe † hoc, quod illud ſacramentum ſignificat, [p] inuenit. †

Beda ibidem paulo ſuperius ex Aug. in ſerm. ad infantes ad altare de ſacramento.
inf. ead. qui manducat.
Sent. 4. diſt. 8.
inf. diſt. 4. nulli.
Sent. 4. diſt. 9.
Poly. l. 3. tit. 10.

† al. ipſe.
† al. inueniatur.

a ¶ Vnum eſt.] *Ita emendatum hoc ex Beda, quemadmodum & multa alia. Huius vero lectionis veſtigium erat in manuſcriptis, & apud Iuonem. In vulgaris legebatur,* Vnum in ſua natiuitate, calix poſt, &c.

ß ¶ Nulli eſt.] *Hæc vſque ad finem habentur infra diſt. 4. c. nullis. & in Polycarpo citantur ex Innocentio.*

b ¶ Quod etiã fecit.] hæc ſimplex eſt relatio, nã refertur ad eccleſiã, non ad corpus ſuum ſumptum de Virgine, de quo ſermo præceſſit. non ergo fecit nos corpus ſuum quod natũ eſt de virgine, & ſumitur in altari ſub ſpecie panis & uini, ſed fecit nos corpus ſuũ ſpirituale, eccleſiam fidelium: ut inf. ead. cõmendauit. ſed ideo dicit ſpirituale, licet conſtat de corporalibus partibus. ſ. fidelibus, quia partes eius nõ corporali, ſed ſpirituali vinculo charitatis in eius compoſitione vniuntur. licet corpora tequeſtrẽtur inf. ea. hoc ſacramentum. immo & per illud digne ſumptum efficimur vnum cum Chriſto ẽt in natura. inf. e. in Chriſto pater. c ¶ Noſipſos.] Participatione corporis ſui fecit nos dignos beatitudine æterna, qua fruitur eius humanitas.

Chriſtus fecit nos corpus ſuum.

d ¶ Facti ſumus.] Per fidẽ & charitatẽ. extra de ſum. trin. & fide cath. damnamus.

e ¶ Per miſericordiã. ideſt, remiſſionẽ peccatorum.

f ¶ In horreo.] ideſt, in eccleſia.

g ¶ Dediſtis. In ſcriptis, ut olim fiebat, vel vocem. ut fit hodie. inf. di. 4. baptizandi.

h ¶ Cepiſtis. Arg. cõtra. ſ. di. 3. ſine pœnitẽtia. ſed hoc in reuerentiam ſacramenti.

i ¶ Et panis. ideſt, de corpore eccleſiæ, qũ per Dominicum corpus figuratur.

Eccleſia ex pluribus adunatur.

eo quòd essemus gehennæ filij, dilexit tamen nos in eo quod creatura. Vnde dicitur, nihil eorum odisti, quæ fecisti.

VTrum sub figura.] CASVS. Hug. sic ponit hunc casum. In hoc ca. Aug. ex verbis Christi probat quòd in sa-

que neque apud Paschasium, neque apud B. Tho. qui in opusculo de sacramento altaris illum citat, leguntur, habentur tamen in eodem libro edito Rabani nomine.

Item Augustinus.

¶ Non solum sub figura, sed & in veritate, Dominici corporis & sanguinis sacramentum celebratur.

Cap. LXXII.

Pasch. Raba.) dispersę; Algerus.)

VTrum sub figura, [a] an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat. Veritas ait. [Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Alioqui quomodo magnum † [a] erit, [Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita,] nisi vera sit caro? Sed quia Christum vorari [b] dentib. [c] fas nõ est, voluit Dominus hunc panem, & vinum in mysterio [d] vere carnem suam, & sanguinẽ suum consecratione spiritus sancti potẽtialiter creari, [e] & quotidie pro mũdi vita mystice immolari: vt sic vt de Virgine per spiritum sanctum vera caro sine coitu creatur, ita per eundẽ ex substantia panis, & vini mystice idẽ corpus [f] Christi cõsecretur. Corpus Christi [g] & veritas, & figura est: veritas, [h] dũ corpus Christi, & sanguis virtute spiritus sancti in virtute † [i] ipsius ex panis & vini substãtia efficit: figura vero est id, qd exterius sentitur. Iteratur autẽ quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus, saltem peccatis, sine quibus mortalis infirmitas viuere non põt. Et ideo quia quotidie labimur, Christus quoq; mystice pro nobis immolatur. Intra catholicam Ecclesiã in mysterio [k] corporis Christi nihil a bono maius. nihil a malo minus perficit sacerdote, quia nõ in merito [l] cõsecrantis, sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute spiritus sancti. Si.n. in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Núc autem, sicut ipse est, qui baptizat; ita ipse est, qui per spiritum sanctum hanc [m] suam efficit carnem, & transit β [n] vinum in sanguinem. Vnde & sacerdos, [o] [Iube [p] inquit, [q] hæc perferri [r] per manus Angeli tui

† al. aurea.

sup. eod. iteratur.

1.q.1. intra catholicam. Sent. 4. dist. 13. Poly. l. 3. tit. 9. ex Paschasio.

in sacramẽto altaris est verum corpus & verus sanguis Christi essentialiter sub specie panis & vini, non autẽ per figuram tantum, ut dixit Berengar. Ostendit etiam, quod virtute, & potentia diuina panis, & uinum transubstantiantur in corpus & sanguinem Christi, & fit hoc tam ministerio mali sacerdotis, qua boni. interferit etiam quare quotidie immolatur corpus Christi, exponit etiam quædam uerba, quæ continentur in canone Missæ. tandem supponit in quib. uerbis conficiatur hoc sacramentum. H. sic ponit hunc casum: ego tamen hoc addo ad casum Hug. ubi dicit, sub specie panis & uini, & sup. ibi non in sua specie, quia horribile esset. & irriderent nos pagani. si sanguinem occisi hominis biberimus. In fine casus Hug. supple, similiter alia quæ sacerdos dicit uel clerus canit, laudes sunt & orationes.

¶ Vtrum sub figura.] CASVS. Dicit primo, quod Christum non uoramus, sed eum in mysterio sumimus: est tamen uerus, uerius, & figura. Secundo dicit, q̃ æque cõficit malus ut bonus, quia consecratio non consistit in

merito consecrantis, sed in verbo creatoris. Tertio exponit verba quæ dicuntur in secreta Missæ. Quarto dicit, quod propter derisionem paganorum non sumimus in vera forma corpus Christi. Quinto quod in verbis Christi sacramenta conficiantur. reliqua. n. sunt de solemnitate. sup. eod. panis.

a ¶ Magnum.] scilicet miraculum.

b ¶ Vorari.] sup. eod. di. ego Berengarius. cõtra. sed ibi hyperbolice locutus est, & veritatem excessit.

c ¶ Dentibus.] .i. in figura, uel forma humana.

d ¶ In mysterio.] .i. sacramento.

e ¶ Creari.] .i. in veram carnem & sanguinem Christi transubstantiari.

f ¶ Idem corpus.] .i. in sacramento sub quo latet corpus Christi.

g ¶ Veritas.] i. cum panis & vinũ sacrificantur in corpus & sanguinem Domini, ibi est veritas, q̃ corpus est & figura, quæ species est, & est res sacramenti figurans .s. sacramentum sanguinis, & sacramentum veritatis. ut supra. qui passus. vnde & alibi dicitur sacramentum sacramentorum. vt supra eod. tribus. in princ.

Veritas figura & res sacramẽti sũt in altaris sacramento.

h ¶ Corpus Christi] idest sub appellatione ista, corpus Christi species panis & vini, & verum corpus Christi continetur, sup. ea. hoc est. circa finem.

i ¶ In virtute.] .i. ea. di. corpus & sãguis.

k ¶ In mysterio.] .i. sacramento conficiendo.

l ¶ In merito.] scilicet, ut transubstantiaretur.

m ¶ Hanc.] Substantiam panis & uini.

n ¶ Et transit.] idest, transire facit.

o ¶ Sacerdos.] idest, ad ostendendum, quod non in merito sacerdotis, &c.

p ¶ Iube.] idest, fac.

q ¶ Inquit.] Per consecrationem, hoc continetur in secreta.

r ¶ Perferri.] idest, transubstantiari, uel perferri, idest, sursum efferri, idest conuerti in sanctum altare tuum, .i. corpus tuum super choros Angelorum exaltati. Sed cõtra uidetur, quod oratio hæc sit superflua, quia hæc dicitur post uerba, quotũ uirtute cõficitur corpus Christi, & ita de eo quod iam factũ est, superflua est oratio. Resp. scriptura non attendit huiusmodi angustias temporis, sed sacerdos cũ non possit multa simul proferre, ita loquitur ac si tempus staret, & essent adhuc faciẽda quæ in principio sermonis nondũ erãt facta. simile nota 35. distin. sexto. uersus prin. & uerba non ad temp⁹ suæ prolationis, sed per conceptionem, uel per con-

Oratio quæ post cõsecrationẽ dr, superflua non est.

s Vt no. ī. cap. panis.

remplationẽ loquentis ſunt referenda, ut ſi dicã, manus mea eſt clauſa, &c. Vel intellige inde ſpãali corpore eccleſiæ, ut per hoc ſacramentũ aſſocietur triumphali eccleſiæ, unde ſequitur in ſecreta, ut quotquot inde ſumpſerimus, cęleſti gratia repleamur.

a ¶ Perferenda.] id eſt, trãſubſtãtianda.

b ¶ In lucem.] in lucidũ corpus Chriſti.

c ¶ In eius ſacerdotio.] ideſt, i eius myſterio uel ſacramento, ideſt, in virtute ſpiritus ſancti.

d ¶ Oblationem.] expoſtulat ſacerdos hoc: vel ſupple, ut in ſecretis, ideſt, facere digneris.

e ¶ Adſcriptam.] nõ enim Aug. his vtitur uerbis ut ſuis, ſed aſſumit ea de ſecretis, ut exponat. Ioan.

f ¶ Similitudinem.] ut inf. d. 4. de trina.

g ¶ Patienter.] Colla ge contra quoſdam, qui maiores doctores teprehendãt, cũ ad hoc in ſuę nouitatis incredulitate teneantur.

h ¶ In verbis.] ſupra ea. quia corpus. ſup. ea. panis. & ſup. ea. non omnis.

i ¶ Quam laudet.] ſup. 11. d. eccleſiaſticarum. inf. diſ. 4. non eſt aliud.

k ¶ Obſecrationes.] ut no. ſup. diſt. 1. de hymnis.

Quid ſit sãguis.] CASVS. Oſtendit Gre. in hoc c. ℣ corpus Chriſti ore & corde dẽt ſumi. & hoc factũ in memoriã mortis Chriſti ſæpe cõficitur a Sacerdote per miraculum in præſentia angelorum, ut ibi ſit uerum corpus Chriſti, quod in virgine ſumpſit, quod dedit Apoſtolis, qđ in pluribus locis eſt totũ. & ꝙcũq. dipſo accipiũt nõ minuũt, ſed integrũ totũ manet, quotidie comedit & bibit: ſed ſub alia ſpecie, quia non habemus i uſu carnẽ cruda ſanctã in ſublime altare tuum in conſpectu diuinæ maieſtatis tuæ.] Vt quid perferenda [a] in lucem [b] depoſcit, niſi vt intelligatur, quod iſta fiant in eius ſacerdotio? [c] Hanc igitur oblationem [d] benedictam, per quam nos benedicamur: adſcriptam, [e] per quam omnes in cęlo adſcribamur; ratam, per quam in viſceribus Chriſti eſſe cenſeamur; rationabilem, per quam a beſtiali ſenſu exuamur; acceptabilem, vt qui nobis ipſis diſplicuimus, per hanc acceptabiles eius vnico filio ſimus. Nihil rationabilius, vt quia nos iam ſimilitudinẽ [f] mortis eius in baptiſmo accepimus; ſimilitudinem quoque carnis eius ſumamus, & ſimilitudine pretioſi sãguinis potemur, ita vt & veritas non deſit in ſacramento, & ridiculum nullum fiat paganis, ꝙ cruorem occiſi hominis bibamus. Si enim diſcipuli patienter [g] ferre nequiuerunt, quod [h] Dominus dixit, qui manducat meam carnem, &c. Sed dixerunt: [durus eſt hic ſermo,] quomodo ergo ferrent iſta increduli? Credendum eſt: ꝙ in verbis [h] Chriſti ſacramenta conficiantur. Cuius enim potentia creantur prius, eius vtiq; verbo ad melius procreantur. † Reliqua omnia, quæ ſacerdos dicit, aut clericus chori cantat, nihil aliud ſ, quàm laudes, [i] & gratiarũ actiones ſunt, aut certe obſecrationes, [k] & ſi quando petitiones. Vnde & ſacerdos dicit prius Euãgeliſtarum uerba aſſumens, [qui pridie, quam pateretur, &c.] Porro deinceps ſ ſunt verba Dei, poteſtate, & omni efficientia plena: Accipite, & manducate, hoc eſt corpus meum. In hoc ergo creatur illud corpus.

Ioan. 6.

† procreantur.

Doctores reprehendi nõ ſunt.

a ¶ Vtrum ſub figura.] *Apud Paſchaſium ex cuius locis videtur cõfectum hoc caput, hæc habentur pro titulo quarti capitis.* Vtrum ſub figura, an in veritate hoc myſteriũ vera caro, & uerus ſanguis Chriſti fiat, *Caput autem ſic incipit.* Quod in veritate corpus & ſanguis fiat conſecratione myſterij, nemo, qui verbis diuinis credit, dubitat. Vnde veritas ait, &c. *Algerus autem, qui c. 16. hæc eadẽ fere habet, citat & ipſe Auguſtinum ex lib. de ſacramento altaris, & hoc facit initium,* Veritas ait, &c.

b ¶ Tranſit.] *Paſchaſius, & Polycarpus ex Paſchaſio ad Placidum habent,* tranſudit ſanguinem, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

c ¶ Hanc igitur.] *Ad Paſchaſium & Rabanum (idem enim fere opus eſt huius atq; illius nomine inſcriptum) integra eſt oratio.* Sed obſecrans per filium patrem, per quem ad eum acceſſum habemus. Rogamus, hanc oblationem, inquit, benedictam, per quam nos benedicamur, adſcriptam, per quam nos omnes in cęlo conſcribamur. ratam, per quam in viſceribus Chriſti cenſeamur: rationabilẽ, per quã a beſtiali ſenſu exuamur, acceptabilemq; facere degnetur, † quatenus & nos per hoc, quod in nobis diſplicuimus, acceptabiles in eius vnico filio ſimus.

† digneris] Polyc.

d ¶ Porro deinceps.] *Sunt hæc addita ex Paſchaſio, f. 15. vſq; ad verſ.* In hoc ergo. *vt ſententia ipſa perciperetur.*

Item Greg. Papa in homil. Paſchali, ideſt 22. Euang.

¶ In ſanguine agni, Chriſti ſanguis, qui uere nunc ſumitur, olim præfigurabatur. C. LXXIII.

Lanfrancus ibi. Guitmundus l. 3. de l. 1. c. 11. & 12.

Quid ſit ſan-

dam

guis [a] agni, non iam audiendo, ſed bibendo didiciſtis. Qui ſanguis ſuper utrumque poſtem [b] ponitur; quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore cordis hauritur.

† *al. ſingula* Sent. 4. diſt. 17. Iuo p. 2. c. 9. Rem 4.

Item dial. lib. 4. c. 5. 8. Hæc ſalutaris † victima [c] illam nobis mortem unigeniti per myſterium reparat: [d] q licet reſurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur: tamen in ſemetipſo immortaliter, & incorruptibiliter viuēs, pro nobis iterum in hoc myſterio moritur. [e] Eius quippe ibi corpus ſumitē, eius caro in populi ſalutem patitur, [f] † eius ſanguis non iam in manus infidelium, [g] ſed in ora fidelium funditur. Hinc ergo penſemus, quale ſit [p] nobis hoc ſacrificium, quod pro abſolutione noſtra paſſionem vnigeniti filij ſemper imitatur. [h] Quis enim fidelium habere dubium poſſit, in ipſa [i] immolationis hora ad Sacerdotis vocem [k] cęlos [l] aperiri? In illo Ieſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe? [m] ſumma [n] † & *ima ſociari*, terrena cœleſtibus iungi, vnumque [o] ex inuiſibilibus [p] atque viſibilibus fieri? *Idem.*

† *al. patitur.*] vera lectio.

† *ſummis ima.*

¶ Vno, [q] inquit, eodemque tempore, ac momento [r] in cœlo rapitur miniſterio Angelorum corpori Chriſti conſociandum: & ante oculos Sacerdotis in altari uidetur. *& infra.*

Alcuinus de diuinis offi. pag. 86. & 87. Remigius epiſcopus Antiſſiod. in c. non enuſſa.

¶ Tanta eſt eccleſiæ vnitas in Chriſto, vt vnus vbiq; ſit panis [s] corporis Chriſti, & unus ſit calix ſanguinis eius. Calix [t] enim, quē ſacerdos catholicus [u] ſacrificat, non eſt alius, niſi ipſe, quē Dñs Apoſtolis tradidit: q a ſicut diuinitas [w] verbi Dei vna eſt, quæ totū implet mundum: ita, licet multis locis, & innumerabilibus diebus illud cōſecretur corpus, nō ſunt tamen multa corpora Chriſti; neque multi calices, ſed unum corpus Chriſti, & unus ſanguis cum illo, quod ſumpſit in vtero Virginis, & quod dedit Apoſtolis. Diuinitas. n. uerbi replet [x] illud, qđ ubique eſt, & cōtingit, & facit, vt ſicut ipſa una eſt, ita cōiuga t corpori Chriſti, & vnū corpus eius ſit i veritate. Vñ animaduertēdū eſt: q a ſiue plus, ſiue minus q s inde pcipiat, oēs æqualiter corpus Xp̄i integerrime ſumūt, & generaliter oēs, & ſpecialiter vnuq ſque. *Item.* ¶ Myſteriū fidei dr: † quia credere dēt, quod ibi ſalus noſtra cōſiſtit.

† *al. eſt.*

Prouidēs enim nobis Dominus dedit hoc Sacramēnū ſalutis, vt q a nos quotidie peccamus, & ille iā mori nō po

[a] ¶ Quid ſit ſanguis.] Primo dicit quod corde & ore ſumendum eſt corpus Chriſti, quia ſuper utrumque poſtem fuit poſitus ſanguis. Secūdo dicit, quòd ad vocem ſacerdotis in ipſa hora immolationis aperiuntur cœli & adeſt chorus Angelorum, & vniuntur cęleſtia terrenis. Tertio dicit, quod idem corpus & ſanguis, qui datus fuit diſcipulis, conficitur in altari.

[b] ¶ Poſtem.] Oris & cordis. ‡

[c] ¶ Victima.] id eſt, ſacramentum victimæ ſalutaris.

[d] ¶ Reparat.] id eſt ad memoriā reducit, uel repſentat.

[e] ¶ Moritur.] id eſt, eius mors repræſentatur, ut ſupra exd.dum frangitur.

‡ Vnde ſubditur, quando, &c.

[f] ¶ In populi ſalutem patitur.] ideſt paſſio repræſentatur, ut mors facta pro ſalute populi.

[g] ¶ In manus infidelium.] Vt in paſſione.

[h] ¶ Imitatur.] Ideſt, repræſentat.

[i] ¶ In ipſa.] Subaudi contingat.

[k] ¶ Ad ſacerdotis vocem.] i. ad ſermonē Chriſti voce ſacerdotis enunciatum panis & vini ſubſtātia in carnem Chriſti ſedentis ad dexteram patris in cœlis tranſubſtātiari miniſterio Angelorum: vnde ſubditur, ſumma, &c.

Tranſubſtātiatio fit ad vocem ſacerdotis.

[l] ¶ Cęlos.] ideſt, id quod verbo ſacerdotis cōſecratur, aditum ad cęleſtia fieri, vel panem, vel vinū in id, quod ſuper cęlos eſt, tranſire.

[m] ¶ Angelorū choros adeſſe.] Scilicet hominibus cōſecrātibus, uel digne, uel indigne.

[n] ¶ Summa.] id eſt, panem & vinum in corpus & ſanguinē Chriſti tranſubſtantiari.

[o] ¶ Vnumque.] Scilicet ſacrificium, ſcilicet celebrationē & immolationem altaris fieri.

[p] ¶ Ex inuiſibilibus.] ideſt, ex ipſis ſacramētis & rebus ſacramentorum: hoc eſt, quod exponēdo ſubdit, vno inquit, i. vno & eodem momento panis tranſit in corpus Chriſti miniſterio Angelorum, & ī altari vī per ſpeciē: quaſi q eſt eius ſpecies, vī eo tpe, &c.

[q] ¶ Momēto. i. eo tempore quo Chriſtus eſt † quolibet alibi totus in cęlo eſt verus Deus & homo in præſentia Angelorum, facta conuersione in verum corpus & ſanguinem.

[r] ¶ Panis. intrāſitiuè ideſt vnū corpus Chriſti ubique eſt ubi eſt conſecratum: & ſic de ſanguine.

[s] ¶ Calix. id eſt ſanguis qui in calice continetur.

[t] ¶ Catholicus. Hinc colligе ſacerdotem non catholicē corpus Domini conficere non poſſe ‡ ſup. ea. c. prox. & & 24. q. 1. ſcitiſſima.

ADDIT: O. E. plan- hoc leg. 2. q. 1. ſi quis inquit. uerſi. contra. & ſeq. Arch.

[u] ¶ Diuinitas. uerbi, quæ eſt uerbum. id eſt, Chriſtus, qui ſub his ſpecibus latet: cum ipſe eſt qui manducatur & fit in oculis noſtris.

[w] ¶ Replet.] Donis ſpiritualibus.

[x] Arg. contra 15. q. 1. c. ult. in fi. * *Nam vere conficit ſi cætera requiſita adſint, licet ad ſanam doctrinem.*

Digitized by Google

teſt;per iſtud ſacramentum corporis ſui peccatũ remiſſionem conſequamur.Quotidie enim ipſe comeditur, & bibitur in veritate.ſed integer,& viuus,atque immaculatus manet: ɔ & ideo magnum,& pauẽdum eſt myſteriũ: ɔa aliud videtur,& aliud intelligitur. Sed cũ myſteriũ [a] ſit,vnde corpus & ſanguis dicitur? figuram panis & vini habet, faciente Domino: quia non habemus in vſu carnem crudam [b] comedere,& bibere ſanguinem.

α ¶ Moritur.] *In originali eſt,* ſacræ oblationis immolatur. *Sed ob gloſſam non eſt mutatum.*

β ¶ Vno inquit.] *Hæc habentur apud Alcuinum in libro de diuinis officijs, c. de celebratione Miſſæ, qui Gregorium citat.*

ɔ ¶ Manet..] *Quæ poſt hoc uerbum ſequuntur Apud Alcuinum,ſic habent,* Myſterium eſt,quod aliud videtur,& aliud intelligitur.Quod videtur ſpeciem habet corporalem.quod intelligitur, fructum habet ſpiritualem. Sed cum myſterium ſit ; vnde corpus & ſanguis Chriſti dicitur? Conſulens omnipotens Deus infirmitati noſtræ, qui non habemus vſum comedere carnem crudam, & ſanguinem bibere; facit, vt in priſtina remaneant forma illa duo munera,& eſt in ueritate corpus Chriſti,& ſanguis,ſicut ipſe dicit.

Ex lib. 4. de ſacramentis ca.4.& 6.

Item Ambroſius.

¶ Poſt conſecrationem licet figura panis & vini remaneat;tamen nihil eſt ibi,niſi corpus & ſanguis Chriſti. Cap. LXXIIII.

in pſ. 134.

OMnia quęcumque [c] voluit Dominus,fecit in Cęlo, & in terra.] Et quia voluit,licet figura panis & uini hic ſit;omnino nihil aliud,quã caro Chriſti,& ſanguis poſt conſecrationem credenda ſunt.Vnde ipſa ueritas ad diſcipulos: [Hæc,inquit,caro mea eſt,pro mundi vita.] Et,vt mirabilius loquar,nõ alia plane,quàm quę nata eſt de Maria,& paſſa i cruce,& reſurrexit de ſepulchro, hæc inquam,ipſa eſt.Et ideo Chriſti caro eſt,quæ pro mundi vita adhuc hodie offertur,& cum digne percipitur, uitã † utique æternam in nobis operatur. Panem [d] quidem illum, quẽ ſumimus in myſterio, illum vtique intelligo panem, qui manu ſancti ſpiritus formatus eſt in vtero Virginis,& igne paſſionis decoctus i ara crucis. Panis n. Angelorum factus eſt cibus hominũ: vnde ipſe ait:[Ego ſum panis viuus,qui de cęlo deſcendi.] & item: [Panis, quem ego dabo,caro [d] mea eſt pro mundi [e] vita.] Ex his namque duabus ſententijs [f] aperte datur intelligi : quia panis [g] ille & ille,non duo ,ſed unus panis , & una caro proculdubio vnũ corpus efficitur: illud vere, illud ſane, quod ſumptum eſt de Virgine, quod paſſum eſt,& ſepultum, quod ſurrexit,& in cœlum aſcendit,& ſedet ad dexteram Dei patris, & quod eſt uenturum iudicare uiuos & mortuos.

Paſcaſius in eodem l.ca.1. Rabanus c.3.

† *Io. 6.*

Se. 34. diſt. 11.

† *al. uita æterna in nobis reparatur.*

Petrus Chryſologus ſerm. 67. *Pſal. 77. Iom. 6.*

δ ¶ Panem quidem.] *Hæc uſque ad finem, quæ à Magiſtro etiam referũtur,non leguntur hoc loco apud Paſchaſium,aut Rabanum. Sed ſimile quidam habetur apud Petrum Chryſologum, ſermone 67.*

Beda 1. Cor. 10. & ibi gloſ. ord.

Item Auguſtinus ex ſermone de verbis Domini.

a ¶ Sed cum myſterium.]id eſt,quãuis ſit myſterium vnũ qđ ibi latet, id eſt, Chriſtus.uel quamuis panis & uinum ſit vni⁹ rei myſteriũ quod latet. i. Chriſtus, tamen corpus & ſanguis dicitur propter pluralitatem ſpecierum.

b ¶ Crudam.] ſup. cad.forte.

c ¶ Omnia quęcumqua.]In prima parte Ambroſius ,probat veri corpus & ſanguinem latere ſub illis ſpecieb. in altari. In ſecunda oſtendit ꝙ ille idem panis , qui ante conſecrationẽ eſt cibus Angelorũ, factus eſt cibus hominũ. Tertio dicit, quòd idẽ corpus qđ natum eſt de uirgine, quod pepẽdit in cruce , & poſitũ eſt in ſepulchro , ſit in altari.

d ¶ Caro.]Argumẽ. quod panis trã ſubſtantiatur in corpus Chriſti.

e ¶ Pro mundi.] Aſſumpta.

f ¶ Sententiis.] Id eſt auctoritatibus.

g ¶ Panis.]ideſt,caro Chriſti,quæ dicitur panis humanus.

Qui

QVi manducat. CASVS. Quidam corpus Christi nolebant comedere timentes ne deficere posset. Dicit Aug. q non debent hoc timere, quia Christus uiuit manducatus: quia & occisus resurrexit. nec partes fiunt de ipso in sacramento: sed sub eis sumitur, integer tamen manet.

¶ Quamuis quotidie manducatur Christus integer, tamen permanet viuus. Cap. LXXV.

Sup. ea. inuitat. Iuo p. 2. c. 8.

QVi manducat [a] me, viuit [b] propter me.) Non ergo fratres timeamus manducare panem illum, ne forte finiamus illū, [c] & postea, quod manducemus, non inueniamus. Manducetur Christus; viuit māducatus, quia surrexit occisus; nec quādo manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento [d] sic fit. Et norunt fideles, quemadmodum [e] māducent carnem Christi. Vnusquisque accipit partem suam, vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes māducatur; & manet integer totus: per partes manducatur in sacramento, & manet integer totus in cœlo, manet integer totus in corde tuo. Totus enim erat apud patrem, quando venit in virginem; impleuit illam, nec recessit ab illo. Veniebat in carnem, ut eum homines manducarent, & manebat integer apud patrem, vt Angelos pasceret.

Orig. hom. 7. super Leuiticum. Isichius l. 2. c. 2.

¶ *Hac eadem fere habentur sup ca. qui manducat. & c. inuitat.*

Item Hieronymus in Leuiticum.

¶ Corpus & sanguinem Christi secundum se nulli edere licet. Cap. LXXVI.

DE hac quidem hostia, quæ in Christi cōmemoratione mirabiliter fit, edere licet; de illa vero, quā Christus in ara crucis obtulit, secundum se nulli edere licet.

Item in sermone Dominica quinta post Epiphaniā.

† al. Theophaniam.

¶ *Habetur in missali Ambrosiano in præfatione Dominica 5. post Epiphaniā, † & in antiquis ēt præfationib. in præfatione eiusdem Dominicæ. Ex Ambr. citant Alge. & Iuo, quamuis Magister. Ex Hieron. Guitmund. ait esse ex præfatione, quæ per totū orbem latinū decātatur.*

¶ Corpus Christi in singulis portionibus singuli totum accipiunt. Cap. LXXVII.

Alger. l. 2. c. 15. Guitmundus lib. 2. col. 6.

† al singulas

SInguli accipiunt Christum dominum, & in singulis [f] portionib. totus est, nec per singulos † minuitur, sed integrum se præbet in singulis.

† al. singulas. Sent. 4. d. 12.

Guit. ibi. Pascha. c. 17. Raban. c. 43. Sent. 4. d. 11 & d. 12. Exod. 16.

Item Hilarius.

Simile apud Euseb. Emissenum homil. 16. quæ est quinta de pascha, seu de corpore, & sanguine.

¶ De eodem. Cap. LXXVIII.

VBi pars est [g] corporis, [h] est & totum. Eadē ratio [i] est in corpore dñi, quę in manna, quod in eius figura præcessit, de quo dicitur: [Qui plus collegerat, nō habuit amplius; [k] neq; qui minus [l] parauerat, inuenit mi-

DE hac).i. sub specie sub qua est in sacramento [Cō memoratione].s. passionis & mortis eius, sup. eadē quia passus [Fit].i. transubstāniatur] Obtulit] In forma humana. [Secundum se.] Secundū sui formam uel speciem, uel in eo statu in quo apparebat. eū inter nos cōuersabatur nisi one corporali. Arch.

f Singuli.] ¶ Singulis. Quali dicas sub qualibet portione speciei est totus per singulos homines. Arch.

VBi pars.] CASVS. Credebant quidā simplices sub maiori specie panis & uini plus esse de corpore Christi. hi in hoc ca. reprehenduntur nam totum corpus est ubi ē aliqua eius pars, sicut de manna æqualiter habuerunt, qui inæqualiter collegerūt.

g ¶ Vbi pars est.] Dicūt quidam: quod quælibet pars hostiæ, licet ipsa integre cōsecretur, constituit tamē in totū corpus, non pars in partē, nam alias non uideo qualiter in fractione sumeretur totū corpus sub parte prima. sed secundum hoc uidetur, quod ubi pars est, ibi est totum, & secundum hoc uidetur, quod pes & nasus sunt cōiuncti. quod nō credo. Ad hoc dicunt quidam, q si hæc dictio, ubi designat locum, uera est. nā in quocunque loco est una pars corporis domini, est & alia, & ita erit in corpore glorificato. si uero dicas, q ubi, i. in quacunq; corporis parte est pes, est & oculus, falsa est.

2 Vt L. & B. qui dñt hoc audacter esse tenendum.

Pes & nasus an sint in Eucharistia cōiuncti.

h ¶ Corporis] i. sacramēti, sub quo latet corpus. Sed obijcio, corpus Xpi non est punctabile: si. n. est in pūcto loci, ergo oportet ut repleat aliquantulum locum, assignetur ergo quantum, si tantum locū replet corpus, ergo minorem locum pars corporis, propterea melius uidetur dicendum, q corpus Christi non circūscribitur loco, quia non est tantus locus, quin in minori esse possit, & secundum hoc non sequitur q totum & pars sint in eodem loco. Ioan.

Corpus Christi an circunscribatur loco.

i ¶ Eadem ratio.] Non tamen quo ad omnia, sed quo ad hoc quod sequitur.

k ¶ Amplius.] Quam gomor. i. unam mensuram.

l ¶ Minus.] Quia recipiebat ab eo qui abundabat.

manet totus, sicut totus descendit in Virginem, & totus remansit apud patrem. Sequentia duo c. plana sunt, [Secundum se, i. secundum formam humanam.

a ¶ Qui manducat.] Pone casum per c. sup. c. qui manducant.

b ¶ Viuit.] sup. ea. sicut Iudas.

c ¶ Finiamus illum] .i. consumamus.

d ¶ In sacramento.] Quia sacramentum per partes dicitur, sed non ipsum corpus.

e ¶ Quemadmodum.] Quia in sacramento.

a ¶ Accipi-

Digitized by Google

a ¶ Aestimanda.] Non est sic quantitas æstimanda, vt sub minori quantitate minus sit corpus Christi, & sub maiori maius, quia vbicunque est pars, siue dicas pars speciei, totum corpus est, siue pars corporis Christi, id est pes vel manus, totum corpus est, non tñ dicendum est q̃ omnia mẽbra missa sunt. & vbi caput, ibi missi pes vl manus. sed vbi pars ibi totum, quia non maiorem locum occupat totum, quam pars, & ecõuerso. cũ sit quasi spirituale q̃ est de oi corpore qđ resurrexit ad immortalitatem H.

Membra in sacta Eucharistia non sunt missa.

CORpus Christi.] CASVS. Dicitur q̃ corpus Christi q̃ sumitur de altari, latet sub figura. nam aliud exterius videtur, & aliud intrinsecus latet.

Sacrificium Deo offerimus, non in forma carnis neque sanguinis.

b ¶ Corpus Christi, &c.) .i. sacrificium corporis Christi, alias falsum est quod dicit.

c ¶ Veritas.] inf. ea. in Christo in fin. & sup. ea. dist. verum.

d ¶ Symbolo Ephesino. Tertio. vbi Nestorius damnat⁹ fuit, ut 45. dist. c. 1. 2. & 3.

NEcessario.] CASVS. Nestorius dicebat verbum Dei assumpsisse quendã hominem, & sanctificasse illũ. & vnisse sibi illum in vnitate dignitatis, & illũ hoiem aliam esse psonã a verbo Dñi, & non esse verbum Dñi. Contra eum in Ephesina synode dr a sanctis patribus q̃ carnem Christi sumimus in sacramẽto, non ut alicuius viri sanctificati, sed propriam carnẽ verbi Dei. (Seruitutẽ.) idest, sacrificium, in quo seruimus Deo.

e ¶ Incruentam.] id est, non in specie cruoris.

f ¶ Sacrificij seruitutem. .i. sacrificium in quo Deo seruim⁹ q. d. licet non seruientes Deo offeramus ei sacrificium non in forma carnis neque sanguinis in altari, tamen est ibi uera caro & sanguis Christi.

g ¶ Non ut communem. .i. quasi in communi usu haberur ad manducandum, nec a percipiens carnem alicuius viri sanctificati, idest, sancti.

h ¶ Et uerbo. Nõ per unionem personæ, ut dicebant quidam hæretici, sed secundem charitatis dignitatem & iustitiæ 24. q. 3. quidam. uer. Nestoriani.

INquit Apostolus.] CASVS. Docet Apostolus in epistola ad Cor. quod patres nostri eandem escam spiritualem manducauerunt vobiscum & eundem potum spirituallem biberunt, sed corporalem aliam, nam illi manna & aquam de petra, Nos carnẽ Christi & sanguinem, sed

nus.) Non est omnino quantitas visibilis in hoc æstimanda [a] mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.

Idem.

¶ *Ino etiam citat ex Hilario, & infra ea. c. in Christo, in extremo, refertur una cum verbis Hilarij, apud quem tamen non est inuentum. Algerus citat Aug. de sacramẽto altaris. idem fere habetur apud Paschasium, c. 4. & cæteros, qui hoc idem argumentum tractant.*

Paschasius c. 4. Rabe. c. 13. Alg. l. 1. c. 4. Ino p. 2. c. 7.

¶ Corpus Christi, quod sumitur, & figura est in specie, & veritas in substantia. Cap. LXXIX.

inf. ea. in Christo.

CORpus Christi, [b] qđ sumitur de altari, figura est, dũ panis & vinum extra videtur, veritas [c] autem, dum corpus & sanguis Christi in veritate interius creditur.

Item ex symbolo Ephesino. [d]

¶ Carnem viuificatricem, & ipsius verbi propriam factã in altari accipimus. C. LXXX.

Ex epistola Cyrilli, & synod. Alexandrina ad Nestorũ, quæ præponitur Ephesino conc. Paschasius in epistola ad Furdegaudum. Lanfrancus. Guitmundus l. 3. Algerus l. 1. c. 10. Ino p. 2. c. 4.

NEcessario igitur & hoc adijcimus. Annunciantes. n. secundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, .i. Iesu Christi, & resurrectionem eius, & in cælos ascensionẽ pariter confitentes, incruẽtam [e] celebramus in ecclesiis sacrificij seruitutem. [f] Sic ẽt ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamus participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redẽptoris effecti, nõ vt cõem & carnẽ percipientes (quod absit) nec vt viri sanctificati, & verbo [h] cõiuncti ẽm dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationẽ, sed vere viuificatricem, & ipsius verbi propriam factã.

¶ *Caput hoc in nimias angustias conclusum suæ integritati restitutum est potissimum ex originali.*

Item Augustinus tract. 26. ad c. 6. Ioannis.

¶ Quomodo manna, & aqua de petra fuit idem cum nostro cibo, & potu. Cap. LXXXI.

Ino p. 1. c. 4. 1. Cor. 10. Beda 1. Cor. 10.

INquit Apostolus. Omnes [i] eandem escam spiritualẽ manducauerunt] spiritualem vtique eandem, nã corporalem aliam, quia illi manna, nos aliud. Et adiungit, (& omnes eundem potum spiritualem biberunt.) Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili. Quod tamen idem [k] est virtute spirituali. [l]

Plenius hæc res a B. Augustino exponitur. Sed Ino habet fere vt Gratianus.

Item Hilarius de Trinitate, lib. 8.

sed eundem habuerunt intellectum spiritualem, & litera Apostoli exponitur hic ab Aug.

i ¶ Omnes. Tam nos quam patres uere. testa. sed dissimiliter. quia illi in figura, nos in ueritate.

k ¶ Quod tamen idem. .i. significat idem hoc. quod illud illi enim biberunt aquam de petra, quæ fuit signũ sanguinis Christi.

Aqua de petra fuit signũ sanguinis Christi.

l ¶ Spirituali. .i. ẽm spiritualẽ intellectum idem manducauerunt isti spiritualiter quod nos, non q̃ sub manna

a Hic textũ respicit quẽ ordinate melius intelligatur.

Digitized by Google

¶Quod veritatem dominici corporis, & sanguinis sumimus. C. LXXXII.

Algerus.l.1.c.3. Guitmundus.l.3. suo p.2. c.4.

23 IN Christo pater, [a] & Christus in nobis vnum [b] in his esse [c] nos faciunt. Si vere igitur carnem corporis nostri Christus assumpsit. & vere homo [d] ille, qui ex Maria natus fuit, Christus est, nosque vere sub mysterio carnis corporis eius sumimus,& per hoc vnum erimus, [e] quia pater in eo est,& ille in nobis, quomodo volũtatis vnitas asseritur, [f] cum naturalis [g] per sacramentũ [h] proprietas perfectæ [i] sacramentum sit vnitatis? Non est humano, [k] aut sæculi sensu in Dei rebus loquendũ, neque per violentam,† [l] atque impudentem [m] prędicationẽ,dictorum cęlestium sanitati,[n] alienæ, atque impiæ intelligentiæ peruersitas est extorquenda.[o] Quæ ¶ scripta sũt, legamus,& quæ legerimus, intelligamus, & tunc perfectę fidei officio fungemur. De naturali [p] enim in nobis Christi veritate,quæ dicimus,nisi ab eo discimus,† stulte,atque impie dicimus. Ipse.n.ait; Caro mea vere esca est,& sanguis meus vere est potus. Qui edit carnẽ meã, & bibit sanguinem meum,in me manet,& ego in eo, De veritate carnis & sanguinis non est relictus ambigendi locus. Nunc.n.& ipsius domini professione, & fide nostra uere caro est, & vere sanguis est, & hæc accepta, ¶

† al.violentiam.

¶ al.dicimus. Ioan.6.

1 Dicit H. ꝙ cothurnus genus est calciamenti, quo utebantur tragœdi recitaturi in theatro, & ẽ huiusmodi calceamẽtũ, ut utriq; pedi cõueniat & factum in modum crepidarum.

Tps unũ pro altero sæpe ponitur.

esse vnum cum Christo nisi sola voluntate. Io. de Fant. CASVS. Bennuentanus sic ponit hunc casum. Ariani dicebant tres esse substantias in trinitate. & illud quod dixit Christus in Euangelio, Ego & pater vnum sumus, de vnitate voluntatis intelligendum esse dicebant, & exemplum inducebant. Homines dicuntur unum esse in Christo,unitate tamen voluntatis, quia non uolunt contraria Deo, ita Christus dicitur vnus cum patre sua voluntate, quia eadem vult cum eo. Contra illos probat Hilarius primum falsum esse eorum simile. Homines enim dicuntur unum esse cum Christo non tantum voluntate,sed quia sumus Deo unum naturaliter, & hoc dupliciter, quia nostram carnem assumpsit de Virgine factus uerus homo. & nos naturalem & propriam eius carnem sumimus in sacramento. Secundo ostendit, ꝙ alio modo dicimur,nos esse unum cum Christo,& alio modo Christus unum cum patre,& propter hanc diuersitatem ostendendam dixit Apostolus gradatim,& quodam ordine,ego sum in patre meo,& uos in me, & ego in uobis,ut ostenderet Christum esse in patre per naturam deitatis, & unitatem substantiæ, nos uero esse in Christo per humanam naturam, quam ipse assumpsit, & ipse in nobis per propriam carnem eius,quam in sacramento sumimus. Ponitur etiam iste casus in apparatu,sed magis breuiter.

a ¶ In Christo pater.] Ariani dicebãt tres esse substantia in Trinitate. & illud quod dr in Euangelio, Ego & pater unum sumus,dicebant non intelligendum esse de vnitate essentiæ, sed de unione uoluntatis, quasi filius non uelit contraria patri,sicut dr. Nos sumus vnum cũ Christo, s. vnitate uoluntatis. contra istos loquitur hic Hilarius,& dicit similitudinem istorum falsam esse, & dicit,ꝙ alio modo dicimur nos unum cum Christo, & alio modo ipse Christus est unum cum patre, & illam diuersitatem ostendit per hunc ordinem uerborum, cũ dixit,Ego sum in patre meo,vos in me, & ego in vobis,vt ostendatur Christum esse in patre secundum vnitatem substantiæ,nos vero sumus vnum cum Christo ꝙ humanam carnem,quam assumpsit, & ipse in nobis unum est per propriam carnem, quã in sacro eius sumimus,hanc sententiam Hilarius obscuris verbis ponit,& vt ait Hier. inclytus doctor Gallicano cothurno extollitur. longisque periodis inuoluitur,& a locutione simplicium fratrum procul est.

b ¶ Vnum.] Cum.n. pater & Christus vnum sint,i. eiusdem substãtiæ & naturæ unitate, & nos vnũ cum Christo ꝙ eius carnem quam accipimus,& ipse nobiscũ unum sit per carnẽ nostrã, quã assumpsit,patet ꝙ mediante Christo unum sumus cum patre.

c ¶ In his esse.] i. cũ patre & filio, ꝙ hoc .s. quod pater est in Christo,&c.

d ¶ Homo.] Extra de hære.cum Christus. e Primus] i. sumus. nam quandoque se habet ad præsens.ut 21.d.in nouo. & ff. de ver. sig. verbum. aliquando præteritũ pro futuro, ut 50.d. ponderet.aliquando ponitur præsens pro præterito.35.dist.sexto die. & hoc uerbum fit,quandoque se habet ad futurum. ff.ne quid in loco pub.l.2. §. deinde. ecõuerso autem ponitur præsens pro futuro inf.d. prox.peruenit.ibi dicit vult,idest uoluit.

ADDITIO. Qd not.inf.dist.4.omni tpe.32.q.5.si Paulus. in gl.uerba sunt 54.dist.fraternitatẽ iuxta fin.Archi.

f ¶ Asseritur.] Ab ipsis hæreticis Ario. & eius sequacibus,qui tres substantias in Trinitate asserunt, ut 24. q. 3.quidam.uer. Ariani.

g ¶ Naturalis.) idest, naturalis & propria caro Christi sumpta.

h ¶ Per Sacramẽtum.] per sanguinem, quem in sacramento sumimus,sic,&c.

i ¶ Perfectæ.] Perfectæ dicit, quia ante unitas naturæ etiam erat inter nos & Christum per assumptam nostram carnẽ, sed non erat perfecta, nam per illam nos sumus vniri ei,sed non ipse nobis & sic per sacramenta altaris perfecta unitas est inter nos & eum.

Vnitas perfecta est inter nos & Christum.

k ¶ Humano.] Quasi dicat auctoritate Domini uolo ꝓbare quod intendo, non meo ingenio,quod illud sequitur cursum naturæ.

l ¶ Per uiolentam.) idest,per hanc tantam prauricationem,quæ recte uiolenta dicitur.

m ¶ Impudentem.] idest,circumspectam & improuidã locutionem Arianorum, qui male interpretantur illud vt in nobis unum sint sicut tu pater in me.

n ¶ Sanitati.] idest,sanitate. Vel legatur acquisitiue,ꝙ uerse sana.

o ¶ Extorquenda.] Hoc vult dicere,diuersitas uel peruersitas interpretationis non extorquenda est a sanctitate dictorum cœlestium, idest a sanctis dictis cœlestibus.

p ¶ De naturali. . idest, quod dicimus Christi naturam in nobis esse, habemus ab eo.

? Scilicet in aliis originalibus. H.

b ¶ Acceptæ.) A Christo.a

a ¶ Hoc-

Digitized by Google

Christus est nobis, & nos in eo.

atq; hausta [a] id efficiunt, vt & nos in Christo; & Christus in nobis sit. An ne hoc veritas non est? Contingat plane his verum non esse, qui Christum Iesum verum esse Deũ negant. Est ergo in nobis ipse per carnem, & sumus in eo, dum ſm hoc, quod nos sumus, in Deo est. Quod autẽ in eo per sacramentũ cõicatæ carnis, & sanguinis simus, ipse testatur dicens. [Et hic mundus iam me non videt, vos autem me videbitis, qm̃ ego viuo, & uos viuetis, qm̃ ego in patre meo & uos in me, & ego in uobis,] Si uoluntatis tm̃ unitatem intelligi uellet, cur gradum [b] quẽdam, atq; ordinem consumandæ vnitatis exposuit? nisi, ut cum ille in patre per naturam [g] diuinitatis esset, nos contra [d] in eo [e] per corporalem eius natiuitatem, [f] & ille rursus in nobis per sacramentorum inesse mysterium crederetur, ac sic perfecta per mediatorem vnitas doceretur, cũ nobis in se manentibus ipse maneret in patre, & in patre manens, ipse maneret in nobis, & ita ad unitatẽ patris proficeremus cum eo, qui [g] naturaliter [h] ſm natiuitatem [i] inest, nos quoq; in eo [k] naturaliter inessemus, ipso in nobis naturaliter permanente. Quod autem in nobis naturalis hęc unitas fit, ipse ita testatus est: [Qui edit carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo.) Non enim [l] quis in eo erit, nisi in quo ipse fuerit, eius tantum in se assumptam habens carnem, qui suam sumpserit. [m] Perfectæ autem huius unitatis sacramentum superius iam docuerat dicens: [Sicut misit me viuens pater, & ego viuo per † patrem, & qui manducauerit meam carnem, & ipse viuet per me.] Viuit ergo per patrem, & quomodo per patrem [o] viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentiæ formam præsumitur, ut id, de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur. Hæc ergo uitæ nostræ causa est, quod in nobis carnalibus manentem per carnem Christũ habemus, uicturis nobis per eum ea conditione, qua viuit ille [p] patrem. Si ergo nos naturaliter secundum carnem per eum viuimus, idest, naturam suæ carnis adepti, quomodo [P] non naturaliter secundum spiritum in se [q] patrem habeat, cum viuat ipse per patrem? *Item infra.*

¶Hæc [r] autem idcirco commemorata nobis sunt, quia

Ordo nominum multũ operatur.

1 Quod no. 93. dist. metropolitano. Arch.

Christus est vobiscũ vnũ.

Pater est in filio &c. qualiter intelligitur.

Homo nõ habet natiuitatem a Christo.

Ioan. 14.

Ioan. 6.

Ioan. 6.
† *al. propin.*

a ¶Hausta.] idest, a nobis sumpta, sed vtrumque verum in nobis, & est. si. n. ipse in nobis est per carnem assumptã a se, eodẽ modo & nos in eo. Itẽ si nos sumus in eo per carnem cõicatam, similiter & ip se est in nobis. vnde dicitur, qa ergo viuo, s. naturaliter: quia eiusdem substantiæ cũ patre est, & non in eo tanquam uas uel liquor in uase, ut mẽtiuntur quidam hæretici, ut 24. q. vlt. q dam. ver. Me tangi. b ¶Cur gradũ.] Gradatim & ordinate dixit, ego in patre & uos in me, & ego in uobis, si enim uolũtate tm̃ in unũ essemus, nõ oporteret dixisse, nisi qa ego & pater. & uos unũ sumus, scilicet ¶ uoluntatem, non fecisset gradũ dicendo sigillatim unũquemque: ordo enim & distinctio nominum multũ operatur 1 & est si. ff. si qs cau. sed & si. §. quęsitũ. 43. dist. fit rector. extra de rescri. cũ dilecta. nã & si seruus cõis distinctio nominib. dominorum stipuletur pro uirilibus portionibus eis acquirit. si tacitus noluit, pro ea tm̃ parte, qua quisque dñs, est ff. de stip. seru. si cõmunis seruus. ita stipulemur.

c ¶Per naturã.] Sicut. n. ipse est unum cum patre natura diuinitatis. ita unũ est nobiscum humanitatis natura.

d Nos contra.] idest, econuerso.

e In eo.] Scilicet filio inessemus.

f Natiuitatem.] Et ita quoqs ipsa in nobis, sed consummatius & plenius p id ꝙ sequit. Et sic ĩuitur hic Christũ esse in nobis per carnem in sacramento communicatam & nos in eo p carnẽ virginis assumptam. Sed inuitur contrarium ibi, cũ eo quibi dicitur quod est in nobis per carnem, ibi, quod autem, quod nos sumus in eo per sacramentum altaris cõmunicati, sed utrumque potest esse uerum, cum hic insit eadem caro supra ea omnia.

g Qui.] scilicet filius per naturam assumptam a Christo in Virgine, uel a nobis in sacramento.

h Naturaliter.] per naturã diuinam inest, sic. n. intelligi debet, pater est in filio, & filius in patre, idest, iste est eiusdem naturæ uel substantiæ cum illo, & econuerso.

i Secundum natiuitatem.] idest, de patre nascendo, uel secundum natiuitatem, idest, diuinitatem, quæ est natiuitas.

k ¶In eo.] Scilicet filio.

l ¶Non enim.] Hic vult dicere, qđ mãlus non fiat ũs cum Deo per assumptionem corporis Christi, licet eius, idest, mali Christus habeat in se carnem assumptam. m ¶Sumpserit.] Per incarnationem in Virgine.

n Per me.] Hoc ex patre habet uiuere, qui ex eo natiuitatem habet, homo uero non habet natiuitatẽ a Christo, sed ab homine, a quo gignitur & nascitur, & ideo non est ibi omnimoda similitudo.

o Per patrem.] idest, a patre secundum diuinitatem.

p Quomodo non naturaliter.] idest, sicut Christus est unum cum patre.

q In se.] idest, secundum naturam diiunam, quæ spiritus est, q. d. quoniam non habet naturam cum patre, ut sit idem cum eo, & sic uere Dei filius est unum & idem cum patre unitate substantiæ, non uoluntatis, &c.

r Hæc autem.] Scilicet superiorum, aliar supradicta.

s Et

voluntatis tantum inter patrem,& filium vnitatē hæretici mentientes,vnitatis nostræ ad Deum vtebātur exēplo,tanquam nobis ad filium,& per filium ad patrē obsequio tātum,ac voluntate religionis vnitis,nulla p sacramētum carnis & sanguinis naturalis communionis proprietas indulgeretur,cum & per honorē [a] nobis datum Dei filij,& permanētem in nobis carnaliter filium, & ī eo nobis corporaliter,& iseparabiliter unitatis mysteriū uerę,ac naturalis vnitatis fit prędicandū. *Idem β*

sup.ea.corpus.

¶ Corpus Christi,quod sumitur de altari,figura est, dū panis & vinum extra videtur, ueritas autem, dum corpus & sanguis Christi in ueritate interius creditur.

α ¶ Quæ scripta.] *Addita hæc sunt usque ad ner.* De naturali.*ex ipso originali,itemque alia nonnulla,quæ facere uidebantur ad sententiæ integritatem.*

β ¶ Idem.] *Antea legebatur,i.Emendatum est ex uetustis codicibus.* De *hoc autem loco notatum est supra ead. cap.corpus.*

Item Ambrosius in lib. 5.*de sacramentis,c.*1.

¶ Quare in sacrificio aqua vino misceatur. Cap. LXXXIII.

Gen.14.

24 IN calicem [b] mittitur vinum,& quid aliud? aqua. Sed tu mihi dices, quomodo ergo Melchisedech panem, & vinum [c] obtulit? [d] Quid sibi vult admistio aquæ? Rationem accipe. *& paucis interiectis.* ¶ Iussit Deus Moysi, ut tangeret petram de uirga, tetigit petrā, & petra undam maximā fudit,sicut Apostolus ait, [bibebant autem de cōsequenti [e] eos petra, petra autē erat Christus.) Non immobilis petra,quæ populum sequebatur.Et tu bibe, vt te Christus sequat. vide mysteriū. Moyses,hoc est,propheta:[f] uirga,[g] hoc est verbum Dei. Sacerdos uerbo Dei tangit petram,[h] & fluit aqua,& bibit populus Dei.Tangit ergo sacerdos calicem.redūdat aqua in calice salit [i] in uitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est. Didicisti ergo hoc. Accipe [k] & aliud.*& paucis interiectis.*

1.Cor.10.

Ioan.19. Gen.2.

¶ De latere eius aqua fluxit, & sanguis. Quare aqua? quare sanguis? Aqua, vt emūdaret, [l] sanguis,vt redimeret.Quare de latere?qa vnde culpa, [m] inde gratia:culpa p fœminā, gratia per dominū Iesum Christū. *Item c.*3.

Psal.22.

¶ Audi psalmum.vide,quēadmodum aptus sit cęlestib.

Melchisedech uinum lympha tum obtulit.

[f] Hoc expōsum,sup.ea. in sacramento.

Aqua de petra populū per desertū secuta est.

Culpa de latere, & gratia de latere.

sti præfiguravit quando panem & uinum obtulit, sed aquam obtulisse non legitur.& ideo quæritur quare in sacrificio aqua ponitur.Et respōdet Ambrosius duas de hoc rationes assignans.Vna est, quia aqua de petra fluxit, quæ hoc sacramentum significavit, alia est quia de latere Christi aqua fluxit & sanguis.& assignat rationē quare de latere. Postea ponit multas auctoritates per quas corpus Christi multipliciter cōmēdat. Dividitur in prima parte dicit quare aq̄ in sacrificijs offeramus. In secunda cōmēdat sacrificium multiplici auctoritate.

c ¶ Et vinum.] expressum autem non est q̄ obtulerit aquā: præsumitur tñ q̄ & si non aquam vino miscuisset,vinum tamē lymphatum obtulit: quia prohibitum erat sacerdotib.in templo,ne purum uinū biberent.vnde Apostolus.Nolite inebriari uino, &c.similiter de Xpō credēdū est. [n] quia magister est absinētię. 1. q.2.quā pio. d ¶ Obtulit.] iō fortē qa fatigatis, non purum uinum, sed cum aqua mistum solemus offerre.

e ¶ De cōsequēti.] .i. sātisfacēti eis petra. Vel sicut tradūt Hebrei, aqua de petra, quā Moyses bis percussit,saliens usquequaque populū per desertum ambulantem secuta est,& de petra, quæ est Christus, salit aqua æternæ uitæ. quam potamus in deserto huius vitæ ambulātes, quia deseritur a stabilitate hui' mūdi inf.d.15.ne tales. ibi,non enim mane re.

f ¶ Propheta.].i.sacerdos 43.distin. fit rector.

g ¶ Virga.] Virga in manu sacerdotis est uerbum Dei in ore sacerdotis.aliter exponitur 45.di.disciplina.

h ¶ Tāgit petram.] .i.prędicat Christū, uel tangit petram, idest, duritiam cordis.

i ¶ Salit].i.facit nos salire, idest, transire.

k ¶ Accipe.] Alia ratio quare aqua misceatur in sacrificio. ADDITIO. Sūt quatuor rationes, quare aqua misceat uino. Prima, quia fluxit aqua de petra in signū passionis Xpi sup.ead. reuera. Et est secunda ratio, quia exijt de latere Christi.sup.ea.ca.1. Tertia qa Christus hoc fecit. sup. eadem scriptura. Quarta' quia populus per aquam significatur,& per missionem aquę cum vino populi redemptio. sup. ead.cum omne. secundum Hug.

l ¶ Vt emundaret.] inf d.4. proprie in fi.

m ¶ Quia vnde culpa.] q.d.de latere culpa.& de latere gratia, sed non de eodem latere. v.g. de latere Adæ fuit fœmina,unde culpa exiuit, de latere uero Christi sanguis & aqua,unde gratia.

n ¶ Hæc

a ¶ Hæc redemit.] Scilicet passio, & fides eius
b ¶ Mensam.] id est, communionem corporis tui.
c ¶ Inebrians, id est, dans obliuionem delectationum vt sup. dist. 3. luxuriosa.
d ¶ Pacificata sunt omnia.] In terra redempti sunt homines: princeps enim mundi huius eiect⁹ est foras in cœlis chorus Angelorum, qui iã turbatus fuerat, per passionem eius & resurrectionẽ spe futuræ reparationis i noua gaudia resurrexit, ut ī. eod d. 1. hi duo. nec (vt Orig. domatizauit) pro redẽptione diaboli passus est Christus, nec pro Angelis, sed ut eius lapsus in restitutione hois esset reparatus. & ideo dicit, p Angelis fieri dñi qđ inde cecidit, ex hominib. reddit, & iõ et dãr pacificata q̃ sunt in cęlo, qa numerum Angelorum diminutũ fide passionis suæ Christus replet. i. homines, q̃ peccato deprauati erant, suo sanguine redemit, & ex his ruinam Angelorum refarcit Deus supra d. 1. hi duo.
e ¶ Vel in cęlo.] Vel pro & i. animæ sanctorũ, quę iam in cęlis sunt. & sancti, q̃ adhuc sunt in terra. & tũc pacificata, i. saluata. Vel pacificata. i. homines Angelis reconciliati.
f ¶ Cœlum.] i. illi qui ascendunt in cęlũ, sanctificati sunt, quib. suppletur ruina Angelorum in cęlis. Ioan.
g ¶ Supersubstantialẽ.] Et in textu Matthæi est, supersubstantialem, i. super omnẽ substantiam, scilicet creatam.
Sicut uerus est Dei.] Hæc est 25. pars d. in qua probatur per 9. c. Christũ verũ esse Deũ & in sacramento altaris uerum corpus & sanguinem eius. Io. de Pant.
h ¶ Quasi filius.] Expressiuum est veritatis. non. n. imagine naturæ veritas obumbratur. ff. de li. & posth. filius.
i ¶ Et tu quia accipis.] id est, corpus Christi accipis diuinæ substantiæ vnitum.

INillo sacramento.] CASVS. Dicitur in hoc sp. quod in sacramẽtis, (Dominus pascit me, & nihil mihi deerit, &c. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.) Virga imperiũ, baculus passio est, hoc est, æterna diuinitas Christi. sed etiam passio corporalis. Illa creauit, hæc redemit, [a] (Parasti in conspectu meo mensam, [b] & poculum tuum inebrians [c] quam præclarum est) *& infra.* *Psal. 22.*

Christus pro dæmonibus, & Angelis non est passus.

¶ Quotiescumque bibis, remissionem accipis peccatorũ, & inebriaris in spiritu. Vnde & Apostolus ait.) Nolite inebriari vino, sed implemini spiritu sancto.] Vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat, Spiritu qui inebriat, radicatus in Christo est. Et ideo præclara ebrietas, quæ sobrietatem mentis operatur. *Item inf. c. 4.* ¶ (Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, &c.) Sanguine Christi pacificata sunt omnia [d] vel in cœlo, [e] vel in terra. Sanctificatum est cœlum, [f] dejectus est diabolus, vbi † versatur homo, quem ille decepit. *& paulo post.* ¶ Dixi vobis, quod ante verba Christi quod offertur, panis dicatur, ubi Christi verba deprompta fuerint, iam non panis dicitur, sed corpus appellatur. Quare ergo in oratione Dominica, quæ postea sequitur, ait (Panem nostrum?) Panem quidem dicit, sed [g] *supersubstantialem* dixit, hoc est supersubstantialem. ¶ *Caput hoc ex indicatis B. Ambros. locis confectum, & in summam redactum, ex originali emendatum est, & aliquot locis locupletatum.* *Epheſ. 5.* *Multis omissis.* † *ibi versatur, vbi & homo, orig.*

Item in lib. 6. de sacramentis, c. 1.

¶ Veram Christi carnem, & verum Christi sanguinem manducamus, & bibimus. Cap. LXXXIIII.

SIcut verus est Dei filius dominus noster Iesus Christus, non quemadmodum homines per gratiam, sed quasi filius [h] ex substantia patris: ita vera caro, sicut ipse dixit, quã accipimus & verus eius sanguis est potus. [a] *Item paulo post.* Ego sum, inquit, panis viuus, qui de cœlo descendi.] Sed caro non descendit è cœlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex Virgine. Quomodo ergo descendit panis e cęlo, & panis viuus? quia idem dominus noster Iesus Christus consors est & diuinitatis, & corporis. Et tu, quia accipis [i] panem, diuinæ eius substantiæ in illo participaris † alimento. *Alg. l. 1. c. 11. Guitmundus l. 3.* *Ioan. 6.* † *al. participat.*

a Est potus. *Post hæc verba in originali sequitur, c. forte, supra eadem.*

Item in libro de his, qui mysteriis initiantur, c. 9.

¶ In sacrificio non corporalem, sed spiritualem escam accipimus. Cap. LXXXV.

INillo sacramẽto [k] Christus est, quia corpus est Chri. *Alg. l. 1. c. 11.*

CASVS. Sicut Christus est uerus filius Dei, non per adoptionem, sed ex substãtia eius, ita uera est eius caro, quã in sacramento sumimus, caro autem non descendit de cœlo, sed panis: unde quia Iesus particeps fuit vtriusque qui accipit carnem & corpus eius, particeps est deitatis ipsius.

in sacramento Eucharistiæ est corpus Christi, & nõ corporalis esca, sed spiritualis, & ad hoc probandum inducit Ambrosius auctoritatem Apostoli.

Annus quot dies habet.

b ¶ Computantur.] ſup. diſt. 4. Quadrageſima.

c ¶ Dies.] ſupple. & ſex horas, de quibus ſex horis i vno quadriennio vno die efficitur. vnde fit biſſextus. nam dies naturalis cõſtat ex 24. horis hoc idem dicit lex, & annus per tot dies uoluitur. ff. de ſta. li. cum heres §. ſi Stichus. vnde cum ieiunamus quaſi decimam partem totius anni, p decima 365. dierum ieiunamus. 36. dies remanent 5. dies, & ſex horæ. de iſtis 5. diebus ieiunamꝰ quatuor, ſed alio reſpectu, ſ. ut ſacer numerus cõpleatur: remanet ergo vnus dies indecimandus, & ſex horę liciæ. Et ita ſunt xxx. horæ in decimatæ, ſed pro decima iſtarum horarũ in ſabbato maiore tardius cęnamus. immo alio reſpectu ieiunamus, & illi 5. dies non vĩ qã decimentur. Et ita eſt argu. quod ſi ruſticus hẽt 15. corbes uini, non debet decimare niſi decem.

Ieiunij quadrageſimale eſt decima dierum.

d ¶ Anni. ar. q. ſi ruſtico poſt decimas datas remanent 5. corbes. q. de illis nõ debet dare decimam.

e ¶ Tolluntur.] i. accipiuntur.

¶ *Iiſdem verbis hoc habetur apud Radulfum propoſitione decima ex Gregorio VII. itemque magna ex parte in Micrologo, c. 54.*

Item ex homilia Gregorij Papæ.

¶ De obſeruatione Quadrageſimæ. C. XVI.

Poly. l. 3. tit. 25. Burch. l. 13. c. 1. Iuo p. 4. c. 34. Fan. l. 2. c. 182.

QVadrageſima ſumma obſeruatione eſt obſeruanda, vt ieiunium in ea (præter dies Dominicos, q̃ de abſtinentia ſubtracti ſunt) niſi quẽ infirmitas [a] impedierit nullatenus ſoluatur: quia ipſi dies decimę ſunt anni. A prima igitur Dominica Quadrageſimæ vſq; in Paſcha Domini ſex hebdomadę cõputantur. [b] quarũ videlicet dies quadraginta, & duo fiunt. Ex quibus dum ſex Dominici dies abſtinentię ſubtrahuntur, non plus in abſtinentia, quam triginta, & ſex dies remanent. Verbi gratia, ſi per 365. dies annus voluitur, † & nos p triginta, & ſex dies affligimur, quaſi anni [d] decimas Deo damus. Sed vt ſacer numerus quadraginta dierum adimpleat, quem Saluator noſter ſuo ſacro ieiunio cõſecrauit, quatuor dies prioris hebdomadæ ad ſupplemẽtum quadraginta dierum tolluntur, [e] ideſt, quarta feria, quæ caput ieiunij ſubnotatur, & quinta feria ſequens, & ſexta, & ſabbatum. Niſi enim iſtos dies quatuor ſuperiorib. triginta ſex adiunxerimus, quadraginta dies in abſtinentia non habemus. Iubemur [f] etiam ab omnipotenti Deo omniũ bonorum [g] noſtrorum decimas dare, &c.

† *al. ducitur.*

¶ *Caput hoc quomodo a collectoribus refertur, ſumptum quidem aliqua ex parte videri poteſt ex homilia 16. B. Gregorij. Sed multa hic ſunt, quæ ibi non leguntur, & viciſſim multa ibi, quæ hic non ſunt.*

Item Euſebius † *Papa.*

† *al. Siluerius.*

¶ Ieiunia legitima non ſoluantur abſque neceſſitate probabili. C. XVII.

Poly. ibidem. Burc. l. 13. c. 17. Iuo p. 4. c. 40. Aug. ſerm. 65. de tẽpore.

IEiunia in eccleſia a ſacerdotibus conſtituta ſine neceſſitate rationabili non ſoluantur.

Item Hieronymus.

¶ Quotidiana ieiunia duplicatis, vel triplicatis ſunt præferenda. C. XVIII.

Iuo p. 4. c. 54.

NOn dico [h] hebdomadas, non duplicata, [i] nõ multiplicata ieiunia, ſed vel ſingulos dies abſque ciborum luxuria † tranſigamus.

† *remittatis.*

Item Hieronymus ad Euſtochium de cuſtodia virginitatis.

Aug. Burc. l. 13. c. 25. Iuo p. 4. c. 55. Pann. l. 2. c. 185. Burc. l. 13. c. 22.

¶ De eodem. C. XIX.

SInt [k] tibi quotidiana [l] ieiunia, & refectio ſatietatẽ

f ¶ Iubemur.] ſup. 16. q. 1. decimas.

g ¶ Bonorum.] id eſt, de actionibus & poſſeſſionibus veſtris, quia & illæ in bonis noſtris computantur. ff. de verb. ſignif. bonorum.

NOn dico.] CASVS. Non præcipitur, ut per ſeptimanam, vel per duos dies ieiunetur ſine cibo, ſed vt quolibet die moderate cibo fruamur. Seq. uia c. patebus continue, quod fieri numquam debet ut extra de temp. ord. literas. Romani uero diuerſo modo agere experiuntur, maxime a tempore quo Teutonicis conceſſum eſt regnum noſtræ eccleſiæ, de quo habetur. 36. d. Hadrianus. in fin.

Continuum dicitur quod etiã interualum habet.

k S Int.] Arg. contra. 35. diſt. ab exordio.

l S Quotidiana.] nota q̃ aliquid dicitur continuum, luen

licet ibi fit aliquod interuallum, nam dicit cõtinua, & tamen dieb. Dominicis non ieiunamus, verba.n.ciuili modo sunt intelligenda.ff.de fer.l.si cui.

a ¶ Si post pariter.] q.d.si tãtum postea una uice comedas.quantum debet tibi sufficere tribus vicib. uel pluribus,

d ¶ Sed modico.] arg.contra 25.d.ab exordio.

COntraria.]Hæc est sexta pars di.in qua p̃bat per x. c.q̃ non debemus nos multũ dare medicinis, nec multum affligere nos ratione medicinæ.nec malos comedere cibos nec ultra mensuram,lo.de Faut.

e ¶ Cõtraria.] cõtra 7.q.1.c.ult.& 26.q.2.illud.

f ¶ Lucubrare.] i. flere peccatũ, uel in nocte uigilare. 1

g ¶ Meditationis.] cũ suadẽt contrarta Deo maxime sanis.

1 Vel i. prælati Fm Pan.

† al. obseruatur.

figiens.Nihil prodest biduo,triduoque trãsmisso vacuũ portare uentrem, si post pariter [a] obstruatur. † [b]

Idem.

¶ De eodem. C. XX.

I.Timot.5. Banc.l.13.cap.24.& 25 Iuo p.4.c.56. & 57. Pann.l.2.c. 186.

SInt tibi ieiunia pura,& cõtinua,moderataque,i.quotidie esurire, & quotidie [c] prandere, Apostolus inquit:Noli adhuc aquam bibere;sed modico [d] utere vino propter infirmitates tuas. Curat enim vulnera delinquentis,curatosque sanctificat ieiunium.

¶ *Burchardus citat ex dictis Pameny eremita,& habetur in uitis Patrum par.2.§.5o expamemo. Apud Hieronym. de uita clericorum ad nepotianum hæc habentur.* Sint tibi pura,casta,simplicia,moderata,& non superstitiosa ieiunia.

Item Ambrosius in psalmum cxviij.serm.22.ad uer. Concupiui salutare.

¶ Medicinæ præcepta diuinæ sunt cognitioni contraria. C. XXI.

Poly.l.3.tit.29. 6 COntraria [e] studiosæ sunt diuinæ cognitioni præcepta medicinæ.A ieiunio reuocant,lucubrare [f] non sinunt, ab oi intentione meditationis [g] abducunt. Itaque qui se medicis dederit,seipsum sibi abnegat.

Et gl.ord. Gen.25. *Item Greg.in expositione beati Iob, li.30.c.27.*

¶ Quot modis uitium gulæ nos tentat. C. XXII.

QVinque modis nos gulæ [h] uitiũ tentat.Aliqñ namque indigentiæ tempora præuenit,aliqñ uero ipse non prænenit, [i] sed cibos [k] lautiores quęrit,aliqñ quæ libet sumenda sint,pra parari accuratius expetit,[l]aliqñ autem & qualitati ciborum,& tempori congruit,sed in ipsa quantitate sumendi mensurá moderatæ refectionis excedit.Nonnumquá vero & abiectius elt,quod desiderat, [m] & tñ ipso æstu immẽsi desiderij deterius peccat.

sup.de pę.d.3.nihil prodest. Poly.l.3.tit.25. *Item Pius Papa epist.1.*

¶ Absque puritate mentis,ieiunia,& orationes non prosunt. C. XXIII.

NIhil.n,prodest [n] homini ieiunare,& orare,& alia religionis bona agere,nisi mẽs ab iniquitate reuocetur,& ab obtrectationibus lingua cohibeatur.

Item Hieronymus.

¶ Mediocre bonum non est magno pręferendum. C. XXIV.

Poly.l.3.tit. 25.fine auctoris nomine. NOn mediocriter errãt,[o] qui bono magno [p] pferũt mediocre bonũ.Nõne rõnabilis homo dignitatem amittit,qui vel ieiunium charitati, aut vigilias ptert sẽ sus integritati,ut propter abstinetiã æ immoderatam, ¶

h ¶ Gulæ.] nã gula a paradiso expulit quẽ abstinẽtia reuocauit.sup.d.35.6.

i ¶ Prænenit.] sup.e.d.1.solent.

k ¶ Cibos lautiores] ẽ.d.41.c.1.2.& 3. 2

l ¶ Expetit.] sup.di.50.de his uero, & hoc cũ fine cã facit sup.d.41.c.1.2.& 3.

m ¶ Qd desiderat.] nã satius est more domini pisce uesci, &c.41.d.cap.c.

n ¶ Nihil.n.pdest] ad uitã æternam vt de pę. di.3. §.põt.&c.si quis autem.q̃ est.n quoad temporalia sup.23.q.2.si quælibet.

o ¶ Non mediocriter] CASVS.In hoc reprehenduntur quidam, qui nimis ieiunant oãt & vigilant, elemosynis tñ & eleemosynis non insistunt. Ex nimia .n.psalmorũ decantatione incurritur amẽtia,uel ex flictia, uel corporis ægritudo Dei ẽt magis cõsiderat intẽtionẽ, q̃ multitudinem orationũ.Cũ ergo p̃cẽtum desit (hoc nri), tñ unicuique cõfertur æ si pro une solo oraretur,& iõ nullus in talib. dẽt corpus suũ nimis affligere,sed probatur auctoritate Esaiæ,& Apostoli.

p ¶ Bono magno.] finẽ quo nõ p̃t hãri felus ęterna. 3

q ¶ Immoderatã.] ar.q̃ idẽ facit plus quod minus ext. de

2 Iſtae.videtur cõtraria ei, q̃ hic dr. sed dic, q̃ hoc intelligitur qñ facit sine iusta cã, sed ex cã hoc licitum est ut ibi, modus.n. utendi est in culpa, nõ cibi natura.

3 Subaudi ut est charitas, & careat vitiis, & earum opera ut credere in Deum & diligere Deũ, & huiusmodi. Arch.

Digitized by Google

de offic.cuſto.c.1.Arg.cõtra ff.de ſer.ur.præſi arborẽ.

a ¶ Triſtitia.] Melancholiæ, quę triſtitiam inducit, & ponitur ſymptoma morbi pro morbo.

b ¶ Deus.] nam homo flecti poteſt verborum multitudine.nã importunitate qũque qs obtinet.de pẽ.diſt.1. iportuna. Inſta.n. opportune, & iportune 43. diſt. ſit rector. imò ẽt qũque a Deo obtinet. 8.q. 1.audacter.Et eſt arhic cõtra teſtiũ multitudinem. in auth. de referẽdarijs.§.2. col.2.

atque indiſcretam pſalmorum, vel officiorũ decãtationem aut amentiæ, aut triſtitiæ [a] notam incurrat? Numquid uerborũ multitudine flecti Deus [b] ut homo põt? Non enim verbis tãtum, † ſed corde orandus eſt Deus. Melior eſt quinque † pſalmorum declaratio cum cordis puritate, & ſerenitate, & ſpiritali hilaritate, q̃ totius pſalterij modulatio cum anxietate cordis, & triſtitia. Cum igitur [c] pro cũctis † animabus pſalmus, vel miſſa dicitur, nihil minus, quã ſi pro vno quolibet ipſorũ diceretur, accipitur. Audiãt itaque, qui ea, quæ neceſſaria ſunt corpori ſubtrahũt, illud, q̃ per prophetam Dominus loquitur: Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum. De rapina vero holocaustum offert, qui ſiue ciborum nimia egeſtate, uel ſomni penuria corpus immoderate affligit. Videat itaque quid Apoſtolus dicat; Carnis curam ne feceritis [d] in concupiſcentijs, &c.

In regula Monac. apud Hier.c.de contempl. orat.& leſt.

† abeſt ab orig.

† al. ſiptem.

1.Cor.14.

† al. centum.

Eſa.61.

Melancholia triſtitiam inducit.

Miſſa una an tñ proſit cõib. quantũ un:.

a ¶ Abſtinentiam.] *Sic eſt emẽdatum ex manuſcriptis, & Polycarpo. Antea legebatur*, innocentiam.

Rom.13. Gal.5.

Item Auguſt. ſuper Ioannem, tractat. 17.

¶ Non a cibis, ſed ab iniquitatibus abſtinere, eſt magnũ & generale ieiunium. C. XXV.

IEiunium [e] autem magnum generale eſt, abſtinere ab iniquitatibus, & illicitis uoluptatib. ſęculi, quod eſt perfectum ieiuniũ. *& infra.* ¶ In hoc ergo ſæculo quaſi Quadrageſimam abſtinentiæ celebramus, cum bene uiuimus, cũ ab inquitatibus, & illicitis uoluptatib. abſtinemus. Sed quia hæc abſtinentia ſine mercede non erit, expectamus beatam illam ſpem, & reuelationem glorię magni Dei & Saluatoris Ieſu Chriſti. In illa ſpe, cũ fuerit de ſpe facta res, accepturi ſumus mercedem denariũ, *& infra.* ¶ Denarius ergo, qui accepit nomen a numero decem, redditur, † & coniũctus quadragenario fit quinquagenarius. Vnde cum labore celebramus quadrageſimam ante paſcha, cũ lætitia vero, tãquam accepta mercede, quinquageſimam poſt paſcha. Nam huic tamquã ſalutari labori boni operis, q̃ pertinet ad quadragenarium numerũ, additur quietis & felicitatis denarius, ut quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipſe Dñs Ieſus multo apertius, quando poſt reſurrectionem quadraginta diebus [f] conuerſatus eſt in terra cum diſcipulis ſuis, quadrageſimo autem die, cum aſcendiſſet in cęlum, peractis decẽ dieb. miſit mercedem ſpiritus ſancti.

Et ſen.24.ad fratres in eremo.

Tit.2.

† al. additur.

Ioan.14. Act.1.

Item ex dictis Apollonij.

¶ Raptorem, uel furem non facit neceſſitas, ſed voluntas. C. XXVI.

DIſcipulos, cũ per ſegetes trãſeũdo vellerẽt ſpicas, [g]

Quadrageſima, per quam ſi bene ieiunauerimus, accepturi ſumus mercedem denariũ, quod ex eo deſignatur, quia denarius adiunctus quadragenario, fit quinquagenarius, vnde cum labore Quadrageſimam celebramus ante Paſcha, cum lętitia uero quinquageſimam poſt paſcha, i. accepta mercede, quod etiam ipſe Dominus ſignificauit.

b Importuna. Inſta.n. opportune, & importune 43. diſt. ſit rector. imò ẽt qũque a Deo obtinet. 8.q. 1.audacter.Et eſt arhic cõtra teſtiũ multitudinem. in auth. de referẽdarijs.§.2. col.2.

c ¶ Cũ igitur.] ſed nũquid eſt hoc ita verum? Dicũt quidã q̃ ſic, & eſt in ſacramentis ſpeciale hoc propter ſanctũ ſpiritum, qui nõ datur ad menſurã, vt ſupprox. d.nec quamquam, ſed omnia facit cõia ĩ. proxi. diqueris. Vel hoc refer as ad ipsũ celebrãtem: quia tãtum valet ei vt miſſam celebret q̃ centũ ſicut q̃ vno, &c. Vel refer as hoc ad caſum in quo canõ loquitur. .i. q̃ nõ min⁹ valet vna miſſa cũ hilaritate mẽtis dicta pro centum, quam ſi q̃ quolibet diceretur, cum anxietate.

d ¶ Ne feceritis.]ſ. in delitijs & deſiderijs, q.d. ſuperflua q̃hibet nõ neceſſaria ſupra d.3. pervenit.

IEiunium autem.] CASVS. ſic ponit hunc caſum, In hoc c. Aug. loquit de ieiunio ſpirituali qđ eſt uerum, & perfectũ ieiuniũ, & ſemper ab omnib. tenẽdum toto tpe ipſius vitæ, ſicut.n. corporaliter ĩ quadrageſima ieiunam⁹ añ paſcha, & poſt Paſcha ĩ lętitia celebramus quinquageſimã quaſi accepta mercede præcedẽtis laboris, ſic in hac uita quaſi ĵ quadrageſima ieiunam⁹ poſt hãc vitã in lętitia recepturi mercedẽ, cũ denari⁹ nobis vitę ęternę adder, quadragenarius .n. numer⁹ hãc vitã laborioſam ſignificat, denarius vitam æternã, qui poſt hanc uitam addit pro mercede, ad quod ſignificandum quinquageſimã, quæ fit ex denario addito quadragenario, in lætitia celebramus. ſeq. duo c. plana ſunt.

e ¶ Ieiunium.] CASVS. Tota uita noſtra eſt quædam

f ¶ Quadraginta dieb.] ſ.76.d.§.nõ aũt, &c. ſcire, cõtra. Dvbi dr̃ p 50. dies fiũt. Sed ibi 50. pro 40. ponũtur.

g DIſcipulos.] ¶ Spicas.] Eſt ergo differentia inter fur-

Digitized by Google

furtum,& furtum.arg.ff.de off.præſi.plebiſcita.nõ tamen quin furtum ſpicæ committatur,ſed non cõmittitur quo ad pœnam arg.ext.de fur.ſi quis.in princ.

a ¶Et ederent.]hoc licebat, ſed non falcem in meſſem alienam mittere.6.q.3.ſcriptum.

ex delicti naſc.§.furtum, ff.de furtis qui.

e QVidquid &c.] Quaſi dicat nõ eſt meritorium.33.q.6.§.ex his in prin. Vel dic qđ id quod propter neceſſitatem fit cito ſoluitur,ideſt.ſolui cito debet, ſcilicet ceſſante neceſſitate.1.q.7.quod pro remedio.Ioan.

AD-

& ederent,[a] & ipſius Chriſti vox innocentes vocat,quia coacti fame [b] hoc fecerunt.

Item Hieronymus in c.7.Oſee.

¶Nõ neceſſitas,ſed volũtas facit perſeuerãtiã. C.XXVII.

QVidquid [c] enim neceſſitate fit, cito ſoluitur: qđ uoluntate arripitur,perſeuerat.

Item Ioannes os aureũ,hom.25 .ad c.epiſt.ad Hebræos.

¶Ciborum temperantia ſalutem, abundantia contrarium parit. C. XXVIII.

NIhil enim [d] ſic iucundũ eſt, ſicut cibus bene digeſt[9] & decoctus.Nihil ſic ſalutẽ,nihil ſic ſenſuum acumen operat̃,nihil ſic ægritudinem fugat, ſicut moderata refectio : ſufficientia qppe cum nutrimento & ſoſpitatẽ ſimul ,pcreat & uoluptatem:[e] abundantia uero morbum facit,& moleſtias ingerit,& ægritudines generat. Quod enim[f] fames facit,hoc ẽt plenitudo facit ciborum:magis aũt & multo peiora.Fames quippe in paucis dieb.aufert hoiem,& liberat de hac [α] vitali pęnali, exceſſus vero ciborũ cõſumit,& putrefacit corpus humanũ, & macerat ægritudine diuturna, & tunc eũ morte crudeli cõſumit.

α ¶De hac vita pęnali.[*Abſunt hæc ab orig.græco, ſed sũt in uerſione Scholaſtici,quã ſatis tolerabilẽ ſequit Gratia.*

Item Hieronymus aduerſus Iouinianum,lib.2.

¶Ciborum delitiæ,ſi abundauerint,lædunt. C. XXIX.

NE tales accipiamus cibos,quos aut difficulter digere re,aut comeſos,magno partos,& pdiros labore [g] doleamus:olerum,pomorum,ac leguminum & facilior apparatus eſt,& arte,impendijſque coquorum non indiget: & ſine cura ſubſtentat humanũ corpus,moderateq.ſumptus (quia nec auide deuoratur, [h] quod irritamenta gulæ non habet)leuiori digeſtione concoquitur.Nemo enim vno, [i] aut duobus cibis,hiſq; uilibus vſque ad inflationem ventris oneratur:quæ diuerſitatę carnium,& ſaporis delectatione percipitur. Cum varijs nidoribus [k] fumant patinæ,ad eſum ſui,explera eſurie,quaſi captiuos trahunt. Vnde & morbi ex ſaturitate nimia concitantur, multique impatientiam gulæ,vomitu remediantur,[l] & quod turpiter ingreſſerunt, turpius egerunt. Hippocrates in aphoriſmis [m] docet craſſa, & obeſa [n] corpora, quæ creſcendi

Par.1.Aphoriſ.

NIhil enim.] CASVS.Dī hic q̃ leues & digeſtibiles cibi ſunt ſumendi. Cibus.n. moderate ſumpt[9] bene nutrit, ſanũ & lætũ hoiem facit. Cibus aũt nimi[9] morbos iducit, & crudelius hoiem interficit q̃ fames: nã fames hoiem cito perimit: nimius uero cibus hominẽ longa ægritudine macerat.

d ¶Nihil enim.] cauſauit Grat.alas, modo vult curare corpora.7.15.q.1.nõ ſ.

e ¶Voluptatem.]ideſt,hilaritatem.

f ¶Quod.u. fames. &c.]arg. ex ductus contrarijs eundem ſequi effectum.

NEtales.]CASVS Beneu.ſic ponit hũc casũ, Cõmẽdat hic cibi parcitas, & reprehendit gulofitas: & oſtendit quæ ſint cõmoda parcitatis,& quæ incõmoda gulofitatis.cũ.n. hõ nimis repletus eſt ſi sãguinẽ nõ minuat(ſm Hippocratẽ) morbũ incurrit. Nã cũ homo nõ poſſit in eodẽ ſtatu manere,oportet eũ,qui eſt in ſummo decreſcere. Vnde & Galenus dicit qp athletæ q̃ nimis comedunt, diu viuere non pñt nec eẽ alias ſubtilis ingenij[Patinę.] i.coquinę vſ paropſides magnæ. Ad vsũ ſui. alias ad uſum ſuę libidinis explendę,alias ad esũ [Aial.]i.hoiem, alias animam.

Necęſſitate urgente multa licẽt. quæ alias non licerent.

ADDITIO. Quia lex uetus hoc permittebat, ſed Phariſęi reprehendebãt eos. quia in ſabbato hoc faciebãt Arb ¶ Fame. ineceſſitas famis excuſat a furto.ut hic.& extra de fur.c.ſi quis. quia neceſſitas non habet legem ut ſup.dſt.1.ſicut,ſic propter neceſſitatem famis Dauid comedit panes propoſitionis 25.q.1.§.his itaque,nam ob neceſſitatem famis poteſt pater diſtrahere filios. ut C. de patribus qui filios dſt.l.2.& eſt ratio,quia in neceſſitate omnia debent eſſe communia.ut 47.dſt.ſicut hi. & maxime ciuitatem.ut ff.ad legem Rhod.de iac. leg.2.§. cum in eadem naui,in fi.Item quia ipſe Dominus ex pcepto tenetur paſcere eſurientem. ut 86.dſt. paſce.unde talis furtum iuſte potuit credere Dominum hoc permiſiſſum. & hic non del.quia, ut inſtitut. de obligat.quæ

g ¶Labore.] ne breuis hora conſumat vitã longi tpis extra de cen.cum Apoſtolus. Ad hoc inuitat monachos cũ ipſe monachus fuerit nõ alios.ar.41.d.nõ cogantur.

h ¶Deuoratur.]non hẽt in ſe cauſam auide deuorandi.

i ¶Vno.]vel vino.

K ¶Nidoribus.] Nidor proprie dicitur quidam odor carnium aſſatarum.nidor eſt eo,quod nebula leuatur.

Nidor quid ſignificat.

l ¶Remediantur.]ideſt, remedium habent.

m ¶Aphoriſmis.]Aphoriſmus dicitur ab a,quod eſt de, & phoras,i.terminatio,inde aphoriſmus, quaſi determinatio,uel ſermo determinatus. uel dicitur ab.a quod eſt ſine,& phoros, quod eſt deflus.inde aphoriſmus, quaſi ſermo breuis,pauper uerbis,diues ſententijs.

Aphoriſmus unde dicat.

n ¶Obeſa.]ideſt, rotunda.

a ¶Ma-

Mutabilia sunt omnia.

a ¶ Manere.] nihil enim est quod mutabilitatem non sentiat. in auth. de non alie. aut permutare §. nos igitur coll. 2. & quotidie recedunt de corpore nostro quædam particulæ, & aliæ statim succedũt. ff. de iu. ꝓponebatur.
b ¶ Animal.] idest, hominem animatum, & ita in parte intelligitur totum. Arg. §. ff. de euic. si dictum. §. in stipulatione. alias animã.
e ¶ Hippocratis.] vt dicit Hippocrates in aphorif. Repletiones in ultimo existẽtes difficiles sunt.
d ¶ Quorũ uita.] ad hoc comedere dẽnt, ut uiuant, nõ uiuere ut comedant.
e ¶ Sagina est.] Iuuenalis:] Genialis agatur. Ita dies, stomachum propera laxare saginis.

mẽsuram compleuerint, nisi cito ablatione sanguinis imminuãtur, in paralysim, & pessima morborum gña erumpere, & idcirco esse necessariã demptionẽ, ut rursus habeant in quæ possint crescere, non. n. manere [a] in vno statu naturã corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere, nec posse viuere animal, [b] nisi crescendi capax sit. Vnde & Galenus vir doctissimus Hippocratis [c] interpres athletas quorum uita [d] & ars sagina est, [e] dicit in exhortatione medicinæ, nec viuere posse diu, nec sanos esse, animasque eorum ita nimio sanguine & adipibus, quasi luto inuolutas nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus & rutu, & ventris ingluuie cogitare.

Idem ibidem paulo inferius.

¶ Multorum infirmitates ieiunia sanant. C. XXX.

Moniales vinum non bibant.

o ¶ Stomachum: propera laxare saginis.

LEgimus quoslã morbo articulari, [f] & podagræ humoribus laborãtes proscriptione [g] bonorũ ad simplicẽ mensã, & pauperes cibos redactos conualuisse. [h] Carue rant enim solicitudine dispẽsandæ domus, & epularum [i] largitate, q̃ & corpus frangũt, & aiam. Irridet [k] Horatius appetitũ ciborum, qui consumpti relinquũt pœnitẽtiam.

Sperne uoluptates, &c.

Lib. 6. regesti sui.

Item Gregorius VII. in synodo celebrata Romæ anno sui Pontif. vj. c. 8.

¶ Die sabbatorum a carnib' abstinere debemus. C. XXXI.

Poly. l. 3. tit. 25.

7 QVia die sabbati apud sanctos patres nostros in abstinentia celebris est habitus, nos eorumdem auctoritatem sequentes, salubriter admonemus, [l] vt quicunque se Christianæ religionis participem esse desiderat, ab esu carnium eadem die (nisi maiori festiuitate interueniente, uel infirmitate impediente) abstineat.

Smaragdus in expositione regulæ S. Benedicti. c. 39. ex Fructuoso.

Item Fructuosus Episcopus.

¶ Monacho carnem gustare non licet. C. XXXII.

8 CArnem [m] cuiquam monacho [n] nec sumendi, nec gustandi est concessa licentia, non quod creaturã Dei iudicemus indignã, sed quod carnis abstinentia vtilis, & apta monachis æstimetur, seruato [o] tamen moderamine pietatis erga ægrotos. &c. *& infra.* ¶ Quod si quis monachus uiolauerit, [p] & contra sanctionem regulæ, vsumq; ueterum † vesci carnibus præsumpserit, sex mensium spatio retrusioni, & pœnitentiæ subiacebit.

† *al. veritm.*

Itẽ Hieronymus ad Rusticũ monachũ de uitẽdi forma.

Voluptas est sperneda testimonio Horat.

k ¶ Irridet.] dicẽs. sic (Sperne uoluptates, nocet empta dolore, voluptas.) & alibi, (Me pinguem & nitidum bene curata cute uises. Cum ridere uoles Epicuri de grege porcum.

Q Vã dies sabbati.] Hæc est. 7. pars. distin. in qua probat de æquitate, quod carnes non sunt comedendę die sabbati. Io. de. Fan.

CASVS. Auctoritate sanctorũ patrũ monemur in hoc c. abstinere a carnib. die sabbati, nisi cã infirmitatis uel nisi ea die magna festiuitas interueniat. Seq. c. patet.

l ¶ Admonemus.] & ita consilium est, nisi ubi consuetudo est ꝙ abstineãt: tũc cm̃ est præceptũ. ext. de obser. ieiu. cõsilii. Dic ꝺ illis ut dixi 3. di. 3. ꝺ esu. & 12. d. illa.

CArnẽ. Hæc est 8. pars dist. in qua ponitur regula monachis, ꝙ se debent semper a carnibus & a pannis lineis abstinere & semper aliquid operari. Io. de Fan.

m ¶ Carnem.] de abstinentia & studio monachorum duobus c. interserit.

n ¶ Monacho.] moniales uinum ut uenenum fugiant. 35. dist. in palea, uinolentum.

Moniales vinum non bibant.

o ¶ Seruato tm̃.] Aduertendũ est istũ canonẽ per Gratianũ detruncatum fuisse. Sic em̃ habebat originale Seruato tm̃ moderamine pietatis erga ægrotorum necessitudines aut lõge proficiscentiũ. ut ex uolatilib. substentent & in lõginquo itineri destinati. Si autẽ a principe uel epõ inuitentur, pro benedictione & obediẽtia degustare non metuant, seruãtes apud se continentiã consuetã. Quod si quis monachus. &c. ut in textu. Testes sunt Bernardus Cassinensis abbas, & Ioannes de Turrecremata Cardinalis doctor theologus super regulam Benedicti.

Additio notabilis.

p ¶ Violauerit.] ex hoc colligit H. ꝙ monachus factus episcopus nõ debet carnes comedere. Alij econtra. cum absolutus sit. arg. sup. 28. q. 1. vnico.

Monachus epus an carnes comedere debeat.

Zum-

Digitized by Google

NVnquid de manu] CASVS. Dicit Hie. in hoc c. q̃ monachus non debet esse otiosus, sed semper legere vel manib. operari, sicut laborabant Apostoli, quamuis de sua predicatione uiuere possent. Monachus igitur instra sibi necessaria facere debet, hortos colere, arbores

b ¶ Ad verbum] .i. iuxta verbum, s. vt mens & intentio ad id quod dicitur, dirigatur, non ad alia euagetur, uel ad verbum, non transcursu, non transiliendo. sed tractim singula dicendo. arg. sup. ea. non mediocriter. arg. ad primum. sup. d. 2. regera.

c ¶ Aliquid] sup. d. 1. qñ aũt. 3. 42. d. §. 1. contra. ibi ad modicũ. Sed illud intelligitur sine pietate respectu eorũ per quę habetur vita ęterna. 19. dist. non satis.

d ¶ Pulcherrimorũ] Virgilius In Georgicis

versuum. s. Virgilij, quib. illud ostenditur. Argu. contra. 3, 37. dist. legimus.

e ¶ Cier. .i. mouet.

f ¶ Scatebrisque. .i. ebullitionibus.

Gẽmæ sunt nodi virgarum.

g ¶ Vel gemmis gẽmę dicũtur nodi uirgarũ, unde flores & frondes erumpunt. & dicit lex, q̃ quędã arbores dicuntur gẽma leg. † vt ff. solu. matri. diuortio. §. fundum. Seruulus est nodus. Truncus vbi arbores inseruntur. arg. 23. q. 5. ipsa pietas.

† geminalea

h ¶ Salomonis dicẽtis, Vade ad apem, & disce quomodo operatrix sit, & castum opus faciat.

Liberi dñi possunt seruire duobus.

i ¶ Lectione] & dicit lex, q̃ libertus similiter põt præstare operas dominis diuersis, quia põt scribere uni, & custodire domum alij. ff. de ope. lib. duorum.

k ¶ Omnis otiosus] quęritur Egist⁹ quare sit factus adulter? In prõpria causa est desidiosus erat. ext. de renunc. nisi cum pridem.

l ¶ Nõ spernũt] peccant tamen, & epitimio tradendi sunt. sup. 21. q. 4. c. 1.

¶ De quotidianis operibus monachorum. C. XXXIII.

Ino p. 7. c. 5.
† *distatur*] vera lectio.
† *al. venit.*

NVnquã [a] de manu tua, & oculis tuis recedat liber, dicatur † psalteriũ ad verbũ, [b] oratio sine intermissione. Vigil. sẽsus sit, nec vagis † cogitationib. patẽs. corpus pariter & animus tendatur ad Dñm. Iram vince patientia, Ama scientiam scripturarũ, & carnis vitia nõ amabis. Nec vacet mens tua [c] varijs perturbationib. quę, si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent quæ ad delictũ maximũ. Facito aliquid [d] operis, vt semp te diabolus inueniat occupatum. Si Apostoli habẽtes potestatẽ de Euãgelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarẽt, & alijs tribuebant refrigeria, quorũ p spiritualibus debebãt metere carnalia, cur tu in vsus tuos cessura nõ præpares? Vel fiscellam texe iunco: vel canistrum lentis plecte viminibus, sartiat̃ humus, areolę æquo limite diuidant, in quibus cum olerum iacta fuerint semina, ut plantæ per ordinem positæ, aquę ducant̃ irriguæ, ut pulcherrimorum [d] versuum spectator affatas,

Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam,
Elicit, illa cadens raucum per læuia murmur.
Saxa ciet, [e] scatebrisque [f] arentia temperat arua.

Inserant infructuosę arbores vel gemmis, [g] vel surculis, vt paruo post tp̃: laboris tui dulcia poma decerpas. Apũ fabricare aluearia, ad quas te remittunt Salomonis [h] pueribia, & monasteriorũ ordinem, ac regiã disciplinã in paruis disce corporibus. Texãtur & lina capiendis pisc̃ib. Scribant̃ libri, vt & manus operetur cibum & aius lectione [i] saturet. In desiderijs est omnis otiosus. [k] Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, ut nullum absque operis labore suscipiãt, non tã pp victus necessitatem, q̃ pp animæ salutem, ne uaget pniciosis cogitationibus mens, & instar fornicãtis Hierusalem oi transeunti diuaricet pedes suos. *& in sequentib.* ¶ Quid ergo oẽs peribunt, q̃ in urbibus habitant? Ecce illi fruunt̃ suis rebus, ministrãt ecclesijs, adeunt balneas, vnguenta nõ spernunt, [l] & in otium flore † vertiant. Ad quod & ante respõdi, & nunc breuiter respõdeo, me in p̃senti opusculo nõ de clericis disputare, sed monachum instituere.

Item in lib. 5. cap. c 115.

¶ Absque prælati sui licentia canonicis nihil agere licet. C. XXXIIII.

9 INoĩbus [m] igitur (quãtũ humana permittit fragilitas) decernimus, vt canonici, [n] clerici † canonice

Pro. 6.

Virg. Georg. Li.

Pro. 23. *secundum lxx.*

Eccli. 18.

† Sic uetustus Hier. codex, vulgati habent (ore)

Ite in Mogunt. sub Catolo, c. 9.

Ino p. 6. c. 402.

† *al. uel clerici.*

Canon dist. in regula.

res inferre, apibus aluearia fabricare, & earum opera attendere, & retia texere pro piscibus capiendis, libros scribere, unde in Aegypto non recipitur monachus nisi in aliquo opere sit peritus. Quod autem de monacho hic dicitur, ad clericos non pertinet, quia de his nõ agitur. (Fiscellam,) vas est de iuncis. (Scatebris,) .i. ebullitionibus. (Fabricare,) deponens est hic, uel supple dísce, scilicet fabricare.

a ¶ Nunquam, s. horis cõstitutis. ar. 36. dist. si qs vult.

b ¶ Ad verbum] .i. iuxta verbum, s. vt mens & intẽtio ad id quod dicitur, dirigatur, non ad alia euagetur, uel ad verbum, non transcursu, non transiliendo. sed tractim singula dicendo. arg. sup. ea. non mediocriter. arg. ad primum. sup. d. 2. regera.

c ¶ Aliquid] sup. d. 1. qñ aũt. 3. 42. d. §. 1. contra. ibi ad modicũ. Sed illud intelligitur sine pietate respectu eorũ per quę habetur vita ęterna. 19. dist. non satis.

d ¶ Pulcherrimorũ] versuum. s. Virgilij, quib. illud ostenditur. Argu. contra. 3, 37. dist. legimus.

e ¶ Cier. .i. mouet.

f ¶ Scatebrisque. .i. ebullitionibus.

g ¶ Vel gemmis gẽmę dicũtur nodi uirgarũ, unde flores & frondes erumpunt. & dicit lex, q̃ quędã arbores dicuntur gẽma leg. † vt ff. solu. matri. diuortio. §. fundum. Seruulus est nodus. Truncus vbi arbores inseruntur. arg. 23. q. 5. ipsa pietas.

h ¶ Salomonis dicẽtis, Vade ad apem, & disce quomodo operatrix sit, & castum opus faciat.

i ¶ Lectione] & dicit lex, q̃ libertus similiter põt præstare operas dominis diuersis, quia põt scribere uni, & custodire domum alij. ff. de ope. lib. duorum.

k ¶ Omnis otiosus] quęritur Egist⁹ quare sit factus adulter? In prõpria causa est desidiosus erat. ext. de renunc. nisi cum pridem.

l ¶ Nõ spernũt] peccant tamen, & epitimio tradendi sunt. sup. 21. q. 4. c. 1.

¶ In omnib. igitur] Hæc est 9. pars di. in qua dr. q̃ canonici simul debent comedere, dormire, & iacere in uno cõclaui. Io. de Fant.

CASVS. In hoc c. dicitur qualiter canonici regulares uiuere debent. Debẽt enim uiuere in regulam uiuere, & documenta sanctorum patrum seruare in episcopali ecclesia (si fieri põt) simul manducent, & dormiant, & prælatis suis obediant. Põt etiam hoc intelligi de omnibus clericis collegiatis.

m ¶ In omnibus. de modestia clericorum & sobrietate 4. c. continuat.

n ¶ Vt canonici. regulares. Nam canon nuncupatur regula. dist. 3. canon.

a ¶ In-

Digitized by Google

uiuant, obſeruantes diuinæ ſcripturæ doctrinã,& documenta ſanctorũ patrũ,& nihil ſine licẽtia ep̃i ſui,vel magiſtri eorũ incõpoſite [a] † agare p̃ſumant, in unoquoq; [b] ep̃atu vt ſimul mãducent,& dormiant,[c] ubi his facultas id faciendi ſuppetit, vel q̃ de rebus eccl̃aſticis ſtipendia accipiũt,in ſuo † clauſtro maneant,& ſingulis diebus mane primo ad lectionẽ veniant,& audiant,[d] quid eis impe retur. Ad menſam vero ſimiliter lectionẽ audiant,& obedientiam ſ̃m canones ſuis [e] miniſtris [α] [f] exhibeant.

† *al.compoſite.*

† *al.tam.*

α ¶ Miniſtris.] *In originali, & apud Iuonem eſt*, magiſtris. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum.*

Item ex concilio Nannetenſi, † *c.*10. † *al.matiſcenſi.*

¶Presbyteri,qui ſimul conueniunt ebrietatem, & comeſ ſationes ſummopere vitent. C. XXXV.

11 NVllus presbyterorum, quando ad anniuerſariũ [β] diem trigeſimum,vel ſeptimum,uel tertium alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, ſe inebriare vllatenus præſumat, nec precatus in amore ſanctorum, vel alicuius animæ bibere,uel alios ad bibendum cogere, [h] vel ſe aliena precatione ingurgitare,nec plauſus & riſus inconditos, & fabulas inanes ibi referre,aut cantare præſumat,vel turpia ioca, vel vrſo, vel tornatricibus [i] ante ſe fieri patiatur, nec laruas [k] dæmonum ante ſe ferri conſentiat,quia hoc diabolicum eſt,& a ſacris canonibus prohibitum.

ſup.d.44.c. nullus. Burch.l.1.c.61. Iuo p.6. c.252.

*Item ex concilio Laodicenſi,c.*41.*&* 42.

¶Clericus vel laicus ſine iuſſione epiſcopi non peregrinetur. C. XXXVI.

12 NOn oportet miniſtros altaris,vel quoslibet clericos præter iuſſionẽ [l] epiſcopi ad peregrinãdũ [m] proficiſci.Laicum β etiam ſine [n] canonicis literis, *ideſt, formata.*¶Similiter non oportet alicubi proficiſci [o].

Burch.l.1.c.45. Iuo p.6. c.146.

Cap.41.

β Laicum etiam.] *In codice græco hic eſt canon quadrageſimus primus,quemadmodum ſuperior huius capitis pars eſt canon* 42. *Sed in neutro canone fit mentio laici(ſicuti neque in verſione Dionyſij,quã afferunt Burchardus,& Iuo) ſed ubique eſt, ἱερατικὸν τάγματος, i.* ſacerdotale vel clericum. *In priſca tamen verſione canon* 31. *ſic habet.* Non oportet miniſtrum altaris, vel etiam laicum.

Et in Aquiſgr.c.73. Thymelici qui ſint.

*Item ex eodem,c.*54.

Iuo p.11.c.78.

¶Quib.ſpectaculis clericus intereſſe nõ dẽt.C.XXXVII.

NOn oportet miniſtros altaris,vel quoslibet clericos ſpecteculis [p] aliquibus,quæ aut in nuptijs;aut ſcenis [q] † exhibentur, intereſſe, ſed antequam thymelici [r] ingrediantur,ſurgere eos de conuiuio,& abire.

† *edit*] orig.

a ¶ Incompoſite.] maxime,quoniam & ſi bonum agat, pœnam meretur.ff.de re mil.l.3.in bello.

b ¶ In unoquoque.] ideſt,epiſcopali ſede.

c ¶ Et dormiant.] 3.diſt.32.ſi quis.cõtra.1.q.2.facerdos. Sed hic de regularib. Vel eſt derogatum, diſt.4.leges 1.

d ¶ Audiãt. qa cõuiuiũ eorũ nõ dẽt eſſe ſine lectione.3.4.d. pro reuerentia.

e ¶ Suis.] alias eſſent acephal.93.d.nulla.

f ¶ Miniſtris.] prælatis.qa ſubditis miniſtri verbum Dei.36. diſt.ſi quis. 2

NVllus p̃sbytero rũ. Hęc eſt 10. parte ſ̃m Io.de Fãt. CASVS. Reprehẽdũtur hic presbyteri,q̃ in cõuiuiis,q̃ fiebãt de ſanctis comedebãt nimium & bibebãt,turpes cãtilenas cãtabãt,& turpes ludos corã ſe fieri permittebãt.[Tornatricib.] i.ioculatricib⁹ quemadmodũ tornare ſe uoluũt. Sequẽtia duo c.patẽt Thymelici.]thymele græce, Latine dr̃ pulpitũ. inde thymelici dr̃ hiſtriones & cãtatores, qa olim i ſcena ſup pulpitũ cãtabãt & ſpectaculum ſui corporis præbebãt.

Thymele. Thymelici.

g ¶ Anniuerſariũ.] 3.13.q.2.quia aliſ. h ¶ Cogere.] ar.3 Anglicos, ut ex de uita & hon.cl.a crapula.

i ¶ Vel tornatricib.] i.ioculatricib⁹, quę uoluuntur ut torni.

k ¶ Nec laruas.] ex de uit.& hone.cler. q̃n.& c.cũ decoré.

NOn oportet.] Hęc eſt 11. pars diſt.ſ̃m Io.de Fant.

l ¶ Iuſſionẽ.]nec epiſcopũ præter iuſſionem Patriarchæ.

m ¶ Ad pegrinãdũ.] ut C.de epiſ.&cle.ſi qua p calũniã.in fi.

n ¶ Sine canonicis literis.]hoc de crucefignatis,qui debent ire ultra mare uel de pœnitentibus. B.

o ¶ Sine canonicis literis.]in aut. ã ſan. epi.4.interdicimus. coll. 9. ext.de uoto, Epiſcopi literas hẽant q̃ peregrinari nolunt.

p NOn oportet. ¶ Spectaculis.] ſup.diſ.34.p̃sbyteri.

q ¶ Scenis.] qd ſit ſcena, Labeo definiuit.ff.de his qui no.infam.l.2 §.ult.

r ¶ Thymelici.] a thymele,qđ é pulpitũ, imò Thymelici dicunt, q̃ miniſtrãt ludẽtib.ff.de his q̃ no.inf.athletas.

o ¶ Proficiſci.] ſi autem clericus tamdiu abſit q̃ dubitetur an uiuat, an mortuus ſit, deſinit habere liberam ad miniſtrationem.inſti.de uſucap.§.quod autem.

Clericus perdit adminiſtrationẽ p diutinam abſentiam.

p NOn oportet. ¶ Spectaculis.] ſup.diſ.34.p̃sbyteri.

q ¶ Scenis.] qd ſit ſcena, Labeo definiuit.ff.de his qui no.infam.l.2 §.ult.

r ¶ Thymelici.] a thymele,qđ é pulpitũ, imò Thymelici dicunt, q̃ miniſtrãt ludẽtib.ff.de his q̃ no.inf.athletas.

Fu-

Digitized by Google

FVcare figmentis.] hæc eſt.22.pars diſt. in qua dicitur,quod nullus debet ponere vnguentum in faciē, nec ligaturas.in aures.Io.de Fan.

CASVS. Reprehenduntur hic viri,qui medicamentis & colore q̄ſito uolunt apparere pulchri, quia nec mariti uo-

¶ *Hoc caput non eſt in canonū uolumine græco Pariſiis anno* 1540. *impreſſo. habetur tamen apud Balſamonē, & uidetur indicari c.*24. *ſextæ ſynodi. Gratian. autem recitat ex priſca uerſione.*

*Itē Auguſt.ad Poſſidiū,& q̄ cū eo sūt,fratres,epi.*43.

¶ Colorū fucis mulieres vti nō debent. C. XXXVIII.

† *Facari.*] oti.

12 FVcare† [a] pigmētis,quo vel rubicūdior,vel cādidior appareat,adulterina fallacia eſt,quia nō dubito ēt ipſos maritos ſe nolle decipi,quibus ſolis p̄mittendę ſunt fęminæ ornari, ſcd̄m veniam,non ſecundum imperium. Nā uerus ornatus, maxime Chriſtianorū & Chriſtianarū, non tātum nullus fucus mendax, uerū ne auri quidē, ueſtiſque pompa,ſed mores boni ſunt. Execrāda aūt ſupſtitio ligaturarū (in q̄b. [b] ēt in aures viro rū.in sūmis ex vna parte auriculis ſuſpēdæ deputētur)ñ ad placēdū hoībus,ſed ad ſeruiēdum dęmonib.adhibet.

16.q.1.illud.

*Item ex ſymbolo Epheſini concilij cc. epiſcoporum, quod habitum eſt contra Neſtorium.d. c.*2.

In epi. ſynodica Cyrilli,quæ præfixa eſt concilio Epheſino. Iuo p.1.c.3.

¶ Qd̄ ſpiritus ſanctus p̄cedit a patre & filio.C.XXXIX.

*Ioan.*6.

13 DE ſpiritu [c] dicit Dñs in Euāgelio, Ille me clarificabit.[f] Hoc rectiſſime ſentiētes, vnū Chriſtum Dñm & filium,nō uelut alterius egētem gloria, confitemur a ſpiritu ſancto gloriam cōſecutum, quia eius ſpiritus nec melior nec ſuperior ipſo eſt:ſed quia mira opera faciens ad dēmonſtrationem ſuæ dietatis, uirtute p̄prij ſpiritus vtebat, ab ipſo dicitur clarificari, p̄ uirtus ſua, E vel diſciplina q̄libet vnumquēque clarificet. Quāuis enim i ſua ſit ſubſtātia ſpiritus eius,& intelligatur in p̄ſona proprietas, [h] iuxta id, qd̄ ſpiritus eſt, & nō filius, attamen ab illo alienus [i] nō eſt. Nam ſpiritus appellatus eſt ueritatis, [k] & ueritatis Chriſtus eſt. Vnde & ab illo ſimiliter, ſicut ex Deo [l] patre p̄cedit. Denique hic ipſe ſpiritus ēt per manus ſanctorum Apoſtolorum miracula glorioſa p̄ficiens, Dūm glorificauit Ieſum Chriſtum, poſtquā aſcēdit in cęlū. Nā creditus eſt Chriſtus natura Deus exiſtere † p̄ ſuum ſpiritū virtutes efficiēs,

† *al.exiſtens.*

*Ioan.*6.

volunt ab uxoribus ſic decipi, nam Chriſtiani debent moribus ornari,& nō falſo colore, nec pretioſa ueſte, ſuperſtitioſas uero ligaturas inter quas inaures deputantur portare non debent.

Verſus.

a ¶ Fucare.] i.tingere.C.quæ res uend.nō poſſunt.l.1. verſus.

Si uitium frontis alienus fucus inauret.
Gloria frontis obit,cum color hoſpes abit.

Donatio in aliquib. tenet qua maritus uxori facit.

b ¶ In quib.] inter quas.

c ¶ virorum.]i.a uiris datæ.Sed nf,q̄ nec in talibus teneat donatio, q̄a dicit lex,quod ſi uir dat uxori margaritas extricatas. i. ſi ipſas perforauerit. tenet lege Aquil.ff.ad leg.Aquil.ſi ſeruus.§. ſi cum maritus.Sed illud exaudi cum nolunt in eam transferre dominium alias ſi dat ei unguenta uel pecuniam ad ea emenda, tenet donatio.ff.de do. inter ui. & uxor.quod autem §.1.idē eſt ſi dat ei ornamenta.ff.de aur.& arg.leg. argento.§. ornamenta.

i Ideſt,ab inuicem ſeparatus. ſcd̄m Acurſi.

d ¶ Cōtra Neſtoriū.]CASVS.Dicebat Neſtorius epūs Cō

DE ſpiritu dicit] Hęc eſt 13. pars di.in qua dicitur, q̄ a ſpiritu ſancto omnia perficiūtur, & ſine illo nullū bonū eſt, & iō Grati. poſuit in fine iſta duo c. de ſpiritu ſancto, ut ēt reprobaret quoſdā hęreticos, qui dicunt,q̄ ſpiritus ſanctus non procedit a filio, q̄ male dicūt. Ioannes de Fant.

CASVS.Querebatur à Neſtorio hæreticō, quare Chriſtus I Euāgelio dixerit de ſpiritu ſancto, ille me clarificabit,cum ipſe nō indigeat clarificatione alterius, nec ſpiritus sāctus ſit eo maior.vt ei gratiam dare poſſit. Et reſpōdet q̄ hoc iō dī, q̄a per opera,quæ I uirtute ſpiritus ſancti fecit, deitatem ſuā omnibus manifeſtauit,ſicut aliqs virtute p̄pria uel doctrina clarificari dicit. eius.n. ſpiritus idē eſt cum eo in ſubſtātia,& procedit ab eo ſicut a patre. ſpiritus ſanctus per Apoſtolos miracula faciēs, Chīm eis manifeſtauit,poſtquam in cęlum aſcendit.

e ¶ De ſpiritu.] ēt omnia ſacramenta I uirtute ſpiritus ſancti perficiuntur.

Sacramenta omnia I uirtute ſpiritus ſancti perficiuntur.

Spiritus ſanctus a patre & filio procedit, quidquid dicant Græci.

f ¶ Clarificabit.] ideſt, opera quæ faciam in uirtute eius manifeſtabunt me hominibus.

g ¶ Sua.] ideſt, Chriſti,qui eſt eiuſdem ſubſtātiæ cū e.

h ¶ Proprietas.] i.diſcretio quia perſonaliter ab eo eſt diſtinctus.

i ¶ Alienus.] ideſt,aliud in eſſentia,immo idem.

k ¶ Veritatis.] ideſt,a ueritate, ideſt,a filio procedens.

l ¶ Ex Deo patre.] mirum eſt cum Epheſinum concilium fuerit in Græcia celebratum,& de quattuor principalibus ſit unum.ut 15. diſt.canones.quomodo Græci audent dicere ſpiritum ſanctum a ſolo patre procedere.cum hic dicitur contra.inducti tamen ſunt ad hoc dicendum duab. de cauſis.ſ. quia Chriſtus loquens de proceſſione ſpūs ſancti,ſolum patrem nominat dicens. Quia patre procedit. Item etiam quia in ſymbolo fidei apud eos edito ſimpliciter cōtinetur, Qui a patre procedit.

Digitized by Google

cedit.nos addimus, filioque, sed in fine symboli apud eos sub anathemate prohibetur, vt nullus de fide Trinitatis aliud docere vel aliter prædicare quam ibi cõtinetur, audeat. unde dicũt nos anathematizatos, quia ibi addimus, filioque. Sed Christus ideo ita dixit, qa patri voluit attribuere auctoritatem inspirandi. Itẽ i anathemate ponitur aliud ꝑ cõtratio, sed nõ est cõtrariũ, sed idẽ. cũ filius cũ patre sit idẽ in substãtia, ergo q̃ a patre ꝓcedit, & a filio. & sic ñ addim⁹ sd potius ꝺclaram⁹.

a ¶ De meo,] ideſt a me, & a patre meo procedit. C. de sum. trinit. l. inter claras. Io. de Fan.

SAluator] CASVS. iste sic consueuit poni cõmuniter. Loqtur hic Didym⁹ cõtra Græcos, qui errori Nestorij adhęrentes dãt spiritũ sãctũ a filio non ꝓcedere vt colligitur inf. ea. vers. denique. & i argumẽtum suum assumit auctoritatem Dñi dicẽtis, Non. n. loqtur a semetipso, sed sicut audit, loquitur. Secũdo exponit qualiter ista uerba sint circa Trinitatẽ intelligẽda, s. dicere, loqui, & audire, qa aliter recipiũtur quam secũdum cõsuetudinem, qua nos loquimur. Tertio dicit, qd spiritus sanctus ñ ꝑt aliqd audire a filio quod ipse nesciat.

b ¶ Inseparabilis.] ꝑ hoc exaudi qd dicitur, Inseparabilia sũt opera Trinitatis ad 18. q. 2. licẽ. vt intelligaẽ de inseparabilitate uolũtatis & operationis nã q̃ operatur pater, operatur & filius & spiritus sanctus.

c ¶ Volũtate. quia vult, alias falsum esset quod gignit pater, non filius, comedit filius, nõ aũt spiritus sanctus arg. sup. ea. di. 3. c. vlt. Mihi enim uidetur esse distinguẽdum inter opera operata, & opera operãtia, sed male, nisi intelligas opera operata ideſt, actus ipsos, uel accidens quod est in subiecto. Si enim intelligas opera operata secundũ quod effectus est a sua causa, nil operatur vna persona quod tota Trinitas non causetur, iuxta illud. Actio displicuit, passio grata fuit.

d ¶ Et amplius.] alia expositio est Io.

e ¶ Quia non ex se est.] ideſt, non procedit ex se, ideſt ex persona sua.

f ¶ Sed iuxta formam, &c.] sicut & ad iura corporalia restituitur quis. sed nõ autem ad incorporalia. ff. de usuca. sequitur §. huiusmodi. & ita aliter loquuntur leges de his, quam de illis.

g ¶ Inferis.] quia hoc liquidum est hic esse, &c.

h ¶ Patrem.) in Euangelio tamẽ exponitur, pater dicit vel loquitur de filio, ideſt, gignit filium Pater vel filius loquitur de spiritu sancto, ideſt, inspirat spiritum sanctũ. Filius audit patrem, ideſt, giginitur ab eo. spiritus audit a patre uel filio, i. inspiratur ab eo. & hæc expositio

Pater loquitur de filio, quid significat.

ideoq. dicebat: De meo [a] accipiet & annũtiabit nobis.

Item Didymus in lib. 2. de spiritu sancto, contra errores Græcorum.

Ibidem.

¶ De eodem. C. XL.

parte post medi. inter opera B. Hier.

SAluator, [a] qui & veritas, ait; Non enim loquet a semetipso, hoc est, non sine me, & sine meo & pãtris arbitrio, qa inseparabilis [b] a mea & pris est volũtate c. *& amplius.* [d] † ¶ Quia nõ ex se est, [e] sed ex patre & me est. Hoc enim ipsum, qd subsistit, & loquitur a patre, & a me illi † est: Ego veritatem loquor ideſt, inspiro quæ loquitur, si quidẽ spiritus ueritatis est Dicere autẽ, & loqui in Trinitate, non secundũ cõsuetudinem nostrã, qua ad nos inuicẽ sermocinamur. & loquimur, accipiẽdum, sed iuxta [f] formã incorporaliũ naturarum, & maxime Trinitatis, quæ uoluntatẽ suam infert [g] in cordẽ credẽtium, & eorum, qui eam audire sunt digni, hoc est dicere & loqui. *& infra.* ¶ Loqui ergo patrẽ, [h] & audire filiũ, vel econtrario filio loquente, audire patrẽ, eiusdẽ naturæ [i] i patre, & filio, cõsensusque significatio est. Spiritus quoq. sanctus qui est spiritus ueritatis, & spiritus sapiẽtię, nõ põt filio loquente audire, quæ nescit, cũ hoc ipsum sit, quod profertur a filio, ideſt, procedẽs a ueritate consolatore, manãs de consolatore. Deus de Deo, spiritus ueritatis procedens. Denique, ne quis illũ a patris & filij voluntate, & societate discerneret, [k] scriptum est, Nõ enim a semetipso [l] loquetur, sed sicut audiet, loquetur. Cui etiã simile de seipso Saluator ait. Sicut [m] audio, & iudico. & alibi, Non potest filius facere quidquam, nisi quod viderit patrem facientem. [n]

Ioan. 16.

Ioan. 5.

Opera Trinitatis qualiter sunt inseparabilia.

Opera sunt duplicia.

Filius in diuini q̃dquid hẽt, a patre habet.

[a] ¶ Saluator.] *In originali hæc antecedũt.* De hinc in consequentibus de spiritu veritatis, qui a patre mittatur, & sit paracletus Saluator, &c.

tio usitatior est, quam ea, quæ hic ponitur.

i ¶ Eiusdem naturæ.] secũdario. principaliter enim fit rotatur personarũ distinctio. immo principaliter, nec est ibi inuenire prius uel posterius, & omnia q̃ in Trinitate personas distinguunt, essentiam innuunt. & essentialiter intelliguntur, & accipiuntur. Vnde Aug. Nõ est Deo aliud esse personam, & aliud esse substantiam, cum hoc nomen, persona, principaliter editum sit ad notandum distinctionem personarum.

k ¶ Discerneret.] dicendo, quod non procederet ab eo.

l ¶ Semetipso.] legitur in Euangelio Io. Cũ uenerit paracletus spiritus veritatis, ille vos docebit omnem veritatem. non. n. loquetur a semetipso, sed quęcunque audiet loquetur, & quæ uentura sunt, annuntiabit vobis.

m ¶ Sicut audio.] i. Intelligo & scio. dicitur enim filius, scientia. & quidquid habet filius, habet a patre, & spiritus sanctus a patre & filio.

a ¶ Facientẽ.] sæpe solet similis filius esse patri. itẽ & magistro discipulus. 24. quæs. 1. cum beatissimus. Ioãnis

FINIS.

Immortali Deo immortales gratias.

Digitized by Google

CANONES POENITENTIALES,

Quorum notitia viris ecclesiasticis est valde necessaria. Sunt enim quædam regulæ directiuæ ad pœnitentias delinquentibus imponendas.



Onsiderãdum est de canonibus pœnitentialibus. Ad quorum intelligentiam prænotandum est. ℘ sicut cæ infelicitijs practicis, quæ versantur circa opera, ℘ sermo in vniuersali est incertus, & dubius; sed cum applicatur ad singularia, incipit quodã modo habere certitudinem, ut qui non considerat circunstantias particulares, potius deuiet, quam se rectificet, vt patet in medicina, & scientia morali. Sic est intelligẽdum in proposito, quòd canones instituunt in generali, quomodo est pœnitentia imponenda, & descensum ad singularia presbyteris discretis relinquunt, qui considerant circunstantias personarum attendentes ad canones, sicut ad regulas directiuas, quia si contra canones imponunt, non recte imponũt. Nulli ergo presbytero licet facere aliquid quod possit patrum regalis obuiare. d. 38. nulli. In canonibus autem maximè determinatur pœnitẽtia quo ad tempus, & magis, quam quo ad modum, quia illa determinatio est certior, & communior, hæc Bonauentura. Vt ergo scias qualiter debeat procedere arbitrium presbyteri, nota regulariter si verè dictum est supra, septennis est pro peccato mortali pœnitentia ponenda. & hoc non tñ pp temporis diuturnitatem, sed magis pp significationem. In veteri.n. lege Maria soror Moyb lepra percussa, separata fuit extra castra septem diebus Numeri 12. Maria significat pœnitentiã. Interpretatur.n. amarum mare. Hæc remittitur septẽ diebus: sed nunc pœnitet septem annis: quod significatum est Ezech. 4. Diem pro anno dedi tibi.

Si quæratur, quare pœnitentia sit agerenata, cum lex nona sit lex misericordiæ? Respon. quòd hic est maior ingratitudo propter maiorem gratiam, & maior contemptus, pp maiorem dignitatem nouæ legis, in qua Christi sanguis est effusus, & grauius peccatum pp statutum peccantis, qui debet esse perfectior. Et viterius satisfactio in lege noua, debet esse perfecta, vt in pristinum statum reducat. Et quia Sol. in vna die non redit in idem punctum, sed in anno, ideo dies cõuersus est in annum Rursum. Quia perfectum remedium est lege noua, ideo annus multiplicari debet per septem, pp septem dona Spiritus sancti recuperanda, & pp septem dotes, s. tres aiæ, & quattuor corporis obtinendas. Huiusmodi aũt pœnitentia non est omnibus imponenda, nec tñ inuermanda, sed inuanda, vt cognoscatur quã grauis est culpa. hæc Bonauen. Licet aũt pro singulis peccatis criminalib. fit statuta talis pœnitẽtia, dẽt tñ imponi magis, vel minus aspera, prout maioritas, vel minoritas criminis cum cæteris circunstantijs hoc exposcit, vt insequẽtibus patet. A prædicta namque regula excipiuntur plurimi casus, in quibus pp dignitatem peccãtis, vel criminis enormitatem, imponitur pœnitentia maior aliqñ etiam ex variis causis minor. Ad hoc ergo, ℘ presbyter circa pœnitẽtias disponendo cautius arbitretur, notandi sunt casus in quib. per canones certæ pœnitentiæ imponũtur, quos l. canones tenetur presbyter scire, vt dictum est sup. Sunt autem isti.

Primus est, ℘ si presbyter fornicationem fecerit pœnitentiam 10. ann. faciat hoc, modo, l. ℘ ut inclusus, siue a cæteris in aliquo loco remotis, sacco indutus, & humi prostratus, misericordiã Dei ingemiscens. Primis tribus mensibus continuis a vespere in vesperam pane, & aqua vtatur, exceptis dominicis diebus & festis præcipuis, in quib. modicum vini, piscibus, & legumin. bus vescetur. Exactis aũt sic trib. primis mensib. de alio loco cedat: non tamen in publicum procedat, ne populus in eum scandalizetur. Et per hoc videtur, ℘ in publico crimine loquatur. Post hoc resumptis viribus aliquantulum, vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expiet, exceptis dominicis, & aliis præcipuis festis, in quib vino legitimè, oris, & calceo potest vti. Finito hoc primo anno, & dimidio, particeps sit corporis Dñi, & ad pacem veniat, & ad psalmos cum alijs tribus canendos in choro vltimus recipitur. Ad communionem altaris non accedat, sed minorum ordinum tantum officia gerat: deinde vsq; ad completionem septimi anni tres legitimas ferias 4. secundam, quartam, & sextam, exceptis diebus paschalibus, quibus quinquagesima, in pane, & aqua ieiunet, secundam tamen tertiam vno psalterio, vel denario si sit operarius, redimere poterit. Et sic cum septimum annum compleuerit, potest cum episcopus ad gradum pristinum reuocare: ita tamẽ, quòd in tribus annis sequentibus sine vllaredemptione omni sexta feria in pane, & aqua ieiunet. Et eodem pœnitentia imponenda est presbytero de omnibus alijs peccatis, quæ depositionem inducunt. Probantur autem hæc omnia. 82. d. presbyter si fornicationem: quod intelligunt quidam de simplici fornicatione, alij forte melius secundum Ray. de adulterio, vel incestu: puta, quia cognouit coniugatam, cõsanguineam, vel affinem.

Secundus casus est, si presbyter cognouit filiam suam spiritualem, quam s. baptizauit, vel in baptismo, vel in cõfirmatione tenuit, vel quæ sibi confessa fuit: debet pœnitẽtiam agere 12. annis, & etiam debet deponi, si crimen sit manifestum: & peregrinando 5. annis pœniteat. & postea monasterium intret, tota vita sua moraturus ibidem. Episcopus vero qui talia cõmisit pœniteat 15. annis. Ipsa vero mulier debet omnia relinquere, & res suas pauperibus dare & conuersa vsque ad mortem in monasterio Deo seruire. 30. q. 1. si quis sacerdos, & c. non decet.

Tertius est, ℘ quicumque filiam suam spiritualem, vel matrem cognouerit, septem annis pœniteat, & similiter et consentientes. 30. q. 1. non oportet.

Quartus est, ℘ qui contrahit cum aliqua alij desponsata per verba de præsenti, ipsa dimissa 40. diebus ieiunet in pane, & aqua, & sequentibus septem annis pœniteat extra de frigidis. duo. accepistis.

Quintus est, ℘ qui cognouit duas commatres, vel sorores, huic vxor viuat, huic non, ad minus 7 annis pœniteat, licet plus haberet. 30. q. 4. si presbyter.

Sextus est, ℘ qui cognouerit monialem, siue deuotam, decem annis pœniteat, & similiter ipsa secundum formam traditam. 27. q. 1. c. de filia. & c. deuotam. In quorũ primo dicitur, ℘ si filia epi, vel presbyteri, vel diaconi post votum solenne contraxerit matrimonium, non admittitur ad communionem, nisi marito defuncto pœnitentiam egerit, si autem eo viuente decesserit, & pœnitentiam egerit, & communionem petierit, tantũ in fine vitæ recipiet eam. In secundo

cap. dicitur, quod deuota peccans non est recipienda in ecclesia, nisi peccare desierit: & desinens egerit pœnitentiam x. annis, postea recipiatur ad communionem: & antequam in ecclesia admittatur ad orationem ad nullius conuiuium Christianæ mulieris accedat.

Septimus est de eo qui ignoranter cognoscit duas sorores, vel matrem, & filiam, vel amitam, & neptem, pœniteat septem annis. Si autem scienter, perpetuo privetur coniugio. 33 q. 1. & 2. si quis cum duabus.

Octauus est, ꝙ qui duxit in vxorem eam quam polluit per adulterium, pœniteat, v. ann. 31. quæst. 1. si qua vidua.

Nonus est, quod qui contra naturam peccauit, si sit clericus, debet deponi vel religioni tradi, si corrigibilis appareat, ad perpetuam pœnitentiam peragendam. Si vero sit laicus, a cœtu fidelium, vsque ad condignam satisfactionem debet fieri alienus, extra de excess. prælatorum. clerici. Hoc enim vitium maius est, quam cognoscere matrem 32. quæst. 7. adulterij. & hæc Aug. Adulterij, inquit malum, vincit fornicationem, vincitur autem ab incestu fornicatio. Peius enim est cum matre, quam cum aliena vxore concumbere, sed omnium horum pessimum est, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti hæc Augustinus. Quocunque autem modo tale factum exerceatur, præterquam inter virum, & fœminam ordinate, & in vase debito, vitium contra naturam, & sodomiticum iudicatur, vt dicit Ray.

Decimus est, quòd qui coierit cũ brutis, pœniteat plusquam septem annis, & similiter pro incestu. 32. q. 2. hoc ipsum. & §. seq.

Vndecimus est, quod presbyter qui interest clandestinis nuptijs, triennio suspenditur. & si culpa exegerit, grauius puniatur. extra de clandest. despon. cum inhibitio.

Duodecimus est, ꝙ qui votum simplex violauerit, pœniteat tribus annis 27. dist. si vir.

Decimustertius est, quòd qui excõmunicatus celebrauerit, debet triennio pœnitere, & per 2. 4. & 6. feriam a vino & carnibus abstinere. 11. q. 3. de his. Ille pœna vero degradati celebrantis, habetur distinctio. 50. accedens.

Decimusquartus est, quod homicida voluntarius, sine spe restitutionis deponitur, & pœniteat septem annis 50. dist. miror.

Decimusquintus est, quòd homicida casualis pœniteat v. annis, & hoc secundum Ray. si culpa causam præcessit: aliter non, nisi forte ad cautelam. distin. 50 cum & duobus cap. seq.

Decimussextus est, ꝙ si quis fecerit homicidiũ propter necessitatem euitabilẽ, pœniteat duob. annis. dist 50. c. de his clericis. quæ licet si ineuitabilis esset, in nullo sibi imputaretur. 50 dist. quia te. Quod verum est, quo ad culpam, sed bonum esset, quòd pœniteret quo ad cautelam, & innocentiam suam ecclesiæ ostendendam extra de homi. cap. 2. §. vltim. Et secundum Ray. forte distingui potest in homicidio necessario, sicut in casu dicti, & vtrum culpa præcesserit necessitatem vel non Arg. distin. 50. de his. not. est. de homic. interfecisti. Sed & si quis per insaniam committat homicidium, non ei imputatur. 3 q. 4. iudicas. quia etenim quia in ictu disciplinæ incaute percutiendo occiderit, deponitur extra de homi. presbyterum. 15. q. 2. si quis non iratus. Sed qui ligatum latronem interficit, deponitur. extra de homi. suscepimus. Qui autem latronem occultum occidit, quem vinum cõprehendere potuit, quadraginta dieb. non intret ecclesiam, & alias pœnitere debet, extra eo. tit. c. 2. vbi de hoc dicitur. Qui vero paganum, vel iudæum occidit, pœniteat quadraginta diebus. dist. 50. c. qui vero odit.

Decimusseptimus est, ꝙ matricida pœniteat 10. annis secundum formam satis aperte traditam. 33. q. 2. latorem. Vxoricidæ vero grauior pœnitentia debet imponi. Talis enim, & qui dominum occidit, nunquam requirat, nec vehiculo portatur, nec matrimonium contrahit, vsque ad 10. annos, carnes non comedit, nec vinum bibit, & alia quæ habentur. 33. q. 2. admonere. & c. quicunque. Imponitur autem pœnitentia maior vxoricidæ, non quia illud peccatum sit grauius isto, sed quia homines promptiores sunt ad occidendum vxores, quam matres. Maius enim peccatum est occidere matrem, quàm vxorem, vt dicit Bonauen. in 4 Sent. & communiter omnes doctores. Gui. vero Duran. tenet cõtrarium in repertorio, pro eo, ꝙ vxoricidæ imponitur pœnitentia maior. Mihi autem magis placet sententia aliorum. Sed qualem pœnitentiam agere debent, qui filios occidunt? Respon. Aut est certum, quod ipsimet scienter interfecerunt, & sic debet eis imponi pœnitentia maior, quam pro alio homicidio. Argu. extra eod. c vlt. in tex. & glo. & de homi. cum iuramento. de pœnit. dist. 1. aut facta. In hoc tamen casu vir vxorem recuperat, quam coactos abiurauerat. & ipsa pœnitentiam agit secũdum arbitrium episcopi, ita ꝙ si habet alios filios pacifice gubernare possit eos vxor. extra eo. intelleximus, ꝙ si virum non habet, induci debet, vt intret religionem, ad quod non potest. nunci, tutius est ei dare licentiam nubendi, vt extra eo. ueniens. Et hoc quando timetur de incõtinentia, alias non, vt patet 32. q. 2. in adolescẽtia. Et si. patet sit clericus, ab officio altaris debet perpetuo abstinere, & ei grauior quam laico, non tamen publica (nisi veniat in publicum) pœnitentia debet imponi, vt extra de pœn. quæsitum. Aut certum est, si, quòd nõ interfecerũt ipse, nec in culpa fuerunt, seu casu fortuito contingit. & sic de stricto iure in nullo tenentur. Arg. extra de homi. ex litteris. 2. c. ioãnes. & cap. vlt. N. & velint ad cautelam pœnitere. in dubio tamen præsumitur, quòd nõ hoc ex certa scientia, sed potius ex inuria prouenerit extra de præsumptionibus. Aut certum est quod nõ exhibuerunt omnem diligentiam quam potuerunt. & debuerũt, & hic culpa præcessit casum. Et si sit grauis culpa, vt si posuit puerum in medio vtrijque, secundum arbitrium pœnitentiarij imponitur pœnitentia quinque, vel septem annorum 50. dist. si qua fœmina. & c. seq. & c. si quis sponte occulta, si sit occultum: publica, si sit publicum, & maior, si in lecto suffocetur, quam si in cunis, & maior presbytero Græco quam laico, vt habetur extra de pœnit. quæsitum. Et licet dispensetur quo ad pœnitentiam, quæ est arbitraria, & dicitur ibidem, non tamẽ quo ad ordines propter homicidium, quòd est delictum enorme, & indispensabile. dist. 50. maior. Si autem culpa quæ præcessit casum, sit leuis, vt si posuit puerum in eodem lecto, longe tamen a se imponitur pœnitentia trium annorum. Secundum hoc intelligi illud extra eodem. de infantibus. Monendi ergo sunt parentes, quòd tam tenello secum in vno nõ collocent lecto, ne qualibet negligentia interueniente opprimantur, & suffocentur, vt 2. q. 5. consuluisti. Et hoc modo distinguit Host. & Bern. extra de infan. Quid de illis qui filios, vel seruos suos infantes, vel etiam adultos languidos relegata pietate exponunt, idest, extra se ponunt ante ecclesias, vt aliqui moti misericordia colligant eos? Respon. Tales grauiter peccant: quia cum ignoretur sæpe consanguinitas expositorum, contrahere possent matrimonium cum sorore, vel consanguinea: ideo exponens tenetur de hoc peccato pœnitere, & est puniendus, sicut exponens scienter cum tali cõtraheret punitetur. extra de pœn. officij. secundum Host. Talis enim secundum Ray. est tanquam homicida iudicandus, qui hominem sibi ita cognatum periculo mortis exponit. Considerantis tamen circũstantijs, & vtrum ob hoc mors secuta fuerit, vel non fuerit,

Digitized by Google

fuerit, pœnitentia moderãda erit. Erunt autem tales irregulares, secundum Ray. si mors inde sit secuta, qui scilicet fuerunt in culpa eos exponendo, vel alimenta negando. Tamen secundũ Ro. si in nulla culpa fuissent quia forte, nec eleemosynas quærendo, nec aliter eos alere possunt, irregulares non essent, nec peccarent.

18 Est, quod qui presbyterum interfecit pœniteat 12. annis extra de pœni & remiss. c. 2. De pœnitentia uero eius qui occidit monachum, uel clericum subdiaconum, uel diaconũ, habetur 17. q. 4. qui occiderit. De pœnitentia autem eius, qui machinatur in mortem domini sui, uel in regimen eius, habetur 23. q. ult. §. si quis.

19 Est, quod qui iniuste alium ad mortem accusat, 40. diebus in pane, & aqua per 7. annos ieiunet, & pœniteat, & hoc si accusatus sit occisus. Si autem tantum membrum perdiderit, triẽnio pœniteat. extra de accu. accusasti. Hostien. vero, & Io. de Deo in ieiunando inter loquuntur, quod primus pœniteat per 7. annos. quolibet anno ieiunando 40. diebus in pane, & aqua, secundus uero per tres annos G. uero Duran. intellexit, prout littera magis sonat, scilicet, quod primus ieiunabit 40. diebus in pane, & aqua: siue continue, siue interpolate, & per 7. annos ieiunabit, & pœnitebit, non tamen in pane, & aqua, sed ad arbitriũ presbyteri, secundus uero per tres quadragesimas Prima ante natalem Domini. Secunda ante Pascha. Tertia ante sanctum Ioannem: has enim instituit beat⁹ Petrus, ut habetur in chronicis. Ieiunabit autem tunc in pane, & aqua. Probantur hæc secundum Hostien. 22. quæstio. 5. capitulo primo, & secundo, & 3.

20 Est, quod periurus 40. diebus in pane, & aqua ieiunet, & 7. annis sequentib⁹ pœniteat, & semper debet esse in pœnitẽtia, scilicet interiori. 6. quæst. 1. quicunque.

21 Est, quod qui compulsus conditionaliter a domino scienter peierat, si liber sit, 40. diebus in pane, & aqua, & hoc secundum gloss. intelligue, uel continue uel interpellate, pœniteat 7. annis sequentibus, non tamen in pane, & aqua, ut dicit gloss. Si uero seruus sit eius, qui eum coegit, tribus quadragesimis, & legitimis ferijs. s. 2. 4 & 6. 22. quæst. quinta, qui compulsus.

22 Est. quod qui peierat in manu episcopi, uel in cruce consecrata, pœniteat tribus annis. Si uero in cruce non consecrata, uno anno. Qui uero coactus, & ignorans ignorãtia iuris, & postea cognoscit, pœniteat tribus quadragesimis 22. q. 5. c 2. Qui uero coactus pro uita redimenda, uel qualibet causa, uel necessitate peierat, quia corpus plus quam animam dilexit, tribus quadragesimis pœniteat. ead. q. 5. cap. si quis coactus. Alij inducunt tres annos, & unum ex his in pane, & aqua.

23 Est, quod qui iratum scienter iurat, uel alium iurare cogit, diebus 40. pœniteat in pane, & aqua, & 7. sequentibus annis nunquam sit sine pœnitentia, scilicet interiori. Alij etiam, si consilij fuerint, similiter pœnitent, 22 q. 5. si quis commissus.

24 Est, quod qui mensurat in falsa mensura. 30. dieb. in pane, & aqua ieiunet. extra de contrahen. emp. ut mensuræ. De pœna uero falsarij litterarũ habetur extra eo ad audientiam. & c. dura. & c. falsariorum, de uerb. sig. nouimus.

25 Est, quod qui frangunt pœnitentiam solemnem siue redeundo ad crimina priora, uel similia, siue redeundo ad negotiationem, uel militiam secularem quæ sibi fuerant interdicta, sola inter ecclesiã fidelibus oratione iunguntur, a communione suspenduntur, a catholicorum conuiuijs separantur, & pœnitere debent 10 annis, & communicent in fine uitæ 33. q. 3 de his uero & de pœni. distinct 5. si quis uero.

26 Est, quod qui canit missam, & non communicat, debet uno anno pœnitere, & interim missas non cantare. de consecr. dist. 5. relatum.

27 Est, quod presbyter, qui mortuũ clericum inuoluit in palla altaris, pœniteat 10. annis, & mensib. 5. diaconus uero triennio, & dimidio. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.

28 Est, quod qui committit sacrilegium ecclesiam uiolando, uel chrisma, siue calicem sacrum pollutis manibus accipit, uel similia sacrilegia committit, pœniteat 7. annis. Primo anno extra cœmeterium, quod uiolauit cõstitat, secundo anno ante fores ecclesiæ, tertio in ecclesia, & in hoc triennio carnes non comedat: uinum non bibat, nisi in Pasca, uel natali, nõ offerat, nec communionem accipiat, quarto anno communicabit. & in illo. & in quinto, & in sexto, & in septimo, tribus ferijs a carnibus, & uino abstineat ieiunando. decimosecundo, quæstione secunda, dicunt Gotburrens autem ecclesiam, quindecim annis pœniteat. & eam restituat decimoseptimo, quæstio. quarta, § si quis in uer. maius. de pœna uero raptoris, siue furis rei ecclesiasticæ, & de pœna furis, & effractoris, tam clerici, quam laici habetur eadem quæstione. §. peccata & capitulo, si quis clericus.

29 Est, quod si parentes frangunt sponsalia filiorum, a communione triennio separentur, & similiter filij, si sint in culpa: si tamen filij secundum promissionem factam contraxerint, excusantur utique, scilicet quo ad pœnam ecclesiæ, sed non quo ad reatum, ex quo dederunt operam in contrarium 31. q. tertia, si qui parentes. argumen de pœniten. distinctio. 1. si cui.

30 Est, quod qui blasphemauerit publice Deum, vel aliquem sanctorum, & maxime beatam Virginem, ibi debet episcopus hanc pœnitentiam iniungere, scilicet ut 7 diebus dominica præ foribus ecclesiæ in manifesto dum missa cantatur, existat, & ultimo illorum dierum dominicorum pallium, & calciamenta deponat, & corrigiam ligatam circa collum habeat, & septem præcedentibus ferijs feriis in pane, & aqua ieiunet, ecclesiam nullatenus ingressurus, & quolibet prædictorum dierum tres pauperes, uel duos, vel saltem unum reficiat. si potest. & si non potest hæc pœna in aliam commutetur, quod si renuerit agere omnia supradicta, interdicatur sibi ecclesia, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura, extra de maled. statuimus Item blasphemus, si diues fuerit 40. alioquin 30. uel 20. & si ad hoc non sufficit, quinque solidorum usualis monetæ pœna mulctetur, nullamque misericordiam in hoc habiturus, ut dicitur ibidem, scilicet, quin soluat 5. solidos, quos si non habet, currat per ciuitatem, uel cõmutetur in pœnam aliam temporalem. Hæc autem pœna soluetur ei, qui condemnat, ideſt potestati sæculari, hanc enim pœnam temporalem præcipit Papa imponi per potestatem temporalem, quod si neglexerit, per episcopũ præcipitur cogi. hæc Hostien. Habet autem prædicta pœna locum secundum Gosfred. cum quis blasphemat non ex ira, uel ebrietate, vel dementia, quia tunc cum eo mitius ageretur. 2. quæst. 3. si quis iratus. §. notandum. Secundum vero Hostien. hæc pœna est specialiter inducta cõtra eos, qui Deum blasphemant ex ira. Non enim aliquis de leui blasphemat Deum, nisi iratus. Tanta tamen posset esse iracundia, quod æqui pararetur dementiæ, & tunc illud quod dicit Gosfred. locum posset habere. hæc Host.

Quid si quis iuret per caput, uel per uentrem, uel per corpus, uel capillum? Respon Hostien quod si faciat hoc affirmando, uel iurando, non habet locum hæc pœna, secus est si faciat hoc detestãdo vel vituperando, licet iratus. Item secundum Gosf. & Host. hæ quæ dicuntur de pœna temporali, nunc [illegible] prout ibu-

Digitized by G

nali fedente. In iudicio autem anima presbyter dis[illegible] molliendo rigorem, dispensare poterit ex [illegible] erga penam spiritualem superiorem. 25 q.6. pœnitentibus. haec Hostien. Item blasphemus clericus [illegible] presbyter, cogatur ad veniam postulandam, quod si noluerit, degradetur. distinct 10.46. clerici. ns

Nota autem vero, quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, ut in auth ut non laxu. contra naturalia medium. col 6 Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus, & laicus excõmunicandus 22.q.1. si quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam iuxta dictam, scilicet illius canonis, statuimus. & hoc si publice blasphemauit. Si enim occulte, non pœnitebit publicè, vt puto. Clericus vero hodie est corrigẽdus pœna arbitraria & occulta, non ita qua est publica. Clericus enim publicè non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit vel iterum hoc commiserit, locum habet pœna legis scilicet vt laicus decapiteturin foro ciuili, & in canonica degradetur, idem, ecclesiæ ingressus sibi interdicetur, & in morte priuetur ecclesiastica sepultura, Clericus vero degradetur hæc Hostien. tit. de hæreticis.

31 Est de presbytero, qui reuelat confessionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ peregrinando de, pœnit. dist. 6. sacerdotes

32 Est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & aliis officijs diuinis discrepat a consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ 6 mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 17. distinct. de his.

33 Est, quòd Episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inutilem, aut fœdi nominis, aut penitus inutilem, absolute suspendatur anno vno. 74. distinctio. cap 1.

34 Est, quòd episcopus, qui correctionem de venditione mulierum alienarum, duobus mensibus presbyter. diaconus. subdiaconus, & cæteri ad altaris ministerium iudicis pœnitere debent. 1. quæst. 1. quicquid inuisibilis

35 Est, quòd sortilegus 40. diebus pœniteat. extra de sortileg. requisiti.

36 Est, quòd qui videt in altri oculo, pœniteat duobus annis. extra de sort. ex tenorem.

37 Est de stillatione guttæ aquæ in altaris cadentis super terrã, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere 40. diebus. Si vero in super patino altaris pœniteat 4. diebus. de consecr. dist. 2. c. in quo negligentiam.

38 Est, quòd si aliquis cuomit Eucharistiam propter ebrietatem & vomitum, miles, pœniteat 40. diebus. Si clericus vel monachus, vel presbyter, uel diaconus, pœniteat 20. diebus. Si episcopus, pœniteat 30. diebus. & debet cuomitum combuti. & in altaris collocari. Si vero causa infirmitatis euomuerit 7. diebus pœniteat. de consecr. dist. 2. si quis propter ebrietatem.

39 Est quãdo mus corrodit, vel comedit corpus Christi, de pœnitentia huius alias inquire, ubi ut notata. de cons. dist. 11 circa finem.

40 Est, q̃ qui domũ vel aream voluntarie incendit, sublata uel incensa omnia restituat, & tribus annis pœnitent. extra de iniur. si quis domum. Commentator ait q̃ si ex odio, vel in ira hoc fecerit ex õmunicari debet, nec absolui nisi satisfecerit, & in tantum q̃ gnem de extero nõ apponet. In pœnitut autem ibi, ut Hieroclyn annotat in Hispania ueniat in Dei cultum, anno integro ibi morando. Si quis autem archiepiscopus uel episcopus hoc fecerit, damnu restituat, & ab officio episcopali per annũ abstineat 2. q.5. publicam. Hodie aut postquam fiunt denuntiati, non possunt, citra fidem Apostoli-

cam absolui extra de sent. excom. tua nos. Imo rex, loquitur de incendiarijs indistincte, postquam sunt publicati. Et Bar. hoc idem dicit expresse, & Grat. ext. de sent. excom. quicunque. & Gof. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bestijs, si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulam relegatur. ff. de incendio. & nauf. l. fin. Qui vero alibi, ut in villis, vel castris remissis, ibidem ædes positas combusserint, si hoc dolo fecerit, comburetur. Et hoc intelligendum secundum Hostien. si sit humilis. Si tamen hoc ex sua negligentia contigerit, relarciet damnum, uelsi minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, ut ibidem dicitur. l. qui ædes.

41 Est, quòd qui dederit uel acceperit cõmunionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitũ ab ecclesia, & postea intelligit. pœniteat vno anno. Si autem sciuit, & neglexit, pœniteat 10. annis, vel secundum quosdam 7. vel secũdum alios 5 Qui vero permittit hæreticum missam celebrare in Ecclesia catholica per ignorantiam iuris, pœnitet 40 diebus. Si pro reuerentia eius per annum pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & pro consuetudine Romanorum proijciatur ab ecclesia sicut hæreticus, si sit impœnitens, alioquin pœniteat 10 annis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transierit, & alios ad hoc induxerit. pœniteat 12 annis, tribus extra ecclesiam. 7. inter audientes. duobus extra communionẽ, & sic duodecimo anno communionem, & eucharistiam percipiat 24. q.1. si quis dederit.

42 Est, quòd patronus qui vult ecclesia dispoliat, uno anno pœniteat. 17. q. 4. si quis.

43 Est, q̃ qui domum, fontem, magicis, & incantationibus lustrat, uel aliud facit, & qui ei hoc consulit, annis 5. pœnitet. extra de maleficijs. & si non fecerit.

44 Est, q̃ qui pacem cum proximo suo non facere iurauit, tamdiu pœniteat, & ad pacem redeat. 22. q. 2 [illegible]

45 Est, q̃ periurium, adulterio, homicidio, danda pœnitentia [illegible] & similiter pro fornicatione, licet non [illegible] pœnitentia imungatur. [illegible] predicandum. 55. [illegible] §. sequitur.

46 Est, q̃ qui scienter rebaptizat, annis pœniteat: & ferra 4 [illegible] & [illegible] quadragesimæ. & si [illegible] pro [illegible] corporis obtinendi, ut extra. de [illegible] tribus annis pœniteat. de cons. dist. 4. quibus. & tales quibus baptizatur, vel confirmatur, de foro ecclesiæ, & regitur fieri irregularis dist. 56. nullum. Dei gratia autẽ talium habeatur. de cons. dist. 4. eos. Cæterum capituli sententiam præterimitto gratia brevitatis.

47 Est, quòd qui vxorem adulteram cognoscit antequam pœniteat, 3 annis pœnitet 21. q. 3. si quis secundo. Qui vero cognoscit eam pœnitentem ante pœnitentiæ peractam, pœniteat 2 annis. ca. q. si quis primo. Quo modo vero, sententia mitigenda sit mulieri partum alterius suppositum, vel etiam de non suo viro conceptum habenti extra de pœnit & remiss.

Ad regulas igitur prædictas inspiciẽdo, potest studiosus indagator procedere ad pœnitentias, pro diuersis criminibus, secundum canones imponendas, & ex causa considerata circumstantijs vt dictum est supra, moderari poterit eas. Licet ab ipsis canonibus circumstantiæ sint diligenter attendendæ, primo, inter tales qualitates personarum, & præcipue utrum sit persona honorata aut [illegible] tum honestas. Nam circa tales peccatores debet [illegible] sacerdos, & regitur ter, metalem pœnitentiam eis imponat, prout [illegible] his, quibus sunt auctoritates, præcipuum hæc, maxime

circa

eirta coniugatos: vnde ſi ferus ſit, & timore peccauerit, obediens domino ſuo in atrociotibus, eſt mitius puniendus. 22. q.1. qui compulſus. obedire iã non tenebatur in talibus. 11. q.3. ſi dñs. Si autem voluntarie peccauerit corpore punietur, ẽt acrius. quã alius. 24.q.1. qui contra pacẽ. Nec eſt ſeruo iniungẽda peregrinatio, per quam Dñs eius, qui non eſt in culpa, illius ſeruitio defraudetur ext. de ſent. exc. relatum. Si vero liber ſit, tota pœnitẽtia canonis, ſi poteſt facere, debet imponi. 16.q.1. ſacerdotes pœnitentiam. Sed ex cauſa poterit eam presbyter moderari.

Conſiderandum etiam erit vtrum ſit perſona noua in fide, quia nouis in fide minor dẽt ẽt pœnitentia imponi. extra de pœ. & re. Deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarum circunſtantiæ, de quibus ad præſens ſuperſedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, q̃ in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ 2.4.& 6.ditt. 81. presbyter. de conſect. d. 3. ieiunia. Aliquid tamen, vt dicit Rom. pro 2. feria ponunt ſabbatum.

Inſuper notandum eſt, q̃ ſi pœnitentia in pane, & aqua imponatur nõ hãti panẽ, põt loco panis leguminib. & piſciculis vetici: & ẽt alijs, ſi neceſſitas illud requirat, ext de pœ & re. licet. in tex. & gl. alias non licet.

Ieiunia an poſſint redimi.

Notandum ẽt ſecundum Ioan. ſi pœnitentia ſit impoſita a canone, liberatur quis a ieiunio dando denariũ, vel legendo pſalterium propria auctoritate. Immo. vero dicit, q̃ ieiunia neceſſaria, vt quatuor temporum, & huiuſmodi non poſſunt redimi niſi ſubſit rationabilis cauſa, voluntaria vero redimi poſſunt, etiam ſine auctoritate ſuperioris.

Ad hoc ẽt nota, q̃ vbi imponitur pœnitentia aliquot annorum, ſiue quadrageſimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri, cum pœnitentiæ ſint arbitrariæ, vt dictũ eſt ſup. ipſe enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam ſecundum canones. o. di. de his clericis. extra de homi. ca. 2. & in multis alijs iuribus. Et ſic intelligitur illud. extra de accuſ. accuſati. & de ſpon. dilectus & ſimilia.

Explicunt Canones pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM
Per Clementem a Petro Apoſtolo Romæ ordinatum epiſcopum in vnum congeſti.

1 EPISCOPVS a duobus, aut trib. epiſcopis ordinator.

2 Presbyter ab vno epiſcopo ordinator, itẽ diaconus, & reliqui clerici.

3 Si quis epũs, aut presbyter pter ordinationem Dñi, q̃ de ſacrificio inſtituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac, aut pro vino ficerã, aut confecta quædã, aut aues, aut aliqua animalia, aut legumina ſupra altare obtulerit, vt qui contra ordinationẽ Domini faciat, deponitor: excepto noue frumento, & vua, opportuno tempore. Præterea licitum non eſſe aliud quid piam admouere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore.

4 Omnium aliorum pomorum primitiæ epiſcopo, & presbyteris domum mittuntor, non ſuper altare. manifeſtum eſt autem quod epiſcopus, & presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

5 Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, vxorẽ ſuã prætextu religionis non abijcito: ſi abijcit, ſegregator a communione: ſi perſeuerat, deponitor.

6 Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, ſæculares curas non ſuſcipito, alioquin deponitor.

7 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſanctum diem Paſchæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

8 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex ſacerdotali conſortio, oblatione facta, non communicauerit cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo auctor offenſionis fuerit, & mota contra eum ſuſpicione, qui obtulit.

9 Quicumque fideles eccleſiam ingrediuntur, & ſcripturas audiunt, neque apud preces, & ſanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in eccleſia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

10 Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iſte communione priuator.

11 Si quis cum depoſito clerico, vt cum clerico, preces coniunxerit, deponitor & ipſe.

12 Si quis clericus, aut laicus a communione ſegregatus, ſeu nondum in communionem receptus, ad aliã profectus ciuitatem, ſine commendatitijs literis receptus fuerit, a communione excluditor tam qui recepit, quam qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13 Epiſcopo, qui parochiam ſuam dereliquerit, alteri inſilire netas eſto, licet a pluribus ad hoc compellatur, niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe q̃ plus lucri, & vtilitatis his qui illic conſtituti ſunt, verbo pietatis conferre poſſit, neque hoc tamen a ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

14 Si quis presbyter, aut diaconus, aut quicunque tãdem de clericorum cõſortio, relicta parochia ſua in aliã ſe contulerit, & omnino tranſmigratione facta præter voluntatem ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit, hunc iubemus, ne porro in miniſterio publico ſit eccleſiæ: maximè ſi accerſente ipſum epiſcopo eius, redire contemnat, perueſſo illic ordine perſeuerans, vt laicus tamẽ ibi locorum in communione admittitor.

15 Quod ſi epiſcopus, ad quem acceſſerint, pro nihilo reputata vacationis a miniſterio eccleſiaſtico pœna, quæ contra eos definita eſt, ipſos vt clericos ſuſceperit, a communione excluditor, vt peruerſi ordinis magiſter.

16 Qui poſt baptiſmum duabus implicitus fuit nuptijs, aut concubinam habuit, is epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

17 Qui viduam duxit, aut diuortio ſeparatam a viro, aut meretricem, aut ancillam, aut aliquam, quæ publicis mancipata ſit ſpectaculis, epiſcopus, presbyter, aut diaconus, aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

18 Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, cleri-

eus effenon potest.

19. Clericus, qui fideiussiones det, deponitor.

20. Si quis humana violentia eunuchus factus est, aut in persecutionem amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.

21. Qui sibi virilia amputauit, clericus non efficitor, sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis, cum clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor, homicida etenim sui ipsius est.

23. Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos a cõmunione eijcitor puta, quia ipse vitæ suę potuit insidias.

24. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehẽsus, dẽponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter, & reliqui clerici subduntor.

25. Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantum, & cantores (si velint) nuptias contrahant.

26. Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorẽ ipsius per huiusmodi vult insuetere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imò vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum lacesseretur conuicijs, non regerebat conuicium; cum pateretur, nõ comminabatur.

27. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iustè depositus, attingere ministerij, quod aliquando tractauerat, præsumpserit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.

28. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipse, quam qui eum ordinauit, & omnino a communione abscinditor, quemadmodum Simon magus a me Petro.

29. Si quis episcopus sæcularium magistratuum familiaritate vsus, per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor, segregãtor quoq; a communione, quicunq; cum ipso communionem habent.

30. Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopũ, seorsum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum in pietate, ac iustitia cõdemnarit, deponitor, quasi qui principatũ ambiat: tyrannus enim est. Consimiliter, & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici vero a communione segregantor. Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum a communione exclusus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto susceptum, quam ab eo, qui ipsum a communione excluserit; nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum a communione segregauit, defunctus sit.

32. Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commendatitijs suscipitor literis, & si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vocantor. Et quidem si prædicatores pietatis fuerint, suscipiuntor: sin minus, vbi necessaria ipsis suppeditauerit is, ad communionem, & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittote. multa enim per obreptionem fiunt.

33. Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite neque sine vllius voluntate quicquam agere insolitum. illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille citra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum, in sancto spiritu.

34. Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus, & regionibus sibi non subiectis, ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatem eorum, qui ciuitates illas, aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit, deponitor tam ipse, quam etiam ij quos ordinauit.

35. Si quis ordinatus episcopus ministerium, & curam populi sibi commissam non susceperit, hic a cõmunione seiunctus esto tamdiu, donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem, & presbyter, & diaconus. Si uero non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit; maneto ipse quidem episcopus, clerus uero eius ciuitatis a communione segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

36. Bis in anno episcoporum celebrator synodus, ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocãto. neque non in ecclesijs incidentes cõtradictiones dirimunto: semel quidem quarta feria † Pentecostes secundo duodecima Hyperberetei.*

† al. hebdomadæ.

* hyperberetæus apud Græcos, & Macedones. Octob. Gr. cè dictus.

37. Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto, quidpiam ex ijs sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ euertito.

38. Presbyteri, & diaconi absque voluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

39. Manifestæ sunto priuatæ res episcopi (si modo & priuatas habet) manifestæ item sunt Dominicæ, ut priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnũquam vxorem, & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iniustum enim est apud Deũ pariter, & homines id, ne ecclesia per ignorationem rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus, aut cognati eius prætextu ecclesiæ oblædantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiusque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus, ut episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ, fidei eius committendæ sunt, multo vtique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neq; non cum timore Dei, summaque sollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogẽtur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos, & hospitio exemptorum fratrum vsus opus habet, ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quam cæteri. Ordinauit enim lex Dei, ut qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites nũquam suis annonis arma hostibus inferant.

41. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uel alea, uel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: vel desinito, uel a communione seiungitor. Similiter & laici.

43. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vsuras a mutuum accipientibus exigit: vel desinito, vel deponitor.

44. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, duntaxat a communione suspenditor. Si uero etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

45. Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificiũ suscepcrit, deponi præcipimus. Quæ etenim cõuentio inter Christum, & Belial? aut

quæ

quæ parſcula fideli cum infidelibus.

46 Epiſcopus, aut presbyter ſi cum, qui verum baptiſma habeat, iterum baptizauerit: aut pollutum ab impijs non baptizauerit; deponitor, vt qui crucem, & mortem Domini derideat. Neque diſcernat veros ſacerdotes, a ſacerdotibus impoſtoribus.

47 Si quis laicus, cum ſuam a ſe vxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam, a communione ſegregator.

48 Si quis epiſcopus, aut presbyter ſecundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem, & Filiũ, & Spiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos deponitor.

49 Si quis epiſcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vna duntaxat, quæ in mortem domini detur peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, in mortem meam baptizate: ſed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

50 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quiuis omnino de ſacerdotali conſortio, naptijs, & carnibus, & vino abſtinuerit, nõ propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus, quod omnia pulchra valde, & quod maſculum, & fœminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia reijcitor. Conſimiliter & laicus.

51 Si quis epiſcopus, aut presbyter eum, qui a peccato reuertitur, nõ recipit, ſed reijcit, deponitor, eo quod Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui reſipiſcat, gaudium oboriri in cœlo.

52 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus, & vino feſtinis diebus non vtatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis auctor ſit offendiculi.

53 Si quis clericus in cauponã cibum capere deprehẽſus fuerit, a communione excluditor, excepto tamẽ eo, qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

54 Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor, principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum a communione ſegregator.

56 Si quis mancum, aut mutum iordumve, aut cæcum, aut cum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſanaueri, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

57 Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione ſegregator. Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

58 Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, a communione reijcitor, ſin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.

59 Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in eccleſia ad populi, & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, ſi quidem nomen Chriſti, ab eccleſia reijcitor. ſi vero nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, vel laicus recipitor.

62 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut a beſtijs abreptum, aut ſuffocatum, deponitor, hoc enim lex prohibuit. Sin vero laicus fuerit a communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis coniungat, deponitor, & a communione ſecluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu, ac pulſatione interemerit, deponitor propter temeritatem ſuam. Si vero laicus ſit, arceator a communione.

65 Si quis Dominicum diem, aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunate deprehendatur, deponitor, ſin laicus, a communione eiicitor.

66 Si quis virginem ſibi non deſponſatam, admota vi detinet, a communione ſuſpẽditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto, quam ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

67 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecũdam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinauit, niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neque fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

68 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacrã Quadrageſimam Paſchę, aut quartam feriam, aut Paraſcenem non ieiunauerit, deponitor, præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

69 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum cõſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lætitia feſti, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor, ſi laicus, a communione ſegregator.

70 Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditor.

71 Si quis clericus, aut laicus ceram, aut oleum, ex ſanctã ſarripiat eccleſia, a communione ſeiungitor.

72 Vas aureum, & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteumve, nemo amplius in ſuos vſus aſſumito, iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

73 Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus conuictusve fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperauerit: ſecunda quoque vice vocator; miſſis duobus ad ipſum epiſcopis. Quod ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit: ſynodus ſuam contra ipſum pronuntiato ſententiam, ne quid tergiuerſando detractandoque iudicium lucrifacere videatur.

74 In dictionem teſtimonij contra epiſcopum, hæreticus non admittitor, ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum, aut trium teſtium conſtitet omne dictum.

75 Item non oportet epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neq; enim eccleſiam Dei conferre debet in hæredes. Enimuero ſi quis id fecerit, irrita permanere ordinatio, ipſe autem excommunicatione percellitor.

76 Si quis oculo defectus, aut obtuſo cruce exiſtat: & dignus ſit, epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

77 Qui uero mutus ſurdusve, & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor, non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

78 Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus uero recipitor, & ſi dignus fuerit, clericus efficitor.

79 Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus eſt,

aut ex conuersatione prava, cum ipsum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est eum qui non prius specimen, & documentum de se præbuerit, aliorum doctorē existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

30 Dicimus, q̄ non oporteat episcopum, aut presbyterum publicis se administrationib immittere, sed vacare, & commodō se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur iducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

31 Serui in clerum promouentur citra dominorum uoluntatem: hoc ipsum operatur redhibitionem. Si quando uero seruus quoque gradus ordinatione dignus uideatur, qualis, & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint, efficitor.

32 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul utrumque retinere uoluerit, tam officium Romanum, quam functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, & quæ Dei Deo.

33 Quisquis Imperatorem, aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luito, & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, a communione remouetor.

34 Sunto omnibus uobis, clericis simul, & laicis uenerandi, ne sacri libri, veteris quidem testamenti Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quatuor, Derelictorum ex libro. dierum, duo, Hester unus: De Machabæorum gestis tres, Iob unus. Psalterium unus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, unus Esaiæ, Hieremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus inquisitor autem a nobis extrinsecus, ut adolescentes uestri addiscant. Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra uero, hoc est noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quatuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi una, Iudæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ uobis episcopis per me Clementem in libris octo mancupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam scana, quæ in se continent, Et Actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

Digitized by Google

Flores totius Decreti.

SVMMARIVM SEV Floſculus totius Decreti.

Voniã inter cætera, quæ utilia ſunt, prouidi Legiſtis & Canoniſtis, qui propter temporis breuitatem ſeu libri prolixitatẽ, vel penuriam ſtudere in Decretis ne queunt, hoc opus fore utile. Et quia quæ quis bene ſcit, ita memoriæ commendare non poteſt, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hiſpanus, profeſſor iuris canonici & ciuilis, ad ſummariam totius libri, quam breuiſſime potui Deo ſuum auxilium præbente, collegi, quæ flos Decreti merito dici poteſt. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum & legũ tam de tex. quam de notatis, ut mihi memoriæ occurrebant inſerendas decreui. Summaque totius libri hæc eſt, quia per partes diuiſus eſt. Et prima pars eſt diuiſa in cap. & diſtinctiones, modos quarum, ſeu intentionem ſigillatim & ſummarie in hoc opere declarabo. Secunda pars eſt diuiſa in 36. cauſas, quarum quælibet habet ſub ſe certas & connumeratas ſpecies, quarum omnium ſolutiones, & ſententiæ in hoc opere breuiter patefiunt. In hac ſecunda parte in 36. cauſas, & quomodo inter ipſas cauſas inſeritur tractatus de pœnitentia, qui a quibuſdam, tertia pars ipſius libri dicitur, quod non placet: quia in 7. di. eſt diuiſus, quarum mens in hoc opere breuiter elaret & aperte. Tertia & ultim. pars eſt de conſecratione, diuiſa in 5. d. quarum mens hic ſummariæ prælibatur. Sumant itaque domini mei Legiſtæ & Decretiſtæ hoc donum ſui amici, quod quamuis exiguum, commendatum tamen ab eis, ſi memores erunt illius dicti quod Philoſophus ait: Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponunt hic uerſus. Centum di. & vna, cauſæ ſunt triadena & ſex. Pœna tenet ſeptem, de conſecr. quoque quinque.

Diſtinctio prima.

HVmanum genus duobus modis regitur, &c. Tractaturus in hoc libro magiſter Gratianus de iure canonico, incipiens quaſdam iuris diuiſiones præmittit uſque ad quartam diſt. In primis, prima quæſtio cum auctoritatibus ſequentibus ponit, & probat differentiam, quæ eſt inter ius diuinum, & humanum, ſeu legem diuinam, & humanam, quæ, eſt uſque ad 1. diſt.

Prima diſtinctio ponit differentiam inter ius ſcriptum, & non ſcriptum, & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis ſumitur, uel accipitur apud Canoniſtas.

Secunda diſtinctio ponit. & probat differentias inter leges & plebiſcita ſeu conſulta, & de omnibus habetur melius. ff. de iuſt. & iur. & de legi. & conſtit. & ſequ. per totum.

Tertia diſt. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta diſtinctio ponit & docet cauſam, quare factæ ſunt leges & canones, & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta diſt. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale, & ciuile, & cæteras iura.

Sexta diſtinctio quærit uagando extra materiam aliquantulum, & exponit ſuperfluitatem naturæ, quæ accidit homini in ſomnis an ad peccatum imputetur.

Septima diſtinctio ponit, qui fuerunt auctores iuris, & qualiter incepit ius, & hoc melius. ff. de orig. iur. C. de uet. iur. enuc. per totum.

Octaua diſt. ponit differentiam inter ius naturale, & conſuetudinem, & qualiter conſuetudo cedit iuri naturali, & quod ius naturale uincit alia iura, & de hoc extra de conſue. per totum. ff. de legi. & conſt. l. de quibus. & leg. ſequentib.

Nona diſt. probat, ꝙ quælibet conſuetudines debent cedere iuri naturali, & quod ius naturale præiudicat humano.

Decima diſtin. probatur conſuetudines principum, ſeu leges Canonibus non præponi. ubi autem Euangeliis, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia ſunt dignæ de hoc de ſecun. nupt. c. fi. & de operis noui nun. cap. 1. C. de ſacroſan. eccle. priuilegia.

Vndecima diſtinct. probatur, quod conſuetudo, quæ non obuiat legibus uel canonibus, ſeruanda eſt, & quod conſuetudo prauа cedit legi.

Duodecima diſt. ponit, quod non licet nouitatem inducere, & alterius quam Romanæ eccleſiæ cõſuetudinem ſeruari, & quæ conſuetudo ſit ſeruanda.

Decimatertia diſtinct. ponit, quòd aduerſus ius naturale nulla admittitur diſpenſatio, niſi forte duo mala urgeant, & neceſſarium ſit alterum eligi.

Decimaquarta diſtinctio quærit & ſoluit, utrum liceat nobis minora peccata committere, ut alij grauiora uitent, & dicit quod non de hoc 22. quæſt. 2. ne quis arbitretur.

Decimaquinta diſt. ponit originem & auctoritatem eccleſiaſticarum conſtitutionum, & quæ opuſcula ſunt admittenda

Decimaſexta diſtinct. ponit, quod canones apoſtolorum ſunt recipiendi, & non inter apochrypha numerandi, & generalia concilia, & quorum tempore celebrata ſunt, & quorum auctoritas præmineat.

Decimaſeptima diſtinctio ponit, ꝙ generalia concilia non ſunt congreganda, nec habent uim niſi auctoritate Apoſtolicæ ſedis.

Decimaoctaua diſtinctio tractat de concilijs archiepiſcoporum, in quibus tractabantur cauſæ antiquitus, ut hic docetur, & cæterorum prælatorum maxime epiſcoporum, & quo tempore celebrandæ ſunt, & quantam uim habeant.

Decimanona diſt. docet & probat, quod eccleſiaſticæ epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ ſunt.

Vigeſima diſtin. probatur, quod decretis Romanorum pontificum, & ſacris canonibus conciliorum eccleſiæ negotia terminantur in quibus terminandis poteſtas, & ſcientia neceſſaria eſt, & in quantum præemineant decreta & canones expoſitionibus aliorum, qui ſacram paginam gloſſarunt. & ſic an dicta expoſitorum ſacræ paginæ præferantur conſtitutionibus Papalibus.

Vigeſimaprima diſtin. probat, qui ſunt executores miniſtri canonũ a maiori, uſque ad infimum ℔ & differentias miniſtrorum locorũ aſſignat probans, quod maior a minori iudicari non debet & de eccleſiaſticis ordinibus, & ipſorum ordine.

Vigeſimaſecunda diſt. docet, quod inter omnes eccleſias Romana obtinet principatum, & quod ſunt quatuor patriarchales ſedes, & de ordinatione maiorum eccleſiarum, & primatu Romanæ Eccleſiæ.

Vigeſimatertia diſt. probat, & docet, qualiter quis miniſterium eccleſiæ Dei promoueri & ordinari debet incipiens a ſummo Pontifice, uſque ad inferiorem gradum, uel ordinem, qui pſalmiſta appellatur.

Vigeſimaquarta & quinta diſtinct. probat, quid ad epiſcopum, & quid ad unumquemque inferiorem per-

pertinent & sic de clericorum ordinatorum examinatione, & q̃ qui est ep̃s sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timothæum sub illo capitulo, nunc videndum. & quot modis crimen accipitur, quæ regula apostolica 13. habet capitula, quæ prosequitur usque ad 49. d. & hic prosequitur primum c. in 5. nunc autem. & per singulos eitca ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quod ordinandi in episcopũ, vel sacerdotem, debẽt esse vnius vxoris viri, & quod bigamia non tollitur per baptismum, sed peccata delentur, & incipit ibi 2.ca. Apostoli. & de eo tractat usque ad 25. dist.

Vigesimaseptima distinctio probat quod nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promoueñdi non sint, assignans differentiam inter votum simplex & solenne, & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimoniam, nec iam contracto uti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quod clericis habere uxorem nõ licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat, & in qua ætate, & in quibus ordinibus promouendi sunt, & utrum laicus in episcopum promoueri possit in ca. de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare nõ debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula, quod ex causa, loco & tempore consecrãdi sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in trib. præmissis proxima dist. discordare videbantur, quorum quidam dicebant, quod clerico licet habere uxorem, quidam a contrario asserebant.

Trigesima dist. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quod ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinctio probat, & ponit exẽpla in terminis, qualiter clerici continere debent. & in fine concludit quod ab omnibus est seruanda cõtinentia, preter quam ab orientalibus, & dicit q̃ cõtinentia clericorum cepit ex tempore, & ponit de causa continentiq̃, ponens de superstitionib. quorundam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinct. probat reprobando incontinentiam, & quod a clerico incontinenti non sunt audienda diuina offic. postea probat contrarium, & illud tenet. Item probatur, quod laicus uxoratus potest ex dispensatione habere beneficium, & de eohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia dist. probat, quod non solum illi, qui duas uxores habent promouendi non sunt: sed & ille qui unam uxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, uel uxorem tantum meretricem ad sacros ordines promouendus non est, uel illi, qui morbo epileptico, vel dæmoniaco furore, uel simili, quandoque laborant, seruata dist. ibidem posita in notaris.

Trigesimaquarta distinctio ponit, quod oportet episcopum uitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & quod non licet venari, & iterũ reuertitur quod non licet clerico habere concubinam uel uxorem meretricem, etsi laico licet habere concubinam, i. uxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinctio probat quod ordinandum in episcopum oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non vinolentũ, & hoc inf. dist. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta dist. probat, quod oportet episcopum prudentem esse, non solum litterarum peritia, sed etiam sæcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinct.

Trigesimaseptima distinctio. quæsit, & ponit quod sæcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dummodo non ad uoluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis, & clericis.

Trigesimaoctaua distinct. probatur quòd litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & ultimo reprobat ignorantiam, ponens, quod voluntaria ignorantia omnibus est noxia. & si nesciat loqui bene latinum, non propterea est reprehendendus a scholaribus per e. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quod scholaribus & sacerdotib. necessaria est notitia sęcularium negotiorum & peritia, & quod nimia simplicitas repellit a promotione, & sunt ibi multa bona capitula approbandum quod bona est scientia.

Quadragesima distin. probat, quod oportet episcopum ornatum esse moribus & uirtutibus, & quod non locus hominem, sed homo locum sanctificat. excepta apostolica sede. & ibi incipit 5. c. apostolicæ regulæ.

Quadragesimaprima distinct. probat quod oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu. & cibis. de hoc de uita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda dist. probat, quod oportet sacerdotẽ esse hospitalem. extra de præb. de monachis, & quod in hospitalitate non est habenda delectio personarum. Item quod debet esse pudicus. & ibi sunt 6. cap. apostolicæ regulæ.

Quadragesimatertia dist. probat, q̃ episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta distinct. probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in commessationibus, & ebrietatibus, nec in conuiuijs, de hoc extra de ui. & honest. cle. à crapula.

Quadragesimaquinta distinct. probat, quod non debet esse episcopus percussor hominum, non iracibilis, sed patiens. de hoc extra de sent. excommu. uniuersitatis, & eodem titulo, in uoluntate. nec debet per uim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maiores. ultra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat. quod litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio uerba. Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tũ deintonant, quòd ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd vsurarij vel maledici promouendi non sunt, & est causa quare non debent esse episcopi: quia tales uel sunt adulatores, vel detractores, uel discordiam seminantes, ut extra de cler. maled. per totum. de excess. præla. per totum.

Quadragesimaseptima dist. probat, quòd cupidus, & usurarius non ordinatur, extra de præben. cum iamdudum, & 47. dist. sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suæ, & sciat suos corrigere quantum in se est, tractat in hac distinct. 11. & 12.

Quadragesimaoctaua d. prohibẽtur neophyti in episcopos promoueri, & quòd ordinate ad ordines ascendendum est. nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in ead. di. c. fin.

Quadragesimanona di. ponit casus & rationes, quare criminosi & nitiosi non debeant in ep̃os promoueri, qui in prædicta regula apo-

apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant. distinctio.3. aliquando nouimus, quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit cap. in quo demonstrat, quòd cæci & sorte malo, magno, vel parum promouendi non sunt, & qualiter promotus in episcopum vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compendio tractat 23. cap. apostolicæ regulæ de quibus præmisit.

Quinquagesima dist. quærit vtrum criminosi post peractam pœnitentiam in propriis ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascendere valeant, & probatur quòd sit: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem, vt ibi notatur, quæ est super princip. dist. & eius diffinitione secundum varias opi. de hoc etiam de temp. ord. c. fi. vltimo tractat, de homicidis & publice pœnitentibus ad sacros ordines non promouendos: vt extra de bigamis. cap. 1. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquagesimaprima dist. probat ꝙ curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promouendi non sunt.

Quinquagesimasecunda distinctio tractat de clerico per saltum promoto, qui in ordine suscepto nō ministrat, nisi prius habeat ordinem quē omisit. de hoc tractat extra de clerico per saltum promoto, per totum.

Quinquagesimatertia distin. probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesimaquarta distinctio probat, quòd serui & Sarraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesimaquinta distin. probat, quòd corpore vitiati, illiterati, bigami, fortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec solenniter pœnitens, bigamus, & ceteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct. probat, quòd ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis fit.

Quinquagesimaseptima distinctio probat, ꝙ qui baptizatur in ægritudine, non ordinatur: quia eius fides non est voluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ secularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcopi de hoc plene de capel. mo. cap. 1. & c. seq.

Quinquagesimanona distin. probat ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt per ordinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probato & ostenso a xl. distin. §. nunc autem. quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum vel præpositum vel episcopum sint eligendi de hoc extra de ætа. & qualit. a multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctio probat, quod laici non sunt in episcopos promouendi vel eligendi, sed per singulos ordines sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quod electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest de hoc extra de elec. cum inter. &c. cum magistrum, & ꝙ differentia est inter electionem & postulationem, ut in sequenti §. & visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare in §. cui.

Sexagesimasecunda distinct. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos: quia populus docendus est, non sequendus, de hoc plenius de cauis possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum de hoc de elect. quisquis, & capit. sacro, sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporū debet fieri intra tres mēses, in quibus sedes vacauerit, & a maiori parte capituli, de hoc extra de electione pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ, & de iuramento quòd Imperator præstat Papæ.

Sexgesimaquarta distinctio, probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi consecrati, de hoc extra de tempo. ordi. si archiepiscopus.

Sexagesimaquinta distinctio probat quod præsentibus omnibus comprouincialibus episcopis, vel se excusantibus, debet episcopus consecrari ab archiepiscopo, de hoc extra de temp. ordi. si archiepiscopus, & quod primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem, de off. ordin. duo in text. & in nota & quòd si omnes episcopi defuerint, ius uniuersitatis tradit vnam.

Sexagesimasexta distinct. probat, ꝙ archiepiscopus ab omnibus comprouincialibus episcopis, est ordinandus, & quòd in consecratione episcopi ad minus debent tres episcopi interesse.

Sexagesimaseptima dist. probat, ꝙ cæteri prælati & chorepiscopi, & sacerdotes possunt ab vno solo episcopo consecrati vel ordinari & ꝙ solus episcopus potest illā honorem conferre, sed non solus auferre, de hoc extra de transac. c. 2. in princip.

Sexagesimaoctaua distinct. probat, ꝙ illi qui sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesijs de hoc vtulo de baptismo c. 1. & de consecratione eccle. c. 1 & 2. & quare chorepiscopi sunt remoti, & ꝙ non sunt episcopi, quia minus quam a tribus sunt consecrati.

Sexagesimanona dist. probat, ꝙ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup. negl. præla. c. 1. & de ætate & quali. cum contingat. nec ab episcopo alterius ciuitatis, nec a suo absolute clericus ordinari debet.

Septuagesima dist probat, ꝙ clericus sine titulo ordinari non debet, & ꝙ clericus non potest habere nisi vnum titulum, per cap. sanctorum, de quo habetur, extra de electio. dudum. & de ætate & qualitate. eam te.

Septuagesimaprima dist. probatur quòd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos. cum literis proprij episcopi. de hoc extra de temp. ord.

Septuagesimasecunda distinct. probatur, quòd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formam ipsarum litterarum de quibus habetur, de cler. peregr. per totum, & de cle. non resi. fraternitati.

Septuagesimatertia distinc. probat qualiter litteræ, formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesimaquarta distin. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionem beneficiorum, extra de electionibus cum in cunctis, vltra medium. & de ætate & qualitate. capitul. quæris.

Septuagesimaquinta distinct. probatur, quod die dominico debet episcopus consecrari, & intra tres menses, & hoc habetur extra de tempor. ordin. litteras. & ꝙ cæterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quatuor temporum, de quo extra de tempo. ordinan. capitul tertio.

Septuagesimasexta distinct. probat quare prædicta quatuor tempora sunt ieiunanda, & quibus temporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinct. probat qualiter clerici sunt per gradus ordinandi, & de interstitijs tempo-

temporum, & de ætate ordinandorum vsque ad episcopum.

Septuagesimaoctaua distinctio, docetur, qua ætate sunt sacerdotes ordinandi, de hoc extra de electio. cum in cunctis, & de æta. & qual. per totum.

Septuagesimanona distinctio. probatur, quòd electio summi pontificis fienda est a solis Cardinalibus, de elect. licet, & vnus de Cardinalibus viuente apostolico, electionē non tractet & per quam gradum quis sit promouendus in Cardinalem, & quæ electio præualeat.

Octuagesima dist. docetur, in quibus locis debeant primates & patriarchæ institui. & in quibus episcopi, & ꝙ non multum debet distare vna sedes episcopalis ab altera, de hoc extra de priuil. c. 1. & quo tẽpore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima distinc. incipit sub epilogo dare etiam quæ docuit a 25. distin. de regula apostolica, & de hoc tractat vsque ad 28. distin. c. 3. & sub epilogo alio ordine reiterat, cap. apo. regulæ & docet quòd ordinãdus in episcopum debet esse sine crimine, nec dẽt clerici mulierib. cohabitare. & in ipsa docet pro quib. criminibus sint ipsi prælati deponendi, & in monasteriis ponendi, & an ipso facto sint depositi de ui. & ho. per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet ꝙ episcopus hic, qui suis manibus laborare non possunt prouidere debet, & videtur repetere illa, vnius vxoris virum, & de cõtinentia clericorum, & de incõtinentia punienda, & de pœnitentia, & dispen. quæ cum eis fieri poterit, & de fornicationis peccato, seu alijs criminibus de hoc extra de iud. at si.

Octuagesimatertia distinct. docetur ꝙ prælatus non solum immunis a peccato esse debet, sed etiam peccatis aliorũ cõsentire non debet: quia error cui non resistitur approbatur, de hoc extra de homi. sicut dignum, & nihil miserius tali prælato.

Octuagesimaquarta distinct. docetur, quod debet esse vigilans circa defensionem pauperum, relevationem oppressorum, & curationem monasteriorũ, & iterum de munditia castitatis, quæ dẽt esse in clericis.

Octuagesimaquinta distin. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni, iure prohibentur ordinari, extra de prebendis, cum iam dudum.

Octuagesimasexta distin. probatur ꝙ episcopum oportet esse doctorem, vt scias corrigere subditos, & ꝙ doctrina sua debet præseferre sacram scripturam non literas sæculares. Item liberalem patientibus necessitatem, non tamen histrionibus. Item non percussorem, non uenatorem, clementem & compati calamitatibus, non credere facile, operib. illicitis nõ instare, non turpis lucri cupidus sit, subueniat uiduis, pupillis, & oppressis, nec ad vindictam facilis.

Octuagesimaseptima distin. probatur ꝙ uiduis, orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidia & pugillis.

Octuagesimaoctaua distinc. probatur, quòd cuncti cupiditatis causa negotiatores esse non debent, sed pietatis causam curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler. uel mo. c. 5. de vita & hone. clericorum c. fi.

Octuagesimanona distinct. probat, ꝙ ideo oportet episcopum esse domi suæ bene præpositum, ut sciat in dispensatione veram ecclesiæ regulam esse obseruandã, ꝙ singula officia singulis personis committat: & ꝙ œconomum uel vicedominũ habere debet, & quòd propinquis, vel fauore sibi coniunctis nõ cõmittat ecclesiastica officia, sed sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist. probatur, quare religiosus ordinandus est, & qualiter litigiosũ corripiendi sunt & non ordinandi: & quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima distin. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas: & ꝙ etiam, si sibi sua beneficia non sufficiant, ꝙ possint sibi quærere necessaria artificio suo licito de hoc ext. de cle. uel monac. c. 1.

Nonagesimasecunda dist. probatur ꝙ magis corde quam uocibus cantandum est in ecclesia Dei, & non cum organo, uel melodijs ut populum delectet, sed contrarium de consuetudine seruatur. Item ꝙ episcopi si non recipiuntur a diœcesi sua, possunt in alijs suis parochijs officium presbyteri exercere, & priora officia & beneficia retinere, quousque recipiantur, extra de electio. cum in cunctis.

Nonagesimatertia distinct. probatur, ꝙ obedientiam inferiores maioribus debent, & ꝙ nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. Item omnes episcopi, qui sunt propinqui ei, debent eam semel in anno uisitare per se, cæteri uero per nuncios extra de iureiuran. ego N. reli. qui minores in ecclesia semper debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris teneat, uel temerit, extra de maior. & obedien. capitulo secundo, & capitulo statuimus. & quanta differentia sit inter presbyteros & diaconos & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinctio. probatur, quòd maior in officio potest committere minori vices suas, ita quod legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi, & quam potestatem habet Archidiaconos super presbyteros parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio. probatur, quod etiam præsentibus episcopis possunt presbyteri, quãuis ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus, & qualiter ipsi episcopi debeant a suis clericis reuereri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede, sed in domo sunt eius socij: & presbyteri chrismate possunt ungere infirmos.

Nonagesimasexta distinctio. probatur, quod laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, uel iudicandi de rebus ecclesiarum, & qualiter sacerdotium, & imperium sint distincta ab ipso Deo, de hoc extra de iudic. nouit. de maior. & obedient. solitæ. & de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quod precibus ecclesiæ imperator & cæteri principes possunt in præsumptores animaduertere, & ecclesiam iuuare de hoc in capitulo primo, de officio ord.

Nonagesimaoctaua distinctione, ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi, ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio. v. episcoporum recipiendi nõ sunt. de hoc extra de cler. peregr. per totum.

Nonagesimanona distinctio. docet iterum, & plenius de primatibus & potestate eorum, qualiter solo nomine differunt a patriarchis, & quod maiores sint episcopis de hoc extra de officio ordinarij, duo & de diuisione prouinciarũ aliquid dicit.

Centesima distinctio tractat de pallio & usu eius, de quo habetur de electione, significasti. & cap. quod sicut. & de transla. capitulo secundo, de vsupal. per totum.

Centesimaprima distinctio. probatur, quod una prouincia non debet diuidi in duas, & hoc extra de præben. maioribus, nec vna prouincia dẽt habere duos archi-

archiepiſcopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat cauſas, in quarum prima de ſimoniaco, & ordinationibus tractat, eo quod de elec. eccleſiaſtica, & de ordinibus ſuperius ſufficienter monſtratum erat.

Cauſa prima.

Quidam habens filium obtulit eum ditiſſimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras ſoluit.

HAec eſt prima cauſa tractans de ſimonia, q̃ inter cætera crimina maximum eſt, & in ſequentib. cauſis, de criminal. bus tractabit ſimpliciter, præmittens Grat. has tres cauſas criminales. Et habet hæc cauſa 7. q̃. & incidẽtia quadam extra ſimoniam non reluo interferens.

In prima quæritur, an ſit peccatum emere ſpiritualia, Gratianus primo allegat ad probandum q̃ ſic vſque ad §. ſed obijcitur. ſibi ſo contrarium obijcit, & tres fiunt obiectiones quas reſpondet, & reſponſionis auctoritatibus probat, probans quod ordinationes ab hæreticis factæ de modo in forma eccleſiæ teneãt, diſtinguens in ſingulis, inter factam emptionem eccleſiaſticæ & ſacramentum dignitatis, & eam proſequitur uſque ad §. ea his ibi tranſiens ad hæreticos, & de eorum ſacramentis quare conſtat, uſque ad §. conſtat, ibi ad principale propoſitum redit, & tractat de ſimonia, uſque ad, hæc quæſtionis. de hoc ext. de ſimo. per totum. & de renun. alii cum prædicto, circa §. ſecundo. Probat etiam quilibet ſimoniaci remanent in ordinib. ſuis diſpenſatione, & quibus modis, & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptiſmo, & eius effectu. de hoc extra de baptiſmo, per totum, & de Euchariſtia de quo ext. de celeb. miſſ. per totum. Tractat etiam incidenter, quod non ſunt ſacramenta in peccatoribus prælatis accipienda, uſque ad §. duo autem. de quo extra, d. ſacra & honeſtate cleric. in fi. deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicunt. & obijcitur, q̃ baptiſma, & ordines non conferuntur ab hæretico, dummodo in forma eccleſiæ, ſed non ad effectum vel executionem, niſi ignorantes recipiantur: quatenus bene quo ad executionem & effectum conferuntur, uſque ad §. conſtat. A §. conſtat. vſque ad §. ſicut probatur, quod pro nullo ſacramento recipi poteſt pecunia, nedum pro ordinatione de quo extra de ſimonia non ſatis. & eodem tit. cum in eccleſia. & cap. unum ſit Romana. Poſt modum diſtinguit inter illos, qui ſcienter a ſimoniacis ordinantur: & illos qui ignoranter, & de pœna & ignorantia eorum; in c. ſtatuimus probans in capitulo, ordinationes, quot modis ſimonia committatur: quia aliud eſt munus ob obſequia: &c. & in c. ſunt nonnulli dicens ad unem quæſtionis, q̃ qui ab ordinando, vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, puniri debet ſicut qui promittit pecuniam ob accipiendum, vel ob faciendum, aut ob teſtimonium ferendum, uel non ferendum, puniturq̃ quaſi ſimoniam committat, vt ſi. quæſtio. §. videntes.

Secunda quæſtio. quæritur, vtrum pro ingreſſu monaſterij pecunia ſit exigenda, uel etiam exacta perſoluenda? docetur quod non obſtendens primo, quod eccleſia non debet conſtrui, niſi primo dos ei conſtituatur, de hoc extra de eccleſ. ædi. c. pen. Si tamen aliquid huic perſonæ fuerit oblatum, recipi poteſt. de hoc extra de ſimon. & in quæſtionibus in authent. de ſanct. epiſc. §. ſi quis autem clericos. probat inſuper, quod bona eccleſiaſtica non ſunt danda diuitibus, ſed pauperibus, per exemplum clericos & capit. paſtor. qui alios vide vt habeat, & qui bene eligitur eccleſiæ recipere, ſacrilegium committit, & iudicium ſibi manducat, & bibit.

Tertia quæſtio. quæritur, an ingreſſum eccleſiæ vel præbendam emere ſit ſimoniacum. docetur q̃ ſic: quia nec ſpecies, nec ſpiritualibus annexum emere licet, niſi in caſibus de quibus habetur extra ne prælati vices ſuas, quæ la. & hic ibi not. pri. & ſuper capitulo 2. Item de pœnis talium ementium, & vendentium oſtendit, docet etiam, quod ſi iudex pro iudicando pecuniam receperit, ſimoniam committit per cap. vendentes. de hoc extra de vita & honeſtate clericorum, cum ab omni, & innocen. ſuper cap. non ſolum.

Quarta quæſt. quæritur, an paternum crimen filio imputetur, q̃ eo ignorante contiat, eſſe admiſſum, docetur primo, quod ignorantia excuſat multis auctoritatibus nili filij imitantur vitia paterna, nel niſi quantum ad eos pertinet extr. de renun. vltimum pridem, vltra medium. de vſuris. tua ſiſtimus. in §. notandum, inter ignorantiam iuris & facti, & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui re. epi. c. 1.

Quinta quæſt. quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia, uel fungi eo ordine, quem ſic paterna pecunia eſt aſſecutus, probatur quod ſic, dispenſatione renunciando epiſcopatui. de hoc ext. de ſimo. nobis. poſſunt etiam promoueri iſti ignorantes, & etiam dicendum eſt ſi per uim etiam actetur ſimoniam intercedere, ut in c. ſi.

Sexta quæſt. quæritur, vtrum illi, qui ab iſto ſimoniaco ignoranter ordinem receperunt ſint abiiciendi? reſpondetur q̃ non, per ca. ſi quis. quod eſt in 1. q. huius cauſæ. ſi quis a ſimoniacis. Item docetur in eadem quæſtione, quod dato aliquid ut eligantur, uel ut electio eius confirmetur, ſimoniacum eſt per cap. ſicut ex tenuitus. & C. de epiſc. & cler. ſi quem quidem.

Septima quæſtio. quæritur, an iſte renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiẽdus in rerum in epiſcopali dignitate ſuadente eccleſiæ neceſſitate, uel utilitate, & ibi ſuper §. niſi rigor. tractatur de diſpenſatione ad plenum, tractatur etiam de hæreticis quando reuertuntur ad eccleſiam, & qualiter, & ſub qua forma recipiendi ſunt, & quod neceſſaria eſt quandoque diſpenſatio, per capit. diſpenſationes. ad finem probat, qualiter ordinati ab eccleſia ſint ab hæreticis recipiendi, concludens per cap. fi. quod cætera crimina reſpectu ſimoniacæ prauitatis pro nihilo reputantur. de hoc ex de ſim. c. tanta.

Cauſa ſecunda.

Quæritur, quidam epiſcopus delapſu carnis a laico imperitur; Duo monachi, vnus, &c.

ISta cauſa habet 8. quæſtiones. In prima quæſt. tractatur, qualiter circa iudicia, & cauſas in occultis, & qualiter in notorijs ſit procedendum.

Secunda quæ. tractatur, q̃ ſpoliatus ante reſtitutionem ſuis ſpoliatoribus reſpondere non cogitur, de hoc ext. de ordine cognitio.

Tertia quæſt. tractatur, qua pœna feriendi ſunt calumniatores, & de abolitionibus. de hoc ext. de accuſatio. ſuper his. & de collatione.

Quarta quæſt. tractatur. quot teſtes in qualibet cauſa ſufficiant, de hoc melius de teſt. per totum ti. & præſertim in c. licet.

Quinta

nali fedente. In iudicio autem anima presbyter differ[illegible]motiendo rigorem, dispensate poterit ex [illegible]a pœnam spiritualem superiorem. 25 q. 6. pœnitentibus. vt Hostien. Item blasphemus clericus [illegible]xime presbyter, cogatur ad veniam postulandam, quod si noluerit, degradetur. distinct. 10. 46. clerici. ns

Notandum vero, quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, ut in auth. ut non iuxu. contra naturam. a medium. col. 6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus, & laicus excõmunicandus. 22. q. 1. si quis per capillum. Hodie vero laicus aget pœnitentiam iuxta dictam, scilicet illius canonis. Statuimus. & hoc si publice blasphemauit. Si autem occulte, non pœnitebit publicè, vt puto. Clericus vero hodie est corrigẽdus pœna arbitraria & occulta, non illa quæ est publica. Clericus enim publicè non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit vel tepidus hoc committerit, locum habet pœna legis scilicet vt laicus decapiteretur in foro ciuili, & in canonico excommunicationem, idem, ecclesiæ ingressus sibi non indicatur. & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. Clericus vero degradetur hæc Hostien. tit. de maledictis.

31 Est de presbytero, qui reuelat confessionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ pœnam illius peregrinari. de pœnit. dist. 6. sacerdos.

32 Est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & aliis officijs omnino discrepat a consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ 6 mensibus priuatur communione, si hoc accidat ex contemptu. 17. distinct. de his.

33 Est, quòd Episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inutilem, vel turpem in moribus, vel penitus inutilem, absolute suspendatur anno vno. 74. distinctio. cap. 1.

34 Est, quòd episcopus, qui correctionem de venditione fornicationis omittit, annualem, duobus mensibus presbyter. & diaconus. 3. subdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. 1. quæst. 1. quicquid inuisibilis.

35 Est, quòd sortilegus 40. diebus pœniteat. extra de sortileg. requisiti.

36 Est, quòd qui vadit in astrologiam, pœniteat duobus annis. extra de sort. ex illorum.

37 Est de stilla sorguinis altaris cadentis super terrã, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere. 40. diebus. Si cecidit super pallio altaris pœniteat 4. diebus. de consecr. dist. 2. c. si per negligentiam.

38 Est, quod si aliquis euomit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, laicus, pœnitet 40. diebus. Si clericus vel monachus, vel presbyter, vel diaconus, pœniteat 50. diebus. Si episcopus, pœnitet 60. diebus. & debet euomitura combuti, & cinis altari collocari. Si vero causa infirmitatis euomerit 7. diebus pœniteat. de consecr. dist. 2. c. si quis propter ebrietatem.

39 Est, quãdo mus corrodit, vel comedit corpus Christi, ne pœnitentia huius rei alias inquiratur, ubi ut notatur de consecr. dist. 2. circa finem.

40 Est, q̃ qui domũ vel aream voluntarie incendit, subtracta uel incensa omnia restituat, & tribus annis pœnitent. extra de iniur. si quis domum. Canon tamen dicit, q̃ si ex odio, vel inimicitia hoc fecerit, excõmunicetur, nec absolui debet, nec satisfecerit, & iurauerit q̃ ignem de cætero non apponet. Is punitur autem, vbi, vt Hostiensis ait, ne in Hispaniã audiat in Deiectionis anno integro, vbi mortuus. Si quis autem archiepiscopus vel episcopus hoc fecerit, damnũ restituat, & ab officio episcopali per annũ abstineat 2. q. 5. pessimam. Hodie aut postquam fiunt denunciati, non gaudent, circa fidem Apostolicam absolui extra de sent. excom. tua nos. Imo rex loquitur de incendiarijs indistincte, postquam sunt publicati. Et Bar. hoc idem dicit expresse, & Gra. ext. de sent. excom. quicunque. & Gof. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bestijs, si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulam relegatur. ff. de incen. rui. & nauf. l. fin. Qui vero alibi, vt in villis, vel castris remissis, ibidem ædes positas combussisset, si hoc dolo fecerit, comburetur. Et hoc intelligendum secundum Hostien. si sit humilis. Si tamen hoc ex sua negligentia contigerit, relarciet damnum, vel si minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur. l. qui ædes.

41 Est, quòd qui dederit vel acceperit cõmunionem ab hæretico, & nesciit hoc esse prohibitũ ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem sciuit, & neglexit, pœniteat 10. annis, vel secundum quosdam 7. vel secũdum alios 5. Qui vero permittit hæreticum missam celebrare in Ecclesia catholica per ignorantiam iuris, pœniteat 40. diebus. Si pro reuerentia eius per annum pœniteat. Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & pro conspectu Romanorum proijciatur ab ecclesia non hæreticus, si sit impœnitens, alioquin pœniteat [illegible]nnis. Si autem relicta ecclesia ad hæreticos transierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat 12. annis, tribus extra ecclesiam. 7. inter audientes. duobus extra communionẽ. & sic duodecimo anno cõmunionem, cum oblationem percipiat 2. q. 1. si quis dederit.

42 Est, quòd patronus qui ecclesiã diuidat, vno anno pœniteat. 17. q. [illegible]. 15.

43 Est, q̃ qui dominicam [illegible] magicis, & incantatoribus luctat, vel aliud [illegible] de quo hoc constat, annis 5. pœnitet. 26. q. 5. qui incantatores. & c. non licet.

44 Est, q̃ qui pacem cum proximo facere non vult, annuatim pœniteat, & ad pacem redeat. 22. q. 2. q. vltima. [illegible]

45 Est, q̃ pro periurio, adulterio, homicidio, dantur pro pœnitentia septem anni. & hoc per totam Galliam. 22. q. 1. prædictam. 33. q. 3. hoc quoque. & §. sequenti.

46 Est, q̃ qui scienter rebaptizati [illegible] annis pœniteat: & certa 4. exercitia pœnæ & aquæ iterando, tres quadragesimas faciat. & hoc si fecit pro [illegible] introducendo. Si autem pro [illegible]ditia, desiderio [illegible] corporis obtinendi, [illegible] oportuerit, tribus annis pœniteat, de quibus 4. quibus, & tertijs quibus baptizatur, vel confirmatur. [illegible] de sorte ecclesiæ. 1. & ecclesiæ fieri irregularis. dist. 86. artium. [illegible] Pœna autẽ iudicium habeatur discretionis eius. Cuius corpuli sententiam præterquam gratia breuitatis.

47 Est, quòd qui vxorem adulteram cognouit antequam pœniteat 3. annis pœniteat 2. q. 1. si quis secundo. Qui vero cognouit eam pœnitentiam ante pœnitentiam peractam, pœniteat 2 annis eam. si quis primo. Quando vero sententia mutanda sit mulieri partum alterius supponenti, vel eorum de non suo vitio concipienti, habetur extra de pœnit. & re. offerij.

Ad regulas igitur prædictas inspiciẽdo, potest iudex suo indagine inuestigare à pœnitentibus prædictorum criminibus secundum canones imponendas, & ex causa considerata circumstantijs vt dictum est supra moderari potest eas. Licet ab ipso omnes circumstantiæ sint diligenter attendendæ, primo, inter tam qualitates personæ, & præcipue vtrum vt persona honesta ab aliquo turpi vitio. Nam circa tales pectores debet [illegible] presbyter, ne tales pœnitentias imponat, per quam illis, quibus sunt acquisitæ, præiudicium fiat, maxime

circa

eirca coniugatos,vnde ſi ſeruus ſit,& timore peccauerit, obediens domino ſuo in atrocioribus, eſt mitius puniendus. 22. q.5. qui compulſus. obedire tñ non tenebatur in talibus.11. q.3.ſi dñs.Si autem voluntarie peccauerit corpore punietur,ét acrius. quia alius.24.q.1.qui contra pacẽ.Nec eſt ſeruo iniungẽda peregrinatio, per quam Dñs eius, qui non eſt in culpa,illius ſeruitio defraudetur ext.de ſent.exc.relatum.Si vero liber ſit,tota pœnitẽtia canonis,ſi poteſt facere,debet imponi.16.q.1. ſacerdotes pœnitentiam. Sed ex cauſa poterit eam presbyter moderari.

Conſiderandum etiam erit vtrum ſit perſona noua in fide, quia nouis in fide minor dẽt ét pœnitentia imponi.extra de pœ.& re.Deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarum circunſtantiæ, de quibus ad præſens ſuperſedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, q̃ in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ 2.4.& 6.dist. 81. presbyter.de conſecr.d. 3.ieiunia. Aliquid tamen, vt dicit Rom.pro 2. feria ponunt ſabbatum.

Inſuper notandum eſt,q̃ ſi pœnitentia in pane, & aqua imponatur nõ hñti panẽ,põt loco panis leguminib. & piſciculis vel ci:& ẽt alijs,ſi neceſſitas illud requirat,ext de pœ & re.licet.in tex. & gl. alias non licet.

Ieiunia an poſſint redimi.

Notandum ét ſecundum Ioan.ſi pœnitentia ſit impoſita a canone,liberatur quis a ieiunio dando denariũ, vel legendo pſalterium propria authoritate.Immo.vero dicit,q̃ ieiunia,neceſſaria,vt quatuor temporum, & huiuſmodi non poſſunt redimi niſi ſubſit rationabilis cauſa, voluntaria vero redimi poſſunt,etiam ſine auctoritate ſuperioris.

Ad hoc ét nota, q̃ vbi imponitur pœnitentia aliquot annorum,ſiue quadrageſimarum, nec additur quomodo quis debet pœnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri,cum pœnitentiæ ſint arbitrariæ, vt dictũ eſt ſup.ipſe enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam ſecundum canones 3.di. de his clericis.extra de homi. c2.2. & in multis alijs iuribus. Et ſic intelligitur illud. extra de accuſ.acuſaſti.& de ſpon.dilectus & ſimilia.

Expliciunt Canones pœnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM
Per Clementem a Petro Apoſtolo Romæ ordinatum epiſcopum in vnum congeſti.

1 EPISCOPVS a duobus, aut trib. epiſcopis ordinator.

2 Presbyter ab vno epiſcopo ordinator,itẽ diaconus,& reliqui clerici.

3 Si quis epũs, aut presbyter pter ordinationem Dñi, q̃ de ſacrificio inſtituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac,aut pro vino ficerã, aut confecta quædã, aut aues,aut aliqua animalia,aut legumina ſupra altare obtulerit,vt qui contra ordinationẽ Domini faciat, deponitor:excepto noue frumento,& vua,opportuno tempore. Præterea licitum non eſſe aliud quid piam admouere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore.

4 Omnium aliorum pomorum primitiæ epiſcopo, & presbyteris domum mittuntor,non ſuper altare.manifeſtum eſt autem quod epiſcopus,& presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

5 Epiſcopus, aut presbyter,aut diaconus, vxorẽ ſuã prætextu religionis non abijcito: ſi abijcit,ſegregator a communione:ſi perſeuerat, deponitor.

6 Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus,ſæculares curas non ſuſcipito,alioquin deponitor.

7 Si quis epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus ſanctum diem Paſchæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

8 Si quis epiſcopus,aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex ſacerdotali conſortio, oblatione facta,non communicauerit cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam promeretor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo auctor offenſionis fuerit, & mota contra eum ſuſpicione,qui obtulit.

9 Quicunque fideles eccleſiam ingrediuntur,& ſcripturas audiunt,neque apud preces,& ſanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in eccleſia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

10 Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iſte communione priuator.

11 Si quis cum depoſito clerico, vt cum clerico, preces coniunxerit,deponitor & ipſe.

12 Si quis clericus, aut laicus a communione ſegregatus,ſeu nondum in communionem receptus,ad aliã profectus ciuitatem,ſine commendatitijs literis receptus fuerit, a communione excluditor tam qui recepit, quam qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13 Epiſcopo, qui parochiam ſuam dereliquerit,alteri inſilire nefas eſto, licet a plurib⁹ ad hoc compellatur,niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe q̃ plus lucri,& vtilitatis his qui illic conſtituti ſunt, verbo pietatis conferre poſſit, neque hoc tamen a ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

14 Si quis presbyter,aut diaconus, aut quicunque tãdem de clericorum cõſortio,relicta parochia ſua in aliã ſe contulerit, & omnino tranſmigratione facta præter voluntatem ſui epiſcopi in alia parochia moram traxerit,hunc iubemus,ne porro in miniſterio publico ſit eccleſiæ: maximè ſi acceſſente ipſum epiſcopo eius, redire contemnat, peruerſo illic ordine perſeuerans,vt laicus tamẽ ibi locorum in communione admittitor.

15 Quod ſi epiſcopus, ad quem acceſſerint,pro nihilo reputata vacationis a miniſterio eccleſiaſtico pœna,quæ contra eos definita eſt, ipſos vt clericos ſuſceperit,a communione excluditor, vt peruerſi ordinis magiſter.

16 Qui poſt baptiſmum duabus implicitus fuit nuptijs,aut concubinam habuit,is epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

17 Qui viduam duxit,aut diuortio ſeparatam a viro, aut meretricem,aut ancillam,aut aliquam,quæ publicis mancipata ſit ſpectaculis, epiſcopus, presbyter,aut diaconus,aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

18 Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, cleri-

cus esse non potest.

19. Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

20. Si quis humana violentia eunuchus factus est, aut in persecutionem amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.

21. Qui sibi virilia amputauit, clericus non efficitor, sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis, cum clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor, homicida etenim sui ipsius est.

23. Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos a cõmunione ejicitor puta, quia ipse vitæ suę posuit insidias.

24. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehẽsus, deponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter, & reliqui clerici subduntor.

25. Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantum, & cantores (si velint) nuptias contrahant.

26. Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrorẽ ipsius per huiusmodi vult inuertere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imò vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat; cum lacesseretur conuicijs, non regerebat conuicium; cum pateretur, nõ comminabatur.

27. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iustè depositus, attingere ministerũ, quod aliquando tractauerat, præsumpserit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.

28. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ intercessu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipse, quam qui eum ordinauit, & omnino a communione abscinditor, quemadmodum Simon magus a me Petro.

29. Si quis episcopus sæcularium magistratuum familiaritate vsus, per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor. segregãtor quoq; a communione, quicunq; cum ipso communionem habent.

30. Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopũ, seorsum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum impietate, ac iustitia cõdemnarit, deponitor, quasi qui principatũ ambiat: tyrannus enim est. Consimiliter, & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici vero a communione segregantor. Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum a communione exclusus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto susciperi, quam ab eo, qui ipsum a communione exclusit; nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum a communione segregauit, defunctus sit.

32. Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commẽdatitijs suscipitor literis, & si eas obtulerit, attentius in disquisitionem vocantor. Et quidem si prędicatores pietatis fuerint, suscipiantur: sin minus, vbi necessaria ipsis suppediraueritis, ad communionem, & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittote. multa enim per obreptionem fiunt.

33. Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite neque sine vllius voluntate quicquam agere insolitum. illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille extra omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum, in sancto spiritu.

34. Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus, & regionibus sibi non subiectis, ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatem eorum, qui ciuitates illas, aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit, deponitor tam ipse, quam etiam ij quos ordinauit.

35. Si quis ordinatus episcopus ministerium, & curam populi sibi commissam non susceperit, hic a cõmunione seiunctus esto tamdiu, donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem, & presbyter, & diacõnus. Si uero non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit; maneto ipse quidem episcopus, clerus uero eius ciuitatis a communione segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

36. Bis in anno episcoporum celebrator synodus, ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocãto, neque non in ecclesijs incidentes cõtradictiones diiimunto: semel quidem quarta feria † Pentecostes secundo duodecima Hyperberetei.* †al. hebdomadæ.

37. Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto, quidpiam ex iis sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ uenundato.

38. Presbyteri, & diaconi absque uoluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

39. Manifestæ sunto priuatæ res episcopi (si modo, & priuatas habet) manifestæ item sunt Dominicæ, ut priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnũquam vxorem, & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud Deũ pariter, & homines bmul, ne ecclesia per ignorationem rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus, aut cognati eius prætextu ecclesiæ obnoxii teneantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiusque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus, ut episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ, fidei eius committendæ sunt, multo vtique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neq; non cum timore Dei, summaque sollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogẽtur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos, & hospitio exemptorum fratrum vsus opus habet, ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quam cæteri. Ordinauit enim lex Dei, ut qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites nũquam suis annonis arma hostibus inferant.

41. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uel alea, uel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: vel desinito, uel a communione seiungitor. Similiter & laici.

43. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vsuras a mutuum accipientibus exigit: vel desinito, vel deponitor.

44. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, duntaxat a communione suspenditor. Si uero etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

45. Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificiũ susceperit, deponi præcipimus. Quæ etenim cõuentio inter Christum, & Belial? aut

quæ

* hyperberetæus apud Æg. populos, & Macedones. Octob. Græcè dictus.

quæ parſcale fideli cum infideli.

46 Epiſcopus, aut presbyter ſi cum, qui verum baptiſma habeat, iterum baptizauerit: aut pollutum ab impijs non baptizauerit; deponitor, vt qui crucem, & mortem Domini derideat. Neque diſcernat veros ſacerdotes, a ſacerdotibus impoſtoribus.

47 Si quis laicus, cum ſuam a ſe vxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam, a communione ſegregator.

48 Si quis epiſcopus, aut presbyter ſecundum ordinationem domini non baptizauerit in Patrem, & Filiũ, & Spiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos deponitor.

49 Si quis epiſcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vna duntaxat, quæ in mortem domini detur peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, in mortem meam baptizate: ſed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

50 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quinis omnino de ſacerdotali conſortio, naptijs, & carnibus, & vino abſtinuerit, nõ propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus, quod omnia pulchra valde, & quod maſculum, & fœminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia reijcitor. Conſimiliter & laicus.

51 Si quis epiſcopus, aut presbyter eum, qui a peccato reuertitur, nõ recipit, ſed reijcit, deponitor, eo quod Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui reſipiſcat, gaudium obortri in cœlo.

52 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus, & vino feſtis diebus non vtatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis auctor ſit offendiculi.

53 Si quis clericus in caupona cibum capere deprehẽſus fuerit, a communione excluditor, excepto tamẽ eo, qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

54 Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor, principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum a communione ſegregator.

56 Si quis mancum, aut mutum ſurdumve, aut cæcum, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſanauerit, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

57 Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione ſegregator. Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

58 Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, a communione reijcitor, ſin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.

59 Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in eccleſia ad populi, & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, ſi quidem nomen Chriſti, ab eccleſia reijcitor. Si vero nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, vel laicus recipitor.

62 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut a beſtijs abreptum, aut ſuffocatum, deponitor, hoc enim lex prohibuit. Sin vero laicus fuerit a communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis commungat, deponitor, & a communione ſecluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu, ac pulſatione interemerit, deponitor propter temeritatem ſuam. Si vero laicus ſit, arcetor a communione.

65 Si quis Dominicum diem, aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor, ſin laicus, a communione eiicitor.

66 Si quis virginem ſibi non deſponſatam admota vi detinet, a communione ſuſpẽditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detineto, quam ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

67 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecũdam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinauit, niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neque fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

68 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacrã Quadrageſimam Paſchę, aut quartam feriam, aut Paraſcenem non ieiunauerit, deponitor, præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

69 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum cõſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lætitia feſti, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor, ſi laicus, a communione ſegregator.

70 Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditor.

71 Si quis clericus, aut laicus ceram, aut oleum, ex ſanctæ ſorripiat eccleſia, a communione ſeiungitor.

72 Vas aureum, & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteumve, nemo amplius in ſuos vſus aſſumito, iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

73 Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus conuictusve fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperauerit: ſecunda quoque vice vocator; miſſis duobus ad ipſum epiſcopis. Quod ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit: ſynodus ſuam contra ipſum pronuntiato ſententiam, ne quid tergiuerſando detractandoque iudicium lucrifacere videatur.

74 In dictionem teſtimonij contra epiſcopum, hæreticus non admittitor, ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum, aut trium teſtium conſiſtet omne dictum.

75 Item non oportet epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neq; enim eccleſiam Dei conferre debet in hæredes. Enim uero ſi quis id fecerit, irrita permanero ordinatio, ipſe autem excommunicatione percellitor.

76 Si quis oculo defectus, aut obtuſo cruce exiſtat: & dignus ſit, epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

77 Qui uero mutus ſurdusve, & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor, non quia oblæſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

78 Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus uero recipitor, & ſi dignus fuerit, clericus efficitor.

79 Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus eſt,

aut ex conuersatione prius, cum iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est eum qui non prius specimen, & documentum de se præbuerit, aliorum doctorē existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

30 Diximus, & non oportere episcopum, aut presbyterum publicis se administrationib immittere, sed vacare, & commodū se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur inducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

31 Serui in clerum promoueantur citra dominorum uoluntatem: hoc ipsum operatur rechibitionem. Si quando uero seruus quoque gradus ordinatione dignus uideatur, qualis, & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint, efficitor.

32 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militiæ vacauerit, & simul utrumque retinere noluerit, tam officium Romanum, quam functionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, & quæ Dei Deo.

33 Quisquis Imperatorem, aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luito, & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, a communione remouetor.

34 Sunto omnibus uobis, clericis simul, & laicis uenerandi, ac sacri libri, veteris quidem testamenti Mosis quinque, Genesis, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quatuor, Derelictorum ex libro. dierum, duo, Hester unus: De Machabæorum gestis tres, Iob unus. Psalterium unus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum. Prophetarum duodecim, unus Esaiæ, Hieremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus inquisitor autem a nobis extrinsecus, ut adolescentes uestri addiscant. Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra uero, hoc est noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quatuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi una, Iudæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ nobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in se continent. Et Actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

SVMMARIVM SEV Floſculus totius Decreti.

VONIS inter cetera, quæ utilia ſunt, præuidi Legiſtis & Canoniſtis, qui propter temporis breuitatem ſeu libri prolixitatẽ, vel penuriam ſtudere in Decretis ne queunt, hoc opus fore utile. Et quia quæ quis bene ſcit, ita memoriæ commendare non poteſt, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hiſpanus, profeſſor iuris canonici & ciuilis, ad ſummariam totius libri, quam breuiſſime potui Deo ſuum auxilium præbente, collegi, quæ ſios Decreti merito dici poteſt. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum & legũ tam de tex. quam de notatis, ut mihi memoriæ occurrebant inferendas decreui. Summaque totius libri hæc eſt, quia per partes diuiſus eſt. Et prima pars eſt diuiſa in cap. & diſtinctiones, modos quarum, ſeu intentionem ſigillatim & ſummarie in hoc opere declarabo. Secunda pars eſt diuiſa in 36. cauſas, quarum quælibet habet ſub ſe certas & connumeratas ſpecies, quarum omnium ſolutiones, & ſententiæ in hoc opere breuiter patefiunt. In hac ſecunda parte in 36. cauſas, & quomodo inter ipſas cauſas inſeritur tractatus de pœnitentia, qui a quibuſdam, tertia pars ipſius libri dicitur, quod non placet: quia in 7. di. eſt diuiſus, quarum mens in hoc opere breuiter claret & aperte. Tertia & ultim. pars eſt de conſecratione, diuiſa in 5. d. quarum mens hic ſummariæ prælibatur. Sumant itaque domini mei Legiſtæ & Decretiſtæ hoc donum ſui amici, quod quamuis exiguum, commendatum tamen ab eis, ſi memores erunt illius dicti quod Philoſophus ait: Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponunt hic uerſus. Centum di. & vna, cauſæ ſunt triadena & ſex. Pœna tenet ſeptem, de conſecr. quoque quinque.

Diſtinctio prima.

HVmanum genus duobus modis regitur, &c.

Tractaturus in hoc libro magiſter Gratianus de iure canonico, incipiens quaſdam iuris diuiſiones præmittit uſque ad quartam diſt. In primis, prima quæſtio cum auctoritatibus ſequentibus ponit, & probat differentiam, quæ eſt inter ius diuinum, & humanum, ſeu legem diuinam, & humanam, quæ eſt uſque ad 1. diſt.

Prima diſtinctio ponit differentiam inter ius ſcriptum, & non ſcriptum, & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis ſumitur, uel accipitur apud Canoniſtas.

Secunda diſtinctio ponit. & probat differentias inter leges & plebiſcita ſeu conſulta, & de omnibus habetur melius. ff. de iuſt. & iur. & de legi. & conſtit. & ſequ. per totum.

Tertia diſt. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta diſtinctio ponit & docet cauſam, quare factæ ſunt leges & canones, & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta diſt. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale, & ciuile, & cætera iura.

Sexta diſtinctio quærit uagando extra materiam aliquantulum, & exponit ſuperfluitatem naturæ, quæ accidit homini in ſomnis an ad peccatum imputetur.

Septima diſtinctio ponit, qui fuerunt auctores iuris, & qualiter incepit ius, & hoc melius. ff. de orig. iur. C. de uet. iur. enuc. per totum.

Octaua diſt. ponit differentiam inter ius naturale, & conſuetudinem, & qualiter conſuetudo cedit iuri naturali, & quod ius naturale uincit alia iura, & de hoc extra de conſue. per totum. ff. de legi. & conſt. l. de quibus. & leg. ſequentib.

Nona diſt. probat, & quælibet conſuetudines debent cedere iuri naturali, & quod ius naturale præiudicat humano.

Decima diſtin. probatur conſuetudines principum, ſeu leges Canonibus non præponi. ubi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia ſunt dignæ de hoc de ſecun. nupt. c. fi. & de operis noui nunc. cap. 1. C. de ſacroſan. eccle. priuilegia.

Vndecima diſtinct. probatur, quod conſuetudo, quæ non obuiat legibus uel canonibus, ſeruanda eſt, & quod conſuetudo prana cedit legi.

Duodecima diſt. ponit, quod non licet nouitatem inducere, & alterius quam Romanæ eccleſiæ cõſuetudinem ſeruari, & quæ conſuetudo ſit ſeruanda.

Decimatertia diſtinct. ponit, quòd aduerſus ius naturale nulla admittitur diſpenſatio, niſi forte duo mala urgeant, & neceſſarium ſit alterum eligi.

Decimaquarta diſtinctio quærit & ſoluit, utrum liceat nobis minora peccata committere, ut alij grauiora uitent, & dicit quod non de hoc 22. quæſt. 2. ac quis arbitretur.

Decimaquinta diſt. ponit originem & auctoritatem eccleſiaſticarum conſtitutionum, & quæ opuſcula ſunt admittenda

Decimaſexta diſtinct. ponit, quod canones apoſtolorum ſunt recipiendi, & non inter apochrypha numerandi, & generalia concilia, & quorum tempore celebrata ſunt, & quorum auctoritas præmineat.

Decimaſeptima diſtinctio ponit, q generalia concilia non ſunt congreganda, nec habent uim niſi auctoritate Apoſtolicæ ſedis.

Decimaoctaua diſtinctio tractat de concilijs archiepiſcoporum, in quibus tractabantur cauſæ antiquitus, ut hic docetur, & cæterorum prælatorum maxime epiſcoporum, & quo tempore celebrandæ ſunt, & quantam uim habeant.

Decimanona diſt. docet & probat, quod eccleſiaſticæ epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ ſunt.

Vigeſima diſtin. probatur, quod decretis Romanorum pontificum, & ſacris canonibus conciliorum eccleſiæ negotia terminantur in quibus terminandis poteſtas, & ſcientia neceſſaria eſt, & in quantum præmineant decreta & canones expoſitionibus aliorum, qui ſacram paginam gloſſarunt. & ſic an dicta expoſitorum ſacræ paginæ præferantur conſtitutionibus Papalibus.

Vigeſimaprima diſtin. probat, qui ſunt executores miniſtri canonũ a maiori, uſque ad infimum, & differentias miniſtrorum locorũ aſſignat probans, quod maior a minori iudicari non debet & de eccleſiaſticis ordinibus, & ipſorum ordine.

Vigeſimaſecunda diſt. docet, quod inter omnes eccleſias Romana obtinet principatum, & quod ſunt quatuor patriarchales ſedes, & de ordinatione maiorum eccleſiarum, & primatu Romanæ Eccleſiæ.

Vigeſimatertia diſt. probat, & docet, qualiter quis miniſter in eccleſia Dei promoueri & ordinari debet incipiens a ſumme Pontifice, uſque ad inferiorem gradum, uel ordinem, qui pſalmiſta appellatur.

Vigeſimaquarta & quinta diſtinct. probat, quid ad epiſcopum, & quid ad unumquemque inferiorem per-

pertinent & sic de clericorum ordinatorum examinatione, & q̃ qui est ep̃s sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timotheum sub illo capitulo, nunc videndum. & quot modis crimen accipitur, quæ regula apostolica 11. habet capitula, quæ prosequitur usque ad 49. d. & hic prosequitur primum c. in ſ. nunc autem, & per singulos citra ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quod ordinandi in episcopũ, vel sacerdotem, debẽt esse vnius vxoris viri, & quod bigamia non tollitur per baptismum, sed peccata delentur, & incipit ibi 2.ca. Apostoli. & de eo tractat usque ad 25.dist.

Vigesimaseptima distinctio probat quod nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promoueñdi non sint, assignans differentiam inter votum simplex & solenne, & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto uti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quod clericis habere uxorem nõ licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat, & in qua ætate, & in quibus ordinibus promouendi sunt, & utrum laicus in episcopum promoueri possit in ca. de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare nõ debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula, quod ex causa, loco & tempore conseerãdi sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in trib. præmissis proxima dist. discordare videbantur, quorum quidam dicebant, quod clerico licet habere uxorem, quidam a contrario asserebant.

Trigesima dist. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quod ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinctio probat, & ponit exẽpla in terminis, qualiter clerici continere debeat, & in fine concludit quod ab omnibus est seruanda cõtinentia, præter quam ab orientalibus, & dicit q̃ cõtinentia clericorum cæpit ex tempore, & ponit de causa continentię, ponens de superstitionib. quorundam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinct. probat reprobando incontinentiam, & quod a clerico incontinenti non sunt audienda diuina offic. postea probat contrarium, & illud tenet. Item probatur, quod laicus uxoratus potest ex dispensatione habere beneficium, & de eohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia dist. probat, quod non solum illi, qui duas uxores habent promouendi non sunt: sed & ille qui unam uxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, uel uxorem tantum meretricem ad sacros ordines promouendus non est, uel illi, qui morbo epileptico, vel demoniaco furore, uel simili, quandoque laborant, seruata dist. ibidem posita in notaris.

Trigesimaquarta distinctio ponit, quod oportet episcopum uitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & quod non licet venari, & iterũ reuertitur quod non licet clerico habere concubinam uel uxorem meretricem, etsi laico licet habere concubinam, i. uxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinctio probat quod ordinandum in episcopum oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non vinolentũ, & hoc inf. dist. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta dist. probat, quod oportet episcopum prudentem esse, non solum litterarum peritia, sed etiam sæcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinct.

Trigesimaseptima distinctio. quærit, & ponit quod sæcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dummodo non ad voluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis, & clericis.

Trigesimaoctaua distinct, probatur quòd litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & ultimo reprobat ignorantiam, ponens, quod voluntaria ignorantia omnibus est noxia, & si nesciat loqui bene latinum, non propterea est reprehendendus a scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quod scholaribus & sacerdotib. necessaria est notitia sęcularium negotiorum & peritia, & quod nimia simplicitas repellit a promotione, & sunt ibi multa bona capitula approbandum quod bona est scientia.

Quadragesima distin. probat, quod oportet episcopum ornatum esse moribus & uirtutibus, & quod non locus hominem, sed homo locum sanctificat. excepta apostolica sede. & ibi incipit 5.c. apostolicæ regulæ.

Quadragesimaprima distinct. probat quod oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu. & cibis. de hoc de uita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda dist. probat, quod oportet sacerdotẽ esse hospitalem. extra de præb. de monachis, & quod in hospitalitate non est habenda delectio personarum. Item quod debet esse pudicus, & ibi sunt 6. cap. apostol. ex regulæ.

Quadragesimatertia dist. probat, q̃ episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat.

Quadragesimaquarta distinct. probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in commessationibus, & ebrietatibus, nec in conuiuijs, de hoc extra de ui. & honest. clc. à crapula.

Quadragesimaquinta distinct. probat, quod non debet esse episcopus percussor hominum, non iracibilis, sed patiens, de hoc extra de sent. excommu. auiuersitatis, & eodem titulo, in uoluntate. nec debet per uim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maiores. ultra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat. quod litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio uerba. Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garruli tatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tũ deintonant, quòd ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd vsurarij vel maledici promouendi non sunt, & est causa quare non debent esse episcopi: quia tales uel sunt adulatores, vel detractores, uel discordiam seminantes, ut extra de cler. maled. per totum. de excess. præla. per totum.

Quadragesimaseptima dist. probat, quòd cupidus, & ulurarius non ordinatur, extra de præben. cum iamdudum, & 47. dist. sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suæ, & sciat suos corrigere quantum in se est, tractat in hac distinct. 11. & 12.

Quadragesimaoctaua d. prohibẽtur neophyti in episcopos promoueri, & quòd ordinate ad ordines ascendendum est. nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in ead. di. c. fin.

Quadragesimanona di. ponit casus & rationes, quare criminosi & uitiosi non debeant in epos promoueri, qui in prædicta regula apo-

apostolorum in prædictis locis prohibiti fuerant. distinctio.2. aliquando nouimus, quod cum is qui diplicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit cap. in quo demonstrat, quod cæci & torto naso, magno, vel parno promouendi non sunt, & qualiter promotus in episcopum vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compendio tractat 13. cap. apostolicæ regulæ de quibus præmisit.

Quinquagesima dist. quærit vtrum criminosi post peractam pœnitentiam in propriis ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascendere valeant, & probatur quòd sit: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem, vt ibi notatur, quæ est super princip. dist. & eius diffinitione secundum varias opi. de hoc etiam de temp. ord. c. ii. vltimo tract. ii, de homicidis & publice pœnitentibus ad sacros ordines non promouendos: vt extra de bigamis. cap. 1. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquagesimaprima dist. probat ꝙ curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promoueri non sunt.

Quinquagesimasecunda distinctio tractat de clerico per saltum promoto, qui in ordine suscepto nō ministrat, nisi prius habeat ordinem quē omisit. de hoc tractat extra de clerico per saltum promoto, per totum.

Quinquagesimatertia distinc. probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesimaquarta distinctio probat, quòd serui & Sarraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesimequinta distin. probat, quòd corpore vitiati, illiterati, bigami, sortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec solenniter pœnitens, bigamus, & ceteri, &c.

Quinquagesimasexta distinct. probat, quòd ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis sit.

Quinquagesimaseptima distinctio probat, ꝙ qui baptizatur in ægritudine, non ordinatur: quia eius fides non est voluntaria.

Quinquagesimaoctaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ secularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcopi de hoc plene de capel. mo. cap. 1. & c. seq.

Quinquagesimanona distin. probat ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt per ordinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus siue ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probato & ostenso a xl. distin. §. nunc autem. quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum vel præpositum vel episcopum sint eligendi de hoc extra de ætate. & qualit. a multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexagesimaprima distinctio probat, quod laici non sunt in episcopos promouendi vel eligendi, sed per singulos ordines sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quod electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest de hoc extra de elec. cum inter. &c. cum magistrum, & ꝙ differentia est inter electionem & postulationem, vt in sequenti §. & visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare in §. cui.

Sexagesimasecunda distinct. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos: quia populus docendus est, non sequendus, de hoc plenius de cauſa possessionis, cum ecclesia.

Sexagesimatertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum de hoc de elect. quisquis, & capit. sacro, sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporū debet fieri intra tres mēses, in quibus sedes vacauerit, & a maiori parte capituli, de hoc extra de electione pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ, & de iuramento quòd Imperator præstat Papæ.

Sexagesimaquarta distinctio, probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi consecrari, de hoc extra de tempo. ordi. si archiepiscopus.

Sexagesimaquinta distinctio probat quod presentibus omnibus comprouincialibus episcopis, vel sic excusantibus, debet episcopus consecrari ab archiepiscopo, de hoc extra de temp. ordi. si archiepiscopus. & quod primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem, de off. ordin. duo in text. & in nota & quòd si omnes episcopi defuerint, ius vniuersitatis tradit vnum.

Sexagesimasexta distinct. probat, ꝙ archiepiscopus ab omnibus comprouincialibus episcopis, est ordinandus, & quòd in consecratione episcopi ad minus debent tres episcopi interesse.

Sexagesimaprima dist. probat, ꝙ cæteri prælati & chorepiscopi. & sacerdotes possunt ab vno solo episcopo consecrari vel ordinari & ꝙ solus episcopus potest illū honorem conferre, sed non solus auferre, de hoc extra de translat. c. 2. in princip.

Sexagesimaoctaua distinct. probat, ꝙ illi qui sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesijs de hoc vtulo de baptismo c. 1. & de consecratione eccl. c. 1 & 2. & quare chorepiscopi sunt remoti, & ꝙ non sunt episcopi, quia minus quam a tribus sunt consecrati.

Sexagesimanona dist. probat, ꝙ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup. negl. præla. c. 1. & de ætate & quali. cum contingat. nec ab episcopo alterius ciuitatis, nec a suo absolute clericus ordinari debet.

Septuagesima dist probat, ꝙ clericus hinc titulo ordinati non debet, & ꝙ clericus non potest habere nisi vnum titulum, per cap. sanctorum, de quo habetur, extra de electio. dudum. & de ætate & qualitate. eam te.

Septuagesimaprima dist. probatur quòd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos. cum litteris proprij episcopi. de hoc extra de temp. ord.

Septuagesimasecunda distinct. probatur, quòd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formam ipsarum litterarum de quibus habetur, de cler. peregr. per totum, & de cle. non resi. fraternitati.

Septuagesimatertia distinc. probat qualiter litteræ, formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesimaquarta distin. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionem beneficiorum, extra de electionibus cum in cunctis, vltra medium. & de ætate & qualitate. capitul. quæris.

Septuagesimaquinta distinct. probatur, quod die dominico debet episcopus consecrari, & intra tres menses, & hoc habetur extra de tempor. ordin. litterar. & ꝙ cæterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quatuor temporum, de quo extra de tempo. ordinan. capit. tertio.

Septuagesimasexta distinct. probat quare prædicta quattuor tempora sunt ieiunanda, & quibus temporibus sint celebranda.

Septuagesimaseptima distinct. probat qualiter clerici sunt per gradus ordinandi, & de interstitijs tempo-

temporum, & de ætate ordinandorum vsque ad episcopum.

Septuagesimaoctaua distinctio.docetur, qua ætate sunt sacerdotes ordinandi, de hoc extra de electio.cum in cunctis, & de ætat. & qual. per totum.

Septuagesimanona distinctio. probatur,quòd electio summi pontificis fienda est a solis Cardinalibus, de elect.licet,& vnus de Cardinalibus viuente apostolico, electionē non tractet & per quam gradum quis sit promouendus in Cardinalem, & quæ electio prænaleat.

Octuagesima dist. docetur, in quibus locis debeant primates & patriarchæ institui. & in quibus episcopi, & ꝙ non multum debet distare vna sedes episcopalis ab altera,de hoc extra de priuil. c. 1. & quo tēpore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima distinc. incipit sub epilogo dare etiam quæ docuit a 25.distin.de regula apostolica, & de hoc tractat vsque ad 28.distin.c. 3. & sub epilogo alio ordine reiterat,cap.apo. regulæ & docet quòd ordinādus in episcopum debet esse sine crimine, nec dēnt clerici mulierib. cohabitare. & in ipsa docet pro quib. criminibus sint ipsi prælati deponendi, & in monasteriis ponendi, & an ipso facto sint depositi de ui.& ho.per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet ꝙ episcopus hic, qui suis manibus laborare non possunt prouidere debet, & videtur repetere illa, vnius vxoris virum, & de cōtinentia clericorum, & de incōtinentia punienda, & de pœnitentia, & dispen.quæ cum eis fieri poterit, & de fornicationis peccato, seu alijs criminibus de hoc extra de iud.at si.

Octuagesimatertia distinct.docetur ꝙ prælatus non solum immunis a peccato esse debet, sed etiam peccatis aliorū cōsentire non debet:quia error cui non resistitur approbatur, de hoc extra de homi. sicut dignum, & nihil miserius tali prælato.

Octuagesimaquarta distinct. docetur, quod debet esse vigilans circa defensionem pauperum, relevationem oppressorum, & curationem monasteriorū, & iterum de munditia castitatis, quæ dēt esse in clericis.

Octuagesimaquinta distin. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni,inre prohibentur ordinari,extra de prœbendis, cum iam dudum.

Octuagesimasexta distin. probatur ꝙ episcopum oportet esse doctorem,vt sciat corrigere subditos, & ꝙ doctrina sua debet præseferre sacram scripturam non literas sæculares. Item liberalem patientibus necessitatem, non tamen histrionibus. Item non percussorem,non uenatorem, clementem & compati calamitatibus, non credere facile,operib.illicitis nō instare, non turpis lucri cupidus sit,subueniat uiduis,pupillis, & oppressis, nec ad vindictam facilis.

Octuagesimaseptima distin. probatur ꝙ uiduis,orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidiū & pugillis.

Octuagesimaoctaua distinc. probatur,quòd cuncti cupiditatis causa negotiatores esse non debent, sed pietatis causam curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler.uel mo.c.5. de vita & hone.clericorum c.fi.

Octuagesimanona distinct. probat, ꝙ ideo oportet episcopum esse domi suæ bene præpositum, vt sciat in dispensatione ueram ecclesiæ regulam esse obseruandi, ꝙ singula officia singulis personis committat: & ꝙ œconomum uel vicedominū habere debet, & quòd propinquis, vel fauore sibi coniunctis nō cōmittat ecclesiastica officia, sed sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist.probatur, quare religiosus ordinandus est,& qualiter litigiosi corripiendi sunt & non ordinandi: & quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima distin. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas:& ꝙ etiam, si sibi sua beneficia non sufficiant, ꝙ possint sibi quærere necessaria artificio suo licito de hoc ext.de cle. uel monac.c.1.

Nonagesimasecunda dist. probatur ꝙ magis corde quam uocibus cantandum est in ecclesia Dei, & non cum organo, uel melodijs ut populum delectet,sed contrarium de consuetudine seruatur. Item ꝙ episcopi si non recipiuntur a diœcesi sua,possunt in alijs suis parochijs officium presbyteri exercere,& priora officia & beneficia retinere, quousque recipiantur, extra de electio. cum in cunctis.

Nonagesimatertia distinct. probatur, ꝙ obedientiam inferiores maioribus debent, & ꝙ nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. Item omnes episcopi, qui sunt propinqui ei,debent eam semel in anno uisitare per se, ceteri uero per nuncios extra de iureiuran. ego N. reliqui minores in ecclesia semper debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris tenens, uel temerit, extra de maior. & obedien.capitulo secundo, & capitulo statuimus.& quanta differentia sit inter presbyteros & diaconos & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinctio. probatur,quòd maior in officio potest committere minori vices suas, ita quod legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi, & quam potestatem habet Archidiaconos super presbyteros parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio. probatur, quod etiam præsentibus episcopis possunt presbyteri, quātis ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus, & qualiter ipsi episcopi debeant a suis clericis reuereri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede, sed in domo sunt eius socij: & presbyteri chrismate possunt ungere infirmos.

Nonagesimasexta distinctio. probatur, quod laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, uel iudicandi de rebus ecclesiarum, & qualiter sacerdotium, & imperium sint distincta ab ipso Deo, de hoc extra de iudic. nouit.de maior. & obedient. solitæ. & de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quod precibus ecclesiæ imperator & cæteri principes possunt in præsumptores animaduertere,& ecclesiam iuuare de hoc in capitulo primo, de officio ord.

Nonagesimaoctaua distinctione, ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi,ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio. v. episcoporum recipiendi nō sunt. de hoc extra de cler. peregr. per totum.

Nonagesimanona distinctio. docet iterum,& plenius de primatibus & potestate eorum,qualiter solo nomine differunt a patriarchis, & quod maiores sint episcopis de hoc extra de officio ordinarij, duo& de diuisione prouinciarū aliquid dicit.

Centesima distinctio tractat de pallio & usu eius, de quo habetur de electione, significasti.& cap. quod sicut. & de transla. capitulo secundo, de vsupal. per totum.

Centesimaprima distinctio. probatur, quod una prouincia non debet diuidi in duas, & hoc extra de præben. maioribus, nec vna prouincia dēt habere duos archi-

archiepiſcopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat cauſas, in quarum prima de ſimoniaco, & ordinationibus tractat, eo quod de elec. eccleſiaſtica, & de ordinibus ſuperius ſufficienter monſtratum erat.

Cauſa prima.

Quidam habens filium obtulit eum ditiſſimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras ſoluit.

HAec eſt prima cauſa tractans de ſimonia, q̃ inter cetera crimina maximum eſt, & in ſequentib. duab. cauſis, de criminibus tractabit ſimpliciter, præmittens Grat. has tres cauſas criminales. Et habet hæc cauſa, q̃ & incidentia quadam extra ſimoniam noſtro tuo interferens.

In prima quæritur, an ſit peccatum emere ſpiritualia, Gratianus primo allegat, à probandum q̃ ſic vſque ad §. ſed obijcitur. ſolida contrarium oſtendit, & tres facit obiectiones quas reſpondet, & reſponſiones auctoritatibus probat, probans q̃ crimen ſimoniæ ab hæreticis facta, dummodo in forma eccleſiæ tenét, diſtinguens in ſingulis, inter facta enim neceſſitatis, & facta ambitionis originis, & eam proſequitur uſque ad §. ex his ibi transiit ad hæreticos, & de eorum lacrameritis vſque conſtat, vſque ad §. conſtat ibi ad principale propoſitum redit, & tractat de ſimoniaca, vſque ad finem quæſtionis. De hoc extra de cenſib. per totum. Et cum [illegible] per §. ſecundo. Probat etiam quæſtio ſimoniaci remanent in ord. ſuis diſpenſatione, & quibuſdam non, & in tractatu de hæreticis, tractat inſtanter de bapt. fmo, & eius effectu. de hoc extra de baptiſmo, per totum, & de Euchariſtia de quo ext. de celeb. miſſ. per totum. Tractat etiam inſtanter, quod non ſunt ſacramenta in peccatoribus præſertim recipienda, uſque ad §. quo autem. de quo extra, de vita & honeſtate cleric. ubi. Deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicunt. & obijcitur, q̃ baptiſma, & ordines bene conferuntur ab hæretico, dummodo in forma eccleſiæ, ſed non ad effectum executionem, niſi ignoranter recipiantur; quia tunc bene quo ad executionem & effectum conferuntur, uſque ad §. conſtat. A §. conſtat. vſque ad §. ſicut probatur, quod pro nullo ſacramento recipi poteſt pecunia, nedum pro ordinatione de quo extra de ſimonia non ſatis. & eodem tit. cum in eccleſiæ. & cap. cum ſit Romana. Poſt modum diſtinguit inter illos, qui ſcienter a ſimoniacis ordinantur: & illos qui ignoranter, & de pœna & ignorantia eorum; in c. ſtatuimus. probans in capitulo, ordinationes. quot modis ſimonia committatur: quia aliud eſt munus ob obſequia: &c. & in c. ſunt nonnulli dicens ad finem quæſtionis, q̃ qui ab ordinando, vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, punitur debet ſicut qui promittit pecuniam ob acceſſum, vel obſequium, vel ob teſtimonium ferendum, vel non ferendum, punitur quaſi ſimoniam committat, vt ibi quæſtio. ſ. videntes.

Secunda quæſtio. quæritur, utrum pro ingreſſu monaſterii pecunia ſit exigenda, vel etiam exacta perſolutaque? docetur quod non obſtendens primo, quod eccleſia non debet conſtrui, niſi primo dos ei conſtituatur, de hoc extra de eccleſ. ædi. c. pen. Si tamen aliquid hac occaſione fuerit collatum, recipi poteſt. de hoc extra de ſimon. & in quæſtionibus in authent. de ſanct. epiſc. §. ſi quis autem clericos. probat. ibi per, quod bona eccleſiaſtica non tam danda ditioribus, ſed pauperibus, per tot. clericos & capit. patet. qui alias vade vnde habet, & qui beneficium eccleſiæ recepit, ſacrilegium committit, & iudicium ibi manducat, & bibit.

Tertia quæſtio. quæritur, an ingreſſum eccleſiæ vel prebendam emere ſit ſimoniacum, docetur quod ſic: quia nec ſpeciale, nec ſpirituale annexum emere licet, niſi in caſibus de quibus habetur extra de præbendis tuas. quæ lata, & hic not. pri. & ſuper capitulo 2. Item de natalium eventium, & vendentium offendit, docet etiam, quod ſi iudex pro iudicando pecuniam receperit, immunitatem committit per cap. vendentes. de hoc extra de vita & honeſtate clericorum, cum ab omni, & innocen. ſuper cap. non ſolum.

Quarta quæſt. quæritur, an paternum crimen filio imputetur, q̃ eo ignorante contrahat, eſſe admiſſum, docetur primo, quod ignorantia excuſat multis auctoritatibus nili hujusmodi ſuccurritur vitia paterna, nec niſi quatenus ad eos pervenit extr. de regul. vitium pridem, vltra medium, de vſuris. tua nihilominus. in §. notandum, inter ignorantiam iuris & facti, & iuris civilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui re. epi. c. 1.

Quinta quæſt. quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi eo ordine, quem ſic paterna pecunia eſt aſſecutus, probatur quod ſic, dispenſative renunciando epiſcopatui, de hoc ext. de ſimo. nobis. poſſunt etiam promoveri iſti ignorantes. & etiam dicendum eſt ſi per vim etiam arctetur ſimoniam intercedere, ut in c. fi.

Sexta quæſt. quæritur, utrum illi, qui ab iſto ſimoniaco ignoranter ordinem receperunt ſint abiiciendi? reſpondetur q̃ non, per ca. ſi quis. quod eſt in t. q. huius cauſæ. ſi quis a ſimoniacis. Item docetur in eadem quæſtione, quod dare aliquid ut eligantur, vel ut electio eius confirmetur, ſimoniacum eſt per cap. ſicut ex tuarum. & C. de epiſ. & cler. ſi quem quæſm.

Septima quæſtio. quæritur, an iſte renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiendus iterum in epiſcopali dignitate ſuadente eccleſiæ neceſſitate, vel utilitate. & ibi ſuper §. niſi rigor. tractatur de diſpenſatione ad plenum, tractatur etiam de hæreticis quando reuertuntur ad eccleſiam, & qualiter, & ſub qua forma recipiendi ſunt, & quod neceſſaria eſt quandoque diſpenſatio, per capit. diſpenſationes. ad finem probat, qualiter ordinati ab eccleſia ſint ab hæreticis recipiendi, concludens per cap. fi. quod cætera crimina reſpectu ſimoniacæ pravitatis pro nihilo reputantur. de hoc ex de ſim. c. tanta.

Cauſa ſecunda.

Quæritur, quidam epiſcopus delapſu carnis a laico imperitur; Duo monachi, vnus, &c.

Iſta cauſa habet 8. quæſtiones. In prima quæſt. tractatur, qualiter circa iudicia, & cauſas in occultis, & qualiter in notoriis ſit procedendum.

Secunda quæ. tractatur, q̃ ſpoliatus ante reſtitutionem ſibi ſpoliatoribus reſpondere non cogitur, de hoc ext. de ordine cognitio.

Tertia quæſt. tractatur, qua pœna feriendi ſunt calumniatores, & de abolitionibus. de hoc ext. de recuſatio. ſuper his. & de collutione.

Quarta quæſt. tractatur, quot teſtes in qualibet cauſa ſufficiant, de hoc melius de teſt. per totum ti. & præſertim in c. licet.

Quinta

Digitized by Google

nalis sedente. In iudicio autem anima presbyteri dissimulando rigorem, dispensare potest ex misericordia circa pœnam spiritualem superiorem. 25 q. 6. presentibus. haec Hostien. Item blasphemus clericus, maxime presbyter, cogatur ad veniam postulandam, quod si noluerit, degradetur. distinct. 10. 46. clericus.

Notandum vero, quòd blasphemus secundum leges est decapitandus, ut in auth. ut non maxu. contra natu. extra medium. col. 6. Secundum vero canonem antiquum clericus erat degradandus. & laicus excõmunicandus. 22. q. 1. si quis per capitium. Hodie vero clericus agere potest sententiam supradictam, scilicet illius canonis, statutimus. & hoc si publice blasphemauit. Si enim occulte, non pœnitebit publicè, vt puto. Clericus vero hodie est corrigẽdus pœna arbitraria & occulta, nouissima quæ est publica. Clericus enim publice non debet pœnitere. Si autem rebellis fuerit vel antequam hoc committerit, locum habet pœna legis scilicet vt laicus decapitetur in foro ciuili, & in canonico anathematizetur, idem, ecclesiæ ingressus sibi non dicatur. & in morte priuetur ecclesiastica sepultura. Clericus vero degradetur. haec Hostien. tit. de maledicis.

31 Est de presbytero, qui revelat confessionem, quòd de iure antiquo debet deponi, & omnibus diebus vitæ suæ pœnitentialis peregrinari. de pœnit. dist. 6. sacerdos.

32 Est, quòd qui in dicendis horis canonicis, & aliis officijs diuinis discrepat a consuetudine propriæ metropolitanæ ecclesiæ 6 mensibus privetur communione, si hoc accidat ex contemptu. 77. distinct. de his.

33 Est, quòd Episcopus, qui ordinat sine iusta causa clericum inutilem, vel rudem mentem, vel penitus inutilem, absolute suspendatur anno vno. 74. distinctio. cap. 1.

34 Est, quòd episcopus, qui correctionem de venditione seminis alterius damnat, duobus mensibus presbyter. 4 diaconus 3. subdiaconus, & cæteri ad arbitrium iudicis pœnitere debent. 1. quæst. 1. quicquid inutilibus.

35 Est, quòd sortilegus 40. diebus pœniteat. extra de sortileg. requisiti.

36 Est, quòd qui videt in astrolabio, pœniteat duobus annis. extra de sortil. ex literis.

37 Est de stillatione guttæ altaris cadentis super terrã, vel aliquid aliud propter negligentiam presbyteri, debet presbyter pœnitere 30. diebus. Si vermis inuenitur super palmo altaris pœniteat 4. diebus. de consecr. dist. 2. cum per negligentiam.

38 Est, quòd si aliquis committit Eucharistiam propter ebrietatem & voracitatem, vel luxum, pœniteat 40. diebus. Si clericus vel monachus, vel presbyter, vel diaconus, pœniteat 50. diebus. Si episcopus, pœniteat 90. diebus. & debet cum ista combuti, & iuxta altare collocari. Si vero causa infirmitatis euomuerit 7. diebus pœniteat. de consecr. dist. 2. si quis propter ebrietatem.

39 Est, quòd mus corrodit, vel comedit corpus Christi, de pœnitentia huius casus inquire, ubi hæc notata. de cons. dist. 2. circa finem.

40 Est, quòd qui domũ vel aream voluntarie succendit, subducta uel incensa omnia restituat, & tribus annis pœnitent. extra de iniur. si quis domum. Cæterum si ex odio, vel iniuria hoc fecerit, excõmunicari debet, nec absolui nisi satisfecerit, & in tantum quòd ignem de cætero nõ apponet. Imponitur autem. 1. Dist. Hieroselym ante non in Hispania audiat in Dei seruitio, anno integro, vbi morabitur. Si quis autem archiepiscopus vel episcopus hoc fecerit, damnũ restituat, & ab officio episcopali per annum abstineat. 2. q. 8. perlatum. Hodie aut postquam fiunt denunciati, non possunt, citra fidem Apostolicam absolui extra de sent. excom. tua nos. Imo rex, loquitur de incendiarijs indistincte, postquam sunt publicati. Et Bar. hoc idem dicit expresse, & Grat. ext. de sent. excom. quicunque. & Guil. licet Ro. contrarium dicat. Secundum autem leges, qui in ciuitate data opera incendium fecerit, si sit humilis, subijcitur bellis, si sit in aliquo gradu, decapitatur, vel in insulam relegatur. ff. de incend. rui. & nauf. l. fin. Qui vero alibi, vt in villis, vel castris remissis, ibidem ædes positas combusserit, si hoc dolo fecerit, comburetur. Et hoc intelligendum secundum Hostien. si sit humilis. Si tamen hoc ex sua negligentia contigerit, relarciet damnum, vel si minus idoneus sit, parum vel leuiter castigetur. Et nomine ædium omne ædificium continetur, vt ibidem dicitur. l. qui ædes.

41 Est, quòd qui dederit vel acceperit cõmunionem ab hæretico, & nescit hoc esse prohibitũ ab ecclesia, & postea intelligit, pœniteat vno anno. Si autem sciuit, & neglexit, pœniteat 10. annis, vel secundum quosdam 7. vel secũdum alios 5. Qui vero permittit hæreticum missam celebrare in Ecclesia catholica per ignorantiam iuris, pœnitet 40 diebus. Si propter reuerentiam eius per annum pœnitet. Si pro damnatione ecclesiæ catholicæ, & propter consuetudinem Romanorum proijciatur ab ecclesia tanquam hæreticus, si sit impœnitens, alioqui pœniteat 10 annis. Si autem scientia ecclesiæ ad hæreticos transierit, & alios ad hoc induxerit, pœniteat 12 annis, tribus extra ecclesiam. 7. inter audientes. duobus extra communionẽ, & sic duodecimo anno communionem, sacræ oblationem percipiat. 24. q. 1. si quis dederit.

42 Est, quòd patronus qui ecclesiã dilapidat, vno anno pœniteat. 17. q. 4. hortatis.

43 Est, quòd qui donum tribuit magicis, & incantatoribus sustinet, vel aliud facit, de quo ei hoc constat, annis 5. pœnitet. 26. q. 5. qui maleficijs. & canon. Item.

44 Est, quòd qui pacem cum proximo suo non facere iurauit, tandiu pœniteat, donec pacem reddat. 22. q. 2. [illegible]

45 Est, quòd periurium, homicidio, dentur pœnitentia [illegible] 7. anni. Si autem pro fornicatione, licet non sit aliqua pœnitentia imposita, qui prædicandum est, quòd [illegible] §. fornicatio.

46 Est, quòd qui scienter recipit excommunicatum, 7. annis pœniteat: & certa forma panis & aquæ seruando, tres quadragesimas facit. & hoc ibi dicit pro hoc si introducendo. Si autem pro hæresi, videlicet pro [illegible] corporis vastatione, tribus annis pœniteat, de consecr. dist. 4. quibus. & cum quibus baptizatur, vel communicatur. de sortilegijs, & ecquæ fieri irregularis. dist. 86. Illum. Et de qua autẽ causa habeatur excommunicatus. Cum ego statui sententiam præcisam ratione gratia brevitatis.

47 Est, quòd qui vxorem adulteratam cognoscit antequam pœniteat, 3. annis pœniteat. 32. q. 7. si quis secundo. Qui vero cognoscit eam pœnitentiam ante pœnitentiam peractam, pœniteat 2 annis ea. q. si quis primo. Quando vero sententia mutanda sit mulieri partum alterius supponenti, vel etiam de non suo viro commisto, habetur extra de pœnit. & remiss.

Ad regulas igitur prædictas inspiciẽdo, potest studiosus indagator discernere ad pœnitentias, prædictis criminibus rationabiles canones imponendas, & ex eis a considerans circumstantijs vt dictum est supra, moderari poterit eas. Et licet ab ipso omnes circumstantiæ sint diligenter attendendæ, primo, inter cæteras qualitates personæ, & præcipue utrum sit persona canonis aut [illegible] seruitutis. Nam circa tales pœnitentias cauere debet [illegible] presbyter, ne talem pœnitentiam eis imponat, per quam illis, quibus sunt auctoritas, præiudicium fiat, maxime circa

eirtā coiugatosynde ſi ſeruus ſit,& timore peccauerit, obediens domino ſuo in arrocioribus, eſt mitius puniendus. 22. q.5. qui compulſus. obedire tñ non tenebatur in talibus.11. q.3.ſi dñs.Si autem voluntarie peccauerit corpore punietur,ēt actius, quā alius.24.q.1.qui contra pacē.Nec eſt ſeruo iniungēda peregrinatio, per quam Dñs eius, qui non eſt in culpa,illius ſeruitio defraudetur ext.de ſent.exc.relatum.Si vero liber ſit,tota pęnitētia canonis,ſi poteſt facere,debet imponi.16.q.1. ſacerdotes pęnitentiam. Sed ex cauſa poterit eam presbyter moderari.

Conſiderandum etiam erit vtrum ſit perſona noua in fide, quia nouis in fide minor dēt ēt pęnitentia imponi.extra de pœ.& re.Deus qui. Et ſimiliter conſiderandæ erunt aliæ perſonarum circunſtantiæ, de quibus ad præſens ſuperſedeo gratia breuitatis.

Sciendum autem, q̄ in foro pœnitentiali dicuntur legitimæ feriæ 2.4.& 6.ditt. 81. presbyter.de conſecr.d. 3.ieiunia. Aliquid tamen, vt dicit Rom.pro 2. feria ponunt ſabbatum.

Inſuper notandum eſt,q̄ ſi pęnitentia in pane, & aqua imponatur nō hāti panē,pōt loco panis leguminib. & piſciculis vetet:& ētalijs,ſi neceſſitas illud requirat,ext de pę & re.licet.in tex. & gl. alias non licet.

Ieiunia an poſſint redimi.

Notandum ēt ſecundum Ioan.ſi pęnitentia ſit impoſita a canone,liberatur quis a ieiunio dando denariū, vel legendo pſalterium propria auctoritate.Inno.vero dicit,q̄ ieiunia,neceſſaria,vt quatuor temporum, & huiuſmodi non poſſunt redimi niſi ſubſit rationabilis cauſa,voluntaria vero redimi poſſunt,etiam ſine auctoritate ſuperioris.

Ad hoc ēt nota, q̄ vbi imponitur pęnitentia aliquot annorum,ſiue quadrageſimarum, nec additur quomodo quis debet pęnitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri,cum pęnitentiæ ſint arbitrariæ, vt dictū eſt ſup.ipſe enim presbyter arbitrabitur eam per ferias legitimas faciendam ſecundum canones) o.di. de his clericis.extra de homi. ca.2. & in multis aliis iuribus. Et ſic intelligitur illud. extra de accuſ.accuſaſti.& de ſpon.dilectus & ſimilia.

Explicunt Canones pęnitentiales.

CANONES SANCTORVM APOSTOLORVM Per Clementem a Petro Apoſtolo Romæ ordinatum epiſcopum in vnum congeſti.

1 EPISCOPVS a duobus, aut trib. epiſcopis ordinator.

2 Presbyter ab vno epiſcopo ordinator,itē diaconus,& reliqui clerici.

3 Si quis ep̄s, aut presbyter p̄ter ordinationem Dñi, q̄ de ſacrificio inſtituit, alia quæpiam, puta aut mel, aut lac,aut pro vino ſicerā, aut confecta quædā, aut aues,aut aliqua animalia,aut legumina ſupra altare obtulerit,vt qui contra ordinationē Domini faciat, deponitor:excepto noue frumento,& vua,opportuno tempore. Præterea licitum non eſſe aliud quid piam admouere ad altare, quam oleum in candelabrum, & incenſum oblationis tempore.

4 Omnium aliorum pomorum primitiæ epiſcopo, & presbyteris domum mittuntor,non ſuper altare.manifeſtum eſt autem quod epiſcopus,& presbyteri inter diaconos, & reliquos clericos eas diuidunt.

5 Epiſcopus, aut presbyter,aut diaconus, vxorē ſuā prætextu religionis non abijcito: ſi abijcit,ſegregator a communione:ſi perſeuerat, deponitor.

6 Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus,ſæculares curas non ſuſcipito,alioquin deponitor.

7 Si quis epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus ſanctum diem Paſchæ ante vernum æquinoctium cum Iudæis celebrauerit, deponitor.

8 Si quis epiſcopus,aut presbyter, aut diaconus, aut quicunque ex ſacerdotali conſortio, oblatione facta,non communicauerit cauſam dicito. Et ſi bona ratione ſubnixa ſit, veniam prometetor. Sin minus dixerit, a communione excluditor, tanquam qui populo auctor offenſionis fuerit, motā contra eum ſuſpicione,qui obtulit.

9 Quicunque fideles eccleſiam ingrediuntur,& ſcripturas audiunt,neque apud preces,& ſanctam communionem permanent: eos tanquam qui ordinis in eccleſia perturbationem inducant, a communione arceri oportet.

10 Si quis cum excommunicato, licet in domo, preces coniunxerit, iſte communione priuator.

11 Si quis cum depoſito clerico, vt cum clerico, preces coniunxerit,deponitor & ipſe.

12 Si quis clericus, aut laicus a communione ſegregatus,ſeu nondum in communionem receptus,ad aliā profectus ciuitatem,ſine commendatitijs literis receptus fuerit, a communione excluditor tam qui recepit, quam qui receptus eſt. Si excommunicatus fuerit, in longius illi tempus excommunicatio protenditor.

13 Epiſcopo, qui parochiam ſuam dereliquerit,alteri inſilire netas eſto, licet a pluribus ad hoc compellatur,niſi rationabilis aliqua cauſa ſubſit, quæ hoc ipſum facere vi adigat, nempe q̄ plus lucri, & vtilitatis his qui illic conſtituti ſunt, verbo pietatis conferre poſſit, neque hoc tamen a ſeipſo, ſed multorum epiſcoporum iudicio, & exhortatione maxima.

14 Si quis presbyter,aut diaconus, aut quicunque tādem de clericorum cōſortio,relicta parochia ſua in aliā ſe contulerit, & omnino tranſmigratione facta præter voluntatem ſui epiſcopi in alia parochia morā traxerit,hunc iubemus,ne porro in miniſterio publico ſit eccleſiæ: maximè ſi accerſente ipſum epiſcopo eius, redire contemnat, peruerſo illic ordine perſeuerans,vt laicus tamē ibi locorum in communione admittitor.

15 Quod ſi epiſcopus, ad quem acceſſerint,pro nihilo reputata vocationis a miniſterio eccleſiaſtico pœna,quæ contra eos definita eſt, ipſos vt clericos ſuſceperit,a communione excluditor, vt peruerſi ordinis magiſter.

16 Qui poſt baptiſmum duabus implicitus fuit nuptijs,aut concubinam habuit,is epiſcopus,aut presbyter,aut diaconus, aut denique in conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

17 Qui viduam duxit,aut diuortio ſeparatam a viro, aut meretricem,aut ancillam,aut aliquam,quæ publicis mancipata ſit ſpectaculis, epiſcopus, presbyter,aut diaconus,aut denique ex conſortio ſacerdotali eſſe non poteſt.

18 Qui duas ſorores duxit, aut conſobrinam, cleri-

cus effeson potest.

19. Clericus, qui fideiussiones dat, deponitor.

20. Si quis humana violentia eunuchus factus est, aut in persecutionem amputata ei sunt virilia, aut ita natus fuit, & dignus est, efficitor episcopus.

21. Qui sibi virilia amputauit, clericus non efficitor, sui enim ipsius homicida est, & inimicus creationi Dei.

22. Si quis, cum clericus esset, virilia sibi ipsi amputauerit, deponitor, homicida etenim sui ipsius est.

23. Laicus, qui seipsum mutilauit, per tres annos a cõmunione eijcitor puta, quia ipse vitæ suę poluit insidias.

24. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus in fornicatione, aut periurio, aut furto deprehẽsus, déponitor, non tamen a communione excluditor. Dicit enim scriptura: Bis de eodem delicto vindictam non exiges. Eidem conditioni consimiliter, & reliqui clerici subduntor.

25. Ex his, qui cælibes in clerum peruenerunt, iubemus, vt lectores tantum, & cantores (si velint) nuptias contrahant.

26. Episcopum, aut presbyterum, aut diaconum, qui vel fideles delinquentes, vel infideles iniuriam inferentes percutit, & terrore ipsius per huiusmodi vult insolescere, deponi præcipimus. Nusquam enim dominus hoc nos docuit. Imò vero contra, cum ipse percuteretur, non repercutiebat: cum lacesseretur conuicijs, non regerebat conuicium; cum pateretur, nõ comminabatur.

27. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus ob certa crimina iustè depositus, attingere ministeriũ, quod aliquando tractauerat, præsumpserit: omnino hic ab ecclesia abscinditor.

28. Si quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus pecuniæ interuentu hanc dignitatem nactus fuerit, deponitor tam ipse, quam qui eum ordinauit, & omnino a communione abscinditor, quemadmodum Simon magus a me Petro.

29. Si quis episcopus sæcularium magistratuum familiaritate vsus, per ipsos ecclesiam nactus fuerit, deponitor, segregatorque & a communione, quicunque cum ipso communionem habent.

30. Si quis presbyter, proprium aspernatus episcopũ, seorsum conuenticula egerit, & altare erexerit, cum de nullo crimine episcopum impietate, ac iustitia cõdemnarit, deponitor, quasi qui principatũ ambiat: tyrannus enim est. Consimiliter, & reliqui clerici, qui suum illi calculum apponunt. Laici vero a communione segregantor. Atque hæc post unam, & item alteram, ac tertiam episcopi exhortationem fiunto.

31. Si quis presbyter, aut diaconus per episcopum a communione exclusus sit, hunc neutiquam ab alio fas esto susceptum, quam : b eo, qui ipsum a communione exclusit; nisi forte fortuna episcopus, qui ipsum a communione segregauit, defunctus sit.

32. Nemo peregrinorum episcoporum, aut presbyterorum, aut diaconorum sine commẽdatitijs suscipitor literis, & si eas obtulerit, attẽtius in disquisitionem vocantor. Et quidem si prędicatores pietatis fuerint, suscipiantor: sin minus, vbi necessaria ipsis suppeditaueritis, ad communionem, & vlteriorem ipsos consuetudinem non admittote. multa enim per obreptionem fiunt.

33. Cuiusque gentis episcopos oportet scire, quinam inter ipsos primus sit, habereque ipsum quodammodo pro capite neque sine vilius voluntate quicquam agere insolitum. illa autem sola quemque pro se tractare, quæ ad parochiam eius, & loca ipsi subdita attinent. Sed neque ille sine omnium voluntatem aliquid facito. Ita enim concordia erit, & Deus glorificabitur per Dominum, in sancto spiritu.

34. Episcopus extra terminos suos in ciuitatibus, & regionibus sibi non subiectis, ordinationes facere non præsumito. Si vero præter voluntatem eorum, qui ciuitates illas, aut regiones detinent, id fecisse conuictus fuerit, deponitor tam ipse, quam etiam ij quos ordinauit.

35. Si quis ordinatus episcopus ministerium, & curam populi sibi commissam non susceperit, hic a cõmunione seiunctus esto tamdiu, donec susceperit, obedientiam accommodans. Similiter autem, & presbyter, & diaconus. Si uero non præ voluntate sua, sed præ malitia populi non susceperit; maneto ipse quidem episcopus, clerus uero eius ciuitatis a communione segregator, eo quod tam inobedientem populum non corripuerint.

36. Bis in anno episcoporum celebrator synodus, ac pietatis inter se dogmata in disquisitionem vocãto, neque non in ecclesijs incidentes cõtradictiones diiimunto: semel quidem quarta feria † Pentecostes secundo duodecima Hyperberetei.* †al. hebdomadæ. * hyperbereteus apud Asyx populos, & Macedones. Octob. Græcè dictus.

37. Omnium rerum ecclesiasticarum curam episcopus gerito, & eas dispensato, quasi inspectante Deo. Non licitum autem ei esto, quidpiam ex ijs sibi tanquam proprium assumere, aut cognatis suis elargiri, quæ Deo dedicata sunt. Quod si pauperes illi sint, ut pauperibus subministrato: non tamen horum prætextu res ecclesiæ uenundato.

38. Presbyteri, & diaconi absque voluntate episcopi nihil peragunto. ipsius enim fidei populus domini commissus est, & pro eorum animabus ab ipso repetetur ratio.

39. Manifestæ sunto priuatæ res episcopi (si modo, & priuatas habet) manifestæ item sunt Dominicæ, ut priuatas quidem res episcopus, cum moritur, quibus vult, & quomodo vult relinquendi facultatem habeat: neque occasione ecclesiasticarum rerum intercidant res episcopi, qui nonnũquam vxorem, & liberos, aut cognatos, aut seruos habet. Iustum enim est apud Deũ pariter, & homines bmul, ne ecclesia per ignorationem rerum episcopi damni aliquid sustineat, simul ne episcopus, aut cognati eius prætextu ecclesiæ obnoxiantur, aut etiam qui illum generis proximitate contingunt, incidant in negotia, eiusque mors implicetur diffamationibus.

40. Præcipimus, ut episcopus res ecclesiæ in potestate habeat. Nam si pretiosæ hominum animæ, fidei eius committendæ sunt, multo vtique magis oportuerit, & de pecunijs mandatum dare, vt illius arbitratu dispensentur, neq; non cum timore Dei, summaque sollicitudine per presbyteros, ac diaconos erogẽtur in pauperes. Percipiat autem & ipse (si modo indiget) quantum ad necessarios suos, & hospitio exemptorum fratrum vsus opus habet, ne quo modo ipse posteriore loco habeatur, quam ceteri. Ordinauit enim lex Dei, ut qui altari inseruiunt, de altari nutriantur, quando nec milites nũquam suis annonis arma hostibus inferant.

41. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui uel alea, uel ebrietatibus indulget, vel desinito, vel deponitor.

42. Subdiaconus, aut cantor, aut lector, qui consimilia facit: vel desinito, uel a communione seiungitor. Similiter & laici.

43. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui vsurãs a mutuum accipientibus exigit: vel desinito, vel deponitor.

44. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui cum hæreticis preces coniunxerit, duntaxat a communione suspenditor. Si uero etiam ipsos tanquam clericos aliquid agere permiserit, deponitor.

45. Episcopum, aut presbyterum, qui hæreticorum baptisma, aut sacrificiũ susceperit, deponi præcipimus. Quæ enim cõuentio inter Christum, & Belial? aut

quæ

quæ perficiatis fideli cum infideli.

46 Epiſcopus, aut presbyter ſi cum, qui verum baptiſma habeat, iterum baptizauerit: aut pollutum ab impijs non baptizauerit; deponitor, vt qui crucem, & mortem Domini derideat. Neque diſcernat veros ſacerdotes, a ſacerdotibus impoſtoribus.

47 Si quis laicus, cum ſuam a ſe vxorem abiicit, alteram duxerit, aut ab alio dimiſſam, a communione ſegregator.

48 Si quis epiſcopus, aut presbyter ſecundam ordinationem domini non baptizauerit in Patrem, & Filiũ, & Spiritum ſanctum, ſed in tres principio carentes, aut tres filios, aut tres paracletos deponitor.

49 Si quis epiſcopus, aut presbyter in vna initiatione non tres immerſiones, ſed vna duntaxat, quæ in mortem domini detur peregerit, deponitor. Non enim dixit dominus, in mortem meam baptizate: ſed profecti docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

50 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut quinis omnino de ſacerdotali conſortio, nuptijs, & carnibus, & vino abſtinuerit, nõ propterea quo mẽs ad cultum pietatis reddatur exercitatior, ſed propter abominationem, oblitus, quod omnia pulchra valde, & quod maſculum, & fœminam Deus creauit hominem, ſed diffamationibus laceſſens creationem Dei vocat ad calumniam, aut corrigitor, aut deponitor, & ex eccleſia reijcitor. Conſimiliter & laicus.

51 Si quis epiſcopus, aut presbyter eum, qui a peccato reuertitur, nõ recipit, ſed reijcit, deponitor, eo quod Chriſtum offendat, qui dixit, ob vnum peccatorem, qui reſipiſcat, gaudium oberiri in cœlo.

52 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, carnibus, & vino feſtinis diebus non vtatur, idque per abominationem, non propter exercitationem ad cultum pietatis, deponitor, tanquam qui cauterio notatam habeat conſcientiam, & multis auctor ſit offendiculi.

53 Si quis clericus in caupona cibum capere deprehẽſus fuerit, a communione excluditor, excepto tamẽ eo, qui neceſſario in itinere in commune diuerterit hoſpitium.

54 Si quis clericus epiſcopum contumelia affecerit, deponitor, principi enim populi tui non maledices.

55 Si quis clericus contumelia affecerit presbyterum, aut diaconum a communione ſegregator.

56 Si quis mancum, aut mutum ſurdumve, aut exercitum, aut eum, cui vitioſus inceſſus eſt, ſubſanauerit, communione priuator. Conſimiliter & laicus.

57 Epiſcopus, aut presbyter, qui negligentius circa clerum, vel populum agit, neque in pietate eos erudit, a communione ſegregator. Si vero in eo ſocordia perſeuerauerit, deponitor.

58 Si quis epiſcopus, aut presbyter, clerico ex inopia laboranti neceſſaria non ſuppeditauerit, a communione reijcitor, ſin perſeuerat, deponitor, vt qui fratrem ſuum necauerit.

59 Si quis falſo inſcriptos impiorum libros tanquam ſacros in eccleſia ad populi, & clerici corruptionem publicauerit, deponitor.

60 Si accuſatio contra fidelem inſtituatur de fornicatione, aut adulterio, aut quacumque alia actione prohibita, & conuictus fuerit, in clerum non perducitor.

61 Si quis clericus per metum humanum, vel Iudæi, vel Græci, vel hæretici negauerit, ſi quidem nomen Chriſti, ab eccleſia reijcitor. ſi vero nomen clerici, deponitor, pœnitentia tamen ductus, vel laicus recipitor.

62 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex ſacerdotali conſortio comederit carnes in ſanguine animæ eius, aut a beſtijs abreptum, aut ſuffocatum, deponitor, hoc enim lex prohibuit. Sin vero laicus fuerit a communione excluditor.

63 Si quis clericus, aut laicus, ſynagogam Iudæorum, aut hæreticorum conuenticulum ingreſſus fuerit, vt preces cum illis commungat, deponitor, & a communione ſecluditor.

64 Si quis clericus in concertatione aliquem pulſauerit, & vno ictu, ac pulſatione interemerit, deponitor propter temeritatem ſuam. Si vero laicus ſit, arcetor a communione.

65 Si quis Dominicum diem, aut ſabbatum, vno ſolo dempto, ieiunare deprehendatur, deponitor, ſin laicus, a communione eiicitor.

66 Si quis virginem ſibi non deſponſatam admota viderinet, a communione ſuſpẽditor. Non licitum autem eſto ei aliam ducere, ſed eam detinere, quam ſolicitauit, quamuis paupercula ſit.

67 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus ſecũdam ab aliquo ordinationem ſuſceperit, deponitor tam ipſe, quam qui ipſum ordinauit, niſi forte conſtet ordinationem eum habere ab hæreticis. Qui enim a talibus baptizati, aut ordinati ſunt, hi neque fideles, neque clerici eſſe poſſunt.

68 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut lector, aut cantor ſacrã Quadrageſimam Paſchę, aut quartam feriam, aut Paraſcenen non ieiunauerit, deponitor, præterquam ſi imbecillitate impediatur corporis. Sin laicus ſit, communione priuator.

69 Si quis epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, aut omnino quicunque ex clericorum cõſortio cum Iudæis ieiunauerit, aut communem feſtum diem cum ipſis egerit, aut lætitia feſti, nempe azyma, aut aliud huius generis, ab eis ſuſceperit, deponitor, ſi laicus, a communione ſegregator.

70 Si quis Chriſtianus oleum ad ſacra gentilium, aut in ſynagogam Iudæorum in feſtis eorum detulerit, aut lucernas incenderit, a communione excluditor.

71 Si quis clericus, aut laicus ceram, aut oleum, ex ſanctã ſurripiat eccleſia, a communione ſeiungitor.

72 Vas aureum, & argenteum ſanctificatum, aut velamen linteumve, nemo amplius in ſuos vſus aſſumito, iniquum enim eſt. Cæterum ſi quis deprehenſus fuerit, excommunicatione mulctator.

73 Epiſcopum de aliquo per fide dignos accuſatum homines ab epiſcopis vocari neceſſarium eſt. Et ſi quidem comparuerit, & confeſſus conuictusve fuerit: cenſura irrogator eccleſiaſtica. Si vero vocatus non obtemperauerit: ſecunda quoque vice vocator; miſſis duobus ad ipſum epiſcopis. Quod ſi per contumaciam ne ſic quidem comparuerit: ſynodus ſuam contra ipſum pronuntiato ſententiam, ne quid tergiuerſando detractandoque iudicium lucrifacere videatur.

74 In dictionem teſtimonij contra epiſcopum, hæreticus non admittitor, ſed neque fidelis, ſi ſolus ſit. In ore enim duorum, aut trium teſtium conſtabit omne dictum.

75 Item non oportet epiſcopum fratri, aut filio, aut alteri cognato humano gratificari affectu. Neq; enim eccleſiam Dei conferre debet in hæredes. Enim uero ſi quis id fecerit, irrita permanero ordinatio, ipſe autem excommunicatione percellitor.

76 Si quis oculo defectus, aut obtuſo cruce exiſtat: & dignus ſit, epiſcopus efficitor. non enim mutilatio corporis ipſum polluit, ſed inquinatio animæ.

77 Qui uero mutus ſurdusve, & cæcus eſt, epiſcopus non efficitor, non quia obſeſo corpore eſt, ſed ne eccleſiaſtica impediantur munia.

78 Si quis dæmonem habeat, clericus non efficitor, ſed neque cum fidelibus preces fundito. Mundatus uero recipitor, & ſi dignus fuerit, clericus efficitor.

79 Qui ex uita gentili aduenerit, & baptizatus eſt,

aut ex conuersatione prava, cum iustum non est protinus promoueri in episcopum. Iniurium enim est eum qui non prius specimen, & documentum de se præbuerit, aliorum doctorē existere, nisi alicubi dono diuinæ gratiæ hoc fiat.

80 Diximus, & non oportere episcopum, aut presbyterum publicis se administrationib immittere, sed vacare, & commodū se exhibere usibus ecclesiasticis. Animum igitur iuducito hoc non facere, aut deponitor. Nemo enim potest duobus dominis seruire, iuxta præceptum Dominicum.

81 Serui in clerum promoueantur citra dominorum uoluntatem: hoc ipsum operatur rechibitionem. Si quando uero seruus quoque gradus ordinatione dignus uideatur, qualis, & noster Onesimus apparuit, & domini consenserint, manuque emiserint, & domo sua ablegauerint, efficitor.

82 Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui militia vacauerit, & simul utrumque retinere uoluerit, tam officium Romanum, quam sunctionem sacerdotalem, deponitor. Quæ enim Cæsaris sunt, Cæsari, & quæ Dei Deo.

83 Quisquis Imperatorem, aut magistrum contumelia affecerit, supplicium luito, & quidem si clericus sit, deponitor: si laicus, a communione remouetor.

84 Sunto omnibus uobis, clericis simul, & laicis uenerandi, ac sacri libri, ueteris quidem testamenti Mosis quinque, Geneseos, Exodus, Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iesu filij Naue unus, Iudicum unus, Ruth unus, Regum quatuor, Derelictorum ex libro. dierum, duo, Hester unus: De Machabæorum gestis tres. Iob unus. Psalterium unus, Salomonis tres, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetarum duodecim, unus Esaiæ, Hieremiæ unus, Ezechiel unus, Daniel unus inquisitor autem a nobis extrinsecus, ut adolescentes uestri addiscant. Item Sapientiam eruditi Syrach. Nostra uero, hoc est noui testamenti, Euangelia quatuor, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Pauli epistolæ quatuordecim: Petri epistolæ duæ, Ioannis tres, Iacobi una, Iudæ una, Clementis epistolæ duæ, & præceptiones, quæ uobis episcopis per me Clementem in libris octo nuncupatæ sunt, quas omnibus publicare non oportet, ob quædam arcana, quæ in se continent, Et Actiones nostras Apostolorum.

Finis Apostolicorum Canonum Gregorio Haloandro interprete.

Digitized by Google

SVMMARIVM SEV Floſculus totius Decreti.

VOniã inter cæteras, quæ utilia ſunt, prævidi Legiſtis & Canoniſtis, qui propter temporis breuitatem ſeu libri prolixitatẽ, vel penuriam ſtudere in Decretis ne queunt, hoc opus fore utile. Et quia quæ quis bene ſcit, ita memoriæ commendare non poteſt, quin obliuioni tradantur: ideo ego Ioannes diaconus Hiſpanus, profeſſor iuris canonici & ciuilis, ad ſummariam totius libri, quam breuiſſime potui Deo ſuum auxilium præbente, collegi, quæ flos Decreti merito dici poteſt. Et cum eo quandoque concordantias Decretorum & legũ tam de tex. quam de notatis, ut mihi memoriæ occurrebant inferendas decreui. Summaque totius libri hæc eſt, quia per partes diuiſus eſt. Et prima pars eſt diuiſa in cap. & diſtinctiones, modos quarum, ſeu intentionem ſigillatim & ſummarie in hoc opere declarabo. Secunda pars eſt diuiſa in 36. cauſas, quarum quælibet habet ſub ſe certas & connumeratas ſpecies, quarum omnium ſolutiones, & ſententiæ in hoc opere breuiter patefiunt. In hac ſecunda parte in 36. cauſas, & quomodo inter ipſas cauſas inſeritur tractatus de pœnitentia, qui a quibuſdam, tertia pars ipſius libri dicitur, quod non placet: quia in 7. di. eſt diuiſus, quarum mens in hoc opere breuiter elaret & aperte. Tertia & ultim. pars eſt de conſecratione, diuiſa in 5. d. quarum mens hic ſummariæ prælibatur. Sumant itaque domini mei Legiſtæ & Decretiſtæ hoc donum ſui amici, quod quamuis exiguum, commendatum tamen ab eis, ſi memores erunt illius dicti quod Philoſophus ait: Exiguum munus cum dat tibi pauper amicus, &c. Aliqui ponunt hic uerſus. Centum di. & vna, cauſæ ſunt triadena & ſex. Pœna tenet ſeptem, de conſecr. quoque quinque.

Diſtinctio prima.

HVmanum genus duobus modis regitur, &c. Tractaturus in hoc libro magiſter Gratianus de iure canonico, incipiens quaſdam iuris diuiſiones præmittit uſque ad quartam diſt. In primis, prima quæſtio cum auctoritatibus ſequentibus ponit, & probat differentiam, quæ eſt inter ius diuinum, & humanum, ſeu legem diuinam, & humanam, quæ, eſt uſque ad 1. diſt.

Prima diſtinctio ponit differentiam inter ius ſcriptum, & non ſcriptum, & docet certas exceptiones iuris, primo quot modis ſumitur, uel accipitur apud Canoniſtas.

Secunda diſtinctio ponit. & probat differentias inter leges & plebiſcita ſeu conſulta, & de omnibus habetur melius. ff. de iuſt. & iur. & de legi. & conſtit. & ſequ. per totum.

Tertia diſt. docet diffinitiones canonum & differentias eorum.

Quarta diſtinctio ponit & docet cauſam, quare facta ſunt leges & canones, & qualiter fieri, & promulgari debeant, & quod de eis, vel in eis promulgari debeat de hoc not. C. de legibus per totum.

Quinta diſt. ponit, & exponit differentiam inter ius naturale, & ciuile, & cætera iura.

Sexta diſtinctio quærit nagando extra materiam aliquantulum, & exponit ſuperfluitatem naturæ, quæ accidit homini in ſomnis an ad peccatum imputetur.

Septima diſtinctio ponit, qui fuerunt auctores iuris, & qualiter incepit ius, & hoc melius. ff. de orig. iur. C. de uet. iur. enuc. per totum.

Octaua diſt. ponit differentiam inter ius naturale, & conſuetudinem, & qualiter conſuetudo cedit iuri naturali, & quod ius naturale uincit alia iura, & de hoc extra de conſue. per totum. ff. de legi. & conſt. l. de quibus. & leg. ſequentib.

Nona diſt. probat, & quælibet conſuetudines debent cedere iuri naturali, & quod ius naturale præiudicat humano.

Decima diſtin. probatur conſuetudines principum, ſeu leges Canonibus non præponi. ubi autem Euangelijs, atque Canonibus concordauerint, omni reuerentia ſunt dignæ de hoc de ſecun. nupt. c. fi. & de operis noui nun. cap. 1. C. de ſacroſan. eccle. priuilegia.

Vndecima diſtinct. probatur, quod conſuetudo, quæ non obuiat legibus uel canonibus, ſeruanda eſt, & quod conſuetudo prauа cedit legi.

Duodecima diſt. ponit, quod non licet nouitatem inducere, & alterius quam Romanæ eccleſiæ cõſuetudinem ſeruari, & quæ conſuetudo ſit ſeruanda.

Decimatertia diſtinct. ponit, quòd aduerſus ius naturale nulla admittitur diſpenſatio, niſi forte duo mala urgeant, & neceſſarium ſit alterum eligi.

Decimaquarta diſtinctio quærit & ſoluit, utrum liceat nobis minora peccata committere, ut alij grauiora uitent, & dicit quod non de hoc 22. quæſt. 2. nec quis arbitretur.

Decimaquinta diſt. ponit originem & auctoritatem eccleſiaſticarum conſtitutionum, & quæ opuſcula ſunt admittenda

Decimaſexta diſtinct. ponit, quod canones apoſtolorum ſunt recipiendi, & non inter apochrypha numerandi, & generalia concilia, & quorum tempore celebrata ſunt, & quorum auctoritas præmineat.

Decimaſeptima diſtinctio ponit, & generalia concilia non ſunt congreganda, nec habent uim niſi auctoritate Apoſtolicæ ſedis.

Decimaoctaua diſtinctio tractat de concilijs archiepiſcoporum, in quibus tractabantur cauſæ antiquitus, ut hic docetur, & cæterorum prælatorum maxime epiſcoporum, & quo tempore celebrandæ ſunt, & quantam uim habeant.

Decimanona diſt. docet & probat, quod eccleſiaſticæ epiſtolæ canonibus conciliorum pari iure adæquandæ ſunt.

Vigeſima diſtin. probatur, quod decretis Romanorum pontificum, & ſacris canonibus conciliorum eccleſiæ negotia terminantur in quibus terminandis poteſtas, & ſcientia neceſſaria eſt, & in quantum præmineant decreta & canones expoſitionibus aliorum, qui ſacram paginam gloſſarunt, & ſic an dicta expoſitorum ſacræ paginæ præferantur conſtitutionibus Papalibus.

Vigeſimaprima diſtin. probat, qui ſunt executores miniſtri canonũ a maiori, uſque ad infimum, & differentias miniſtrorum locorũ aſſignat probans, quod maior a minori iudicari non debet & de eccleſiaſticis ordinibus, & ipſorum ordine.

Vigeſimaſecunda diſt. docet, quod inter omnes eccleſias Romana obtinet principatum, & quod ſunt quatuor patriarchales ſedes, & de ordinatione maiorum eccleſiarum, & primatu Romanæ Eccleſiæ.

Vigeſimatertia diſt. probat, & docet, qualiter quis miniſter in eccleſia Dei promoueri & ordineri debet incipiens a ſummo Pontifice, uſque ad inferiorem gradum, uel ordinem, qui pſalmiſta appellatur.

Vigeſimaquarta & quinta diſtinct. probat, quid ad epiſcopum, & quid ad unumquemque inferiorem per-

pertinent & sic de clericorum ordinatorum examinatione, & q̃ qui est ep̃s sine crimine debet esse, & ibi incipit regula apostoli missa ad Timotheum sub illo capitulo, nunc videndum, & quot modis crimen accipitur, quæ regula apostolica 13. habet capitula, quæ prosequitur usque ad 49. d. & hic prosequitur primum c. in §. nunc autem, & per singulos citra ordinandos.

Vigesimasexta distinctione probatur, quod ordinandi in episcopũ, vel sacerdotem, debẽt esse vnius vxoris viri, & quod bigamia non tollitur per baptismum, sed peccata delentur, & incipit ibi 2.ca. Apostoli. & de eo tractat usque ad 25.dist.

Vigesimaseptima distinctio probat quod nolentes vouere continentiam ad sacros ordines promoẽdi non sunt, assignans differentiam inter votum simplex & solenne, & quod promoti ad sacros ordines nec contrahere matrimonium, nec iam contracto uti possunt.

Vigesimaoctaua distinctio probat, quod clericis habere uxorem nõ licet in ecclesia occidentali, addens de subdiaconatu, qui olim prohibitus non erat, & in qua ætate, & in quibus ordinibus promouendi sunt, & utrum laicus in episcopum promoueri posset in ca. de sua, & quod laici de clericis etiam malis iudicare nõ debent.

Vigesimanona distinctione probatur per plura capitula, quod ex causa, loco & tempore consecrãdi sunt canones, per hoc intendens inducere ad concordiam multa capitula, quæ in trib. præmissis proxima dist. discordare videbantur, quorum quidam dicebant, quod clerico licet habere uxorem, quidam a contrario asserebant.

Trigesima dist. probat, extra in terminis de eo quod dicit proxima dist. quod ex causa interpretandi sunt canones.

Trigesimaprima distinctio probat, & ponit exẽpla in terminis, qualiter clerici continere debent, & in fine concludit quod ab omnibus est seruanda cõtinentia, præter quam ab orientalibus, & dicit q̃ cõtinentia clericorum cepit ex tempore, & ponit de causa continentiæ, ponens de superstitionib. quorundam hæreticorum coniugia, & quædam alia detestantium.

Trigesimasecunda distinct. probat reprobando incontinentiam, & quod a clerico incontinenti non sunt audienda diuina offic. postea probat contrarium, & illud tenet. Item probatur, quod laicus uxoratus potest ex dispensatione habere beneficium, & de eohabi. clericorum & mulierum tractat.

Trigesimatertia dist. probat, quod non solum illi, qui duas uxores habent promouendi non sunt: sed & ille qui unam uxorem habuit, & alteram concubinam, nisi ex dispensatione, uel uxorem tantum meretricem ad sacros ordines promouendus non est, uel illi, qui morbo epileptico, vel demoniaco furore, uel simili, quandoque laborant, seruata dist. ibidem posita in notaris.

Trigesimaquarta distinctio ponit, quod oportet episcopum uitare nimiam familiaritatem domesticarum personarum, & quod non licet venari, & iterũ reuertitur quod non licet clerico habere concubinam uel uxorem meretricem, etsi laico licet habere concubinam, i. uxorem non solenniter ductam.

Trigesimaquinta distinctio probat quod ordinandum in episcopum oportet esse sobrium, non luxuriosum, & non vinolentũ, & hoc inf. dist. & ponit de pœna ebriosorum.

Trigesimasexta dist. probat, quod oportet episcopum prudentem esse, non solum litterarum peritia, sed etiam sæcularium negotiorum dispensatione, & hoc vltimum melius tractat in 39. distinct.

Trigesimaseptima distinctio. quærit, & ponit quod sæcularibus litteris oportet ordinandum esse eruditum, & vtrum liceat eas addiscere, & respondetur sic, dummodo non ad uoluptatem, sed ad eruditionem eas addiscat, & quare periculosa est ignorantia episcopis, & clericis.

Trigesimaoctaua distinct, probatur quòd litteris debet esse eruditus sacerdos, & canones ignorare non debet, & ultimo reprobat ignorantiam, ponens, quod voluntaria ignorantia omnibus est noxia. & si nesciat loqui bene latinum, non propterea est reprehendendus a scholaribus per c. sedulo.

Trigesimanona distinctio probat, quod scholaribus & sacerdotib. necessaria est notitia sæcularium negotiorum & peritia, & quod nimia simplicitas repellit a promotionis, & sunt ibi multa bona capitula approbandum quod bona est scientia.

Quadragesima distin. probat, quod oportet episcopum ornatum esse moribus & uirtutibus, & quod non locus hominem, sed homo locum sanctificat. excepta apostolica sede. & ibi incipit 5. c. apostolicæ regulæ.

Quadragesimaprima distinct. probat quod oportet episcopum esse ornatum in incessu, & habitu. & cibis. de hoc de uita & honestate clericorum. Deus qui.

Quadragesimasecunda dist. probat, quod oportet sacerdotẽ esse hospitalem. extra de præb. de monachis, & quod in hospitalitate non est habenda delectio personarum. Item quod debet esse pudicus, & ibi sunt 6. cap. apostolicæ regulæ.

Quadragesimatertia dist. probat, q̃ episcopus debet habere gratiam docendi, & discretionem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda tacetat.

Quadragesimaquarta distinct. probat quòd non debet esse episcopus, nec sacerdos, nec clericus in commessationibus, & ebrietatibus, nec in conuiuijs, de hoc extra de ui. & honest. clc. à crapula.

Quadragesimaquinta distinct. probat, quod non debet esse episcopus percussor hominum, non iracibilis, sed patiens, de hoc extra de sent. excommu. uniuersitatis, & eodem titulo, in uoluntate. nec debet per uim homines ad fidem trahere de hoc extra de baptis. & eius effe. maiores. ultra medium, & quod in se disciplinam & misericordiam debet habere.

Quadragesimasexta distin. probat. quod litigiosus non debet esse episcopus, & ponit in principio uerba. Nihil est impudentius arrogantia rusticorum, qui garruli tatem artem putant, & parati ad lites in subiectos tũ deintonant, quòd ex arrogantia superbiæ prouenire manifestum est. Item quòd vsurarij vel maledici promouendi non sunt, & est causa quare non debeat esse episcopi: quia tales uel sunt adulatores, vel detractores, uel discordiam seminantes, ut extra de cler. maled. per totum. de excess. prælat. per totum.

Quadragesimaseptima dist. probat, quòd cupidus, & usurarius non ordinatur, extra de præben. cum iamdudum. & 47. dist. sicut hi. & quod necesse est quod episcopus sit dispositus bene domui suæ, & sciat suos corrigere quantum in se est, tractat in hac distinct. 11. & 12.

Quadragesimaoctaua d. prohibẽtur neophyti in episcopos promoueri, & quòd ordinate ad ordines ascendendum est. nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus, per abrupta quærit ascensum, in eod. di. c. fin.

Quadragesimanona di. ponit casus & rationes, quare criminosi & nitiosi non debeant in ep̃os promoueri, qui in prædicta regula apo-

Digitized by Google

epistolorum in prædictis locis prohibiti fuerant. distinctio. 2. aliquando nouimus, quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. deinde ponit cap. in quo demonstrat, quod cæci & torto naso, magno, vel paruo promouendi non sunt, & qualiter promotus in episcopum vel prælatum viuere debeat ostendit & sub compendio tractat 23. cap. apostolicæ regulæ de quibus præmisit.

Quinquagesima dist. quæritur vtrum criminosi post peractam pœnitentiam in propriis ordinibus remanere vel ad maiores gradus ascendere valeant, & probatur quòd sic: quandoque ipso iure, quandoque per dispensationem, vt ibi notatur, quæ est super princip. dist. & eius diffinitione secundum varias opi. de hoc etiam de temp. ord. c. fi. vltimo tractat, de homicidis & publice pœnitentibus ad sacros ordines non promouendos: vt extra de bigamis. cap. 1. & habetur extra de ho. per totum.

Quinquagesima prima dist. probat ꝙ curiales & rationibus obligati iudices & aduocati promouendi non sunt.

Quinquagesima secunda distinctio tractat de clerico per saltum promoto, qui in ordine susceptο nõ ministrat, nisi prius habeat ordinem quẽ omisit. de hoc tractat extra de clerico per saltum promoto, per totum.

Quinquagesima tertia distinc. probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non sunt.

Quinquagesima quarta distinctio probat, quòd serui & Sarraceni promouendi non sunt, & iudæi non possunt habere mancipia christiana.

Quinquagesima quinta distin. probat, quòd corpore vitiati, illiterati, bigami, sortilegi, serui promouendi non sunt: vel originariæ conditionis nec solenniter pœnitens, bigamus, & cæteri, &c.

Quinquagesima sexta distinct. probat, quòd ille qui est filius sacerdotis non promouetur, si incontinentiam parentum sectatur, & nisi dispensatione habilis fit.

Quinquagesima septima distinctio probat, ꝙ qui baptizatur in ægritudine, non ordinatur: quia eius fides non est voluntaria.

Quinquagesima octaua distin. probat, quòd monachus non debet assumi ad regimen ecclesiæ secularis, nisi de licentia sui abbatis, & consensu diœcesani episcopi de hoc plene de capel. mo. cap. 1. & c. seq.

Quinquagesima nona distin. probat ꝙ qui ecclesiasticis disciplinis imbuti non sunt per ordinationem ad summum sacerdotium non aspirent, & sic per gradus fiat ascensus seu per ordines.

Sexagesima dist. probato & ostenso a 21. distin. §. nunc autem. quis possit ad sacerdotium promoueri, & quis non probat, & docet ex quibus ordinibus in archiepiscopum vel præpositum vel episcopum sint eligendi de hoc extra de ætate. & qualit. a multis. & de elect. cum in cunctis.

Sexagesima prima distinctio probat, quod laici non sunt in episcopos promouendi vel eligendi, sed per singulos ordines sunt eligendi episcopi & probandi, sed laici bene possunt postulari & quod electio est facienda de propria ecclesia si fieri potest de hoc extra de elec. cum inter. &c. cum magistrum, & ꝙ differentia est inter electionem & postulationem, ut in sequenti §. & visitator non potest de rebus ecclesiæ alienare in §. cui.

Sexagesima secunda distinct. probat, quòd electio episcoporum facienda est per clericos non per laicos: quia populus docendus est, non sequendus, de hoc plenius de causis possessionis, cum ecclesia.

Sexagesima tertia distinctio probat, quòd nullo modo laici debent se ingerere electioni episcoporum de hoc de elect. quisquis, & capit. sacro, sed electiones iam factæ possunt eis præsentari.

Item quòd electio episcoporũ debet fieri intra tres mẽses, in quibus sedes vacauerit, & a maiori parte capituli, de hoc extra de electione pro defectu. Et ponit de donatione Ludouici Imperatoris facta Romanæ ecclesiæ, & de iuramento quòd Imperator præstat Papæ.

Sexagesima quarta distinctio, probatur quo tempore, & quibus præsentibus debent episcopi consecrari, de hoc extra de tempo. or. si archiepiscopus.

Sexagesima quinta distinctio probat quod præsentibus omnibus comprouincialibus episcopis, vel se excusantibus, debet episcopus consecrari ab archiepiscopo, de hoc extra de temp. ordi. si archiepiscopus. & quod primas etiam debet consentire si prouincia habet primatem, de off. ordin. duo in text. & in nota & quòd si omnes episcopi defuerint, ius vniuersitatis tradit vnum.

Sexagesima sexta distinct. probat, ꝙ archiepiscopus ab omnibus comprouincialibus episcopis. est ordinandus, & quòd in consecratione episcopi ad minus debent tres episcopi interesse.

Sexagesima septima dist. probat, ꝙ cæteri prælati & chorepiscopi. & sacerdotes possunt ab vno solo episcopo consecrari vel ordinari & ꝙ solus episcopus potest illũ honorem conferre, sed non solus auferre, de hoc extra de translat. c. 2. in princip.

Sexagesima octaua distinct. probat, ꝙ illi qui sunt ordinati ab illis quos non constat esse episcopos iterum sunt ordinandi. Item de ecclesijs de hoc vtulo de baptismo c. 1. & de consecratione eccle. c. 1 & 2. & quare chorepiscopi sunt remoti, & ꝙ non sunt episcopi, quia minus quam a tribus sunt consecrati.

Sexagesima nona dist. probat, ꝙ prima tonsura clerici de manu abbatis suscipi potest. de hoc ext. de sup. negl. præla. c. 1. & de ætate & quali. cum contingat. nec ab episcopo alterius ciuitatis, nec a suo absolute clericus ordinari debet.

Septuagesima dist probat, ꝙ clericus sine titulo ordinati non debet, & ꝙ clericus non potest habere nisi vnum titulum, per cap. sanctorum, de quo habetur, extra de electio. dudum. & de ætate & qualitate. eam te.

Septuagesima prima dist. probatur quòd episcopus alterius ciuitatis potest ordinare clericos alienos. cum literis proprij episcopi. de hoc extra de temp. ord.

Septuagesima secunda distinct. probatur, quòd episcopus non debet dare litteras dimissorias suis clericis nisi rogatus, & ponit formam ipsarum litterarum de quibus habetur, de elect. peregr. per totum, & de cle. non resi. fraternitati.

Septuagesima tertia distinc. probat qualiter litteræ, formatæ & dimissoriæ fiant.

Septuagesima quarta distin. probatur, quòd clerici inuiti ordinandi sunt per subtractionem beneficiorum, extra de electionibus cum in cunctis, vltra medium. & de ætate & qualitate. capitul. quæris.

Septuagesima quinta distinct. probatur, quod die dominico debet episcopus consecrari, & intra tres menses, & hoc habetur extra de tempor. ordin. litteras. & ꝙ cæterorum clericorum ordinationes debent fieri in sabbato quatuor temporum, de quo extra de tempo. ordinan. capit. tertio.

Septuagesima sexta distinct. probat quare prædicta quatuor tempora sunt ieiunanda, & quibus temporibus sint celebranda.

Septuagesima septima distinct. probat qualiter clerici sunt per gradus ordinandi, & de interstitijs

tempo-

temporum, & de ætate ordinandorum vsque ad episcopum.

Septuagesimaoctaua distinctio.docetur, qua ætate sunt sacerdotes ordinandi, de hoc extra de electio.cum in cunctis, & de æta. & qual.per totum.

Septuagesimanona distinctio. probatur,quòd electio summi pontificis fienda est a solis Cardinalibus, de elect.licet,& vnus de Cardinalibus viuente apostolico, electionē non tractet & per quam gradum quis sit promouendus in Cardinalem, & quæ electio præualeat.

Octuagesima dist. docetur, in quibus locis debeant primates & patriarchæ institui. & in quibus episcopi, & ℣ non multum debet distare vna sedes episcopalis ab altera,de hoc extra de priuil. c. 1. & quo tēpore primates sunt instituti.

Octuagesimaprima distinc. incipit sub epilogo dare etiam quæ docuit a 21. distin.de regula apostolica, & de hoc tractat vsque ad 28 distin.c. 3. & sub epilogo alio ordine reiterat,cap.apo. regulæ & docet quòd ordinādus in episcopum debet esse sine crimine, nec dēnt clerici mulierib. cohabitare. & in ipsa docet pro quib. criminibus sint ipsi prælati deponendi, & in monasteriis ponendi, & an ipso facto sint depositi de ui.& ho.per totum.

Octuagesimasecunda distin. docet ℣ episcopus hic, qui suis manibus laborare non possunt prouidere debet, & videnr repetere illa, vnius vxoris virum, & de cōtinentia clericorum, & de incōtinentia punienda, & de pœnitentia, & dispen.quæ cum eis fieri poterit, & de fornicationis peccato, seu alijs criminibus de hoc extra de iud.at si.

Octuagesimatertia distinct.docetur ℣ prælatus non solum immunis a peccato esse debet, sed etiam peccatis aliorū cōsentire non debet:quia error cui non resistitur approbatur, de hoc extra de homi. sicut dignum, & nihil miserius tali prælato.

Octuagesimaquarta distinct. docetur, quod debet esse vigilans circa defensionem pauperum, relevationem oppressorum, & curationem monasteriorū, & iterum de munditia castitatis, quæ dēt esse in clericis.

Octuagesimaquinta distin. tractatur de hospitalitate clericorum inquantum est eis necessaria: quia si ab eo inueniantur alieni,iure prohibentur ordinari,extra de præbendis, cum iam dudum.

Octuagesimasexta distin. probatur ℣ episcopum oportet esse doctorem,vt sciat corrigere subditos, & ℣ doctrina sua debet præferre sacram scripturam non literas sæculares. Item liberalem patientibus necessitatem, non tamen histrionibus. Item non percussorem,non uenatorem, clementem & compati calamitatibus, non credere facile,operib.illicitis nō instare, non turpis lucri cupidus sit,subueniat uiduis,pupillis, & oppressis, nec ad vindictam facilis.

Octuagesimaseptima distin. probatur ℣ uiduis,orphanis, & oppressis episcopus debet dare subsidiū & pupillis.

Octuagesimaoctaua distinc. probatur,quòd cuncti cupiditatis causa negotiatores esse non debent, sed pietatis causam curam orphanis, & vicinis impendere. extra ne cler.uel mo.c.5. de vita & hone.clericorum c.fi.

Octuagesimanona distinct. probat, ℣ ideo oportet episcopum esse domi suæ bene præpositum, vt sciat in dispensatione ueram ecclesiæ regulam esse obseruandā, ℣ singula officia singulis personis committat: & ℣ œconomum uel vicedominū habere debet, & quòd propinquis, vel fauore sibi coniunctis nō cōmittat ecclesiastica officia, seq; sint distincta sacramenta Dei.

Nonagesima dist.probatur, quare religiosus ordinandus est,& qualiter litigiosi corripiendi sunt & non ordinandi: & quorum oblationes non sunt recipiendæ murmurans & contristans.

Nonagesimaprima distin. probatur qualiter clerici teneantur dicere horas suas:& ℣ etiam, si sibi sua beneficia non sufficiant, ℣ possint sibi quærere necessaria artificio suo licito de hoc ext.de cle. uel monac.c.1.

Nonagesimasecunda dist. probatur ℣ magis corde quam uocibus cantandum est in ecclesia Dei, & non cum organo, uel melodijs ut populum delectet,sed contrarium de consuetudine seruatur. Item ℣ episcopi si non recipiuntur a diœcesi sua,possunt in alijs suis parochijs officium presbyteri exercere,& ptiora officia & beneficia retinere, quousque recipiantur, extra de electio. cum in cunctis.

Nonagesimatertia distinct. probatur, ℣ obedientiam inferiores maioribus debent, & ℣ nullus debet communicare inimicis Romanæ ecclesiæ. Item omnes episcopi, qui sunt propinqui ei,debent eam semel in anno uisitare per se, cæteri uero per nuncios extra de iureiuran. ego N. reliqui minores in ecclesia semper debent subesse maioribus, nisi minor locum maioris teneat, uel temerit, extra de maior. & obedien.capitulo secundo, & capitulo statuimus.& quanta differentia sit inter presbyteros & diaconos & quanta inter episcopos & presbyteros.

Nonagesimaquarta distinctio. probatur,quòd maior in officio potest committere minori vices suas, ita quod legati sedis apostolicæ impediendi non sunt: & impedientes sunt excommunicandi, & quam potestatem habet Archidiaconos super presbyteros parochialium ecclesiarum.

Nonagesimaquinta distinctio. probatur, quod etiam præsentibus episcopis possunt presbyteri, quibus ei subditi, sacra mysteria celebrare & prædicare, & quòd olim idem erat presbyter & episcopus, & qualiter ipsi episcopi debeant a suis clericis reuereri, quia in ecclesia debent sedere episcopi in sublimiori sede, sed in domo sunt eius socij: & presbyteri chrismate possunt ungere infirmos.

Nonagesimasexta distinctio. probatur, quod laicis etiam imperatoribus non est aliqua tributa facultas ordinandi aliquem, uel iudicandi de rebus ecclesiarum, & qualiter sacerdotium, & imperium sint distincta ab ipso Deo, de hoc extra de iudic. nouit.de maior. & obedient. solitæ. & de donatione Constantini.

Nonagesimaseptima distinctione probatur, quod precibus ecclesiæ imperator & cæteri principes possunt in præsumptores animaduertere,& ecclesiam iuuare de hoc in capitulo primo, de officio ord.

Nonagesimaoctaua distinctione, ostenso superius, quales & qui sint in clericos promouendi,ponit qualiter clerici peregrini & vltramarini sine testimonio, v. episcoporum recipiendi nō sunt. de hoc extra de clet. peregr. per totum.

Nonagesimanona distinctio. docet iterum,& plenius de primatibus & potestate eorum,qualiter solo nomine differunt a patriarchis, & quod maiores sint episcopis de hoc extra de officio ordinarij, duo& de diuisione prouinciarū aliquid dicit.

Centesima distinctio tractat de pallio & usu eius, de quo habetur de electione, significasti.& cap. quod sicut & de transla. capitulo secundo, de vsupal. per totum.

Centesimaprima distinctio. probatur, quod una prouincia non debet diuidi in duas, & hoc extra de præben. maioribus, nec vna prouincia dēt habere duos archi-

archiepiſcopos. Et finitur prima pars Decreti. Deinde ordinat cauſas, in quarum prima de ſimoniaco, & ordinationibus tractat, eo quod de elec. eccleſiaſtica, & de ordinibus ſuperius ſufficienter monſtratum erat.

Cauſa prima.

Quidam habens filium obtulit eum ditiſſimo Cœnobio, exactus ab Abbate & fratribus, decem libras ſoluit.

HAec eſt prima cauſa tractans de ſimonia, q̃ inter cæteras criminalia maxima eſt, & in ſequentib. duab. cauſis, de criminalibus tractabit ſimpliciter, præmittens Grat. has tres cauſas criminales. Et habet hæc cauſa, q̃ ſ. de ſimonia quadam extra ſimoniam noſtro tuo interferens.

In prima quæritur, an ſit peccatum emere ſpiritualia, Contemnus primo allegat, à probandum q̃ ſic vſque ad §. ſed obijcitur. ibi in contrarium obijcit, & tres facit obiectiones quas reſpondit: & reſpondens auctoritatibus probat, probans quod ordinationes ab hæreticis factæ, dummodo in forma eccleſiæ teneãt, diſtinguens in §. ingruo, inter factam enim neceſſitatis, & factamentum cupiditatis, & eam proſequitur uſque ad §. ex his. ibi tranſit ad hæreticos, & de eorum ſacramentis unde conſtat, uſque ad §. conſtat. ibi ad principale propoſitum redit, & tractat de ſimonia, uſque ad finem quæſtionis. & de hoc extra de ſimo. per totum. & de remun. alii cum præbenda. in ſecundo. Probat etiam quilibet ſimoniaci remanent in ordinibus ſuis diſpenſatione, & quidam non, & in tractatu de hæreticis, tractat incidenter de baptiſmo, & effectu. de hoc extra de baptiſmo, per totum, & de Euchariſtia de quo extra de cele. miſſ. per totum. tractat etiam incidenter. quod non ſunt ſacramenta in peccatoribus prælatis ordinanda, uſque ad §. quo cauſante. de quo extra de tem. ordi. ex parte clerici. deinde accedit ad probandum per cap. quidam dicunt. & §. obijcitur, q̃ baptiſma, & ordines non conferuntur ab hæretico, dummodo in forma eccleſiæ, ſed non ad effectum vel executionem, niſi ignorantia recipientis: quamvis bene quo ad executionem & effectum conferuntur, uſque ad §. conſtat. A §. conſtat. vſque ad §. licet probatur, quod pro nullo ſacramento recipi poteſt pecunia, nedum pro ordinatione de quo extra de ſimonia non ſatis. & eodem tit. cum in eccleſia. & cap. cum ſit Romana. Poſt modum diſtinguit inter illos, qui ſcienter a ſimoniacis ordinantur: & illos qui ignoranter, & de pœna: & ignorantis eorum; in concluſionem probans in capitulo, ordinationes, quot modis ſimonia committatur: quia aliud eſt munus ob obſequia: &c. & in c. ſunt nonnulli dicens ad finem quæſtionis. q̃ qui ab ordinando, vel eligendo recipit pecuniam, vel dat, punitur debet ſicut qui promittit pecuniam ob accuſandum, vel ob non accuſandum, vel ob teſtimonium ferendum, vel non ferendum, punitur quasi ſimoniam committat, vt 1. quæſtio. 3. videntes.

Secunda queſtio. quæritur, vtrum pro ingreſſu monaſterii pecunia ſit exigenda, vel etiam exacta perſonæ? docetur quod non oſtendens primo, quod eccleſia non debeat conſtrui, niſi primo dos ei conſtituatur, de hoc extra de eccl. ædi. c. pen. Si tamen aliquid ante petitionem fuerit oblatum, recipi poteſt. de hoc extra de ſimon. & ii quæſtiones in authent. de ſanctiſſ. epiſc. §. ii quis autem clericos. probat inſuper, quod beneficia eccleſiaſtica non tam danda ditioribus, ſed pauperibus, per cap. clericos & capit. patior. qui alias vade vnde habet, & qui beneficium eccleſiæ recepit, ſacrilegium committit, & maledictum ibi manducat, & bibit.

Tertia quæſtio. quæritur, an ingreſſum eccleſiæ vel præbendam emere ſit ſimoniacum, docetur q̃ ſic: quia nec ſpeciale, nec generale aliquod emere licet, niſi in caſibus de quibus habetur extra ne prælati vices ſuas, quere la. & hic. & not. per. & ſuper ca. ſequenti 2. Item de pœna talium ementium, & vendentium oſtendit, docet etiam, quod ſi iudex pro iudicando pecuniam recepit, ſimoniam committit per cap. vendentes. de hoc extra de vita & honeſtate clericorum, cum ab omni, & Innocen. ſuper cap. non ſolum.

Quarta quæſt. quæritur, an paternum crimen filio imputetur, q̃ eo ignorante contrahat, eſſe admiſſum, docetur primo, quod ignorantia excuſat multis auctoritatibus nihil hinc inde obijcitur vitia paterna, nec niſi quantum ad eos pervenit extra de renun. vitium pridem, vltra medium. de vſuris. tua diſtinguens vt in §. notandum, inter ignorantiam iuris & facti, & iuris ciuilis & naturalis de hoc habetur. extra de epi. qui re. epi. c. 1.

Quinta quæſt. quæritur, an liceat ei eſſe in eccleſia, vel fungi eo ordine, quem ſic paterna pecunia eſt aſſecutus, probatur quod ſic, dispenſatiue renunciando epiſcopatui, de hoc extra de ſimo. nob. s. poſſunt etiam promoueri iſti ignorantes, & etiam dicendum eſt ſi per vim etiam aſſectatur ſimoniam intercedere, vt in c. ſi.

Sexta quæſt. quæritur, vtrum illi, qui ab iſto ſimoniaco ignoranter ordinem receperunt ſint abijciendi? reſpondetur q̃ non, per ca. ſi quis. quod eſt in 1 q. huius cauſæ. ſi quis a ſimoniacis. Item docetur in eadem quæſtione, quod dato aliquid ut eligantur, vel ut electio eius confirmetur, ſimoniacum eſt per cap. ſicut ſi inuitus. & C. de epiſ. & cler. ſi quem quidem.

Septima quæſtio. quæritur, an iſte renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiendus iterum in epiſcopali dignitate ſuadente eccleſiæ neceſſitate, vel vtilitate. & ibi ſuper §. niſi rigor. tractatur de diſpenſatione ad plenum, tractatur etiam de hæreticis quando reuertuntur ad eccleſiam, & qualiter, & ſub qua forma recipiendi ſunt, & quod neceſſaria eſt quandoque diſpenſatio. per capit. diſpenſationes. ad finem probat, qualiter ordinati ab eccleſia ſint ab hæreticis recipiendi, concludens per cap. ſi. quod cætera crimina reſpectu ſimoniacæ pranitatis pro nihilo reputantur. de hoc ex de ſim. c. tanta.

Cauſa ſecunda.

Quæritur, quidam epiſcopus delapſus carnis a laico imperitur; Duo monachi, vnus, &c.

ISta cauſa habet 8. quæſtiones. In prima quæſt. tractatur, qualiter circa iudicia, & cauſas in occultis. & qualiter in notorijs ſit procedendum.

Secunda quæ tractatur, q̃ ſpoliatus ante reſtitutionem ſibi ſpoliatori reſpondere non cogitur, de hoc ext. de ordine cognitio.

Tertia quæſt. tractatur, qua pœna ferendi ſunt calumniatores, & de abolitionibus. de hoc ext. de accuſatio. ſuper his. & de collatione.

Quarta quæſt. tractatur, quot teſtes in qualibet cauſa ſufficiant, de hoc melius de teſt. per totum ti. & præſertim in c. licet.

Quinta

Digitized by Google

Quinta quæſt. tractatur de purgatione canonica & vulgari. de hoc melius, extra de purgatione canonica & vulgari.

Sexta quæſtio. tractatur qualiter & quando ſit appellandum, de hoc ext. de appellationibus, & C. & ff. & in auth.

Septima quæſt. probatur quod laici contra clericos, in accuſatione regulariter audiendi non ſunt, nec inferior clericus contra maiorem de hoc. ext. de hære. excõmunicamus. de teſti. de cætero, & de accuſ. c. 1.

Octaua quæſt ponitur, qualiter accuſans ſe debet ſubſcribere, & libellum formare, de hoc extra de procur. c. tuæ.

Cauſa tertia.

Quidam epiſcopus de propria ſede deiectus eſt, petit reſtitui, poſt reſtitutionem, &c.

HAec eſt tertia Cauſa, in qua tractat in ſui principio. de reſtit. ſpol. & habet 11. quæſt.

In prima quæritur, an reſtitutio ſit danda omnibus ſpoliatis, probatur quod ſpoliati reſtituendi ſũt antequam cauſæ principalis, de hoc, extra de reſtit. ſpolia. per totum.

Secunda quæſt. tractatur de inducijs, quæ debent dari ipſis reſtitutis, antequam ad iudiciũ reuocentur, & dic breuiter hodie, ꝙ ſunt arbitrariæ docetur in fine, quod cum agitur contra prælatũ de dilapidatione, interim debet more tutorum, uel curatorum ab officio ſuſpendi. de hoc extra de offic. deleg. venerabili. & de ſimo. licet Heli.

Tertia quæſt. probatur, quod inducię ſunt dandæ, poſtquam ad iudicium ſunt uocati.

Quarta quæſt. probatur: ꝙ infames & non legitime cõiuncti ad accuſationem admitti non debent, & generaliter, qui admittendi non ſunt ad accuſationem.

Quinta quæſt. tractatur. ꝙ teſtes de domo actorum producendi non ſunt, & etiam de ſuſpectis iudicibus tractat. & de teſtib. & qui a teſtimonio, & de accuſatione repellantur. de hoc ext. de accuſ. c. 1. & de teſtib. c. fi.

Sexta quæſt. probatur, ꝙ actor dẽt ſequi forum rei. & quod nemo de prouincia in prouinciam debet in ius vocari, ſed hæc quæſtio plenius examinatur, extra de foro compet. per totum, & de raptu. c. 1. & quod epiſcopi deponendi non ſunt, niſi auctoritate Papæ, & quod alij iudices uel prælati vocati ſunt in partem ſollicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

Septima quæſt. probatur, quod criminoſi & infames iudices aliorum eſſe non debent, nec aduocati, & ſuper hoc inducit totum titulum ff. de poſtula. & C. tamen dum in adminiſtratione toleranter, non poteſt eorum iudicium declinari, & de hoc plenius de poſtula. C. ff. & ext. de reſcri. ſciſcitatus.

Octaua quæſt. probatur, quando ad epiſcopum deponendum accuſatum, ad minus debent intereſſe duodecim epiſcopi cum metropolitano, ut alij flores, non ut iudices, de hoc extra de re iudi. c. non poteſt.

Noua quæſt docetur, quod accuſatus contra acculatum abſentem vel teſtis in abſentia illius cõtra quem deponit, audiẽdi non ſunt, & qualiter teſtes, de quib. deponere debent ſunt, inſtruendi. de hoc extra de teſt. c. 1.

Decima quęſt probatur, quòd teſtis uel accuſator, qui differũt in vno caſu, in alio audiendi non ſunt, quia præſumuntur calumnioſi, de hoc ext. de accuſ. cum F.

Vndecima quæſt. probatur, quod in criminibus reaccuſatio non habet locum, niſi in caſibus, de hoc melius. C. qui accuſare non poſſunt l. 1 & l. neganda, & extra de iud. at ſi clerici.

Cauſa quarta.

Quidam vir in excommunicatione conſtitutus epiſcopum accuſare diſponit, &c.

HAec eſt quarta Cauſa, & habet ſex qõnes. In prima quæritur vtrum excommunicatus poſſit aliquem accuſare, & probatur, qđ non, de hoc, extra de iud. intelleximus.

Secũda & tertia quæſt. in ſimulexaminantur, & tractant, qui & quales, & qua ætate debeant eſſe teſtes. & qualiter examinari dẽant de hoc plenius. ff & C. de teſt. & ext. de teſti. & per totum.

Quarta quæſt. tractatur, quod in iudicio quattuor perſonæ ſunt neceſſariæ. Et quod alius debet eſſe accuſator, & alius teſtis. Et ꝙ inſcriptio in acculatione præcedere debet, niſi in caſibus, de quib. ext. de verb. ſig. fotus & de accuſ. ſuper his.

Quinta quæſt. tractatur, ꝙ ſi accuſator ad diem uel terminum ſibi aſſignatum non uenerit, poteſt excommunicari de hoc, ut lite nõ conteſt per totum. de verb. ſign. ex parte.

Sexta quæſt. tractatur, ꝙ illi qui ab accuſatione repelluntur ſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequuntur, bene admittuntur de hoc ext. de teſti. decetero.

Cauſa quinta.

Infamia cuiuſdam epiſcopi chartula accuſatoris inſcribitur, &c.

HAec eſt quinta Cauſa, & habet ſex quæſtio. In prima quæſtio. tractatur quæ pœna ferendi ſunt, qui libellos famoſos in occulto contra aliquem ſcribunt, de hoc C. de fal libel. per totum

In ſecunda quæſt. probatur, ꝙ reus edictis legitimis dẽt uocari ad cauſam antequam in eũ ſententia condemnationis proferatur. de hoc extra de dolo, & contum. per totum, & de maio. & obed. inter quattuor. ff. de iud. l. ad peremptorium cum l. ſeq.

Tertia quæſt probatur quod in criminalibus cauſis non poteſt interuenire procurator, & nec ad allegandum cautas abſentiæ, de hoc plenius. ff. de procur. ſeruum. §. publice extra de accuſationib. veniens.

Quarta quæſt. probatur, quod epiſcopus abſque ſynodali audiẽtia & auctoritate apoſtolica, cõdemnandus non eſt, & cum fuerit in ſynodo, debet mitiſſima relatione uerborum factum ſuum proponere, non indiſcretis uocibus perſtrepere, quod ſi fecerit, debet de concilio expelli, ut exeat iurgium cum eo.

Quinta quæſt. probatur, quod non debet aliquis reputari inimicus eo quod accuſat, quia non omnis qui oſculatur, eſt amicus, & non omnis qui verberat eſt inimicus.

Sexta quæſt. docet, qua pœna ferien di ſunt accuſatores, qui non probant quod intendunt, de hoc tra. ſtauerat. 2. q. 3.

Cauſa ſexta.

Duo fornicatores, & infamia notati quendam religioſum epiſcopum de ſimonia, &c.

HAec eſt ſexta Cauſa, & habet quinque quæſt.

In prima tractat, an infames & criminoſi, ad accuſationem epiſcopi ſunt admittendi? Et reſpondet quod

Digitized by Google

quòd non: nisi forte in exceptis criminibus, puta in simonia, uel in crimine lxſæ maiestatis, & hæretis. Et ostendit quòd maiores a minoribus accusandi non sunt, nec iudicandi: quia non est discipulus supra magistrum. Et ponit qui sint infames, probans quòd quãdoque detractio (licet in se mala sit) à Deo permittitur, ne in superbiam eleuetur quandoque.

Secunda quæstione probatur, quod non creditur episcopo soli si dicere voluerit aduersarium suum criminosum, vel quòd hoc ei cõfessus fuerit de hoc extra de testi. licet & de offi. ord. si sacerdos.

Tertia quæstione probatur, quòd non licet episcopo accusato ire ad Archiepiscopum alterius prouinciæ, quia non potest cum ligare vel soluere, nisi in casu extra de rap. c. 1. & ibi probatur quæ dicatur prouincia, & quot episcopos debet habere.

Quarta quęstione probatur, quòd si contingat episcopos & Archiepiscopũ discordare in iudicio istius episcopi accusati, & Archiepiscopus vicinæ prouinciæ cum aliquibus de sua prouincia episcopis reuocandus est, ut cum eis quæstio diffiniatur, uel si prouincia habet primatem, recurratur ad eum, quorum quidem sententia tenebit, nisi ad superiorem fuerit appellatum, de hoc extra de re iud. c. fi.

Quinta quæstione probatur, quòd deficiente accusatore reus non est cogendus ad purgationem, nisi fuerit infamatus: quia accusatore non probante, &c. extra de accu. cum P. & de purg. can. per totum, de simo. de hoc, in fi. & c. sequenti.

Causa septima.

Quidam episcopus longa ęgritudine grauatus, sibi alium institui rogauit: cuius precibus, &c.

HAec est septima causa, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione tractat de clerico ægrotante. In sui principio ponit, quòd in ecclesia sua alter assumendus non est quantumcumq; sit tẽpore infirmus, imò si hæreticus dicitur, qui se ad hoc ingerit vsque ad § ecce. Sed eo perẽte forsan infirmitate grauato, surrogetur alius ei, vel detur ei coadiutor. & si quis deficit in medio missæ. alius sacerdos, qui debet ei assistere, complet sacramentum. Item quòd episcopi vel cæteri prælati non dent deserere ecclesias suas, & ire ad alienas, de hoc de cle. ægro. & de cle. non resi. per totum & de transla. quanto. Item quod non debet eis pretium constitui, ponens casus quibus prælato uiuente, potest alius substitui, de quo habetur extra. de ren. nisi cũ pridem, & c. post translationem.

Secunda quęstione probatur, quòd episcopus ex quo renuntiauit, & alius substitutus est, postea episcopatum suum recuperare non potest: celebrationem missarum, si causa infirmitatis dimiserit valetudine recuperata, exequi non prohibemus.

Causa octaua.

Quidam episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamento instituit, &c.

HAec est octaua Causa: & habet quinque quæst. Et hæc causa habuit ortum ab illo cap. quod est supra causa proxima, quæ. 1. periti. vbi fuit concessum cuidã episcopo sibi eligere successorẽ.

In prima quæstio. probatur, quòd nullus prælatus debet, vel potest sibi eligere successorem: quia ecclesia Dei iure hæreditario possideri non debet, & de hoc usque ad §. his omnibus de hoc extra de al. presby. conquerente. Deinde quædam adiungit ad electionem pertinentia, probans, quod electus electionem non debet respuere, & qualiter eligi debeat de hoc habetur C. de epis. & cle. si quemquam, & de renun. nisi cũ pridem. Et hoc propter bonũ obedientiæ, quod magnum est, de quo extra de ma. & obed. c. 2. & qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Interserit qualis & quanter eligi debeat, vsque ad §. cum autem, probans etiam, quod quandoq; eliguntur mali prælati, propter peccata subditorum: & quam grauiter peccant, qui scientes se insufficiẽtes prælaturas assumunt, cum aliorũ sedem, qui magis digni sunt non dubitant occupare.

Secunda quæstio. probatur, quòd eorum patrocinia in electione conualescere non debent, sed uita & moribus est præferendus. Et quòd domini electores de eligẽdo possunt iudicare & examinare, postquam electus fuerit, de eo non possunt iudicare, extra, de electio. cum inter.

Tertia quæstione probatur, quod non est simoniacus, qui pactũ electionem pro indemnitate ecclesiæ suæ iuramentum præstat, de hoc extra de ele. significasti.

Quarta quæstione probatur, quod pendente accusatione contra prælatum ante tempus sententiæ nõ debent subditi ab eo discedere, vel ei non obedire, de hoc extra de accu. olim.

Quinta quæstione probatur, si quis prælatus super aliquo crimine ad sedem apostolicam fuerit uocatus, non debet a curia discedere sine licter s Papæ, de hoc extra de iud. c. 1. & de procura. constitutus.

Causa Nona.

Sententia excommunicationis notatus quidam Archiepiscopus, aliquot clericos alterius Metropolitani ordinauit, quendam capellanum sui suffraganei, &c.

HAec est nona Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione probatur, qđ ordinationes factæ ab excõmunicatis, & electiones factæ ab hæreticis non sunt recipiendæ: quia non habent executionem, nisi fuerit cum ordinatis dispensatũ, de hoc de ord. ab epi cap. fi.

Secunda quæstione probatur, quòd nullus episcopus debet clericos alterius diœcesis promouere sine commendatitijs literis proprij episcopi, uel parochianum alicuius recipere ad diuina, uel iudicare de hoc extra de procura. c. 2. & 3. Rata tamen poterit haberi talis ordinatio a propriis episcopis, ut probat c. Lugdunẽ. & extra de tempo. ord. post trãslationem.

Tertia quæstione probatur, quòd archiepiscopi de subditis suffraganeorum suorum non iudicent nisi in casibus, de hoc extra de offi. ord. c pastoralis. quamuis ecclesia Romana de omnib. indifferenter iudicet, & nullus de ea, nisi Deus, imo cuilibet ecclesiæ potest propter prærogatiuã suæ potestatis de prælato prouidere, & cum remouere similiter, vt in c. nunc uero, & de hoc extra de procura. constitutus.

Causa decima.

Quidam laicus Basilicam a se factam, a diœcesana lege segregare quęrit. Episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem, &c.

Hæc

Digitized by Google

HAec est decima Causa, & habet tres qõ. In prima quæstione probatur, quod ecclesiæ cum omnibus rebus suis ad Episcopi ordinationem, in cuius territorio sitæ sunt, pertinent, & ecclesiæ ꝓblationes, & facultates earum a laicorum dispositionibus iubentur esse immunes de hoc extra de sepul. certificati. & de offic. ordi. conquerente, de relig. do. de xenodochis. de censi. cum apostolus, per totum. de consti. ecclesia.

Secunda quæst. probatur, ꝙ quamuis ecclesiæ cum rebus suis sint in dispositionibus episcopi, non tamen habent potentiam dilapidandi, vel vẽdendi bona ipsius, quod probatur per authẽticam, hoc ius porrectum, & per alias leges nisi in casibus. Item quare precariæ constituuntur, & reuocantur, de hoc extra de re. eccle. non alienan. c. per totũ & alienat or tenetur res ipsas ecclesiæ, restituere, nihilominus rãquam fur. & latro priuatur. extra de elec. quod sicut.

Tertia quæstione probatur, quid nomine cathedratici debent haberi epi de ecclesijs parochialibus, & qualiter quartam uel tertiam pro fabrica ecclesiæ reparanda secundum diuersas consuetudines, & de obuentionibus ecclesiarum, & de quibus oblationibus habere debeat, & quòd nullus debet habere plures ecclesias, nisi propter paupertatẽ, quam vnam, de hoc extra de his quæ fiunt a maiori parte cap. de sepult. certificati. de elect. c. dudum. Item imponit modũ secundum quem episcopi debeant parochias visitare, de hoc extra de censi. c. cum Apostolus de offi. ar chid. c. j.

Causa undecima.

Clericus aduersus clericum quæstionem de prædijs agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere uoluit reus, non nisi, &c.

HAec est vndecima Causa, in qua tractatur in parte de litigijs, & habet tres quęstiones.

In prima quæstione examinatur & docetur multis auctoritatibus, quòd clericus semper est trahendus coram suo non ciuili iudice, nisi in casibus, de auctoritate tamen sui maioris, de hoc extra de foro compet. ca. per totum. & maxime in capitu. si diligenti, de iudic. at fi. clerici. ad finem.

Secunda quæstione probatur, quòd suspensione dignus est, qui ad ciuilem iudicem clericum trahit, vt in prædicto c. si diligenti.

Tertia quæstione probatur, quòd qui suspensus celebrat, irregularis efficitur, & deponi potest, de hoc extra de cleric. exco. mini. ca. per totum. & quod ideo publicanda est excommunicatio, quia communicantes minori excommunicatione sunt ligati, de hoc extra de sentent. excommuni. capit. per totum, probans qualiter sententia pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est: dicens postmodum contrarium, quòd iniustæ sententiæ parendum non est, nisi propter bonum obedientiæ, & ne homines in nos peccent, quia apud nos conscientia bona, apud alios bona fama de nobis necessaria est per capit. inter verba laudantium, & ca. non sunt audiẽdi, & cap. ite. alias væ qui bonum, malum dicitis, &c. Imo ille qui male excommunicat, potestate ligandi se priuat. probans qualiter sententia quãdoq; est iniusta ex ordine, quandoque ex causa: quia sine causa nunquã debet quis excommunicari, ut in authentica de san. epi. ꝧ omnibus autẽ episcopis, quandoq; ex ordine. de hoc de tentẽ. excõmunicatio. ca. sacro. & quattuor sunt, quæ peruertũt humana iudicia, & quod non semper est obediendum maioribus nostris, & qui sunt illi, qui non incidunt in excommunicationem propter communionem excommunicatorum, ad finem probat qualiter excommunicati sunt absoluendi, &c.

Causa duodecima.

Quidam clerici propria relinquere uolunt, de suis & ecclesiæ rebus testamentũ conficiunt, de rebus ecclesiæ nonnulla largiuntur, &c.

HAec est duodecima causa, in qua tractat utrum clericis liceat habere proprium, & de ecclesiasticarum rerum alienatione, quia in superiori causa tractauit de litigijs clericorum, & habet quinque quæstiones.

In prima quæstione tractat, & quæritur, vtrum liceat clericis sæcularibus proprium habere. Probatur primo, quod non vsque ad illud ego sum. & j contra uero. deinde probatur, quod sic: deinde soluit, postmodum quærit, ibi incidenter, vtrum res ecclesiæ possint diuidi per ꝑbendas. & soluit quòd sic, & non probat. imo causa super hoc inducta contrarium innuit. Item est in quadam nota in capitu. illi qui, glos. in verbo, hic patet. super c. t. ibi, aut vbi examinatur, vtrum illi qui de patrimonio ꝑñt uiuere, possint sine peccato beneficium recipere, & soluit ꝙ sic: sed non ad suum vsum, sed ad vsum pauperum, alias sibi iudicium manducant. sed consuetudo contrarium seruat; quam Papa scit; & dissimulat, non dico tollerat, de hoc extra de rescrip. postulasti.

Secunda quæstione quæritur, an res ecclesiæ donata, vel alienata per clericos possit stare apud donatores, vel recipientes. docetur quod non, nisi cum datur ob redemptionem captiuorum, ob debitum ad eleemosynas pauperum: & ob vtilitatem ecclesiæ, vt habetur in princi. q. in notatis in eius summa, & in casibus, qui sunt C. de sacrosan. eccle. l. iubemus. in authenticis ibi positis. Item in casu de quo habetur extra de dona. c. 1. & tunc sine consensu capituli, ut uidetur, tenet alienatio

Tertia quæstione quæritur de his, quæ quis postquã fuit ordinatus clericus in ecclesia acquisiuit, quæ non habuit ante: respondetur, quod si intuitu ecclesiæ acquisiuit, debent esse ecclesiæ: cætera redeant ad hæredes, de hoc extra de testa. capit. 1. & capitulo cum in officijs. & de suc. ab intesta c. 2.

Quarta quæstione, qua quæritur si de suis, & ecclesiæ rebus aliquid acquisiuit clericus, docetur, ꝙ pro rata inter hæredes clerici, & ecclesiam diuidi debent, ut dicto capitulo requisisti. & si de pecunia ecclesiæ emit aliquid nomine ecclesiæ, de hoc debet conficere instrumentum. de hoc extra de peculio clericorum, c. 1. & per totum titulum.

Quinta quæstione docetur, quòd potest clericus condere testamentum de his, quæ habuit antequam ecclesiam acquisiuit. de his quæ postea intuitu suæ personæ, non autem de his quæ ad ecclesiam pertinent, alias tantundem de suo ecclesiæ relinquet.

Causa decimatertia.

Diœcesani cuiusdam ecclesiæ baptismalis cladibus bellorum pressi, hostili metu compulsi, domicilia sua trãstulerunt in aliam diœcesim, &c.

Hæc

Digitized by Google

HAec est decimatertia Causa in qua tractatur de decimis, cui ecclesiæ sunt soluendæ: & de iure funerandi, & habet duas quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ illi, qui transferunt se de vna parochia in aliam. & habens prædia in alia possint soluere decimas de prædijs in parochia in qua morantur, vel in secunda, in qua transiuerunt: docetur quòd in parochia vbi sita sunt prædia, soluendæ sunt decimæ prædiales: nisi per præscriptionem eas amisit parochia. de hoc de parochi. cap. fin. & per totum de decim. per totum. & maximè in cap. ad hæc. hoc tamen vltimum, quod dicit de præscriptione, pertinet ad secundam quæstionem.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum isti parochiani, qui sic se transtulerunt possint eligere sepulturã in prima, vel in alia ad quam se transtulerunt: probatur; ꝙ in prima regulariter, vt extra de sepult. per totum. Item docetur ibi, ꝙ sepultura vendenda nõ est, vt extra de sepulturis abolendæ, & inde credo, quòd sint extra sta illa de decr. Item docetur, inf. eodem, pro quibus sit orandum post mortem, qui debeant in ecclesia sepeliri, vel non, & quot modis animæ defunctorum purgantur, & qualiter per triginta dies, vel quadraginta sit pro mortuis vel eorum exequijs celebrãdum, & de eorum exequijs qualiter sint celebrandæ, de quibus cauetur. extra de celebratione Missa. cum Matthæi, ad fin. de testa. cap. penul. & quòd eis qui suspendio moriuntur sepultura nõ est neganda, &c. de hoc septuagesimatertia, qõ. 5. quid ergo, vt quia Deus non punit bis in idipsum, & inf. c. proximo, secunda quæstione vltima.

Causa decimaquarta.

Clerici cuiusdam ecclesiæ quæstionem de prædijs mouẽt: testes ex suis fratribus producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum, &c.

HAec est quartadecima Causa. & habet sex quæstiones. in prima quęstione, tractat de clericis, an possint petere res proprias.

Secunda quæstione, qua quæritur an clerici possint clericos suæ ecclesiæ in testes producere, docetur quòd sic: quia non est pro clericis, sed pro ecclesia quæ mater est pauperum testificari. de hoc extra de testibus, cum Murius.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum sit vsura exigere lucrum de mercib. comparatis de pecunia mutuata. dicitur ꝙ quicquid vltra sortem accipitur, vsura est, & quodcumque nomen imponatur ei, est usura.

Quarta quæstione, quæritur, utrum liceat clericis, vel laicis vsuras exigere: respondetur, ꝙ non: nisi ab hostib. & paganis secundum quosdam, de hoc extra de vsu. per totum titu. Item emere uilius, vt carius vendatur, turpe lucrum est, & prohibitum est, & de hoc extra ne clerici, vel monachi cap i.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum de vsuris. & de illicite acquisitis possint fieri elemosynæ, docetur, quòd non, extra de vsu. cap. super eo. Item de decim. c. prohibemus. Item quòd non est auferendum vni iniuste, vt alij detur, & ideo prohibitum est sacerdotibus aduocare per ca. denique. ne per suffragium alterum lę dat. de hoc extra de cap. fi. de postu. Nec obstat illud, quod mandato domini in Aegypto furta cõmiserunt & per cap. dicit dominus. per quod tractatur extra de diuor. gaudemus. circa medium, & de eo, quod medicus. & aduocatus acquirit. per c. sane. de hoc infra capitulo prox. quæstione secunda.

Sexta quæstione, qua quæritur, an vsurarij possint iuste pœnitere, nisi ablata restituant, respondetur, quòd non, per c. si res aliena. de hoc extra de fur. per totum titul. & in præcedenti quæst. tetigit de rapina quomodo sit prohibita: & quòd non liceat clericis auferre fures quando ducuntur ad suspendium, sed possunt rogare ne suspendantur. de hoc de episcop. audien. addictos.

Causa decimaquinta.

Quidam sacerdos crimine carnis lapsus esse prohibetur antequam sacerdotalem benedictionem cõsequeretur: postquam vero, &c.

HAec est quintadecima Causa, & habet otto quæstiones tractans de incontinentia clericorũ, pręmittens tractatum de his quę mente alienata fiunt, & de quibusdam alijs.

In prima quæstione, qua quæritur, an quæ mente alienata fiunt, sint imputanda, respondet, quòd non nisi culpa sua inciderit in furorem, tractans de infirmitate corporis, vel carnis: & bene distinguit inter peccatum voluntariũ, & non voluntarium, probans, ꝙ qui in furore, uel inuitus aliquem hominem interfecit, non peccat.

Secunda quæstione, qua quæritur an liceat clericis recipere munera pro patrocinio docetur, quòd sic, extra de postula. capitu. tria. contraria intelliguntur de sæcularibus.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum mulieri, cum qua crimen commisit, sit credendum. respondetur, quòd non: quia confitenti de se, de aliorum criminibus credendum non est, ut extra de confes. c. 1. docens. in quibus casibus accusatio, vel testimonium mulieris possit admitti, & superinducit multas leges.

Quarta quæstione, qua quæritur, vtrum liceat episcopo die Dominico aliquam causam ventilare, docetur quod non, tractans lib de feriis.

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum clerico neganti sit indicẽda purgatio. docetur, quòd non, nisi de illo crimine remanserit infamatus: vt supra 6. q. de hoc melius de pur. can. 2. per totum. & de simo. de hoc.

Sexta quæstione, qua quæritur, vtrum clerici sint ad quæst. ponẽdi, respondetur, quòd non. contra videtur extra de commo. gratis. & quæst. 5. c. villicus. Tractat etiam incidenter, quòd Romanus Pontifex potest deponere principes terrarum: sed si iniqui fuerint. & inutiles potest absoluere vasallos a iuramento fidelitatis. de hoc extra de depo. cap. fi. & de elect. c. venerabilem. & in constit. noua ad rei memoriam.

Septima quæstione, qua quæritur, vtrum sine synodali audiẽtia possit presbyter deponi, & condemnari. soluit quòd non, quia licet episcopus honorem dare possit, non tamen potest solus auferre, de hoc extra de transla. cap. 2. in princ. & quod in depositione episcopi. 13. episcopi. in depositione presbyteri 7. in depositione diaconi, tres debent esse, per cap. & quis durandum. & cap. felix. & c. seq. de hoc extra de re iud. cap. 3. Item quod in pertractandis causis alijs debent adesse clerici ipsius episcopi de iure: licet sit secus hodie de consuetudine in quibusdam ecclesijs extra de diuor. c. ex literis.

Octaua quæstione, qua quæritur, vtrum clericus confessus in iure de crimine, quod ante confessio

Digitized by Google

nem perpetrauit, possit in susce-
pto ordine post pœnitentiam mi
nistrare, probatur, quod non de
rigore iuris, nisi ex dispensatione
cum distinct. quæ est in notatis
super princi. quæstio. & qualiter
a criminoso possum audire diui-
na, quod est de cohab. cler. uestra.
& quod filij clericorum suscep-
ti de connubio secundum quos-
dam, secundum alios etiam de
concubina, debent esse serui ec-
clesiæ illius, vnde erat clericus,
qui eos genuit, & est ibi speciale, ut filij puniantur pro pecca-
to patris.

Causa decimasexta.

Quidam abbas habebat ecclesiam parochialem, Instituit ibi monachum, vt officium celebraret populo. possedit eam per quadraginta annos, &c.

HAec est decimasexta Causa, & habet septem quæstiones.

In prima quæstione huius causæ probatur, quod monach. de licẽtia sui episcopi possunt regere parochiales ecclesias: & tunc licet ers, quæ aliis sacerdotibus. de ho. extra. de stat monacho. quod Deo, cum similibus.

Item, quod monachi, qui in monasterijs residẽt, non tenentur soluere decimas de suis prædijs, nisi sicut alij clerici. de hoc extra de decim. c. 1. & c. ex parte. & cap. presbyteri.

Item incidenter probatur, ꝙ sicut vnire duos episcopatus in vnũ, & dividere vnum in duos pertinent ad summum Pontificem: sic vnire duas parochias, uel ecclesias pertinet ad episcopum loci de hoc extra de religio. do. c. 1. de excess. prælato. sicut unire de re. eccle. non alie. c. 1.

Item, quod sedes episcopalis non debet esse ubi nunquam fuit, & vbi fuit, non debet remoueri, nisi ex causa. item probatur ibi, ꝙ decimæ baptismali ecclesiæ sunt soluendæ. de hoc dicitur de decim. cũ contingat. & qui contra faciunt, excommunicati sunt. ut probatur in capit. in canonibus. vbi sunt illa verba pulcherrima; Ferro abscindenda sunt quæ fomentorum non sentiunt disciplinam, & ꝙ domini prælati non debent tantũ esse custodes chartarum: sed quandoque ad facta venire debent. Item quòd episcopi in ipsis decimis non nisi tertiam, uel quartam secundum locorum consuetudinem. percipere debent, probat insuper quam grauc est ipsas decimas, & primitias non soluere sacerdotibus. In fine probat, quòd quicquid habent clerici, pauperum est; & ꝙ decimas de cõsensu episcopi possunt licite monachi possidere: quod intelligitur secundum illud ca. cum apostolica. extra de his quæ fiunt a prælat.

Secunda quæstione probatur per c. visis. vbi sunt illa uerba, ꝙ Diabolus mille modos nocendi habet, & illa, humani moris est illũ uereri, &c. & ꝙ capellis monachorum, quæ eis pleno iure fuerunt datæ, ad eos pertinet institutio, & destitutio presbyteri; alijs uero quæ ad eos pleno iure non pertinent, idest, quas ipsi monachi in suis uillis fundauerunt, præsentatio ad eos, ut patronos: institutio uero ad eos non pertinet, sed ad episcopum loci, hoc idem est de primo, & plãtare. & de capel. monacho c. 1.

Quinta quæstione decimasextæ causæ, quæ intitulatur ante tertiam, & quartam, probatur quod si monachi, uel Clerici constituxerunt ecclesias in territorijs, q̃ habent in ciuitatibus, uel diœcesibus episcoporum alicuius, ordinatio illarum ecclesiarum, in sua diœcesi ad illos episcopos pertinebit: præsentatio uero ad ædificantes, nisi ædificator fuerit episcopus; quia tunc uidetur per c. primum, ꝙ institutio ad eum pertineat, etiam in aliena diœcesi, quod facit pro episcopo uero in ecclesia de Riuolis

Tertia quæstione probatur, qualiter ecclesia ecclesiam uetustius ecclesiam præscribere possit. hoc idem extra de præscriptio. per totum de parochia. cap. pen. C. de viuis. lege corruptione. C. de præscriptione triginta, uel 40. annorum, per totum.

Quarta quæstione probatur, quòd ecclesiæ contra monasterium non præscribunt, nisi quadraginta annis, prius autem quod est C. de sacrosanctis ecclesijs. authẽtica, quas electiones, & per Gregorium de ecclesia ad ecclesiam prorogatum est, quia antiqui canones, triginta annos ac ecclesia ad ecclesiam admittebant: vt supra quæstione proxi. per capi. omnes. & extra de præscriptio. sanctorum.

Sexta quæstione probatur, quòd ea, quæ de iure debentur ecclesijs, rectores earum non dẽnt sua auctoritate usurpare: ꝙ si fecerint, cadunt a causa. de hoc extr. de dol. c. 1 C. Vnde ui, si quis in tantum. probatur postmodum quod delictum personæ in damnum ecclesiæ redundare non debet extra de except. cum uenerabilis. & ibi est quoddam. cap. quod multum facit pro eis, qui habent chartas ab episcopis, vel aliquid de mensa.

Septima quæstione probatur, quòd non licet abbatibus, nec alicui de manibus laici decimas recipere reliqui. laici, nec per te. nec per authoritatem episcopi decimas possidere possunt. de hoc extra de decim. c. quamuis. & c. prohibemus, docens, ꝙ decimæ, & ecclesiæ omnes constitutæ in diœcesi alicuius de iure communi ad dispen. episcopi diœcesi. pertinent. in communes. & in c. nullus. de excommunicatis excõmunicatos minori excommunicatione secũdum Hug. vel excommunicãdos omnes qui de manu laici abbatiam, vel alias dignitates recipiunt: & ipsum laicum excommunicatum probat, uel excommunicandum secũdum alium casum. de hoc extra de elec. c. quisquis. de iure patro. præterea.

Item probat, ꝙ episcopus nõ debet habere œconomum laicum nec ꝙ manus laicorum tes ecclesiæ ministrare, quibus obsequendi manet necessitas, nõ auctoritas imperandi, extra de constit. ecclesia sanctæ Mariæ. excepto quod possunt habere in ecclesia ius patronatus. & extra de iure pat. per totum, & qualiter ei competit docet, & in quo partem sequantur ipsas ecclesijs dotem ad finem, quod licet initium, est malum his decimas male detentas de manu recipere laicorum consensu episcopi, ita & ecclesias recipere possunt, ut extra de his quæ fiant a prælat. cum apostolica, & de offi. leg. c. dilectus.

Causa decimaseptima.

Quidam clericus infirmitate grauatus se fieri velle monachum dixit: ecclesiæ, & beneficio in manu aduocati renunciauit, &c.

HAec est decimaseptima Causa, quæ habet quatuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an reus sit voti, qui dicit se velle fieri monachũ, & an liceat ei a proposito cordis discedere. & primo quòd non possit multis auctoritatibus probatur, postmodum in cõtrarium allegat. & soluit quod nequaquam habetur uoti reus, ext de uo. c. 2.

Secunda quæstione probat solutionem suam, quam fecit in prima, docens quantum ips sit ad professionẽ canũ solemnis. manere

ad religionem, extra de regu. c. ad apostolicam.

Tertia quæstione probatur, ℣ ex quo aliquis semel transiuit ad religionē: ex quo tenuit ingressus, non licet redire ad sæculum, etiā de licentia Abbatis.

Quarta quæstione quæritur, vtrum si aliquis exit de monasterio, sint ei sua reddenda, respondetur ℣ non de hoc de renun. c. 3. de cler. coniug. quòd a te, inducit inciden ter, quia de sacrilegio fecit mentionem, & de eo docet quo modo & quot modis dicatur sacrilegiū ut infra, §. sacrilegium. & §. qui autem, & §. sequentibus & qualiter committatur: & qualiter puniatur. extra de senten. excomm. per totum, de foro comp. c. conquestus ostendens per quot passus habet ecclesia immunitatem: & qualiter non sit aliquis, qui eā confugerit, nisi in casibus extrahendis, & qualiter sit sacrilegus, qui res ecclesiæ non in casibus licitis alienat, probat etiam quòd Abbas cum consensu sui capituli non potest alienare, nisi episcopus loci consentiat.

Causa Decimaoctaua.

Quidam abbas consecratus in episcopum prius monasterio multa contulit, postea, &c.

HAec est decimaoctaua Causa, & habet duas quæstiones.

In prima quęstione docetur, ℣ quicquid habeat abbas, ex quo fuit factus abbas, totum pertinet ad monasterium vnde est abbas: & quicquid lucratur postquam est episcopus, totum est de iure episcopatus ad quem transit, de hoc extra de testamenti. cap. 1.

Secunda quæstione docetur, qđ abbas non per episcopum debet postulari uel eligi, sed per monachos, ut extra de statu mona. c. 1.

Causa Decimanona.

Duo clerici ad monasterium transierunt, vterque ab episcopo suo licentiam petijt.

HAec est decimanona Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, si episcopus debeat permittere, ut relicta propria ecclesia clericus monasterium ingrediatur, & soluit quod sic.

Secunda quæstione docetur, quod etiam inuito episcopo possit clericus monasterium ingredi, & dimittere beneficium, de hoc ext. de reg. in cap. licet.

Tertia quæstione quæritur, utrum liceat canonico regulari transire ad monasterium, probatur quòd non: quod est intelligendum de trāseuntibus causa lcuitatis, aliàs esset contra prædictam decre tum licet, & illa seruatur, Item quæritur incidenter, vtrum monachi possint regredi in ecclesias sæculares, & docetur ℣ non, extra de relig. do. inter quatuor. de rebus ecc. non alien. possessione, & ne cle. vel mona. relatum. Item probat ibidem: ℣ ex quo aliquis est ingressus monasterium, nō potest tetrari de rebus suis, nisi cum distinctione illius legis. C. de sacrosan. eccl. auth. si qua mulier. auth. ingressi.

Causa Vigesima.

Duo pueritiæ annos agentes, a parentibus monasterio traditi sunt, vnus inuitus, alter spontaneus.

HAec est vigesima Causa, & habet quattuor quæstiones.

In prima quæstione quæritur, utrū in pueritiæ annis traditi a parentibus, cogantur propositū religionis tenere. & probatur qđ non.

Secunda quæstione, docetur quod ab adolescentibus, qui præter voluntatem parentum religionis habitum susceperunt, ex quo illi legitimo tempore permanserunt exire non licet, & quod nō licet abbatissæ imponere velum monialibus suis, & quando offerunter infantes monasterijs a parentib. suis sub testimonio multorū dicitur conferri, ut maledicendi actio auferatur, hoc est contra minores & prædicatores, qui contra uoluntatem parentum recipiunt pueros.

Tertia quæstione, qua quæritur, si quis præter uoluntatem suam factus est monachus, utrum sit cogendus ad obseruantiam, probat quod non per ca. præsens, ubi dicitur quod quis negligit, nec operat profecto nec diligit, qui autē non diligit, facile contemnit, de hoc ext. quod met. causa. c 1.

Quarta quæstio est, qua quæritur, si ab uno monasterio in aliud strictius sit licitum transire, & probatur quod sic, quod est expressum in dicta decreta. licet extra de reg.

Causa Vigesimaprima.

Archipresbyter cuiusdam ecclesię præposituram alterius recepit, nec priorem vult relinquere, sæcularium quoque, &c.

HAec est vigesimaprima Causa, & habet quinque quæstiones, quia ex præmissis quinque causis tractatum de monachis inter posuit: nunc ad tractatum de clericis reuertitur, de quibus nondum tractauit: & prosequitur thema.

In prima quęstione probatur, quòd non potest clericus unus in duabus ecclesijs intitulari: nisi in casib. de hoc extra de cler. du. iū. s. & ire ad alias sine commendatitijs episcopi sui, & de hoc de cle. non resid. per totum. Et ℣ ex quo aliquis transfertur de una ecclesia ad aliam, tunc non habet facere cum prima, de hoc extra de elect. in cunctis.

Tertia quæstione prohibetur, ne clerici procuratores sæcularium negotiorum existant de hoc extra ne cler. vel mona. c. 1. ad fi. & c. a.

Quarta quæstione docetur, qđ clerici non debent uti fulgidis & sæcularibus uestibus, & si moniti non destiterint, per priuationem beneficiorum puniendi sunt. extra de vita & hon. cler. cap. pen.

Quinta quęstione probatur, quòd ab episcopo correpti per suspensionem uel excommunicationē, non debent ad sæcularem iudicem confugere, quod si fecerint, grauius puniantur.

Causa Vigesimasecunda.

Quidam episcopus iurauit falsum, quod putabat verum, quo comperto Archidiaconus eius iurauit se nunquam, &c.

HAec est vigesimasecunda Causa, & habet quinque quæstiones. De negotijs clericorum & monachorum tractauit, nunc de negotijs clericorum sæcularium subiungere disponit.

In prima quæstione quæritur, vtrū iuramentum sit præstandum. Dicitur primo quod non & postea probatur quòd sic, & soluit sicut est solutum; extra de iureiuran. & si Christus.

Secunda quæstio est, qua quæritur vtrū sit periurus, qui iurauit falsum, quod putat uerum. & docetur multis auctoritatibus ℣ non: deinde dicit ℣ sunt duo genera mendacij, & qualiter sancti excusantur a mendacio. puto propter locum vel simulationem.

Tertia quæstione docetur: qualiter

Digitized by Google

liti subditi non debent deferere suum prælatum; etiam si sciant eum esse periurum, uel criminosum usque ad diffinitiuam sententiam, de quo. 8. q 4 c. nonne. & de accu. olim.

Quarta quæstione, docetur, ꝙ illicitum iuramentum seruari non debet; quod fit tribus modis; cum quis male iurat, cum incaute iurat, cum puellæ in puellari ætate iurant patre postmodum contradicente: ꝙ probatur tribus extra de iureiur. per totum, de hoc in c. quanto. de elect. uenerabilem. ad fi. per quod probatur, ꝙ si tantum profectus charitatis debent impediri, quod iuramentũ non est seruandum: iuramentum obseruandum, non est, puta in eo qui iurauerit non fidelem iubere, uel nõ esse prælatus, patet, quod frangitur illa causa; quod semper seruandum est, nisi seruatum uergat in dispendium salutis æternæ, ut probatur ea q. cap. inter cætera. quia illuc non videtur frangere, quia in melius istud commutat, in c. veniens, usque ad finem.

Quinta quæstione, probatur, quod qui prouocat aliquem ad iurandum, & scit quod falsum iurat, ille prouocans periurus est, & infamis: qualiter dicatur sciens probat per cap. hoc videtur, in quo cap. probatur. ꝙ reuelare secreta illi q possit prodesse & nõ obesse, non est peccatum, nec periurium committitur, si ex sacramento tenebatur.

Item probat, ꝙ sacramentum intelligitur quandoque secundum illum qui exhibet, cõsiderata qualitate, & ratione utriusque boni & mali, & quia Deus duplicitatis est aspernator simplicem intentionem utriusque considerat & verborum artem aspernatur, & creatjur in §. de his omnibus. extra cod. tit. cap. veniens. docens quòd in decimoquarto anno cõpellitur quis iurare in fine: formam fidelitatis, quæ fit cum iuramento tam a vasallis domino, econtra, ostendit concludens, ꝙ nec simplici loquela, neque in iuramento mẽdacium dicere debemus.

Causa vigesimatertia.

Quidam episcopi cum plebe sibi commissa in hæresim lapsi sunt, circa adiacentes catholicos, &c.

HAec est vigesimatertia Causa, habens sub se octo quæstiones, tractans in sui principio, utrum bella sint licita clericis.

In prima quæstione, qua quæritur utrum militare sit peccatum, docetur ꝙ non, nisi propter prædam militetur, & quod de licentia superiorum, vel ducum, uel principum militetur propter pacem seruandam. Quid autem sit militare, exponitur in notula super princip. huius glo.

Item, quod hosti seruanda est fides si promittatur.

Item, quod præcepta patientiæ non molestatione corporis, sed intemperatione cordis seruanda sunt, &c.

Secunda quæstione, qua quæritur quid sit iustum bellũ, probatur, ꝙ illud est iustum bellum, quod iurisdictio ingerit, uel quod in iniuriam iuris vlciscitur, probãs ꝙ a filijs Israel iusta bella gerebantur eo videlicet, ꝙ vix publicæ negabantur eis, quod fieri debebat.

Tertia quæstione, utrum iniuria sociorum armis propulsanda sit; docetur ꝙ non, nisi cui incumbit ratione officij; illi autem tenentur, alij uero non, nisi uelint, ubi plene de hoc modo super principa. quæst. & extra de sentent excommunic. quanto. Alij dicunt, ꝙ quemlibet tenetur cum armis propulsare, alias non uidetur sine scrupulo societatis occultæ, &c. extra de homi. licet dignum & in eam partem uidetur declinare Gratianus.

Quarta quæstione, qua quæritur an vindicta sit inferenda. Videtur ꝙ non. Primo multis auctoritatibus & capitulis probando ꝙ mali sustinendi sunt, & tolerandi per bonos, quia nec dominus Iudã, quãuis malum sciret a conuiuio remouit, de hoc extra de offi. ordi. c. si sacerdos. quia Deus bonos & malos in ecclesia esse uoluit, per cap. qui secundũ carnẽ natus est, quia hæc vita quæ inter Cœlum & Infernũ sita est, oportet quod cõditionem utriusque loci recipiat, imò hoc ipso præsumitur maius, qui malos tolerare nescit, per c. quamuis, &c. seq. ꝙ uerum est de his quos corrigere non possumus: quia auctoritatem non habemus, uel quia peccata probare non possumus, & in hoc procedit usque ad finẽ. Et est etiam alia causa, & ex tunc probat. ꝙ si ibi mali sunt prædestinati, superflua est eorum correctio; si sunt præscити, inutilis, & ibi aliquo modo vindicta inferenda non est. In contrariũ postmodũ soluit, quod crimina semper sunt ferenda, quando salua pace fieri potest, & quod multitudo non sit in causa, & hoc probat usque ad §. semel vero. item quod prælatus propriã iniuriam vindicare non debet, per c. inter querelas, deinde redit ad probandum solutiones: docet etiam quòd in §. breuiter monitratum est vsque ad finem, quod debet de necessitate fieri vindicta, deinde probat, ꝙ semel culpa dimissa, iterum in ultionem uenire non debet.

Quinta quæstione, qua quæritur, utrum sit peccatum iudici reos morti tradere: cum probatum sit in superiori, quòd crimina tolerari possint, docetur quod non. Item probatur ꝙ sine iudice, nec alium, nec seipsum occidere licet ea de occidendis. usque adeo nõ est necessariũ, deinde in ea. regum officium est, docet, ꝙ propriis principibus reuerẽtiam & fidẽ seruare debemus, & qui non facit, apud Deum præmia mueniri nõ potest: & sicut fidem & reuerentiã eis exhibere cogimur, vt extra de maio. & obed. solitæ. sic proprium eorum est, ut ecclesias iuuent, & defendant, & probat per capit. administratores. ꝙ si non fecerint, a prælatis admoniti excommunicari poterunt, ut extra de offic. ordi. c. 1. deinde probat, ꝙ supra dixerat, ꝙ licite mali principes & iudices occiduntur, & schismatici, & hæretici, & excommunicati, usque ad §. si uero rei.

Sexta quæstione qua quæritur, utrum mali ad bonum sunt cogendi, docetur quod sic, ut supra quæstione proxima.

Septima quæstione, qua quæritur, an hæretici rebus suis sint spoliandi, utrum illi qui eos expoliant, iuste spolia eorũ possideant: & idem de Sarracenis, in not. supra 1. quæst. probatur multis auctoritatibus quod sic, de hæreticis excommunicatis.

Octaua quæstione, qua quæritur, de episcopis & clericis, utrum sua auctoritate, uel Romani Pontificis arma, vel bella inferre possint, docetur quod non, nisi hortando; sed illud officium alijs committere debent, de hoc extra de excessio. prælat. capitu. ex litteris, extra de noto, magnæ ad finem, & in no. ostendens esse differentiam inter prælatos, qui solis decimis & primitijs viuunt, & hi non ita se possunt armis immiscere nisi hortando, & illi qui castra & ciuitates tenent a regibus, hi habent ire ad exercitum, de licentia tamen Papæ debent talia facere: quam differentiam probat decret extra de maior. & obe. solitæ circa princip. Doces insuper qualiter tributa sint licita & præstanda principibus & maioribus nostris: etiam ab ipsa nostra ecclesia ꝙ pace tenenda extra de censi. c 1. in fi. & de pœnitentia: quę imponit incendiarijs

Digitized by Google

diariis tractat, de quibus habetur extra de senten. excommu. c. tua. docens, quòd regibus & principibus facultas faciendi iustitiam est permissa, si multi vulnerant vnum, & inde moritur, quis eorum teneatur, & videtur ꝙ quilibet, qui percussit sit homicida propter dubium.

Causa vigesimaquarta.

Quidam episcopus in hæresim lapsus aliquos de sacerdotibus suis officio priuauit, &c.

HAec est vigesimaquarta Causa, & habet in se tres quæstiones.

In prima quæstione quæritur, an episcopus lapsus in hæresim possit subditos suos excommunicare. & soluitur, ꝙ nec lapsus in hæresim antiquam, vel nouam, ex quo incepit eam prædicare est excommunicatus, nec potest excommunicare alium, quod multis cap. probatur. de hoc extra de hære. excommunicamus: & in c. fin de eo qui renunt. epūco & est ibi c. quodcunque ligaueris. illa summa qualiter illa verba quodcunque ligaueris, &c. extra. de sent. excom. c. a nobis. & illa summa de fide cap. hæc est fides, quæ est extra de sum trin & fide cath. melius, sed prędicti bene possunt baptizare, vt in vltimo. §. iſtius. imo & ordines conferre in forma ecclesiæ, vt sup. in quæstione super §. quid in fi. & c. sequentib. & de hoc extra de summa trinit. c. 1. in fine.

Secunda quæstione quæritur, an aliquis post mortem possit excommunicari, & respondetur quòd non, nisi pro crimine hæresis. de hoc de sentent. excommun. a nobis. Item cui non communicamus viuo, nec mortuo communicare debemus, de hoc extra de sepul. ex litteris, & cap. a nobis prælleg.

Tertia quæstione, qua quæritur, an pro peccato alicuius tota sua familia sit excommunicanda soluitur quòd nō, per c. si habes. Item ꝙ sententia excommunicationis iniuste lata, conuertitur in damnatorem suum, capitulo, de illicita. cum cap. sequen. & præceden ti. de hoc cauetur extra de sent. excommu. sacro. & ca. cum medicinalis. lib. 6. Item tractat an nocentes, vel criminosi sunt maledicendi. & primo quod non ad finē. §. illicita. ergo vique ad § sed quid. deinde probat, ꝙ a sanctis viris rationabiliter in malos zelo iustitiæ proferri potest excōmunicatio probans quòd medicinalis sit excommunicatio. per c. corripiantur, qua pœna nulla maior in ecclesia Dei ut ibi. & quia nescitur quid de quolibet pariat futura dies. & de nemine quantumcunque excommunicato dum moritur desperandum est.

Item ponit differentiam inter hæreticos & schismaticos, & quot sint hæreticorum sectæ, a c. quia vero. vsque in finem causæ. de hoc extra de hæret. & per totum, & de schisma, &c.

Causa vigesimaquinta.

Sancta Romana ecclesia quandam ecclesiam muniuit suis priuilegiis, decimationes suæ diœcesis ex integro sibi attribuens, &c.

HAec est vigesimaquinta Causa, habens sub se duas quęstiones, tractans quantam potestatem habeat Romana ecclesia in cōceden dis priuilegijs aliis ecclesijs, quia in superiori causa ostendit, ꝙ omnis catholicus est subiectus Romanæ ecclesię, similiter in hac tra ctat plenius. de hoc extra de priuilegiis. per totum.

In prima quæstione, qua quæritur, vtrum clerici decimalis ecclesiæ possint petere decimas ab ecclesijs de prædijs suis sitis in parochia ecclesiæ baptismalis docetur primo quod non, docens, ꝙ Papa contra canones facere nequit d. cap. sunt quidam. & quod nullus tantum, quantum Romanus pontifex canones seruare tenetur. ēt vsque ad effusionem sanguinis. & quod contra ecclesiam dispensare non potest, nec contra diuinas scripturas, de hoc extra de bigamis capitulo secundo. In contrarium tamen soluit, quòd priuilegia concedere potest, dum tamen status ecclesiæ non subuertatur, ut extra de priuilegijs in pluribus locis.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum secunda priuilegia concessa cuidam monasterio sito circa baptismalem ecclesiam derogent primis priuilegijs clericorum ecclesiæ baptismalis: docetur primo quòd non, & probat per multos canones, & leges inductas, C. de prec. imper. offeren. & si contra ius, uel vtilitatem pub. & tit. seq. & hoc uerum est, nisi ex causa prius priuilegiū perderetur, vel reprobaretur. de quibus causis habes extra de deci. suggestum, vel de illis, qui propter suam culpam amittunt suum episcopum. per capitulū Innocens. de hoc melius extra in capitulo prædicto, & de rapt. super litteris, & de constit. cum uenissent.

Causa vigesimasexta.

Quidam sacerdos cum conuiceretur apud episcopum correctus ab episcopo, noluit cessare, &c.

HAec est vigesimasexta Causa, in qua Gratianus de sacramentis tractaturus, præmittit tractatum de superstitionibus, quæ speciem sacramenti habere videntur, & habet sub se septem quæstiones.

In prima quæstione quæritur, qui sint sacrilegi, docetur & soluitur per capitulum primum.

Secunda quæstione, qua quæritur, an sit peccatum esse sortilegum, docetur primo allegando ꝙ non sit malum, deinde conuertit stylum & soluit in contrarium, per multas auctoritates, de hoc extra de sorti. per totum.

Tertia & quarta quæstione, quæ simul tractantur, quarum prima est a quibus diuinationis genus sumpsit exordium, & quot sunt diuinationis genera, docetur. Itē quæ dicitur fuisse matheseos, & quod vsque ad natiuitatem Christi celebrati fuerūt illi Magi, qui eum prædixerunt, deinde saluati sunt. Item de natura Dæmonum, & qualiter futura prænoscant, ostendit.

Quinta quæstione qua quæritur, vtrum sortilegi & diuini si cessare noluerint sint excommunicandi, docetur quod sic, extra de sortileg. per totum. Item quòd clerici propter quosdam dolores prohibentur extruere altaria & spinis honorare, uel missas mortuorum cantare, & multos modos diuinandi ostendit, qui omnes sunt reprobati a iure.

Secunda quæstione queritur, utrum excommunicatus per suum episcopum, possit ab alio quàm suo episcopo absolui, probatur quòd non, nisi a summo Pontifice, uel metropolitano. sed excommunicari a presbyteris, ab episcopis absolui possunt, ostendens quod reconciliatio publica, refectio chrismatis, & virginis cōsecratio ad episcopos pertinent, & benedictio solennis in missa, in necessitate tamē presbyteri excommunicatos a quolibet absoluunt, de officio ordinat pastoralis, & capitulo conquerente. de sententia excommunicationis per totum.

Google

Septima quæstione, qua quæritur vtrum sit pœnitētia morientibus iniungenda: docetur quòd non: sed innotescenda, & quod pœnitentiæ sunt arbitrariæ vbi canon nō imponit eas. de his etiam quas canon imponit, potest presbyter ex causa relaxare per cap. tempora pœnitudinis. & c. sequenti. Prohibens ne die Dominico ieiunetur, nam qui die Dominico studiose ieiunat, non creditur esse catholicus, ostendens quod cum magno gaudio & affectu debent recipi pœnitentes, nec debent eis imponere onera grauia, per c. alleg. de hoc extra de pœnit. omnis. ad finem quæstionis redit ad sortilegos, & dicit quod dies ægyptiaci, & calendarum non sunt obseruandi, quia gentes obseruabant illos.

Causa vigesimaseptima.

Quidam votum castitatis habens desponsauit sibi vxorem, illa priori conditioni renuntians, transtulit se ad, &c.

HAec est vigesimaseptima Causa, hucusq; de negotijs, de cæteris de sacramentis, & quia matrimonium est magnum in Christo & in ecclesia sacramentum, & est antiquius cæteris de eo quotidie quæritur in iudicijs, in his decem causis sequentibus de matrimonijs tractat: & iste tractatus a causis non separatur, &c. tractans de impedimento uoti contra matrimonium.

In prima quæst. & secunda, de sponsalibus tractat, & habet in se duas quæstiones in quarū prima quæritur, an coniugium possit inter vouentes contrahi, probat quod non, de hoc clarius extra qui cle. vel vo. per totum. Item inter uiduas & moniales, quæ uouent solenniter, & postea contrahunt. prosequitur. de hoc extra de reg. vidua. & punit eadem pœna eos, qui cum eis contrahunt, uel qui eas rapiunt, de hoc in præallc. titulo, qui cler. uel uouen.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum puellę alteri dispensatæ possint renuntiare priori conditioni, & alteri nubere, tractat primo vtrum inter sponsos sit matrimonium. & probatur quod sic per diffinitionem matrimonij, & per multa alia capitula, & sic solutum quod matrimonium est, sed non ratum, immo non simpliciter coniugium, interferens quæ bona sunt in matrimonio. Item tractat ibi, quod vnus coniugatorum, post carnis copulam sine consensu alterius non pōt ad religionem transire. de hoc melius extra de conuer. coniug. per totum, sponsi uero sic, extra de coniug. lepro. ex parte. item tractat ibi de frigido & maleficiato per totum, sed de hoc melius in vltima causa. Item tractat ibi, de eo qui cognouit consang. uxoris suæ, & de rapto. cap. fin. Item quæritur ibi, quare incontinenti post sponsalia non traduntur sponsæ sponsis, & soluitur, quod ut eas habeant chariores ad finem soluit quæstio. quod sponsa de futuro possit nubere alij, sponsa de præsenti, nequaquam.

Causa vigesimaoctaua.

Quidam vir infidelis in coniugio positus ad fidem conuersus est; vxor vero eius fidei odio Christianæ, &c.

HAec est vigesimaoctaua Causa, & habet tres quæstiones.

In prima quæstione primo quæritur, an coniugium sit inter infideles, & soluitur quod sic, & utrum si vnus infidelex conuersus fuerit ad fidem Christi, possit dimittere aliam, & respondetur quod non, nisi in casibus. de diuor. quanto. & eodem titulo gaudemus, quod intelligitur de paganis, qa si vxor Iudæi conuersa fuerit ad fidem, bene potuit dimittere Iudæum, vt in capitulo Iudæa. & in capitulis ibi positis. Item docet ibi, quòd filij, qui ex tali matrimonio nascuntur, Christi fidem sequi habent. Item quod cum Iudæis non licet comedere, nec bibere, ne balneari, quamuis cū paganis possumus, 21. quæst. prima, ad mensam. quia illi cibos nostros non discernunt a suis, sicut isti Iudæi maledicti. docet etiam, quod si fidelis cum infideli contrahat matrimonium, quod non valet nisi infidelis conuerti uoluerit ad fidem, designans differentiam inter ratum legitimum & non legitimum matrimonium, & illam auctoritatem ponit, Quod nō est ex fide, peccatum est. & optime exponit qua præmissa sunt, quod inter infideles sit matrimonium admirari videtur. Bern.

Secunda quæstio. qua quæritur, vtrū uiuente vxore infideli aliam ducere possit, conuersus ad fidem catholicam, & videtur quod non, nisi ab eo recesserit, odio fidei Christianæ. quia tunc habet locum illa auctoritas, si infidelis discedit de hoc in prædictis capitulo, quanto. & capitulo gaudemus. circa finem, secus si unus fidelium transeat ad infidelitatis errorem.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum talis bigamus sit, qui vnam ante baptismum, & aliam post baptismum habuit. respondetur, quod sic. de hoc extra in prælegato capitulo, gaudemus, ad finē & supra vigesimasexta distinctione per totum.

Causa vigesimanona.

Cuidam nobili mulieri indicatum est, quòd a quodam filio cuiusdam nobilis in coniugem petebatur, &c.

HAec est vigesimanona Causa, quæ tractat de errore, & habet sub se duas quæstiones.

In prima quæstione quęritur, vtrum sit matrimonium inter eum & eam, quem mulier credit liberum & nobilem, & tamen est seruus, respondetur quod non, assignans differentiam inter errorem personæ & fortunæ, conditionis, & qualitatis, & qui consensum coniugij non admittat, & super hoc multa bona argumenta inducit de isto errore.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum liceat huic mulieri dimittere hunc seruum, quem putabat primo liberum. Respondet quod sic, nisi ex quo sciuit eum seruum cum eo habitare consensit de hoc extra de coniugio ser. per totum.

Vltimo probatur, quod si seruus cū ancilla contrahit matrimonium, stabat, & tenet & nihilominus tenentur reddere seruitia dominis suis.

Causa trigesima.

Quidam vir populorum frequentia impeditus filium suum de baptismate suscepit, dum crederet se alienum suscipere; vxor, &c.

HAec est trigesima Causa, tractans de spirituali proximitate & legali, qualiter impediant matrimonium, addit etiam de ætate, & de clandestinis matrimonijs. & habet sub se quinque quæstiones.

In

In prima quæstione tractatur, & quæritur vtrum vxori suæ debitum reddere valeat, qui propriũ filium de sacro fonte suscepit, & docetur, quod sic, nisi propria vtriusque voluntate abstineant, de quo extra de cogn. spir. capit. super eo probans in cap. 1. quod sicut 7. sunt dona spiritus sancti, sic & septẽ sunt dona baptismi, & in quolibet contrahitur cõpaternitas, de hoc extr. de cog. spi. Item probatur, q̃ non solum per baptismum, sed per confessionem, contrahitur compaternitas inter presbyterum & omnes illas personas, quas ad pœnitentiam recipit, & quod grauiter puniri debent, si cum eis commisceantur. de hoc extr. de cogn. spirit. in c. fi.

Secunda quæstione, qua quæritur, vtrum spõsalia cõtrahantur per infantes & tenetur quod non, si sunt intra septennium quod expressum est in c litteras. & ca. accessit. de spon. impuberum.

Tertia quæstione, qua quæritur. Vtrum filii spirituales valeant copulari naturalibus in matrimonio. docetur quod non, extra de cognatio. spirit. & legali. per totum.

Quarta quæstione, qua quæritur, vtrum quis possit ducere in vxorem commatrem vxoris suæ: docetur quod sit vxor mea postquã ego eam cognoui fecit eam commatrem, non possum eam ducere, sed si antequam esset uxor mea, fecit eam commatrem, possum de hoc extra de cogn. spirit. Martinus, alio modo videtur soluere Gratianus in §. notandũ. sed ad idem tendit.

Quinta quæstione, qua quæritur, an clandestina desponsatio manifeste præiudicet: & certe præiudicat, dummodo sit legitime probata: sed prohibentur ideo clandestina matrimonia, quia si alter negaret, & probari non posset, negans posset prohiberi a primo matrimonio, quia de incertis iudicare, vel diffinire non possumus de hoc extra. de clan. desp. c 1. per totum. probans hac occasione, quod iudex antequam sententiet, debet cuncta rimari. per capitu. nullus. namque iudicantem oportet cuncta rimari, nec in re dubia certa potest ferri sententia.

Causa trigesimaprima.

Quidam vir vxorem alterius stuprauit, & eo mortuo vxorem duxit: filiam ex ea suscepit, cuidam in coniugem se daturum iurauit, &c.

HAec est trigesimaprima Causa, tractans de criminis enormitate impediẽte matrimonium & de coactione, & de fide sponsalium.

In prima quæstione quæritur, an possit duci in coniugem, quæ prius est polluta per adulterium & probatur quod sic, nisi alter fuerit machinatus in mortem viri, vel nisi fidem dederit viuente viro de ea ducenda de hoc extra de eo qui duxit in matrim. q̃ pol. per adult. cap. 1. & vltim. & per totum. dicas quod bis vel ter potest quis nubere, & deinceps mortua prima, per c. quod si dormierit, de quo extra, de secundis nuptijs per totum.

Secunda quæstione, qua quæritur vtrum filia possit tradi inuita in matrimonium. vel per metũ, docetur quod nisi libera voluntate alicui non est copulanda, de hoc extr. de despon. impub. c. 1. & ca. ueniens & c. cum locum.

Tertia quæstione, qua quæritur, an filia impubes desponsata per patrem, possit alij nubere, docetur quod non, si ipsa desponsationi consentit, alias sic, vt in prælegato c. 1.

Causa Trigesimasecunda.

Quidam vir, cum non haberet vxorem, quandam meretricem sibi in coniugio copulauit, quæ erat sterilis, neptis ingenui filia originarij: quam cum, &cet.

HAec est trigesimasecunda Causa tractans in sui principio, Vtrum cum meretrice possit esse matrimonium eo. quia supra proxima causa tractauit utrum quã polluit quis adulterio, possit habere vxorem, & ponit octo quæstiones.

In prima quæstione quæritur, vtrũ meretrix licite ducatur in vxorem docetur primo, quòd non, quia nõ liceat alicui retinere, nec ducere corruptam. Sed in contrarium soluitur, quod meretrix duci potest in vxorem, extra de spon. cum inter opera, dum tamen spes sit de ea quod corrigatur & in solutione illa de bonis matrimonij tangit aliquid etiam de bono virginitatis. in c. nuptiæ quæ suaderi potest, imperari nequaquam, vt in cap. integritas.

Secunda quæstione, qua quæritur, an ea sit coniux appellanda, quæ causa incontinentiæ ducitur, docetur primo, quod non. Sed in contrarium. solutio est, dummodo aliquid de his, quæ sunt contra substantiam matrimonij, non opponatur, de hoc extra de condi. appo. c. fin. §. his ita respondetur: vbi probatur vbi primo fuit institutum matrimonium, & de bonis matrimonij tangit ibi in capit. quidquid. & in c. connubia ubi est optima nota de isto coniugio, vbi dicitur, quod in coitu etiam coniugali non adest, nec est gratia sancti spiritus, incidenter tractat, qui abortum committunt seu procurant, vtrum sint homicidæ & docetur quod sic, si puer perium formatum est, uel erit, per ca. Moyses, quod est expressum, extra de homicid. si aliquis. & iterum redit ad probandum solutionem suam prædictam & an consensus parentum requirẽdus est in copulandis filijs, per c. honorantur.

Tertia quæstione, qua quæritur, vtrum neptis ingenui habens patrem suum teneatur sequi arbitrium aui ingenui, dicit q̃ sui.

Quarta quæstione, qua quæritur, an viuente vxore sterili, liceat alicui filios ex ancilla quærere. probatur quod non, non obstante multorum patrum exemplis Abrahæ. Loth, & Iacob. dicens: quod fornicatio non solum adulterium hodie est prohibita. in fi. docet quos partus uentrem sequitur, de hoc, extra de iure. non ordin. cap. fi.

Quinta quæstione, qua quæritur, an ea, quæ uim patitur peccatum admittere comproberur, docetur quod non, quia reuera non antea caro potest corrumpi, nisi mens fuerit corrupta. verum tamen est quod corruptæ sunt per capitu. si paulus. Item probatur quod non peccat, quæ sic vim passa est, nec propter hoc potest a viro dimitti.

Item probat, quod ex quo vir, & vxor coniugali affectu sunt copulati, non licet eis ab inuicem separari per cap. horrendus. excepta causa fornicationis. extra de sponsa. ex parte, & quod excommunicandi sunt qui dimittunt vxores suas, supra cap. proximo. q. 11. & quod eodẽ modo puniẽdi sunt viri, si adulterentur, & probatum fuerit, sicut & mulieres: aliter si non probatur, contra eos procedi non potest, quia occulta peccata non habent vindictam, & probatione cessante, vindicta cessat, per capitu. Christiana.

Sexta quæstione, qua quæritur, utrũ aduiter possit dimittere adulteram probatur quod non, de hoc extra de adult. capit. primo. & fi. Septi-

Digitized by Google

Septima quæſt. qua quæritur vtrũ ille, qui dimittit uxorem ſuam cauſa fornicationis, poſſit ea viuente aliam ducere. probatur ꝙ non de hoc in d. ca. ex parte. de ſponſ. probans ꝙ adulterium magnum eſt peccatum, & fornicatio, & inceſtus & peccatum contra naturam. & quod ſunt in ca. non ſolum, & ca. quid adulterio grauius. & cap. flagitia. de his extra de eo qui cogno. conſangui. vxo. ſuæ, per totum. Item quod poſt matrimonium contractum, ſi alter fiat furioſus vel ſtultus, ſemper remanet matrimonium: quia illud vinculum matrimonij, in nullo caſu rumpi poteſt. extra de conuer. coniug. ex parte.

Octaua quæſtione, qua quæritur, utrum liceat ei, qui dimiſit uxorem ducere aliam infidelem, ut eam ad fidem deducat, & reſpondetur quod non. extra de conuer. infi.

Cauſa trigeſimatertia.

Quidam maleficijs impeditus uxori ſuæ debitum reddere non poterat, alius interim clanculo eam corrupit, a uiro ſuo ſeparata, &c.

HAec eſt 33. cauſa, tractans poſt multa impedimenta matrimonij de impotentia coeundi, de criminis enormitate, de feriarum tempore, quibus de pœnitentia, longum interſerit tractatum, & ponit de ipſo themate quinque quæſtiones.

In prima quæſtione quæritur, utrũ propter impoſſibilitatem coeundi mulier ſit ſeparanda a uiro? Reſpondetur quod ſic, ſi naturale fuerit impedimentum, ante carnalem copulam, quod ſi ille poſtmodum cum alia coerit, priora connubia reparentur. Si autem propter maleficium, nunquam priora reparantur per capitu. & per ſortiarias. de hoc apparet hic, & extra per totum tit. de frigidis.

Secunda quæſtione, qua quæritur an a viro ſuo ſeparata poſſit nubere illi, qui eam durante primo matrimonio cognouerat; Reſpondetur quod ſic peracta pœnitentia, ſi per iudicium eccleſiæ ſeparata fuerit, aliter non: quia nullus debet dimittere uxorem ſuam ſine iudicio eccleſiæ: quia hoc eſſet pœnam apponere, quæ imponi non debet niſi per iudicem, ut extra de diuor. porro, quod ſi dimiſſa fuerit, ante omnia reſtituenda eſt uxor extra de reſtitu. ſpoi. ex conqueſtione & c. litteras. Item quod non licet uiro ſuam uxorem interficere, etiamſi inueniat eam adulterantem, quod eſt uerum ſecundum canones, quia gladio materiali neminem puniri uolunt, ſed ſpirituali: qa propter fornicationem dimitti poteſt, non occidi a uiro ſuo ſecundum Euãgelicam ueritatem, & de pœnis eorum, qui uxores ſuas interficiunt ponit, quod clericis licet ſi uxores eorum peccauerint, eas in cuſtodia detinere ligatas, non uſque ad necem eas affligere. de hoc extra de iureiu. quemadmodum. Item ſoluit quare poſt ſeptem annos pœnitentes ad priſtinum ſtatum reuertuntur uel recipi iubentur, ſed pœnitens ad matrimonium, uel militiam non recipiuntur regulariter ext. de pœnit. & rem. c. 2. niſi ex diſpenſatione, iuſta cauſa ſuggerente, & niſi haberent uxores illi pœnitentes: quia tũc eis uti poſſunt: quia quos Deus coniunxit, homo non ſeparat.

Tertia quæſtione, qua quæritur, vtrum ſola cordis contritione, & ſecreta ſatisfactione abſque oris confeſſione quiſque poſſit Deo ſatisfacere.

TRACTATVS DE pœnitentia.

Hic incipit tractatus de pœnitentia, qui in ſeptem partes diſtinguitur, quæ vſu aliter diſtinctiones appellantur, in quorum qualibet diuerſa quæſtio tractatur.

Diſtinctio prima.

Prima diſtinctio tractatur, quod ſupra poſitum eſt, & primo nititur probare quod ſola cordis contritio, & ſecreta ſatisfactio ſufficit, & multorum ſanctorum auctoritatibus & legibus ſuper hoc inductis. Sed in contrarium ſoluitur: an tamen ſola cordis contritio ſufficit ad remiſſionem pœnæ æternæ, ubi duo reliqua neceſſitatis excludit, & quid de hac quæſtione ſit dicendum, tene quod pluribus in locis ibi adnotatum eſt.

Diſtinctio ſecunda.

Secunda diſtinctio qua tractatur, an charitas ſemel habita poſſit amitti. probatur quod ſic, de imperfecta dum eſt homo in uita iſta, de qua tractat poſt c. occaſione cuius, de tertia in ſecunda incipit facere mentionem, & occaſionaliter, & incidenter uenit ad hanc qõnem, pp eos, qui negant pœnitentiam reintegrari poſſe, afferentes, quia charitas ſemel habita numquam amittitur, ita pœnitentia ſemel celebrata uere nulla ſequente culpa maculatur, docens in ſui principio quid ſit charitas & effectus eius, & quot gradus ſint in charitate, & poſt baptiſmum homo peccare poteſt & de præſcitis, & de prædeſtinatis. docens quod præſciti numquam uerã charitatem habere poſſunt, ſed fictam quæ aliquam ſe eſſe demonſtrat. probatur, ut in fine diſt. & ibi de creatione, & caſu Satanæ ponit, & de confirmatione Angelorum, qui remanſerunt in cælo.

Diſtinctio tertia.

Tertia diſtinctione quæritur, an pœnitentia iterari poſſit, probatur quod ſic, ponens multas diffinitiones pœnitentiæ ſed primo aſſeritur quod non. Item tractat an pluribus criminibus irretitus de uno tantum poſſit pœnitentiam agere. Solutio iſtius eſt extra de pœnitentia, & remiſſio. quod quidam.

Diſtinctio quarta.

Quarta diſtinctione dicitur, an peccata dimiſſa per pœnitentiam redeant, & allegat pro & contra & tandem declinat in eam partem ꝙ redeant ſaltem quod de hoc quod non proficiet ei prima pœnitentia quo ad uitam æternam ſed tunc proficiet, cum de alijs egerit pœnitentiam, ut in capitulo finali.

Diſtinctio quinta.

Quinta diſtinctione quæritur, qualiter peccatorem conſiderare oporteat in pœnitentia, & probat per multa, ſcilicet qualitatem criminis, locum & tempus commiſſi criminis, & multa alia quæ continentur in capitulo in iſta diſtinctione per totum & qualiter confiteri & pœnitere debeat docet.

Diſtinctio ſexta.

Sexta diſtinctiones duas facit quæſtiones, prima eſt, cui confeſſio eſt facienda, & docetur quod pro-

Digitized by Google

proprio sacerdoti, & ex iusta causa alij cuicunque, sed cum licentia proprij sacerdotis, de hoc extra de pœnitentia & remissio. & etiam laico in necessitate. Nota qualis debeat esse, qui de aliorũ criminibus iudicat, & docetur quod sapiens, & discretus, & ab omni crimine mundus.

Distinctio septima.

Septima dist. quæ quæritur, usque ad quod tempus recipiendus est peccator ad pœnitentiã. & respondetur, quousque ad ultimum exitum vitæ suæ: quia de nemine desperandum est, dum est in hoc mortali corpore constitutus, & ita nunquam pœnitentia est negãda, & de prædictis. 5 dist. tractatur plene in quarta quæstione huius. 33. causæ, in qua quæritum fuit vtrum orationis tempore coniugali opere uacare liceat, docetur quod non, nisi in fine iusta de causa, puta si scandalum inde nascatur, uel fornicationis inde uitandæ causa, aliter peccatur mortaliter secundum quosdam. Alij dicunt, quod de consilio loquũtur in canonibus, qui hoc prohibeat, ut ibi in summa super principio quæstionis hoc statutum fuit quod tempore orationis & abstinentiæ nuptiæ non celebrantur, vt in capitulo, vir cum propria. in fi. de hoc extra de fer. Cappellanus. & quod dicit, quod commissioni vacandum non est tempore seruitij, verum est de consensu viri & uxoris, alioqui semper requisitus tenetur reddere, sed non exigere, & ex hoc formatur sequens quæstio

Quinta quæstione, qua quæritur, vtrum uiri sine consensu uxoris vouere possint continentiã docetur quod non, sed de consensu vtriusque possunt ambo uel alter continentiam vouere. & in capitulo, quod Deo patti, de hoc extra de conuer. coniuga. per totum. & de bono uxorinitatis, & continentiæ, docetur in capitulo tuæ saluabitur, & docetur quod si uir consenserit vxorem vouere, uel e contra, oportet similiter quod ipse uouerat, de hoc ext. de conuer. coniuga. capitulo tertio. Item docet, quod mulier semper debet esse subdita uiro, propter hoc, quia uir est factus ad imaginem Dei, mulier uero non, extra de probat. oni. proposuistis, & de despon. impube. probat per capitulum, mulierem, quia mulieri iudicare non licet, uel testimonium ferre, quod uerum est in criminali.

Causa trigesimaquarta.

Quidam uir in captiuitatem ductus est, postea uxor eius audiens illum mortuum, nupsit alij. Demum ille de captiuitate, &c.

HAec est 34. Causa, habens sub se duas quæst.

In prima quæstione qua quæritur, vtrum sit rea adulterij, quæ absente uiro in captiuitate alteri nupsit, & respondetur quod non, si ignorat ipsum uiuere.

Secũda quæst. qua quæritur vtrum reuertente primo uiro a captiuitate sit ei restituenda. & respondetur, quod sic, & de utraque quæstione apertius, extra de secundis nuptijs, dominus.

Item utrum vxor teneatur sequi virum, & quando quis malæ fidei possessor videatur, docet de hoc extra de præscriptionibus capitulo finali, & de eo, qui ignoranter adulterium commisit tractat in fine.

Causa trigesimaquinta.

Quidam uir uxore sua defuncta aliam quæ ei defunctæ quarto gradu attinebat sibi in matrimonio copulauit, quæ uxori defunctæ, &c.

HAec est 35. Causa, habens sub se decem quæstiones tractans de consanguinitate & affinitate, & gradibus cognationis.

In prima quæst. qua quæritur, vtrum liceat alicui aliquam ducere de propria cognatione in uxorem, docetur quòd non, & causam quare hoc fit hodie cum in veteri testamento seruaretur contrarium, ostendit, de hoc extra de consanguinitate, & affinitate.

Secunda & tertia quæst. quæ simul examinantur, in quarum prima quæritur, vtrum consanguinea vxoris alicuius duci possit in coniugium, & vsque ad quem gradum oportet abstinere a proprijs consanguineis, & causam quare hoc fit, probat, immo aliqua capitula videntur innuere, quod dum in memoria potest retineri consanguinitas, durat prohibitio, quæ copulas de affinitate innuere uideantur vsque ad quintum gradum, sed hoc soluitur in §. fi. sed totum hoc est hodie correctum per constitutionem ca. non debet. de consanguinitate, & affinitate.

Quarta quæstione, qua quæritur, quare ad 7. gradum matrimonia prohibetur, ostendens rationem supra: quia sex ætatibus mundi generatio, & hominis status finiri debet.

Quinta quæst qua quæritur, quibus accusationibus matrimonia sint dirimenda, sed de hoc extra qui matr. accus. possunt, per totum, & de spon. cum mutua. & forma iuramenti quod testes super matrimonio inquisitionis præstare debent, & testes etiam synodales, & de illis, qui ex aliqua iusta causa ab uxoribus separantur, vel coniunguntur inuiti, docens, quod si sciat quis consanguineã uxorem suam, non debet ipsam dimittere sine iudicio ecclesiæ, extra de duor porro. nec uni testi. super hoc impedimento matrimonij credi debet, de hoc extra de testibus, licet.

Sexta quæst. qua quæritur, vtrum illi, quæ de incestuosis nascuntur sint legitimi filij reputandi, docetur quod non: nec debent in aliquo succedere patri, extra qui filij sint legitimi, per totum, & de eo, qui duxit in ma. cum haberet.

Octaua quæstione, qua quæritur, an hi qui ignoranter coniuncti sunt in prohibito gradu affinitatis, vel consanguinitatis ex dispensatione in tali matrimonio remanere possint, & docet, quod sic de hoc extra de consanguinitate & affinitate, & de pœna seu pœnitentia ipsorum incestuosorum, docet de hoc extra de eo, qui cognouit consanguine. capit. primo. & ca. tua. & in multis c. ibidem.

Nona quæst. qua quæritur, si ecclesia fraude testium, uel ignorantia aliquos separauit per sententiam, si postea deprehensa fuerit falsitas testium, uel caliditas, utrum possit primam sententiam reuocare? docetur quod sic, de hoc extra de re iud. lator & ca. consanguinei, tractatur ibi, quod non tantum sententia matrimonij potest reuocari ex causa: immo etiã contra alias sententias ecclesia venit ex causa multotics, ut extra de rest. spo. litteras.

Decima quæst. vtrum soboles suscepta ex primis nuptijs possit copulari cum consanguineis secundi uiri defuncti, & utrum affinitas dissoluatur per mortem uiri uel mulieris, & respondetur, quod non, primum corrigitur per constitutionem ext. de consan. & affinita. non debet.

Cau-

Digitized by Google

Causa trigesima sexta.

Iliam cuiusdam patre ignorante quidam muneribus i lexit, & ad conuiuiũ inui tauit. finito conuiuio iuue nis virginem oppressit, quo comperto, &c.

HAec est 36. Causa & vltima, & habet in se duas quæst.

In prima quæritur, vtrum quidam, qui per vim puellam corrupit, raptum commiserit, & probatur quod sic.

Secunda quæstione, qua queritur vtrum raptori nubere possit, probatur quod sic, si prior dissensus transeat in consensum. de hoc extra de raptoribus, cap. fi. & penultimo.

De consecratione alijsque ecclesiæ sacramentis.

Expleto de matrimonio, quod omnium nationum commune est, tractat hic de sacramentis, quæ solis Christianis præstantur. additur de quibusdam alijs sacramentis, & quæ in ecclesia præstantur sacramenta.

Primo agit de ecclesiarum consecratione, & altarium, & reædificatione earum, & missarum celebratione, & solemnitatibus, quæ celebrantur ob reuerentiam sanctorum & sanctarum rerum.

Secundo, de sacramento Eucharist.

Tertio, de festiuis diebus.

Quarto de baptismo.

Quinto, de confirmatione, & de officijs diuinis & ieiunijs.

In fine de sancti spiritus processio. ne De primo, de consec. & per totum. De secundo de celebr. miss rum Matthæi, & quasi per totum. De tertio ext. de reli. & ue. san z totum. De quarto de baptismo, & per totum. De quinto ext. de consuetudinibus quanto. Et hic iste tractatus in 5. dist. est distinctus, differens a modo tractandi a superioribus, quia utitur solis auctoritatibus in toto isto tractatu, nec apponit de suo Gratianus, nisi duos §. vnum in prima dist. alium in quarta, qui nolebat aliquid nouum inferre in hac materia, in qua non solum verborum, sed sententiarum nouitas est profana. Primo ostendit, quod ecclesiæ sunt consecrandæ. Secundo qualiter. Tertio de non iteranda consecratione. Quarto de ordine Missæ, & quoties sit celebrandum in die.

Finis Flosculi, seu Summarij totius Decreti.

Digitized by Google

REGISTRVM.

a b c d e f.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuuu Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbbbb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh Iiiii Kkkkk Lllll Mmmmm Nnnnn Ooooo Ppppp Qqqqq Rrrrr Sſſſſ Ttttt Vuuuu Xxxxx Yyyyy Zzzzz.

Aaaaaa Bbbbbb Cccccc Dddddd Eeeeee Ffffff.

Omnes ſunt Quaterniones F, Duernum Ff, Ternum Dddd, Quinternum Fffff, Ternum.

Digitized by Google

Digitized by Google

MARGARITA DECRETI,

SEV TABVLA MARTINIANA.

Edita per F. Martinum Ordinis Prædicatorum, D. Papæ Pænitentiarium, & Capellanum.

Numeros columnarum vbi distinctiones, cauſæ, quæſtiones & earum capitula ſunt, ſupra in tabula capitulorum inuenies.

INTER alia, quæ ad fidelium Chriſti doctrinam ſcripta ſunt magnam ipſis Decretorum liber conſolationem præſtat: huius enim doctrinis & Clerici & Laici reguntur. Et per ipſas tum in ſacramentis, tum in ſcripturis repulſa falſitate, perfectam quilibet cognitionem de veritate: nec frangitur in aduerſis, nec diſſoluitur in proſperis. Præteritorum memores, & de futuris cauentes, & quoslibet ad ſanctam imitationē bonamq; operationem Decretorum lectio accendit. Sed quia tam ſalutaris doctrina videbatur diffuſa; Ego Frater Martinus Ordinis Prædicat. Domini Papæ pœnitentiarius, & Capellanus, pro eius faciliori inuentione dictiones præcipuas per alphabetum non ſine magno labore ad meam potiſſime vtilitatem diſpoſui. Non tamen decreui ſententias determinare, ſed ipſius libri materias intimare. Nec capitulorum ordinem allegationibus obſeruaui: multaq; ob prolixitatem omiſi. In Chriſto ergo omnium auctore bonorum, per quem (teſte Hieron. 35. diſt. cap. ab exordio) ω, renolauit ad α, ſpem ponendo, hoc opus à prima litera vſque ad extremam deduxi, ipſo adiuuante, qui eſt principium & finis.

AARON. Quod charitas Aaron multipliciter inſinuatur. c. vt cognouerūt. de pœnit. d. 2. §. opponitur. ante med.

Item ipſius ſacerdotiū approbatur. 22. d. ſacroſancta.

Item quod in ſuo ſacerdotio ſtatus ſummi Pontificis repræſentatur. 21. d. c. 1. §. 1.

Item ponitur in exemplum terroris contra vſurpantes prælaturas. 7. q. 1. denique poſt med.

Item ponitur in exemplū q̄ nemo honorem prælationis aſſumat niſi a Deo vocatus. 8. q. 1. in ſcripturis. in princ.

Item ponitur in exemplum, quod nullus homo poteſt eſſe ſine peccato. de pœnit. diſtin. 2. §. opponitur. circa med.

Item ponitur in exemplum lapſis poſt pœnitentiam ad prælaturæ reſtitutionem. 50 d. ſi poſt ordinationem. §. econtra exemplū.

Item cum filiis ſuis in exemplum ponitur epiſcopis & clericis de mutua inuicem honoratione, 95. diſtinct. eſto.

Quod oblationes eccleſiarum ſolis ſacerdotibus debentur, præfigurat. 10. q. 1. hanc.

Quod eſt in argūm quod Deus dat gratiam ſubditis per orationem ſacerdotum, 1. q. 1. dictum eſt, 1.

Quod virga Aaron. deuorauit virgas magorum, 26. q. 5. nec mirum, ante med.

ABBAS. Quod abbas non ab epiſcopo ponitur, ſed a monachorū congregatione eligitur, 18. q. 2. abbas. & duobus c. ſeq.

Quod in abbatem eligi debet qui ſit dignus moribus atque actib. monaſticæ diſciplinæ, 18. q. 2. abbatē cuilibet.

Quod in abbatem electus debet eſſe cautus in regimine, humilis, caſtus, miſericors, diſcretus, & ſobrius, 18. q. 1. ſi quis abbas.

Quod abbate exemplo irrequiſito nil debet epiſcopus in monaſterio eiꝰ exercere, 18. q. 2. luminoſa.

Quod ſubeſt correctioni & diſpoſitioni epiſcopi non exemptus. 18. q. 2. abbates. & cap. abbas pro. & cap. ſi quis abbas.

Quod ſolus abbas habet poteſtatem in monaſterio ſuo, 18. quæſt. 2. nullam.

Quod poteſt conſecrare duos ordines primo ſacerdos exiſtens, d. 69. quoniam.

Quod non debet regere plures abbatias. 21. q. 1. clericus.

Quod diſpenſat cum monacho, vt habeat ſpecialem collam, 18. q. 2. nullus. 20. q. 4. monachum.

Quod ſine ſuo conſenſu monachus vouere non poteſt. 20. quæſtio. 4. monacho.

Quod ſine ſua licentia nō licet monachis aliquid habere, dare, vel accipere. 12. q. 1. non dicatis.

Quod abbas criminoſus poteſt de-

Digitized by Google

poni ab epiſcopo etiam inuito cõuentu. 18.q.2.ſi quis.

Quod non licet abbati alienare vel obligare res eccleſiæ abſque conſenſu epiſcopi, 12. quæſt. ſecunda abbatibus.

Quod confeſſiones audire, vel pœnitentias iniungere non poſſunt niſi ſuorum ſubditorum. 15.q.1.pœnitenit, & duobus c. ſeq.

Quod non licet epiſcopis, & aliis regularibus aliter quam cathedralis eccleſia diuina officia decantare. 12.diſt.de his.

De hac materia habes vbi agitur de monachis.

ABBATISSA. Quod in abbatiſſam non eligitur niſi ſexagenaria. 20.q.1.iuuenculas.

Quod nullam monialem velare pt. 20.q.2.ſtatuimus.

Quod volẽs loqui cum aliquod debet aſſociari per vetulam monacham, 18.q.2.diffinimus. colu.2. &c. in decima.

ABEL Quod Abel placuit Deo, & eius oblatio. 14. q.5. ſcriptum de pœn.diſt.4.c.1 §. ſemper offerat. vltra med.

Quod ponitur in exemplum patientiæ. 7.q.1.aduerſitas, circa mediũ §. cum autem a vitis.

ABORTVS. Quod abortus procuratio æquiualet homicidio. 2. q.3.conſuluiſti. 32.q.2. quod vero non. & in c. ſeq. & c. ſicut.

ABRAHAM. Quod Abraham ponitur in exemplum qđ ſepulturæ prædeceſſorum ſuorum niſi ex cauſa non ſunt relinquendæ. 13.q.2 Ebron.

Item eſt in exemplum decimarum dandarum ſacerdotibus, 16.qu.7. decimas Deo.

Quod excuſatur a mendacio. 22.qu. 2.c.vltim in fi. &c. quæritur.

Item in filii prompta immolatione ponitur in exemplum obediẽtiæ. 24.quæſtio.5. ſi non licet, vltra. medium, &c. lex æterna, & q. 8. occidit.

Item ponitur in exemplum ſanctimoniæ coniugalis, de pœn.d.1.§. opponitur. ante finem.

Quod idem de pluralitate feminarum non cauſatur, quia tũc Dei populi multiplicatio quærebatur. 32 q.4.recurrat. ante finem.

Item ponitur in exemplũ, qđ ex bonis patribus mali filii generant. 32.q.4.recurrat, & 47. d.ſicut hic §.neceſſe. in fi &c. ſeq.

Item quia in hoſpitalitate acceptos perſonarum non fuit, angelos recipere meruit. 42. d. quieſcamus.

Item quod lac non vinum angelis hoſpitio acceptis exhibuit. 35. d. ſexto die. in fi.

ABROGATIO. Quod abrogatio legum vel conſtitutionum fit cõtraria conſuetudine, 4. d. in iſtis, & §. prox.

Item contraria conſtitutione, frigeſima prima diſt. ante triennium.

Item locorum varietate, 31.d.aliter, §. prox.

Item temporum diſparium ſucceſſione, 34.d. fraternitatis.

Item malorum emergentium occaſione, 63.d. quia ſancta Romana, §. verum. Exemplum ibi de ſerpẽte æneo, quem Moyſes bona intẽtione fecit, & Ezechias bona intẽtione deſtruxit.

ABSOLVTIO. Quid eſt abſolutio peccatorum, 11. quæſt. 3. ipſe ligandi, & cap. ſequen. & cap. plerumque.

Item quid excommunicati, 11.q.3. debent, & trib.c. ſeq.

Item quid iuramenti illiciti, 15.qu. 6. auctoritatem.

Quid ſolus Papæ eſt a iuramento licito abſoluere, 15.q. 6. alius, &c. ſeq.

Quod abſolutio cum diſcretione eſt facienda, 21.q.4.ſi qui.

Quod minor maiorem nec ligare, nec abſoluere poteſt, 21. diſt. inferior, 24.q. 1.audiuimus. in fi.

Quod hæreticus vel præciſus ab eccleſia nec ligare nec abſoluere poteſt, 1.q. 1.remiſſionem.

Quod malus ſacerdos quamdiu tolerarur, abſoluit, 1.q.1. ita ſit, & duobus c. ſeq.

Quod epiſcopus vel ſacerdos prior debet eſſe ad abſoluendum quam ad ligandum. 26. quæſt. 7. alligant.

Quod non licet aliquid accipere p abſolutione, 1 quæſt. 2. nullus epiſcopus.

Quod archiepiſcopus poteſt abſoluere excõmunicatum. ab epiſcopo. 2.q.1.nemo.

Quod vera eſt abſolutio ſacerdotis quando fit clauc non errante, 11. q.3. tunc vera eſt. &c. plerumque.

Quod ligatus a canone, poteſt abſolui ab infirmitate, 17. quæſt. 4. ſi quis ſuadente.

Quod excommunicatus ſacerdos, nec ligare poteſt, nec ſoluere. 24.q. 1.audiuimus.

Quod mortuus in excommunicatione non debet abſolui ſi vuus non pœnituit, 24. quæſt. 2. nec quiſquam.

Quod debet fieri per manus impoſitionem, 26.q.7. his qui. & cap. ſacerdos.

Quod abſoluendus debet flectere genua, 26.q.7. ſacerdos.

Quod ille qui ligat debet abſoluere. 24.q.7. ſacerdos.

ABSTINENTIA. Quod abſtinentia vera eſt a peccatis abſtinere. de conſec. diſt. 5. iciunium. ca. nihil enim. & cap. ſeq. de pœnit. diſt. 3. cap. incaſſum. §. ſed verba in fine.

Quod boni a licitis abſtinent. 33. q.4. Chriſtiano, &c. vix cum propria.

Quod duplici de cauſa boni a licitis abſtinent, 27 quæſt. 2. iuni qui, §. duobus enim modis.

Quod non ſufficit a malo abſtinere niſi bonum fiat, q. 22. 5. de forma. 35.d.eccleſiæ. in fi.

Quod abſtinentia ciborum multipliciter commendatur. & perſuadetur. 35.d. ſexto die, per totum cap. de conſecr. d.5. non dico, vſqs ad c. legimus.

Quod errores Gentilium in abſtinẽtia ſectantes, anathematizantur, 39.diſt. ſi quis presbyter.

Quod abſtinentia reſpicit perſonæ valetudinem temporis opportunitatem, ciborum qualitatem, 41.d. quod dicit.

Quod diſcreta commendatur. d.41. quiſquis. de conſecr. d.5. non mediocriter.

Quod maxime conuenit epiſcopis, & prædicatoribus, 35. diſt. eccleſiæ.

Quod non requirit niſi corporis ſuſtentationem, 44.d. conuiuia. de conſec.d.5. ne tales.

Quod auiditas ciborum quantumcumque vtilium in abſtinente arguitur, 41.diſt.deliciæ, & c. quod dicit.

Quod tempore quadrageſimæ maxime presbyteri, & clerici abſtinere debent a cibis, 4. diſt. ſtatuimus. cum duobus cap. ſeq.

Quod abſtinentia morbos corporales curat, de conſecr. diſtinct. 5. ne tales.

Quod cum a carnibus abſtinemus, a ſementinis etiam carnium abſtinere debemus, quarta diſtinct. denique.

Quod dies abbati abſtinendum eſt a carnibus, niſi in infirmitate, & feſtis de conſe d. 5. quia dies.

Quod monachis præcipue abſtinentia carnis eſt apta, & vtilis. de conſec. diſt. 5. carnem.

ABOMINATIO. Quod abominatio ſit Domino elemoſyna de rapina, vel ſimonia, vel de vſura. 1.q. 1. non eſt putanda. 14.q. 5. ſcriptum eſt.

ABLVTIO. Quod ablutio peccatorum ſit per aquam lacrymarum de pœn.d. 1. medicine.

Item per fidei feruorem, 24. q. 1. ſi Petrus.

ABVSVS. Quod abuſus priuilegiũ punitur. d. 74. vbi iſta didiciſti. Item q. 3. priuilegium.

Quod abuſus clauium ſacerdotalis damnabilis eſt, 11. quæſt. 3. ipſe, & cap. plerumque.

ACCELERATIO. Quod acceleratio reprobatur in epiſcopi, & clericorum ordinatione, 28. diſt. de Syracuſana, 61. diſt. miramur. 59. diſtinct. ſi officia, & duobus. c. ſequen.

Item in ſententiæ prolatione, 2. qu. 1. Deus.

Item in noui honoris collatione, 23. diſt. communis.

Item in baptiſmi dubia reiteratione, de conſecr. diſtin. quarta, cum itaque.

Item in clericorum qui lapſi ſunt, con-

Digitized by Google

condemnatione.50.distinct.ponderet.

Item in condemnatorum restitutione: quia properata nimis remedia aliorum ruinæ non sunt profutura.50.dist.absit.& c.seq.

Quod acceleratio commẽdabilis est in malorum exercẽda vltione 33. q.4.si ea.

Item in lucri animarum promotione.21.q.1.relatio de consec.dist.4. ne,quod abbit.

Item in eleemosynarum pro defunctis oblatione. 13.quæstion.2.qui oblationes.

Item in ecclesiarum vacantium prouisione.65. dist.de persona. & 50. dist.postquam.

Item in ecclesiasticarum rerum recuperatione.12.q.2. Augustino.

ACCEPTIO. Quod acceptio personarum non est apud Deum. 32.q. 4.sicut. de consecr. distinct.4. nec quemquam.circa med.

Quod etiam non debet esse inter homines.49.dist.c.vlt.63.dist.sacrosanctum.21.q.5. si quis cuiuslibet.11. q.3. summopere.

Quod prohibetur acceptio personarum in pœnitentiæ impositione. 20.q.7.sacerdos.

Item prohibetur in sententiæ diffinitione.3.q.9.necesse.

Item in fidei prædicatione. de consec.dist. 1.nullus episcopus.

Item in hospitum receptione. dist. 42.quiescamus.

Item in facienda pro omnibus (& maxime pro defunctis) oratione. 13.q.2.non existimemus.

Item in eleemosynarum largitione. 16.q. 1.si cupis.

Quod munerum acceptio pro oblatione orationum vel aliorum spiritualium damnabilis est.1.quæst. 1.eos qui.& c.seq.

Quod regulares aduocati munera (quæ sæcularibus aduocatis licet accipere) non debent exigere.15. q.2.obseruandum.

Quod quandoque scelerate accipitur quod à volẽtibus datur 14. quæst. 3.non sane.

Quod gratuito & ex deuotione causa munera oblata cuilibet licet accipere.15.q.2.obseruandum.

ACHAB. Quod Achab sacerdotibus peccantibus ponitur in exemplum, quod post humilem pœnitentiam remansit in statu suo.de pœniten. distin.1.§. econtra.dist. 3.capitu. illud vero. §.ecce, & distinct.prima, voluissent,§.ex his, & §.Achab.

Item ponitur in exemplum, quòd malo prælato quamdiu sustinetur est obediendum.1.quæstio.1.sicut Christus.

Quod quinquagenarios eius ad preces Heliæ ignis cælestis consumpsit.23. quæstion.4. si illis.§. sed obijcitur.

ACHOR. Quod Achor propter furtũ anathema incurrit,& Israel hostibus tradidit.1.qõ.4.ecclesia.

Quod quia non statim furtum fuit, innocens populus pro ipso punitus fuit.23.q.3. si ea.

ACOLYTHI. Quod acolythi Græce, Latine ceroferarij dicuntur.21.dist.cleros, & clericos, circa fin.

Quod acolythi officium est præparare luminaria,& ipsa coram ministris altaris deportare. dist.25.per lectis.33.d.c.fraternitatis.§. deseruiẽtes.

Quod acolythi possunt 5here matrimonium 15.quæst.3 sane.§.seq.

ACTIVA. Quod activa vita & contemplativa commendatur.8.quæstio.1.in scripturis.& cap.qui Episcopatum.

Quod a rectoribus ecclesiarum, & maxime ab episcopis est exercitanda 88.dist.decreuit.

ACCVSATIO. Quod accusatio non debet admitti,quæ non procedit ex charitate.4.q.4.nullus introducatur.

Quod eam debet præcedere admonitio charitatiua.1.quæst. 1. si peccauerit, post medium.& quæst.7.accusatio quoque.

Quod accusationem contingit fieri, vel criminaliter, vel ciuiliter 2. quæstio.3. Euphemium. & §.seq. quæst.11.non est credendum,per totum cap.

Quod debet fieri in scriptis.2.q.1.legum.q 3.si quis iratus. & q.8.accusatorum.

Quod debet fieri præmissa inscriptione.3.q.9 qui accusare.4.q.4. nullus introducatur.

Item in quibus casibus potest fieri sine inscriptione,notatur.4.q.4.§. abactis.

Quod inscriptio accusatoria debet cõtingere criminis magnitudinem, & tempus commissi criminis. 4. q.4 si quis se iniuriam ab aliquo, §.in alijs autem.

Quod in accusatoris libello nomen accusati est ponendum.2.q.8.cap. præscripta.§.quæ vero.

Quod vtraque parte præsente debet ner accusatio.11.q.3.eorum.

Quod accusatio non admittitur contra absentem, nisi fit contumax. 5.q.9.per totum.

Quod persona illustris in crimine iniuriarum per procuratorem põt accusare. 3.q 9. absens per alium.

Quod tribus modis falsa accusatio detegitur; aut calumnia,aut præuaricatione, aut tergiuersatione. 2.qõ. 3. si quem pœnituerit. §. 1. ver.accusatorum.

Quod modus accusationis qualis esse debeat, ponitur.2.quæst.8.per totum.

Quod accusare non possunt hæretici,pagani, & c.2.3.6.alieni.& ca. seq. & 4.q.1.1.c.& seq.

Item criminosi 6.q.1.qui crimen,& 3.q.5.cõstituimus, & duob.c.seq.

Item nec conspiratores.3.qõ.4. conspiratores.

Item nec incestuosi.3.qõ.4.consanguineorum.

Item nec malæ opinionẽs.3. quæst. 5.suspectos.

Item nec litigiosi. nec calumniatores.3. q.5.nullus.

Item nec inimici. 13. quæstio.4.detractores.

Item nec excommunicati 3.q.4. nullus, & c.omnes 4.q.1.per totum. 2.q 7.in sancta Nicena.

Item nec infames.3.q 5. nullus.

Item impuberes,mulieres & pauperes & huiusmodi personæ excluduntur ab accusatione 2 q 1. prohibentur. 12. qõ.2. episcopus qui mancipium & cap.seq.15.q.3.§.& & tribus cap.seq.

Quod sortilegi, & diuinatores non possunt accusare.3.quæst. 5.constituimus.

Quod qui sacerdotes fieri nequeunt, sacerdotes accusare non possunt. 2.q.7. ipsi apostoli 6.qõ.1.omnes vero.& c.sacerdotes

Quod episcopum laici passim accusare non possunt. 2.q.7.c.1.& ca. clericos & c.laici.

Quod episcopus reaccusatus damnari non potest, nisi per duodecim episcopos,uel per lxxij. testes idoneos conuictus.2.q.5.nullam.

Quod nec clericos possunt laici passim accusare,2.q.7. nullus laicus. c.seq. & c.sicut.

Quod accusatus accusare nõ potest, nisi primo præstitisset purgatio, & nisi accusaret de maiori crimine 3 q 1.in ganda.§.neganda.

Quod accusator debet esse bonæ vitæ, & liber genere,non seruus 2. q.7.quærendum est.

Quod in accusatione requirẽda sunt q ia conscientia: quo merito:qua intentione : vtrum scilicet pro Deo vel inani gloria accuset. 2. q. 7. si qui sunt, & c. si quis episcopus.

Quod nullus accusare, uel se defendere potest in causa criminali per procuratorem.5.quæst.3.in criminalibus

Quod episcopum clerici accusare possunt 2.qõ.7.Paulus Dyalynæ. & c.seq.2.q.7.qua propter.& cap. si quid in ecclesia.

Quod etiam laici quantumcumque infames propter simoniam,& hæresim accusare possunt. 6.q.1.nos sequentes.& c.seq.

Quod monachi ex charitate possunt episcopum accusare 2.q 7. a. nullus monachus, §.sed aliud est.

Quod libertis licet accusare patronum in certis casibus 12.q.2. Episcopus qui mancipium.

Quod criminosus criminosum dominum potest accusare.2.q.7.pagani.& §.seq.

Quod ad accusationem hæreticorum etiam infames vtriusque sexus admittuntur.2.quæst.7.præsumant. §.seq.

Quod mulieri licet accusare simoniam, crimen læsæ maiestatis. & quodlibet crimen publicum. 15. q.3.sane.

Quod ſecundum leges mulier non poteſt virum accuſare de adulterio 32.q.5.apud.§.hoc in mulieribus.

Quod ſecundum canones vir & mulier mutuo ſe accuſare poſſunt, licet non æqualiter 32. quæſtion.5. Chriſtiana.

Quod gradus conſanguinitatis, vel affinitatis non debent accuſare niſi propinqui vel antiqui.35.q. 6. c.1.& ſeq.

Quod qua forma debent iurare qui accuſant parentelam, habetur 35. quæſt.6.in capitu.de parentela. 1. &c. epiſcopus.

Quod accuſator obligatur ad pœnam talionis.2. q.8. quiſquis. &c. qui crimen. 2. q.3. calumniator, & qui non probauerit. 6.q. 6. qui calumniam.

Quod zelo iuſtitiæ accuſans præmiatur 6.q.1.c.ſunt plurimi.§.verum.

Quod accuſans ex malitia puniatur. 45.diſt. accuſatores.2.q.3. ſi quem pœnituerit.

Quod accuſans epiſcopũ calumnioſe infamis efficitur.3. q.4. clericus vero qui. &c. hi qui epiſcopos.2. q.3. ſi quis epiſcopum.

Quod falſo accuſantes vel in probatione deficientes vlterius accuſare alios prohibemur.3. q. 10. placuit, & c.accuſatorum 4.quæſt.6. c.1.& vlt.

Item a communione vſque ad exitum vitę ſuſpenduntur.3.q.10.eos qui.5. q.6. Epiphanium. 2. q.3.ſi quis epiſcopum.

Quod ab accuſatione pretio vel promiſſione deſiſtẽs punitur.2.q.3.ſi quem.

ADAM. Quod Adam propter peccatum a facie Dei ſe abſcondit, de pœn. diſt.1.c.& venit.

Quod in hoc quod ipſe qui melior erat muliere, extra paradiſum factus eſt, mulier intra ponitur, in exemplum quod non homo melioratur a loco, ſed locus ab homine 40.diſt.illud.& c.ſeq.

Item in hoc quid propter peccatum de paradiſo eiectus eſt, ponitur in exemplum; quod homo ignobilis effectus propter culpam, meretur a loco dignitas expelli.40.diſt. Adam.

Item quia non de terra, ſed ipſius coſta facta eſt mulier, innuitur. quod ab ipſo ſicut a principio tota deriuatur humani generis propagatio.33.quæſtio.5. nec illud otioſuum.

Quod Adam in uirilis ætate factus eſt de pœnit.diſtin.2. cap. tolle.§. Adam uero.

Quod aſſerẽs ipſum mortalem creatum ſiue peccaret, ſiue non, anathematizetur de conſecr. diſtin.4. placuit igitur.

Quod Adam in paradiſo charitatem & alias uirtutes habuit, de pœn. diſt.2.tolle.§. colligitur.

Quod in hoc quod quamdiu ſolus erat non peccauit ſolitaria & contemplatiua vita commendatur. de pœnit.diſt.2.non eſt.§.Romanos. 9.Adam vero.

Quod ideo Adam plus peccauit, quia omni bono plus abundauit, de pœ.diſt.5.conſideret.§.deſeat.

ADINVENTIO. Quod adinuentio quæ ius nouum impedit, vt eſt iudicium ferri candentis, vel aquæ feruentis, eſt ſuperſtitioſa.2.q 4.conſuluiſti.

Item quæ vetus ius male interpretatur 37.diſt.relatum.

Quod adinuentio quæ circa conſtitutionem aliquid mutat errorem corrigendo, eſt vtilis.8.diſtin. veritate.

Item quæ detrahit nimio rigori, vt eſt diſpenſatio.1.q.7. exigunt.

Item quæ addit vel religioni vel grauamini.40.diſt.nullus.

Item nouorum experimentorum, & cauſarum eſt neceſſario.50.diſt.vt conſtitueretur.

ADIVTORIVM. Quod adiutorium non eſt ferendum maxime a ſacerdotibus in alterius detrimentum.23.q.3. denique.

Quod qui in fraudem alterius quemquam iuuat, ſocius eſt criminis. 14.q.6.c.1. poſt medium.

Quod patriam vel ſocios ad defendendum iuuare iuſtitia. 23. quæſtio.3.fortitudo.& capit.non inferenda.

Quod viri eccleſiaſtici ne à maledicis calumniatoribus opprimantur ſunt adiuuandi.3.q.1.Deus.

Quod miſericordius homini ad peccandum adiutorium ſubtrahitur quam feratur.14.quæſt.6.ſi res,& cap.hi qui.

Quod prælati ſubditorum ſuorum præcipue debent eſſe adiutores & vltores.25.quæſt.8. ſcire 8.quæſt. 1.Clemens.

De qua materia habes vbi agitur de auxilio.

ADMONITIO. Quod admonitio debet præcedere accuſationem vel excommunicationem. 19.quæſtio.1.quidam.2.quæſt.7.accuſatio. poſt med.

Item debet præcedere vindictam. 11. q.2.indigne.

Quod admonendi ſunt primo hæretici ab errore diſcedere, quam trahantur pœnæ.23.q.4.non inueniturin fi.

Quod adminiſtratores ſæcularium dignitatum admonẽdi ſunt ab epiſcopis ſuper pauperum, & uiduarum defenſione 23. q. 5. adminiſtratores.

Quod iudices admonendi ſunt per prælatos ad opera pietatis.14.q.6. hi qui.

Quod uiduæ admonendę ſunt ad ſtudia caſtitatis.27.q.1.de uiduis.ſub nulla.

ADOLESCENTIA. Quod adoleſcentia in malum prona eſt. 12.quæſt.1.cap.1.

Quod adoleſcentes monachi nel clerici ab approbatiſſimo magiſtro debent informari. 12.q.1.c.1.

Quod nil incertius, quam uita adoleſcentium 12.q.1.c.1.

De hac materia habes vbi agitur de aetate.

ADORARE. Quod adorare cogebantur iuſti ſimulachrum a Rege Nabuchodonoſor, & accuſatores mittebantur in ignem 23.q.4. non inuenitur.

Quod adorando imagines, non picturam, ſed picturæ repræſentationem ueneramur, de conſecrat. diſt.3.prælatum.

ADRIANVS. Quod Adrianus Papa primus Carolum magnum pro defenſione eccleſiæ de Francia in Italiam uocauit. 63. diſtin. c. Hadrianus.

Quod Hadrianus Papa ſecũdus octauam ſynodum uniuerſalem procurauit celebrari.63.d. c.Hadrianus.

ADVENTVS. Quod aduentus ſpiritus ſancti per Petri Apoſtoli prædicationem multorum hominum corda ſacrauit, de conſecrat. diſt.4.proprie.

Quod ab aduentu domini uſque ad octauam Epiphaniæ non eſt iurandum.22.q.2.decreuit.

Quod nec eo tempore nuptiæ ſunt celebrandæ. 33.q.4. non oportet.

ADVERSITAS. Quod aduerſitas iuſtorum nõ eſt ſignum reprobationis, ſed exercitium virtutis.7.q.1. aduerſitas.

Quod pie aduerſatur qui corripit vitioſum.23.q.5.c.1.circa medium.

Quod vtiliter latroni membra præcipit qui ipſum ex hoc a malo retrahit.3.q.3. ſi quis fortitudinem.1.

Quod malum malo reddit qui inimicum ſuum ad præcipitium eum rem non impedit. 23. q.4. nimiũ, §. primo.

Quod pie moleſtat medicus lethargicum excitando, & phreneticum ligando.23.q.4. quid faciet.

Quod amicus vtiliter verberãs præponitur amico inutiliter blandiẽti 23.q.4.nimium, circa medium.

De hac materia habes vbi agitur de correctione.

ADVLATIO. Quod adulatio peccatori exhibita dat audaciam peccata augmentandi.46. diſtin. ſunt nonnulli.50 di.ſi quis diaconus,& duobus c.ſeq.

Quod adulatur qui alicui tribuit bonum quod nõ habet, hoc eſt mortale quando ex certa ſcientia fit. 22.q.2.primum eſt. ver.§.

Item adulatur qui ſuperiorem vt ei placeat in eo, quo habeat extollit. hoc eſt veniale.25. diſtinct. vnum oratorium.

Item adulatur qui approbat malum quod eſt in aliquo & hoc eſt mortale.46.diſt.clericus qui.

Quod:

Quod parietem lenire dicitur, qui peccantibus adulatur,46.dist. sunt nonnulli.

Quod pastor qui luporũ quærit laudes, oues negligit.83 dist.nihil.

Quod clericus adulationibus vacans debet degradari 46. distinct. clericus qui.

Quod melius est pro veritate pati supplicium,quam pro adulatione beneficium, 11.quæst.3.nemo peritorum.

Quod inuidiator alienarum hæreditatum adulatur regibus,37.distin. nonne.

ADVLTERIVM. Quod adulterium proprie est ubi celebrati coniugii iura temerantur, 32.quæstio 4. nemo.

Quod adulterium est alieni thori violatio. 36.qõ.1. lex.§. cum ergo ver.adulterium vero.

Quod grauius puniendi sunt viri quam feminæ pro adulterio,32. q sexta,indignantur.

Quod adulter vxorem adulteram, non potest dimittere, nec accusare.xxxi.q.sexta,per totum.

Quod plus peccat qui vxorem habens cum alterius nupta adulterat, quam solutus alterius vxorẽ violando, xxxii.q.7. quemadmodum.§. sunt.

Quod permittitur potius adulteriũ quã vxoris adulteræ homicidiũ xxxii.q.secunda, si quod verius.

Quod violenter oppressę non põt opponi adulterium, 32.q.5.puto.

Quod secũdum canones vir, & muliter pari ratione ĩ adulterio cõdemnatur,35.q.5. Christiana.

Quod vir vxorem de adulterio accusare non potest, si ipse pariter fuerit fornicatus, 32.q.7. capitulo primo.

Item si dedit ei adulterandi occasionem,xxvii.q. secunda. si tu.

Quod si credebat ipsa virum mortuum cum altero contrahendo. 34.q.secunda. si virgo.

Item si fuerit vi oppressa,xxxii.q.5. proposito.

Item si alius sub mariti specie concubuit cum ea.34.q.2. in lectum.

Item si post adulteriũ commissum eam ex consensu retinuit, xxxii. q prima,si quis vxorem.

Quod suæ vxoris amator ardẽtior, ęjus adulter iudicatur. xxxii.q. 4. origo.

Quod patronus est turpitudinis q adulterium celat vxoris, xxxii.q. prima, apud.&c 1.

Quod vir innocens adulteram recipere non cogitur, 32. quęst.1. de benedicto.

Quod qui post adulterium vxorem suam cognouit, impeditur ab ordinum promotione, 34. distinct. si cuius.

Quod Abraham, & Iacob excusantur ab adulterio cognoscendo ancillas,34.q.4.dixit Sara. & capit.obiiciuntur.

Quod potest esse matrimonium cũ persona quam polluit per adulterium,32.q.1.denique.

Quod transgressor voti castitatis peior adultero iudicat,27. quæst. 1. & per totum.

Quod sacerdoti adulteranti cum filia sua spirituali grauior,& perpetua pœnitentia imponit. 30.q.1. si quis sacerdos.

Quod sicut vir dimittens vxorem suam efficitur adulter, sic episcopus relinquens ecclesiam suam,7. q.prima.sicut vir.

Quod natus de adulterio non est culpa nascentis, sed ipsius qui generat,56.dist. nasci.

Quod nati de adulterio, nec sunt in fide stabiles, nec in bello sęculari constantes,56. distin.si gens Anglorum.

Quod virgo nõ reputatur adultera, quæ ignoranter viro nubit alieno 34.q.2.si uirgo.

Quod adulterium committens presbyter,aut diaconus si in eo deprehensi fuerint, reparari non possint, 50.distinctio. si quis diaconus.

Quod clericus de adulterio conuictus,aut confessus ab officio depositus communione concessa toto tempore uitæ suæ in monasterio retrudatur,81.distinct. si quis clericus.

Quod adulteræ, & incestæ sunt uirgines, quæ post consecrationem nupserunt, 27. dist.capitulo ult.

ADVOCATVS. Quod aduocatus non debet ex suo sensu scripturæ aliquid proponere,37.dist. in relatum.

Quod non debet opprobriis, sed ratione allegare.3.q.7. infames.§.si quis adeo procax.

Quod mitis relatione non tumultuosa uoce factum debet proponi.5. qu.4. duodecim in fine.&c.seq.§. debet ergo.

Quod non debet lucro, sed iustitiæ intẽdere,2.q.7.infames. circa medium,& §.apud urbem Romanã.

Quod aduocatus sæcularis potest uẽdere iustum patrocinium, & iurisperitus consilium 14. quæst.5. non sane.

Quod regularibus aduocatis non licet p aduocatione minima accipere.15.quæstio secunda,obseruãdum,§. hoc autem.

Quod monachi possunt esse aduocati de abbatum suorum licentia in causis monasteri,16.q.1.monachi a monasterio.

Quod ob uerecundiam sexus, mulieri non licet coram iudice aduocare.15.q.3.§.1.uer.legibus.

Quod clerico in causa criminali nõ licet aduocare coram iudice sęculari,23.q.ult.c.his a quibus.

Quod clericus aduocans contra ecclesiam suam, uel episcopum, uel patronum: amittere meretur beneficia 15. quæstio.6.nos sanctorum,22.quæst.5.de forma.96.dist. si Imperator.

Quod contra inhibitionem ecclesiasticam aduocans, non solum rerũ amissione, sed etiam exilii relegatione punitur. de pœn.distinct.1. quinque ausus.

Quod princeps, & quilibet illustris potest litigare per aduocatum in crimine iniuriarum.3.q.9.absens per alium.

Quod Christus est aduocatus noster apud patrem.de pœn.dist.2.cap.si enim inquit,ante med.

AFFECTVS. Quod affectus plus placet Deo offerentis quam munus oblationis. 1.qõ.7.in grauib. 24.q.1.odi, & proieci.

Quod illa oratione fit citius Deus, quæ non consistit in multitudine verborum, sed in affectu cordis. de consecr.distinct.5.non mediocriter.

Quod oratio quæcumque cum barbarismis,& solœcismis verborum proferatur, Deo placet, si affectus animi procedit.38.dist.sedulo.

Quod qui Deo perfecte seruire desiderat, oportet quòd carnalẽ affectũ omnem consanguineorum postponat,12.q.1.cui portio.

Quod qui nihil affectat, perfectior est illo qui multa possidens auare dispensat.1.q.2. si quis propter.

AFFINIS. Quod affinis in testem contra affinem non accipitur,3.q. 9.absens per alium.

Quod nec ad accusationem aliorum admittitur, quia affinis affinem accusare non potest. 3.quæst.5.similiter.

Quod uno coniugũ defuncto,in superstite affinitas non deletur, nec alia copula affinitatem prioris copulæ soluere potest,35.quęst.vlt. fraternitatis post medium.& q.3. per totum.

Quod qualiter affinitas sit computanda, habetur,25.quæst.3.porro duorum.

Quod affines in quinto gradu copulari possunt defuncto utro uel uxore in quarto,si iuncti fuerint, non separentur. In tertio autem non licet,35.quæstio.capit.de propinquis.

AGATHO. Quod Agatho Papa, quis fuerit, qua natione, & quid fecerit habetur 63. dist. Agatho.

AGNVS. Quod per agnum Christus Iesus representatur, non tamen debet agnus in cruce depingi; sed secundum imaginem humanam. de consecrat. distinct. 3. sextam.

Quod agni sanguis quid sit, iam non audiendo, sed bibendo didicimus, qui super vtrumque posticem ponitur quando non solum ore corporis,sed etiam ore cordis hauritur. de consecra. distinct.2. quid sit.

ALCHIMIA. Quod alchimia uidetur esse ars reprobata: quia qui credit unam speciem posse transferri in aliam, uel similem nisi ab ipso creatore, infidelis est.

Digitized by Google

& pagano deterior 26. q.5.epiſcopi circa finem.

Quod adhuc infirmi ſunt diſcentes, & ad veritatem ſcientiæ numquàm peruenientes.ead.cauſ.& quæſtio. nec mirum.circa med.

Quod multæ virtutes inſitæ ſunt in herbis,& lapidibus.xxi.q.vlt.c.ſi.

Quod inſunt in rebus corporeis per omnia elementa quædam occultæ, ſeu manifeſtæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis, & cauſalis, prorumpunt in ſpecies debitas ſuis modis,& finibus. xxvi.quæſtio.5.nec mirum.circa finem.

ALEA. Quod alea ludere ſi non dimiſerit epiſcopus, vel presbyter,& etiam inferioris gradus clerici,grauiter puniantur, xxv. diſt. epiſcopus.

ALIENATIO. Quod alienatio rerum eccleſiaſticarum poteſt fieri per epiſcopum tempore neceſſitatis uel meliorationis cauſa. xij. q.ij. placuit, &c. ſine exceptione. ibidem,&c. terrulas.

Item pro redemptione captiuorum. xij.quæſtio. ſecunda, & Apoſtolicos. & tribus.c.ſeq.

Quod abbatibus non licet res monaſterii ſui ſine epiſcopi ſui licentia alienare.xij.quæſt. ſecunda.abbatibus.

Quod in alienatione rei parochialis ſufficit conſenſus epiſcopi, & paſtoris,xii.q.ſecunda abbatibus.

Quod etiam conſentiente epiſcopo abbas niſi ſit pro fabrica monaſterii, non poteſt res eccleſiæ alienare xvii. q.quarta.in venditionibus.§.etiam.

Quod cum res eccleſiæ non ſint epiſcopi,ſed communes: non licet ei ſine conſenſu capituli res notabiles alienare.xii.qui ſine, &c. ſeq.

Quod ſerui eccleſiæ qui retineri non poſſunt, ad epiſcopū alienari poſſunt xii.q.11. fugitiui.

Quod eccleſia alienas res non debet inuadere, xii.q.11. ſicut eccleſia.

Quod alienum nō eſt quod iure poſſidetur, xiiii. q 4. quid dicam.§. hæc enim certe.

Quod peccatum non dimittitur niſi res ablata reſtituatur,14.q.6.ſi res de pen.diſt.5.falſas.

Quod alienas res inuadunt qui decimas,quæ pauperibus fiunt, auferunt.16.q.1.decimæ.

Quod omnis alienæ rei illicita vſurpatio, nomine furti in decalogo prohibetur.xxxii.q.4. meretrices.

Quod epiſcopus dicitur aliena rapere cum totum ſibi retinens egenis clericis nil impertitur,63.diſt. diaconi ſunt.poſt medium, 1.q. ii.ſi quis propter.

Quod alienas res eccleſiæ compelli ſunt reſtituere, 12.q.11. monemus.

Quod epiſcopus vel presbyter contra conſtitutum alienans res eccleſiæ, deponitur de honore. 17.q.4. quicumque epiſcoporum.

Quod moriente epiſcopo non licet metropolitano res defuncti, quæ ſunt ſucceſſoris occupare, vel alienare,xii.q.ii.non licet alicui metropolitano.

Quod cuiuſcunque gradus clericis, qui defunctis epiſcopi res, quæ ſūt ſucceſſoris,occupauerint, vel alienauerint,anathema, & proprii, gradus periculum incurrunt. xii. q.11.hæc huius placiti,&c. non liceat clericis.

De hac materia habetur infra de Eccleſia.

ALIMENTA. Quod alimenta olerum, & leguminum plus proſunt corpori, & animæ quam delicioſa.de conſecrat.diſt.5. ne tales accipiamus.

Quod epiſcopus vel presbyter ſi vxorem habet ſuperſtitem tenetur ipſi in alimentis prouidere, 32. diſtinct.omnino.

Quod clerici vxorati eccleſiæ deſeruientes, ab ea alimenta percipiāt. xxxii.diſt. ſi qui vero.

Quod eccleſia tenetur illi in alimentis prouidere qui ſua quæ habuit dedit eccleſiæ,16.q.7. quicumque fidelium.

Quod matri,& aliis propinquis non obſtante iuramento tenetur quilibet in alimētis prouidere, xxii. q.4. inter cetera.

ALTARE. Quod altare niſi ſit lapideum, non conſecratur. de conſecratione, diſtinctione prima altaria ſi non.

Quod altare non debet erigi ſine licentia epiſcopi. de conſecr. diſt.1. nullus presbyter.

Quod conſecrati debet chriſmare, & benedictione de conſec. diſtin.1.altaria placuit.

Quod presbyter conſecrare altare non poteſt,xxvi.quæſt. ſext. miniſtrare.

Quod altaria inutilia, quæ conſecrata non ſunt vel in locis indebitis facta: debent dirui, de conſecrat. diſt.prima placuit.

Quod oblatio, & fructus altaris vendi prohibentur,1.quæſti. ii. audiuimus.

Quod altare ad cuius honorem eccleſia eſt conſecrata ſi motum fuerit cum eccleſia debet conſecrari. de conſecr.diſt.1.ſi motum.

Quod in altari in quo celebrauit epiſcopos, non debet eodem die celebrare presbyter, de conſ.d.ſt. 2.cap.vltimo.

AMOR DEI. Quod amare Deū debemus plus quam noſtros proximos.xii.q.1.cui portio.

Quod ſi Deum amaremus, omnia difficialia, & aſpera perficeremus de pœnit. diſtinct.2. charitas eſt. §.ergo ſi.

Quod amor Dei nutritur per verbum Dei, & omnium cupiditatum ligna conſumit.de pœn. diſt.v.ſi ſermo meus.

Quod illi Deum amare plus quam ſe, qui pro eius amore ſalutī ſuæ parcunt: & ipſam mortem corporis libenter accipiunt. de pœni. diſtinct.2. capit.charitas, §.illi vero.in fine.

AMOR PROXIMI. Quod amamus proximum ſicut nos quando non propter aliud, ſed propter naturæ participationem eum tātum diligimus, de pœn.diſtin.2.charitas.§.proximos.

Quod non omnis qui parcit,eſt amicus;nec omnis qui verberat,inimicus, 5.quæſt.5.non omnis, & cap. ſeq.23.q.quarta.quid faciet.

Quod amor proximi habet plagas ſuas: quæ dulciores ſunt cum amariſſime inferuntur,5.q.5.non oſculatur,23.q.1.paratus.in fin.& q.5. non putes.

Quod proximum ſicut nos amamus cum ad bonos mores, & ad vitam æternam conſequendam ſicut nobis eius ſaluti conſulimus de pœni.diſtinct.2. charitas eſt, §. proinde.

Quod ſic debemus affici charitatis affectu ad proximos, ut velimus omnes ſaluos fieri, 24.qō.3. corripiantur in fi.

Quod melius eſt proximum cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere,5.quæſtio.quinta. non omnis.

Quod non eſt amor, ſed languor,vbi mali mores non corriguntur, 23. quæſt quinta. non putes.

AMBITIO. Quod ambitio eſt honoris mundi ſine ſuffragio, & temporis ſine merito laboris velle promoueri, 4. diſtin.muramur. in fin.

Quod quę per ambitionem malo inchoantur principio: etiam ſi mores & actus boni fuerint, difficile eſt ut bono peragantur exitu. 1. quæſtio.1.principatus.& cap.nullus itaque.

Quod ad honoris ſuffragia non ambitioſi, ſed probatæ uitæ ſunt aſſumendi, 1.q.7. per illicitam § ſeq. 40.diſt.multi 49.diſt.qui eccleſiaſticis,&c hoc ad nos.

Quod boni prælationis honorem non ambiunt, ſed alios ſibi tamquam dignieres præponunt, 8. q. 1.illud 16.q.1.verſ autem.

Quod epiſcopus vel presbyter, qui ambiens celebriorem ſedem ſuam deſer.t, vtramque ſedem perdit.7. q.1.ſi quis epiſcopus, & capi.ſeq. 8.q.1.Apoſtolica.

Quod cælum quærit qui per ambitionem ad honoris faſtigia poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum,48.diſtinct.ſicut.1.q. 1.ſicut is.

Quod obedientiæ meritum non percipit, qui in hoc obedit ad quod libidio ambitionis trahit. 8.qō.1. ſciendum.

AMBROSIVS. Quod Ambroſius hortatu Valentiniani Imperatoris in Mediolanenſ. epiſcopum eligitur. xxxxiij.diſtinct. Valentinianus.

Item

Digitized by Google

Item de conſtantia eius reſpectu Imperatoris, & de patientia reſpectu aduerſitatis, habes 23. qu.8. conuenior.

AMENS. Quod amens qui in furiã verſus eſt, vel diabolica afflictione vexatus eſt, non debet promoueri.33.diſtinct. maritum, & cap.ſeq.

Quod malum ex dementia factum, & tempore dementiæ non imputatur.15. q.1. aliquos, & duobus cap.ſeq.

Quod mala non ſunt quæ nec crimine mentem implicãt,nec conſtrictiam ligant ſicut eſt in dementibus. 15.q. 1. illa.

Quod an peccata,quæ dementes cõmittunt,qui nolentes,& non ſciẽtes committunt, excuſentur. 15. q. 1.merito.

AMPLEXVS. Quod amplexus perſonæ indebitæ præſumptionem inducit laſciuiæ.27.qu.1. nec aliqua.31.d.omnino.

ANGELVS. Quod Angelus creatus eſt in gratuitis.de pœ.d.2.§.principium enim.

Quod principium eius eſt diſſimile principio hominis propter infirmitatem humanæ conditionis de pœn.diſtin.2. §. principium. ante me.

Quod in nouem ordinibus angelorum quantæ ſint diſtinctiones ciuium ſupernorum, oſtenditur de pœn.diſtin.2.§. principium.circa medium.

Quod diuerſitas Angelorum ordinum Deo obſequentium exemplar eſt hominibus, vt ſecundum diuerſitatẽ graduum geratur adminiſtratio ſingulorum. diſt. 89. ad hoc.

Quod ab angelis qui præſentes ſunt noſtris operibus, defuncti quandoque aliqua inſinuantur. 13. q. vltim. fatendum 50.diſtin.de his vero.

Quod angelus de cœlo quantumcũque de ſecuro loco peccando cecidit.40.d.quælibet.

Quod homini elato in terra timor incutitur, quia angelus aliorum angelorum prælatus in cælo proſternitur.de pœn.d.2.circa princ. §.quod ergo.

Quod boni angeli ex caſu malorum quaſi territi, a laude perfecta impediti fuerunt.de conſecr. diſt. 1. hi duo.

Quod ad reparandum angelorum ordinem Deus hominem formauit. de conſecr.d.1.hi duo.

Quod angeli omnes in creatione æquales fuerunt.de pœn.d. 2.§. Q autem,alias, quod vero.

Quod angeli niſi eſſent in gratia firmati peccare poſſent. ibid.

Quod angeli nec primus, nec alii ſunt in gratia creati. de pœn.d.2. citius poſt med.

Quod angelus primus nõ ad Dei ſimilitudinem ſicut homo, ſed ſignaculum ſimilitudinis Dei creatus aſſeritur.de pœn.d.2.iuxta fi.

Quod angeli tam boni, quam mali per cœlum figurantur.de pœ. diſtin.2.circa fin.

Quod angeli in cælis gaudent ſuper vno peccatore pœnitentiam agente,magis quam ſuper nonagintanouem iuſtis, quia fortius homo reſurgit poſt pœnitentiam,5.d.Qa ſanctitas tua.

Quod angelorum prædicatio, & dæmonum confeſſio de Chriſti aduentu,multum diſtent 37.diſt. ſi quid veri.

ANANIAS. Quod Ananias propter defraudationem pecuniæ grauiter punitus fuit, ponitur in exemplum his qui vouendo ſeipſos Deo,retrocedunt 17.q.1.Ananias 12.quæſt.1.dilectiſſimis,circa medium.23.quæſt.4.quod Chriſtus, §. poteſt 22. diſt. quod interrogaſti in fine.

ANASTASIVS. Quod Anaſtaſius Papa ſecundus propter fauorem hæreticis exhibitum diuino nutu percuſſus eſt.19.d. Anaſtaſius. 1. q.1.dictum eſt in fine, & vide adnot.ad c.Anaſtaſius.

ANATHEMA. Quod anathema nihil aliud eſt quã ſeparatio a Deo, & ponitur pro excommunicatione.24.q.3. certum eſt.

Quod anathema ſit qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere, & reſiſtere, aut eccleſiam Romanam inuadere, & in gradum filiorum eius prorumpere præſumpſerit.78.diſtin.ſi quis ex epiſcopis, & c. ſi ex ſacerdotibus.

Quod anathema danti, & anathema accipienti, hoc eſt ſimoniaca hæreſis.1. q. 1. quicunque ſacros ordines & c. placuit.

Quod anathema non ſolum a fraterna ſocietate,ſed etiam a corpore Chriſti, quod eſt eccleſia, & a conſortio fidelium repellit.3.q.4. cap.vlt.

Item ſacramentorum perceptione, & ſic eſt maior excommunicatio. 5.q.2.præſenti.17. q.5. quiſquis, §.ſi quis.

Quod anathema ſit ſi quis omnem traditionem eccleſiaſticam violat 1.q.7.ſi quis omnem.

Quod anathematizatus clericos accuſare non poteſt 2.q.7.in ſanctæ 3.q.4.nulli.& 6.q.1. illi qui. & c. omnes.

ANIMA. Quod anima corpori præponitur.38.d.ſedulo.12. q.1.præcipimus.

Quod anima ſine corpore corporaliter non viuit.1.q.3. ſi quis obiecerit.

Quod anima non poteſt in eo corpore dici,quod ſenſu caret. 32.qu.3. quod vero non formatum.

quod non infunditur niſi formato corpori.22. q.2. quod vero non.

quod non ex tradu.e,neque cum ſemine anima infunditur. 32.qu.2. quod vero non.

quod vt non credatur anima eſſe in corpore ſicut ſpiritus in idolo: non dicitur in ſicco eſſe,ſed in ſãguine hominis habitare. 22. q.2. c.Moyſes,in fi.

quod ſicut anima eſt vita corporis, ſic Deus eſt vita animæ, de pœn. diſt.1.reſuſcitatus.6.item ſi antequam.

Quod anima corpori vnita ſi baptiſmate lota non fuerit, æternaliter perit.24.q.3.ſi habes in fine.

quod magna quæſtio eſt de anima. 32.q 2. quod vero non formatũ.

quod anima quæ peccauerit, ipſa morietur.34.q.3. ſi habes.

quod animarũ ſaluti epiſcopus ſtudere debet.38.d. Petrus.

quod animæ ſalus eſt aliquãdo mutare locum: dum enim mutetur locus, mutatur mentis affectus. 81.diſt.valet.

quod illa anima decora dicitur, in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet, de pœn.d.2. illa anima.

quod animæ defunctorum quatuor modis ſoluantur.13.qu.2. animæ defunctorum.

ANNVS. quod annus per quatuor voluitur tempora.76.diſtin. cap. 1.& 2.

quod annus noſe fati aliqſi appellatur.2.q 6.ei qui. §. appellatore.

Item pro anno dies ponitur.35.q.2. hoc ipſum.

Item pro anno ponitur tempus.

ANTIOCHVS. quod Antiocho vendente Iaſoni ſacerdotiũ ignis qui ſeptuaginta annis Babylonicæ captiuitatis vixerat.in deteſtationem ſimoniæ extinctus eſt. 1. q.1 ſi ut eunuchus.

ANTIQVITAS. quod antiquitas a ſanctis patribus accepta, a modernis eſt obſeruanda.12.diſt.ridiculum.

quod antiquitati defertur in multis .ſ.in libris corrigendis. 9. diſt. ut veterum.

Item in conſuetudinibus ſequendis 12. diſt. conſuetudo.

Item in dubiis determinandis.50.d. domino ſancto. vigeſima diſtinctio.de quibus.

Item in prælatis eligendis. 71. diſt. ſtatuimus.

Item in teſtificatione.35.q.6.notificamus.

Item in eleemoſynis largiendis. 86. diſtinct.conſideranda.

Item in ſuſpicionis remotione.34. diſt. fraternitatis.

Item in excuſationis admiſſione. 8. diſt placuit.

Item in pœnæ relaxatione,vel mitigatione.86.diſt.tanta.26.q.7.ipſa.

quod antiquitas naturæ ducit ad directum.23.q.2.ancillam.20. diſt. de quibus.

quod antiquitas culpę ducit ad interitũ.23.q.1.ſchiſma.2 q.7 Paul°.

quod antiquitas gloriæ ducit ad thalamum ſponſi. 61. diſtinctione. ſponſus.

Digitized by Google

Quod antiquitas æternitatis ducit ad perpetuos amplexus. de conſecra. d. ſt. 4. non ex quo.

Quod antiquitas diaboli ducit ad prognoſticãdum: multa. n. dæmones ſciunt ex antiquitate. 26. q. 4. ſciendum.

ANTICHRISTVS. Quod Antichriſtus vt facilius Chriſtianos, & Iudæos ad ritum ſuũ attrahat, diem dominicum in fauorẽ Chriſtianorum, & in fauorem Iudæorum ſabbatum cuſtodire faciet, de conſecr. d. 3. peruenit.

ANNVLVS. Quod ſponſus ſponſam annulo debet deſponſare. 30. q. 5. noſtrates.

Quod annulus ſponſæ a ſponſo, & econtra datur in ſignum mutuæ dilectionis, & fidei cõiugalis. 30. q. 5. fœminæ, circa fin.

Quod ideo annulus quarto digito a ſponſo ſponſæ inſeritur, vt ſicut vena in illo digito cordi coniũgitur, ſic eorum corda coniungantur. 30. q. 5. fœminæ, in fi.

APPELLATIO. Quod appellatio eſt remedium quo cauſa vitiata ſubleuatur. 2. q. 7. c. 1.

Quod appellatur a minori ad maiorem gradatim diſt. 99. prouinciæ. 2. q. 6. omnes. & cap. ſi quis putauerit. cap. placuit. cap. decreto. & cap. anteriorum. §. illo. 9. quæſt. 3. conqueſtus.

Quod ad Roma. ſedem indiſtincte appellatur. 2. qu. 6. ſi quis veſtrũ, & ſex c. ſ. q. & c. quoties ẽpi.

Quod appellationi ad ſedem apoſtolicam interpoſitæ ab omnibus eſt deferendum. 2. q. 6. decreto. & ca. quoties epiſcopi.

Quod appellationis tempus decem dierum aſſignatur. 2. q. 6. anteriorum. c. omnino.

Quod tempus exequendi appellationem eſt annus, vel ex cauſa biennium. 2. q. 6. ſi quando, §. ẽporis.

Quod appellari poteſt poſt datam vel ante datam ſententiam. 2. q. 6. qui ſcit, §. patet. c. quoties ẽpi. & c. ſi quis iudicem.

Quod ab eo a quo appellatum eſt debent dari literæ dimiſſoriæ, quę dicuntur apoſtoli, ei qui appellauit. 2. q. 6. poſt appellationem.

Quod ex pendente nihil innouatur. 2. q. 6. appellatione interpoſita, & cap. ſeq.

Quod appellationi non deferẽs punitur. 2. q. 6. decreto, & c. quoties epiſcopi.

Quod proceſſus poſt appellationẽ factus eneruatur. 2. q. 6. quoties epiſcopi.

Quod poſt ſecũdam appellationem tertio appellans ſuper eadem cauſa non auditur. 2. q. 6. ſi antẽ, p. notatum. §. ſi quis in quacunq;

Quod appellationi licet renũciare. 2. q. 6. ſi quando. §. ſi vero is.

Quod forma vel modus appellationis ante vel poſt ſententiã ponitur. 2. q. 6. appellatione. §. forma.

Quod appellare poſſunt quorũ intereſt, vel qui negotium gerunt, vel quibus mandatum eſt. 2. q. 6. non ſolent.

Quod ſi vnus appellat, prodeſt aliis in eodem crimine cum eodem cõdemnatis. 2. q. 6. c. ſi quando, §. quandoque.

Quod iudex a quo appellatur, non poteſt eſſe teſtis in cauſa appellationis. 2. q. 6. ſtatutum.

Quod ab executore ſententiæ non poteſt appellari niſi modũ excedat executor. 2. q. 6. ſi quando. §. ab executore.

Quod poſſeſſore appellante bona ſequeſtrantur. 2. q. 6. quoties poſt auditam.

Quod qui per appellationem non quærit niſi tempus redimere, nõ eſt audiendus. 2. q. 6. quicunque.

Quod a iudicibus de communi conſenſu electis non licet appellare. 2. q. 6. a iudicibus.

Quod iniuſte, & fruſtra appellans punitur in quadruplum expenſarum. 2. q. 6. omnino.

Quod nullius debito modo citati, & per contumaciam ſe abſentantis appellatio recipitur. 2. q. 6. ſi quando. §. ſunt etiam.

Quod nec notorij malefactoris de crimine conuicti, vel confeſſi appellatio admittitur 2. q. 6 ſi qñ. §. ſunt etiam. ver. nullus etiam.

Quod propter plura facinora condẽnatus: ſi a maiori appellauerit pẽtermiſſis aliis, eſt audiendus. 2. q. 6. appellatione. §. ſi quis ex.

APOCRYPHA. Quod apocrypha ſcripta dicuntur, id eſt, ſecreta: quia in ſecreto, & non in publico ſunt legenda. 15. diſt. & 17. per totum.

Quod apocrypha ſunt quorum auctor ſecretus eſt: & quandoque ſi non ignoratur, tamen ab eccleſia non recipitur ibidem.

Quod apocrypha dicuntur quæ in eccleſia recipiuntur, ſed in canone ſcripturarum non computantur, ibi.

APOSTATA. Quod apoſtata eſt trãſgreſſor legis ſuæ, eiuſque violator. 3. q. 4. beatus.

Quod obſeruans diuinationes, & ſortilegia, ſciat ſe a fide Chriſti apoſtatam, retro abeuntem. 26. q. vlt. non obſeruatis.

Quod fideles ſub Iuliano apoſtata conſtituti obediebant ſibi his quę erant pro republica, non contra fidem. 11. q. 3. Iulianus.

Quod enormitas criminis huius apoſtaſiæ inuenitur ex pœna Ananiæ. 17 q. 1. Ananias. 32. q. 7. quid in omnibus.

Quod apoſtata a fide nõ admittitur in teſtimonium contra aliquem. 2. q. 5. non põt. 3. quæſt. 4. alieni. & duobus. c. ſeq.

Quod talis omnibus infamibus, & in infamia præponitur. 6. q. 1. infames. 3. q. 4. alieni. & c. ſi quis.

Quod apoſtaſia religionis ſit ĩ poſt poſitione tonſuræ, & ſæcularis veſtis aſſumptione. 20. qu. 2. ſi in qualiber.

Quod canonicus regularis ſi animi leuitate motus ſine ſui ſuperioris licentia monachus efficitur, tamquam apoſtata redire cõpellitur, & punitur. 19. q. 3. mandamus.

Quod vouere Deo religionem, & ea ſtabilitatem, & retro redire damnabile eſt. 17. q. 1. qui bona. 27. d. ſt. virgines. 20. q. 1. puellæ. 32. qu. 5. ſi Paulus poſt med.

Quod tales apoſtatæ priores efficiũtur aliis peccatoribus. 47. d. quantumlibet. 16. q. 1.

Quod apoſtatis qui profeſſi ſunt, nõ reddũtur bona quæ ad ordinem pertinuerunt. 27. q. vlt. quicunque vult. §. vlt.

Quod apoſtatæ cogendi ſunt ad redeundum. 27. diſtin. quod interrogaſti. 20 q. 1. quem progenitores. & q. 2. ſi qualibet. & quæſt. 3. procliuus.

Quod reuerſus, in habitu, & ſtallo, & in aliis punitur. 19. q. 3. mandamus.

Quod redire contemnentes excõicãtur. 20. q. 2. ſi in qualibet.

Item incarcerantur. 45. d. cum beatus. §. Salomon.

De hac materia habes vbi ponitur vocatio.

APOSTOLICA. Quod apoſtolica ſedes põlata eſt omnibus eccleſiis. 61. d. quanto.

quod ipſa eſt prima auctoritate, & dignitate, licet Antiochena ſit prior tempore. 21. diſt. nunc aũt. 24. q. 1. rogamus.

quod apoſtolicæ ſedi Conſtantinopolitana eccleſia ſubiit, neuo dubitare debet. 22. d. de Conſtantinopolitana.

quod ipſius in iudiciis eſt maior auctoritas 9. q. 3. patet, & c. ipſi sũt.

quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare. 17. q. 4. neminĩ. 21. diſt. nunc autem.

quod immediate apoſtolicæ ſedi ſubiecti, maxime qui propinqui ſunt annue ſe debent præſentare circa idus Maij. 93. diſt. iuxta, & §. præced.

quod in apoſtolicam ſedem neuter illorum qui ex concertantium ĩmeritate fuerit ordinatus, eſt p̃mittendus permanſurus 79. diſt. ſi duo.

quod apoſtolica ſedes peccatores, & contumaces ad ſalutem quoquomodo attrahere debet. 17. diſtinc. nec licuit.

quod ſine apoſtolicæ ſedis licentia compagnis. l. ſodalibus diaconis, & clericis mappulis vti non licet 93. diſt. peruenit. 1. & §. præced. & c. illud.

quod apoſtolicæ ſedis auctoritate concilia vniuerſalia ſunt congreganda. 17. diſt. multis, & c. regula, & c. concilia.

quod

Digitized by Google

Quod ad apoſtolicam ſedē ſunt dubia, & ardua referenda, 17. diſtin. nec licuit. 19. q. 1. frater. 24. q. 1. iogamus, & duob. c. ſeq.

Quod apoſtolica auctoritate doctorum opuſcula approbantur, & reprobantur. 19. di. ſi Romanorum.

Quod apoſtolicæ ſedi ſpecialiter reſeruatur, iudicium epiſcoporum, 3. q. 6. duduin.

Item reſtitutio depoſitorum, 2. q. 6. ideo huic.

Item congregatio cōciliorum. ibid.

Item reſtitutio hæreticorum, 1. q. 7. conuenientibus. circa princ.

Item exemptio epiſcoporum. 16. q. 1. frater.

Item determinatio quæſtionum in fide, 24. q. 1. quoties.

Item mutatio epiſcoporum. 7. qu. 1. mutationes.

Item diuiſio & vnio epiſcopatuum, 16. q. 1. & temporis.

Item abſolutio excommunicatorum ab eodem. 21. diſt. inferior.

Item interpretatio antiquorum canonum & ſcripturarum. 17. diſt. nec licuit.

Item pallij datio. 100. diſt. quoniam.

Item ſimoniacorum diſpenſatio, 2. q. 3. Paulum.

Item nouarum & difficilium quæſtionum diffinitio, 17. diſtinctio. multis.

Item famæ reſtitutio, 2. q. 3. Euphemium, §. hinc colligitur.

Quod Chriſtianus peccatum infidelitatis, ſeu paganitatis incurrit, qui ſedi apoſtolicæ obedire contemnit. 81. diſt. ſi qui ſunt presbyteri, in ſi. 93. diſt. qui cathedram, 22. diſt. omnes ſiue.

Quod apoſtolicis nolens obedire præceptis, à pontificalibus ſit alienus officijs, & ſit ruinæ ſuæ dolo proſtratus. 9. diſt. nulli fas. 22. diſt. c. 1. & 19. diſt. ita dominus.

Quod apoſtolicis præceptis non eſt ſuperbè reſiſtendum, ſed eius iugum eſt piè tolerandum. 12. diſt. præceptis apoſtolicis. 19. diſtin. in memoriam.

Quod ab apoſtolicis non licet inſtitutis recedere, 11. diſt. hoc, & cap. conſequens.

Quod apoſtolica ſedes ab omnibus eſt honoranda, & ei obediendum eſt in memoriā B. Petri apoſtoli. Et quamuis iniuſtum videatur qd mandat intolerabile: tamē pia deuotione tolerandum eſt. 19. diſt. In memoriam. & 31. diſt. ante, 23. q. 1. quid culpatur.

Quod ex apoſtolica tuba ſonora prædicatione ſalus omniū in vniuerſum mundū exiuit. 19. diſt. in memoriam. 43. diſt. ſit rector.

Quod quæcunque emanant ab apoſtolica ſede, aut dicuntur decretales epiſtolæ, 19. diſt. cap. 1. & cap. ia canonis.

Aut ſanctiones ea. diſt. c. ſic omnes.

Aut iugum vocatur, ead. diſt. in memoriam.

Aut inſtituta & conſtitutiones, tam dem diſt. enimuero, & 20. diſtin. de libellis.

Aut præcepta. 19. diſt. nulli fas eſt.

Aut concilium. 27. diſt. regula.

Aut ſynodus, eadem diſt. nec licuit. & c. multis.

De hac materia vide vbi agitur de eccleſia Romana, et de Papa, & de Diſpenſatione, & de Sede Apoſtolica.

APOSTOLVS. Quod apoſtolos, id eſt, epiſcopos & presbyteros Dominus elegit: diaconos autem poſt aſcenſum Domini in cœlum apoſtoli ſibi conſtituerunt epiſcopatus ſui miniſtros. 93. diſtin. dominus noſter, cap. pen.

Quod Apoſtoli prius docti ſunt à Chriſto, & poſtea ab ipſo ad prædicandum miſſi in exemplum, qꝫ prædicatores prius ſacris litteris debent inſiſtere, ne tunc quærant diſcere, cum ex officio alios debent docere. 36. diſtin. §. ecce.

Quod apoſtoli fuerunt pares Petro in apoſtolatu, ſed non in adminiſtratione; & ipſum primum principem voluerunt: & ſeptuaginta duos diſcipulos elegerunt: loco quorum ſucceſſerunt epiſcopi. 21. diſtin. in nouo. & 22. diſtin. ſacro ſancta.

Quod apoſtolorum princeps Petrus factus eſt poſt peccatum in exemplum, quod quantumcunq; magnus peccator poſt pœnitentiam non eſt repellendus à dignitate, 50. diſt. conſiderandum.

Quod apoſtoli patres eccleſiæ fuerunt: pro quibus nati ſunt ei filij, ſc. licet epiſcopi. 60. diſt. quorum.

Quod apoſtolorum tempore Spiritus Sanctus viſibiliter operabatur in ſacramentis. 1. q. 1. multæ.

Quod apoſtolorum tempore multitudinis credentiū erat cor vnum: & nihil erat eis proprium, ſed erant eis omnia cōmunia: & omnia ante eorum pedes ponebantur: quia inſtante perſecutione ea poſſidere eis non licebat. 12. q. 1. dilectus.

Quod apoſtoli vxores ſuas quas ante apoſtolatum duxerunt, ſine carnali commiſtione circūducebant, vt mercede prædicationis ſuſtentarentur ab eis. 31. diſt omnino.

Quod Apoſtoli prædia in Iudæa minimè poſſederunt, ſed vendiderunt, & pretia eorum tantummodo ad fouendum egentes ſeruabant: quia futuram eccleſiam in gentibus præuidebant. 12. q. 1. futuram, & c. ſeq.

Quod apoſtolos dominus ad prædicandum miſit ſine auro & virga, vt ab eis incentiua litis, & inſtrumenta tolleret vltionis. 11. qu. 3. ita ſæpe.

Quod ipſis omnibus ſactamētorum diſpenſationem commiſit. 10. dicta dominus.

Quod Chriſtus ipſis vindictam prohibuit quoniam eos volentes Samaritanos per ignem conſumere, compeſcuit. 23. quæſt. 4. quod Chriſtus.

Quod regulares imitatores Apoſtolorum ſunt quantum ad proprietatum abdicationem, nec debent dicere, meum vel tuū eſt. 12. q. 1. dilectiſſimis. 16. quæſt. 1. ex auctoritate.

Quod epiſcopi & ſuperiores quantum ad dignitatem, & omnis presbyter quantum ad Euchariſtiæ conſecrationem, & ligandi & ſoluendi poteſtatem habent. diſtinc. 12. in nouo. 11. quæſtio. 3. abſit, vt quidquam.

AQVA. Quod aqua cum ſale omnibus ſacerdotibus benedici præcipitur, de conſecr. diſtin. 3. aquam.

Quod in ſabbato ſancto ante chriſmatis immiſſionem propter aſperſionem debet accipi, de conſecra. diſt. 4. in ſabbato ſancto.

Quod eius, qui huius vſtute aſpergitur, venialia delentur, & inſidiæ diaboli cum phantaſmatibus fugantur, de conſecr. diſt. 3. aquam.

quod huius inſtitutionis efficacia in veteri lege eſt multipliciter præfigurata, de conſerat. diſtin. 4. nec quemquam.

ARBITER. Quod arbitri ſunt qui conſenſu litigantium in iudices eliguntur, vt ipſorum ſententiæ ſtent. 2. qu. 6. à iudicibus, §. quod de arbitris, 11. q. 3. ſi clericus.

quod non licet ab ipſis appellare, 2. q. 6. à iudicibus, verſ. arbitrarij, & c. placuit. 2.

quod nullus poteſt eſſe arbiter in ea cauſa in qua eſt iudex. 3. qu. 7. infamis, ante fin. §. ſi quis vero.

quod ſeruus arbiter eſſe non poteſt. 3. q. 7. infamis, in ſi.

quod infamis in arbitrio nō excluditur; nec etiam filius in re patris, 3. q. 7. infamis, circa fin.

quod arbitrij liberi nos condidit Deus, vt nec ad virtutes, nec ad vitia neceſſitate trahamur, de pœn. diſtin. 2. vt cognouerunt. §. liberi, circa finem.

ARCHIDIACONVS. Quod archidiaconus nemo debet eſſe niſi ſit diaconus, 60. diſt. nullus epiſcopus. duobus c. ſeq.

quod debet tali conferri cui ętas debita cum prudentia, & vitę merita ſuffragantur, diſtin. 60. innouamus, diſt. 93. degimus, poſt med.

quod archidiaconus eſt coadiutor epiſcopi in ordinatione clericorum, 23. diſtinct. ſubdiaconus, & cap. ſeq.

quod archidiaconi intereſt miniſtros eccleſiæ, & parochianorum, vt officia ſua diligenter expleant commonere, 25. diſt. perlectis, §. hi ſunt.

quod ipſius eſt de archipresbytero prouidere, 63. diſt. ſi in plebibus.

quod non debet ab archipresbyteris vel presbyteris pecunias, vel alias extorquere. 94. diſt. dictum.

quod non debet prębendas, vel eccleſias

cleſias cum cura animarum ſine conſenſu epiſcopi cõferre. 16. qu. 7. nullus omnino.

ARCHIEPISCOPVS. Quod archiepiſcopus Græce, ſemmus epiſcoporum dicitur Latine, 21. diſtin. cleros.

quod archiepiſcopus ante pallij receptionem, nec ſe debet vocare archiepiſcopum, nec ea quæ ſunt pontificalis dignitatis debet exercere. 100. diſt. quoniam quidam.

Quod vltra tres menſes conſecratio nis ſuæ nõ debet differre pro pallio laborare, 100. diſt. quoniam. quidam.

Quod accipiens pallium, primo fidem catholicam debet profiteri, & iurare ſtatuta ſedis apoſtolicæ, & conciliorum principalium cuſtodire. 100. diſt. quoniam.

Quod non poteſt vti pallio niſi intra ſuam prouinciam, & hoc tantum in miſſarum ſolemnijs. diſt. 100. diſtin. pallium tibi, & e contra morem.

Quod archiepiſcopus debet primatibus obedire. 99. diſtin. c. i.

Quod epiſcopi vocati ſunt in partem ſolicitudinis archiepiſcopi. 9. quæſt. 3. ca. i. & c. ſeq.

Quod archiepiſcopi intereſt epiſcopum confirmare & conſecrare. 64. diſtinct. epiſcopi, ca. extra. 15. diſtin. non debet.

quod ipſius eſt cogere omnes ſub eo dicœceſes, vt in officio diuino decantando à metropolitana eccleſia non diſcrepent. 22. diſtinct. de his qui.

quod epiſcopi prouinciales debent intereſſe electioni & cõfirmationi archiepiſcopi. 63. diſt. metropolitano. 66. diſtinc. archiepiſcopus.

quod archiepiſcopus nõ niſi in ſua ciuitate debet à prouincialib. epiſcopis ibidem conuenientibus conſecrari. 51. diſtinct. qui in aliquo, in fine.

quod exceſſus ſuffraganeorum ſuorum poteſt punire. 12. diſtinct. de his qui. 10. quæſtio. 3. quia.

quod omni anno ſemel prouincialem ſynodum tenetur facere: ſed ibi de ſuffraganeorum rebus nil debet extorquere. 18. diſt. quoniã.

quod ipſius eſt cauſas dubias ſuffraganeorum diffinire, alioquin debet eos ſedi apoſtolicæ tranſmittere. 18. diſtin. de concilijs. 6. q. 4. ſi inter epiſcopos.

quod archiepiſcopus non debet iudicare cauſas eorum qui ſubſunt epiſcopis, niſi per cõſultationem vel per appellationem ad ipſum fuerint deuolutæ. 17. diſt. multis. 6. quæſt. 3. ſcitote. 3. quæſt. 6. per peregrina. 6. quæſt. 2. conqueſtus.

quod archiepiſcopus pôt abſoluere quem ſuus ſuffraganeus excõicauit ordine non ſeruato. 11. q. 3. ſi epiſcopus forte. 2. quæſt. 1. nemo.

quod de his quæ ſunt vtrique cõia, archiepiſ ſine conſenſu epi nõ debet ſe intromittere. 9. quæſt. 3. c. i.

Item nec de his, quæ ſunt ſpecialia epiſcopi, ſicut beneficia conferre, deponere, & excõmunicare, & huiuſmodi niſi ad ipſum fuerit appellatum. 9. q. 2. nullus primas. 6. q. 3. ſcitote. 9. q. 3. conqueſtus.

quod ſi negligẽs eſſet ſuffraganeus: præmiſſa trina admonitione archiepiſcopus poteſt ſe de aliquibus intromittere. 9. quæſt. 3. cum ſimus, & c. per principalem.

quod archiepiſcopus ſuam prouinciam diuidere nõ poteſt, nec poſſunt eſſe duo archiepiſcopi in vna prouincia. 101. diſt. peruenit.

quod ſolus Papa ſuffraganeum à iuriſdictione ipſius eximit. 16. q. 1. frater noſter.

ARMA. quod arma victoriæ antiquorum patrum, ſunt nobis in exemplum ſpiritualiũ bellorum, & victoriarum. 23. q. 1. niſi bella.

quod Apoſtoli ideo tradiderunt in eccleſia legi Iudæorum hiſtorias, vt per eas ad arma ſpiritualia informemur. 23. quæſt. 1. niſi bella.

quod contra aima perſecutorum clericus debet ſe munire armis orationum & lachrymarum. 23. quæſtio. 8. non pila quærant & c. conuenior. ante med. d. 36. ca. vlt.

quod Chriſtus in Ægyptum ab Herode fugiens, & lapidibus Iudæorum cedens docuit non arma armis, ſed fugã perſequentibus opponi. 23. quæſtio. 3. cap. 1. §. 1. per totum.

quod ideo dictum eſt Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, vt clerici & prælati armis bellorum non vtantur. 23. qu. 8. ca. a Iudæis. & tribus cap. ſeq.

quod eccleſia cum à paganis impugnatur, non corporalia arma, ſed Chriſtum patienter expectat. 10. quæſtio. 3. porro.

quod laicis eccleſiam, patriam. & ſocios defenſando, licet arma ſumere. 23. quæſt. 3. per totum.

quod prælatis & clericis licet laicos hortari contra inimicos fidei, & contra oppreſſores. 23. quæſtio. 8. igitur, & cap. ſeq.

ARGVMENTATIO. Quod argumẽtatio quandoque fit de minori ad maius. 38. diſtin. ſi in laicis.

Item à maiori ad minus. 32. qu. 5. ſi Paulus.

Item à toto ad partem. 13. q. pœnale. circa princ.

Item à parte ad totum. 32. quæſt. 4. meretrices.

Item a nominis interpretatione. 16. quæſt. 1. placuit.

Exemplum ibidem in interpretatione monachi.

Item ab auctoritate. 32. q. 1. dixit.

Item à ſimili. 2. quæſt. 6. qui ſe ſcit. 2. quæſt. 1. multi, in fi.

Item ab oppoſitis vel contrarijs. 8. quæſt. 1. ſciendum.

ARROGANTIA. Quod arrogantes dicuntur qui garrulitatem auctoritatem putantes, humiliter neſciunt inferre quod docẽt. 46. diſt. c. 1. & ſeq. 49. diſtin. hinc etenim, circa. med.

Quod nihil eſt impudentius arrogantia ruſticorum. 46. diſtin. ca. 1.

ARS. Quod ars liberalium artium debet diligenter doceri, quia per eam manifeſtantur diuina mandata. 37. diſtin. de quibuſdam.

ASPERITAS. Quod aſperitas immoderata correctionem non inducit, nec ſalutem. 45. diſtinct. cum beatus. & cap. recedite, & cap. qui ſyncera. 23. quæſt. 1. paratus, poſt medium.

quod neque multa aſperitate exulcerãdi ſunt ſubditi, neque nimia benignitate diſſoluendi. 45. diſt. diſciplina.

De hac materia habes vbi agitur de correctione, & auſteritate.

AVARITIA. Quod auaritia, quę inſtitutt meum, & tuum. eſt iuri naturali contraria, quod dictat omnia communia. 8. diſt. differt. 47. diſtin. ſicut. 12. quæſtio, 1. dilectiſſimis, & c. duo.

quod ipſa in terrenis rebus ad ſuſferendum aduerſa fortes facit, in cęleſtibus debiles. 47. diſtinctio. omnes.

quod excœcat rationem, & gratius intuetur aurum quàm ſolem. 48. diſtin. ſicut, & 37. diſtin. nonne.

quod auaritia dicitur idololatria, vel fornicatio. 28. q. 1. idololatria. 1. q. 1. cum omnis.

quod auaritia facit adulari regib. ut hæreditates captent alienas. 37. diſtin. nonne.

quod hæreticus inſcius auaro ſcienti cœquatur. 6. quæſtio. 1. quæro.

quod clericis, & maximè prælatis inhibetur. 33. diſtinc. his igitur. 1. quæſtio. 1. cum omnis. 8. quæſt. 1. ſunt in eccleſia. 10. quæſt. 1. relata. 12. q. 2. gloria.

quod clericus aliena rapere conuincitur, qui ſibi vltra neceſſaria retinere probatur. 42. diſt. c. 1. & 47. diſtinct. ſicut hi.

quod pœna auarorum innuitur. 14. quæſtio. 4. miniſtri. 16. q. 1. reuertimini, poſt medium. & cap. ſeq. circa finem.

AVDACIA. Quod audacia humana per leges coerceatur inſtitutas. 4. diſtin. factæ ſunt.

AVCTORITAS. Quod auctoritas regalis, & ſacerdotalis tenetur defendere res eccleſiæ. 23. qu. 5. res autem omnes.

quod auctoritate ſacra pontificum regitur iſte mundus. 57. diſt. duo ſunt.

quod plenam auctoritatem habent rectores ſedis apoſtolicæ. 21. diſt. conſequens, & c. ſeq.

quod longauæ conſuetudinis non vilis auctoritas eſt, dummodo canonibus non ſit contraria. 11. diſt. conſuetudinis.

quod auctoritati legis cedere debet vſus ſiue conſuetudo praua, maxime

xime ſedis apoſtolicæ. 11.diſt.c.1. & cap.ſeq.

AVGVRIVM. Quod augurium quod fit in conſideratione aurium ad ſcientiam futurorum, eſt ex traditione malorum angelorum. 26. q.11.qui ſine.

Quod hanc artẽ exercere vanitas eſt & ſuperſtitio.26.q.11.ſed & illud.

Quod idololatriæ cultus eſt augurij ſuperſtitionibus implicari 26.q.2. ſed & illud.

Quod augurijs deſeruiens eſt ab eccleſia ſeparãdus. 26.q.5. augurijs.

AVSTERITAS. Quod auſteritas indiſcreta in vigilijs, & orationibus reprehenditur. de conſec.d.5.non mediocriter.

Quod melius eſt per manſuetudinẽ peccatores ab errore, quàm per auſteritatem in foueam perditionis propellere 45.d.recedite.

Quod cum auſteritate imperant qui ſubd.tos ſuos non cum tranquillitate corrigere, ſed aſpere reſtituere feſtinant.45.diſt.cap.vera iuſtitia.

Quod quia Deus benignus eſt, diſpẽſator eius auſterus eſſe non debet. 26.q.7.alligant.

AVRVM. Quod aurum habet eccleſia, ut egentium neceſſitati, & ſibi captiuorum redemptionibus deſeruiat.14. quæſt.11. per totum cap.

Quod ſicut auri fulgor prævalet metallo plumbi, ſic pontificalis dignitas prævalet regum diademati 96. d.duo.in fi.

Quod ideo Chriſtus ſine auro apoſtolos ad prædicandum miſit, ut ipſis ſubtraheret cauſam litis. 12. q.3.ita.

Quod cum epiſcopatus auro emitur, anima perditur. 1. q. 1. cum ordinaretur.

Quod gratius intuetur cupidus aurũ quam ſolem 47.d. ſicut.

Quod auro cito violetur iuſtitia.12. q.2.

AVXILIVM. Quod auxilium eccleſia contra hoſtes non propter victionem, ſed propter defenſionem poteſt petere a principe. 23. q. 3. Maximianus.

Quod vt eccleſia pacem adipiſcatur ut aliquis utilitati multorum ſeruetur, ſicut Paulus Apoſtolus fecit vtile eſt petere auxilium.23.q. 3.ſed differentiæ, poſt medium.

Quod epiſcopi tenentur mutuo ſibi præbere auxilium pro pace terrarum facienda 90. d. præcipimus, & c.ſeq.

Quod infirmante epiſcopo ipſi vicini in his quæ ſpectant ad officiũ Pontificale, auxilium debent ferre 7. q.1.pontifices.c.3.& c.quamuis.

Quod ſacerdos qui fuerit de collegio, ſi in aduerſitate ſuæ eccleſiæ ab auxilio ſe ſubtraxerit, magis ſchiſmaticus quam ſacerdos iudicabitur.3.q.1.nulli.

Quod in præſenti vita cõſiliorum, & orationum mutua auxilia poſſunt fieri.13.q. 11. in præſenti de pœ.d.6.§.1.ante med. de conſe. d. 4.quæris.

Quod oppreſſis non ferentes auxilia cum poſſint peccant,23.q.3.olten dit.& c.non in inferenda.

Quod in damnum alterius nulli auxilium eſt dandum.14. q. 5. denique.

Quod malefactoribus auxilia non ſunt ferenda.14.q.per totum.

De hac materia require in titulo de ad interio.

ASTROLOGIA. Quod aſtrologia, quia nihil confert ad ſalutem, ſed potius mittit in errorem. a quolibet fideli eſt poſtponenda.37. d.legimus.§.ſed contra.26.q.11. illud quod. circa fi.

BABYLON. Quod Babylonis filia anima eſſe dicitur, quæ propter lubricas cogitationes filia Dei eſſe deſinit. de pœn. d.3. in ſalicibus.

Quod amiſſio gloriæ virginalis deſignatur ignominioſa deſtructione Babylonis. 32.q. 5. ſi Paulus, poſt medium.

Quod ignis qui per ſeptuaginta annos Babylonicæ captiuitatis vixerat latone vendente ſacerdotium, in deteſtationem ſimoniæ extinctus fuit 11. quæſt. 1. ſicut eunuchus.

BALAAM. Quod Balaam qui pro mercede iniquitatis ab aſina corripitur, ponitur in exemplum quod prælatus propter culpam a ſubiecto, & doctus ab indocto poteſt argui. 11. quæſtio.7. ſecuti, & cap.nos ſi incompetenter, & cap. Paulus 2.

BALNEARE. Quod balneate ſe, per ſectis, & religioſis licet. 24. q. 1. omnis.

Quod in die dominico balneũ conceditur, dummodo nõ fiat per voluptatem, ſed pro neceſſitate. de conſec.d.3.peruenit.

BALSAMVS. Quod balſamus a clericis ſicut chriſma, vel baptiſmus non debet vendi. 1. quæſtio. prima, dictum eſt ſolere, & cap. quibuſdam.

Quod epiſcopi de facultatibus eccleſiæ balſamum tenentur comparare. 1.q.1.ſtatuimus.1.

Quod epiſcopus qui balſamum benedictum vendit, ſimoniam committit, & damnationem perpetuã incurrit. 1.q.1.placuit, ut nullus epiſcoporum.

BAPTISMVS. Quod baptiſmus triplex, ſcilicet ſalutaris ſpecificatur, uidelicet fluminis, flaminis, & ſanguinis. de conſecrat. diſtinct.4.baptiſmi. & cap.catechumenum.

Quod tunc prodeſt ſanguinis, & flaminis, cum baptiſmum fluminis non contemptus religionis, & articulus neceſſitatis excludit de conſe.d.4.baptiſmi vicem.§. quanto itaque.

Quod latro baptiſmo flaminis, & ſãguinis baptizatus eſt quãdo Chriſtum in cruce confeſſus eſt.de pœ. diſt.7. nullus expectet. circa prin. §. vlt.

Quod baptiſmus fluminis ſumpſit ſimpliciter virturem ex paſſione Chriſti.de conſec.d.4 proprie.

Quod Pharao in aqua ſubmerſus deſignat quod diabolus omnes vires amittit in aqua baptiſmatis. de conſe.d.4.nec quam quam,ante fi.

Quod baptiſmi eſt multiplex prærogatiua videlicet quia poteſt ſuſcipi ſine alijs ſacramentis, ſed non alia ſine eo.1.q.1.ſi quis per ignorantiam.

Item quia poteſt dari a quocunque quod non alia.32.d.ca. præter, §. uerum & §.porro per totum.

Item quia eſt fundamentum, & ianua aliorum ſacramentorum. de conſe d.4.cum itaque. in fi.

Item quia ſine eo ſalus non habetur. de conſe.d.4.firmiſſime.

Item quia per ipſum originale, mortale, & veniale peccatum remittitur, non ſic per alia. de conſecra. diſt.4.regenerante, & c.ſine pœnitentia.

Item carens eo non poteſt quis contrahere cũ chriſtiana 28.q.1.caue.

Quod ſine inuocatione trinitatis nõ eſt baptiſmus de conſecr. d.4. ſi re uera, & c.in ſynodo.

Quod uerus eſt baptiſmus, licet per imperitiam uerba ſubſtãtialia corrupte proferantur. de conſec. d. 4. retulerunt.

Quod accedit verbum ad elementũ & fit baptiſmi ſacramentum. 1. q. 1.detrahe.

Quod non merita miniſtrorum, ſed uirtus Chriſti in baptiſmo operatur. de conſe d.4.baptiſmus.

Quod character baptiſmi non perditur per peccatum. 1.q.1.& quidam ante medium.32.q.7. licite.

Quod baptiſmus paruulis valet ad ſalutem, etiam ſi non recta intentione offerantur de conſe. d. 4. nõ illud.

Quod in baptiſmo ſpiritualiter renaſcitur homo, & membrum Chriſti efficitur. de conſe.diſtin. 2.quia paſſus. circa fi. & de conſe. d. 4. ad hoc.

Quod nullus põt ſalvus fieri, ſi contemnit baptizari. 15.q. 1. firmiſſime.

Quod in hoc quod Chriſtus mundus a peccato baptizari voluit, exemplũ baptizandi nobis in peccato natis dedit. de conſecra. diſt. 4. ſi baptizata eſt & c. non regenerabuntur.

Quod apoſtoli fuerunt baptizati tẽpore Chriſti. de conſe. d. 4. quando, & c.ſeq.

Quod verus baptiſmus non tantum cõſtat in ablutione corporis, quã-

tum in fide cordis, & baptiſmus delet non ſolum originale, ſed et actuale peccatorum, de conſecr.d. 4.regenerante.

Quod excepta neceſſitate baptiſmus a ſacerdotibus debet dari 93. d.diu cons.de conſec.d.4.conſtat.

Quod baptizandos catechizandi, & exorcizandi debet præuenire officium.de conſec. d.4. ſiue paruuli. vſque ad c.venit ſacerdos.

Quod expoſitio ſignorum, ſufflationum,& vnctionum,& quorumlibet aliorum quæ in exorciſmo, & catheciſmo geritur, ponitur. de conſe.d.4.poſtea, vſq; ad c.venit, & c.1.

Quod interrogatio articulorum fidei debet præcedere baptiſmum, de conſec.d.4.prima in fine.

Quod baptizãdus adultis indicatur pœnitentia interior, & non exterior.de conſe.d.4. omnis. & duobus cap. ſeq. & cap. fine pœnitentia.ibi.

Quod excepta neceſſitate, generalis baptiſmus non debet fieri niſi ſtatutis temporibus.ſ. in Paſcha, & Pentec.de conſe.d.4. non ratione vſque ad c.conſtat.

Quod in primitiua eccleſia non licebat niſi prædictis temporibus baptizare: modo in neceſſitate licet omni tempore, & in omni aqua,de conſecr. diſt.3. celebritatem.

Quod antiquitus baptizandus dabat votum ſuum in ſcriptis. 2.q.1. legum.

Quod paruuli ſi ante baptiſmum decedunt, propter originale peccatũ damnantur. de conſecr. diſt.4. firmiſſime.

Quod ordinatus antequam baptizatus nihil accipit, 1.q.1. ſi quis per ignorantiam.

Quod baptiſmus non tollit irregularitatẽ bigamiæ.34.diſt. ſi quis viduam.

Quod ſacerdos vadens ad baptiſmũ ſemper chriſma debet portare ſecum.de conſecr.d.4. nullus miniſtrorum.

Quod adulti fidem ſuã ante baptiſmum debent profiteri. de conſec. d.4.prima.

Quod paruulis prodeſt fides offerentium,de conſec.d.4. illud perſeuerari,& c.hi,qui apud.

Quod perfidia parentum non obeſt baptizandis ſicut fides prodeſt, de conſec.d.4.quæris a me.

Quod monachi in ſuis monaſterijs baptiſteria habere prohibentur, 18.q.2.pridem.

Quod non licet monacho baptizare, vel pueros de baptiſmo ſuſcipere. 36.q 1.placuit communi, & ca.ex auctoritate.

Quod non licet abbati, uel monacho de baptiſmate alios ſuſcipere nec commatres habere, de conſec.d.4. non licet,& c.ſeq.

Quod in neceſſitate licite recipitur baptiſmus a quocunque, 24.q.1.ſi quem.32.q.4.iſte & c.ſeq. de conſec.d.4.conſtat.

Quod etiam ſi in neceſſitate a patre conferatur carnali,non ideo patet in matrimonio ſuo impeditur 30. q.1.ad limina.

Quod a Pagano uel Iudæo ſi in forma eccleſiæ datur,uerus eſt baptiſmus.de conſe.d.4.Romanus.

Quod a ſchiſmatico hæretico ſi in forma eccleſiæ datur,ſimiliter recipitur.1.quæſt.1. dictum eſt a domino,§.quod uero.cum duobus c. ſeq.

Quod a quocunque malo, & peruerſo homine, dummodo non peruerſe detur,recipitur.19. d. ſecundum.de conſe.d.4.ſi inter,& duobus c.ſeq.

Quod quandoque baptizatur quis in fide aliena, cum ſ. fidelis adultus baptizat infantem,de conſecr. d.4.conſtat.

Quod baptizatur quis in fide tantũ accipientis,ut cum adultus contritus recipit ab infideli. 1. q. 7. qui in qualibet.

Quod baptizatur quis in fide tantũ patrinorum cum paruulus fidelium præſentatur hæretico baptizandus.1.q.4.placuit.

Quod qui ab hæreticis ſcienter baptizantur, quia tunc nihil gratiæ receperunt, per impoſitionem manus ſunt eccleſiæ reconciliandi.ſ. q.1.quod quidam dicunt, de conſec.d 4.quamuis.

Quod baptiſmus ſimulatorie, uel ꝓ ſanitate temporali acceptus verus eſt,nec reiteraretur, de conſe.d.4. ſolet etiam.& duob c.ſeq.

Quod talis baptiſmus nõ prodeſt ad ſalutem niſi ſimulatione ceſſante, de conſecr.diſt.4.tunc ualere incipit.

Quod Simoni mago qui ſimulatorie baptizatus fuit, & poſt non penituit,baptiſmus non profuit. 27. d. quod interrogaſti.

Quod baptizans, & de baptiſmo ſuſcipiens dicitur pater ſpiritualis, 30.q.1.ad limina.§.filia.

Quod baptizandus poteſt ter vel ſemel immergi ſecundum diuerſas conſuetudines terrarum. de conſe. d.4.de trina.& 5.d.c.ſeq.& c.propter vitandum.

Quod totum corpus eſt in baptiſmo immergendum,de conſec.d.4.prima igitur.

Quod baptizata mulier prægnante fœtus in ea non baptizatur,de cõ ſec d.4. ſi ad matris, & duobus c. ſeq.& c.ſi baptizata.

Quod in dubio quilibet baptizari debet.de conſec.d.4.paruulos.

Quod non baptizatus baptizandum non poteſt de fonte ſuſcipere, de conſe.d.4.in baptiſmate.

Quod baptizatum non debent plures accipere quam vnus. de conſe. diſt.4.non plures,& c.in catechiſmo.

Quod non decens eſt, licet non ſit prohibitum coniuges ſimul alterius puerum de baptiſmo leuare. 30.q.4 quod autem.

Quod vno coniugum ſuſcipiẽte puerum alterius in baptiſmo, vterque feciſſe iudicatur, & vterque compater efficitur, 30.q.4. ſciſcitatur. & c.ſi quis.

Quod an valeat reddere debitũ mulier, quæ proprium filium leuauit de baptiſmo,vide 30. q.1. per totum.

Quod in baptizatis manet concupiſcentia licet attenuata. de conſec. d.4.per baptiſmum.

Quod paruuli adulti facti tenentur ad fidem quam pro ipſis offerentes ſpoſponderunt. de conſec. d.4. paruuli.

Quod hi qui pro baptizandis in baptiſmo ſpoſponderunt, tenentur omnes ſymbolum, & orationem dominicam, & alia bona informare,de conſe.diſtin.4. uos ante omnia.

Quod adultus in infirmitate baptizans, quia ex neceſſitate videtur feciſſe,non debet ordinari.57.d.ſi quis in ægritudine.

Quod qui ſcienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & per multam pœnitentiam reformantur.de conſec. d.4.eos quos.

Quod catholicum rebaptizare ſcienter,manifeſtiſſimum ſcelus eſt,de conſec.d.4. rebaptizare.

Quod præciſi fuerint aliter apoſtatantes in fide,non ſunt rebaptizandi ne fiat iniuria characteri imperatoris,23.q.7.quemadmodum mẽbrum.

Quod rebaptizatus irregularis efficitur,& punitur,de conſecr.d.4. qui bis.& c.ſeq.

Quod rebaptizatus etiam ignoranter non debet promoueri. 51.diſt. qui in aliquo. 50.d. confirmandũ eſt.in fi.

BEATITVDO. Quod beatitudo paradiſi cæleſtis a nemine extra eccleſiam poſito percipitur,de conſecratio.diſtinct.4.eccleſia paradiſo.

Quod beatitudo eſt reuelatio gloriæ magni Dei. & Saluatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, de conſec.d.5. ieiunium.

Quod beatitudo æterna ſolummodo membris Chriſti paratur,de pœn. d.1.omnis qui non diligit.

BELLVM. Quod bellum in hac vita duplex exerceatur, ſcilicet carnale,& ſpirituale.23.quæſt.1.niſi bella.

Quod a perfectis bella carnalia non ſunt peragenda, ſed animæ certamina contra ſpirituales aduerſarios diſſuadẽda 23.q.1. niſi bella.

Quod mitius eſt agendum cum eo, qui commiſſum facinus fatetur cõfeſſione eſt confeſſus diſt.15.presbyterum. 12 q.1.nõ dicatis 19.q.8. ſi quis, 56.diſ. qa 82. di.presbyter.

Quod confeſſio per pœnam extorta non præiudicat 15.q.4.ſi quandoque a ſacerdotibus.

Quod manifeſtum eſt cõfiteri de crimine eum qui per contumaciam non comparet. 3.q 9. decernimus.

Quod qui ſocius eſt criminis, eius cõfeſſio contra ſocium niſi in certis caſibus non admittitur. 24. quæſt. 3. §. vlt.

Quod quandocumque bonum agimus Deum confitemur 11.q.3. exiſtimant. in fi.

Quod qui verbo, & opere Chriſtum cõfitetur, ipſius teſtis effici tur. 11. q. 1. exiſtimant, in fi.

Quod quanta vita eſt confiteri Chriſtum, tãta mors eſt negare. 11.q.3. non ſolum.

Quod latro tunc baptizatus eſt quando Chriſtum in Cruce confeſſus eſt. de pœn.diſt.4. § vltimo.

CONFIRMATIO. Quod confirmatio ſacramentalis omnibus fidelibus eſt neceſſaria de conſ.di.5.c.1.

Quod in hoc Sacramẽto Spiritus Sancti augumentatur gratia, ut confitememur ad pugnandum, de conſecrat.diſt.5. Spiritus Sanctus, & cognouiſſime.

Quod ideo confirmatio in fronte imponitur, vt ab accipiente fides Chriſti ſine erubeſcentia prædicetur, de conſecrat.diſtinct.5.nouiſſime.

Quod ſacramentum excedit alia in veneratione, quia a maiori miniſtro ſcilicet ab epiſcopo tantum datur, de conſecr.diſt.5. de his uero, & c.ſeq. 48.diſtin. quamuis. & 95. diſt. presbyteros.

Quod excepta neceſſitate hoc ſacramentum epiſcopi ieiuni debẽt dare, & ieiuni, & confeſſi, ſi ſunt adulti, debent accipere. de conſecr. diſt.5.ut ieiuni. & c.ſeq.

Quod unctio confirmationis debet fieri per ſignum Crucis, de conſec. diſt.5.numquid.

Quod confirmatio non eſt iteranda ſicut nec baptiſmus, & iterans grauiter punitur, de conſec.diſt.5. dictum, & c.ſeq.

Quod confirmatio inducit compaternitatem, quẽadmodum & baptiſmus. 30.q.4.ſi quis ex uno.

Quod confirmatum non plures ſuſcipere debent niſi unus, ſicut nec baptizatum, de conſec.diſt.4.non plures.

Quod in neceſſitate idem poteſt eſſe compater in confirmatione, & baptiſmo, aliter non. de conſec.diſ.4. in cateriſmo.

Quod qui non eſt baptizatus non poteſt ſuſcipere confirmatum. de cõſec.diſt.4.in baptiſmate.

Quod qui in cõfirmatione filiaſtros ignoranter tenent, a matrimonio ſeparantur. 30 q.1.de his.

CONFIRMATIO Quod conformare ſe debet quiſque illis iteꝝ quos vidit, in his, quę nec contra fidem ſunt, nec contra bonos mores. 12. diſt. cuilla autem.

Quod qui ſtrictius rebus utitur quã ſe habent mores eorum cum quibus uiuit, ſuperſtitioſus eſt. 41. diquiſquis.

Quod non intereſt quid alimentorũ ſumat quis, dummodo conueniat cum his cum quibus ſibi uiuendũ eſt 41.diſt.quod dicit.

Quod in cantando, & legendo ſubditæ diœceſes debent ſe metropolitanæ eccleſiæ conformare. 12. diſt. de his.

CONIVGIVM. De hoc require in tractatu de matrimonio. &c.

CONIVRATIO. Quod coniuratio dicitur quando clerici, uel monachi rebelles auctoritate interdicentis ſe in unum coniuratione intercedente collegerint, aut iuramenta inter ſe dederint 11. q.1. ſi qui clericorum.

Quod coniuratio, & conſpiratio pro vno

Vtò eodemque crimine accipiuntur.11.q.1.coniurationum.

Quod in prædicto crimine inuenti, in nulla accusatione sunt recipiendi.3.q.4. conspiratores.

Quod clerici contra episcopum, vel monachi contra abbatem in prædicto crimine inuenti, à proprio gradu cadunt.11. q.1. coniurationum,& tribus.c.seq.

Quod non solum de hoc crimine conuicti, sed etiam consentientes infames efficiuntur. 11. q. 1. conspirationum ibidē,&c. statuimus.

CONSANGVINITAS. Quod consanguinitas antiquos patres in coniugio propter propagationem non impediebat, sicut impedit modo. 35. quæstio. 1. per totum.

Quod olim consanguinitatis gradus vsque ad septimam generationem computabatur. 35.q.3. de affinitate,&c.nullum.&c. progeniem vsque ad finem quæstionis.

Quod ideo consanguinitas per septē gradus computatur, quia mundi generatio, & hominis status tot ætatibus finitur. 30 q.4.c.1.

De computatione graduum consanguinitatis.35.quæst.5. per totum.

Quod æqualiter computatur consanguinitas descendēs in posteros ex parte mulieris, sicut ex parte viri. 32.q.3.de propinquis,&c.seq.&c. æqualiter cum c seq.

Quod consanguineam cognoscens dicitur incestuosus, & est talis ab omnibus detestandus 35. q.1.de incestis,&c.seq.

Quod infames sunt, & ab hæreditate repelluntur, qui cōsanguineas ducunt in vxores 35. q.2. coniunctiores.

Quæ personæ admitti debeant ad accusandum vel ad testificandum consanguinitatem inter coniunctos.35.q.6.per totum.

De hac materia habes vbi agitur de matrimonio.

CONSCIENTIA. Quod conscientia sola si accusat, liber sine accusatione esse non potest. 11.q. 3.in cunctis.

Quod dum conscientia in occulis domini non accusat, sentiant homines quidquid libet.11.q.3.senti.

Quod quem de libro vitæ non delet iniqua conscientia, nec delere potest humana ignorantia. 11. qō. 3. quid obest.

Quod qui confidens de conscientia sua famam suam negligit, crudelis est,xii.quęst.1.nolo.xi.quęst.3. non sunt.

Quod conscientia nobis est necessaria,fama proximo.xii.q.1.nolo.

Quod quando Deus iudex erit, alius testis quam conscientia nostra nō erit.xi.q.3.custodi.

Quod tunc gloria nostra est testimonium conscientiæ nostræ, quando de quo homines nos vituperant, nostra conscientia liberos nos demonstrat.xi.q.3.Iter verba.

Quod in præceptis, & prohibitionibus quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam 28.q. 1.omnes.§.ex his.

CONSECRATIO. Quod consecratio ecclesiæ non debet fieri ni si cum missæ celebratione. de consec.dist.1.c.1.&c.de fabrica.

Quod altari maiori in quo sunt reliquiæ, non violata ecclesia etiam à fundamentis reparata sine missa, consecrari potest,alias non,de consec.distin.prima de fabrica.

Quod sine reliquiis sanctorum ecclesiæ uel altaria non sunt consecranda.de consecr. dist.prima de fabrica,&c. placuit.

Quod funera mortuorum maxime infidelium ante consecrationem ecclesiæ de ecclesia sunt reijcienda.de consec.distinct.prima,ecclesiam in qua.

Quod quādiu paganus vel infidelis iacet in ecclesia,non est consecranda de consec. dist.prima.ecclesia.

Quod dotari dēt ecclesia antequam consecretur.16.q.7.piæ,& c.si plures.de cons.dist. prima, nemo.

Quod ecclesiam, quam patronus nō pro deuotione,sed pro quęstu construxerit,episcopus non debet consecrare, nisi omni contradictione contraria exclusa. de consecr. dist. prima,si quis basilicam. 16.quæst. 7.piæ,& duobus cap.seq.10.q.prima, si quidam.

Quod ecclesia quocunque casu læsa manentibus parietibus consecratis non debet reconsecrari. de consec.dist.prima si mortuum. &c.seq.

Quod si igne fuerit consumpta, est reconsecranda. de consec.dist. prima,ecclesias.

Item si parietes à fundamento fuerint reparati.de consec.distin.prima de fabrica.

Quod si ecclesia homicidio vel fornicatione,polluta fuerit, aqua benedicta sale respersa reconciliabitur.de consec.dist.1.si motum.

Quod ubi nec scriptura nec testes inueniuntur, propter dubium ecclesia est consecranda de consec. dist. prima,solennitas prima.

Quod signa ecclesiæ consecrate ad vsum religiosorum non laicorum debent admitti.de consecra.distin. prima,lingua.

Quod consecrationes ecclesię vel episcopi maxime per annos singulos sunt faciendæ.de consec.d.prima, solennitatis.1.& 2.

Quod consecrare dicitur simul sacrare.24.q.prima,pudenda.

Quod ille archiepiscopus uel episcopus consecratus non dicitur, sed execratus,quem simul sacrare coniunctis membris non agnoscit ecclesia.24.q.prima, pudenda.

Quod cōsecrationi archiepiscopi omnes comprouinciales episcopi debent interesse.66.dist. archiepa.

Quod electus in archiepm vel epm intra tres menses debet consecrari.ico.dist.quōniam quidam.

Quod electus in archiepiscopum (etiam si episcopus) ante receptionem pallij.non potest alios consecrare 100.dist.§.

Quod qui est consecratus ab illo qui non habuit ius consecrandi, iterū est consecrandus. 68.dist.sicut, & cap.seq.

Quod in epm non cōsecratur, in cuius domum hospitalitatis causa amicus nunquam intrauit.85.dist. archidiaconum Floreminum.

Quod cum multa discussione in episcopum quis debet consecrari. 65. scopum quis debet consecrari. 65. dist.de persona,&c. seq.23.distin. Illud.

Quod episcopus ante cōsecrationem ad fidem catholicam tenendam,& ad plura alia se obligat. 23. distin. quamquam.

Quod episcopus cum assensu prouincialium episcoporum ad minus cum tribus episcopis die dominica ubi archiepiscopo placuerit debet consecrari.51.distinct.qui in aliquo.circa finem.75.distin.ordinationes.

Quod electus in episcopum si intra quinque menses negligit consecrari, archiepiscopus debet sibi de alio prouidere, 100.dist.quoniam quidam.

Quod ante 25. annos virgines non sunt consecrandæ 77.dist. placuit.

quod diaconissa nisi sit 40. annos. nō est consecranda.78. dist.nemo.

quod corrupta non est consecranda. 26 dis.acutius 20.q.1. deuotis.

quod non consecrantur nisi per episcopum.16.q.6.c.1.

quod debet consecrari in uestę professionis suæ, quam semper debet deferre.23.dist. sanctimonialis.

quod excepta necessitate infirmitatis virgines non sunt consecrandæ nisi in epiphania, & per hebdomadam paschæ,& in festis Apostolorum. 20.q.1.deuotis.

De hac materia habes vbi agitur de Veste.

CONSENSVS. Quod consensus est voluntati eius quem quis diligit obsecundare, & auertere se ab eo quem ipsi sentit aduersum. 93.dist.si inimicus.

quod consentire dicitur qui peccanti amabilem se præbet. 93. dist. si inimicus.in medio. 86. dist. odio.

De consensu malo habes 18.quæst.2. si quis. & 2.q.1. in primis.

quod communio malorum nō maculat, sed confessio factorum.xxv. quęstio.4.si quis à catholica.

quod secundum propheta immundum non tangit qui malorum est quibus habitat actibus non consensit 20.3.q.4.tolerandi sunt &c. ecce inquiunt.

quod non prodest illi suo errore nō pollati, qui consensum præstat erranti.83.dist.consentire,& c.quid enim prodest.

Quod error cui non reſiſtitur, approbatur. & negligere cum poſſis perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fauere 83. diſt. error 2. q.7. negligere 17.q.3.§.1.

quod qui peccantem non arguit ſed defendit, acrius quam ille qui peccauit, coercendus eſt. 11. quæſt.3. qui conſentit 24. qõ.3. qui negligunt.

quod epiſcopus qui crimimibus conſentit aliorum, ab officio eſt deponendus. 83. diſt. ſi quis epiſcopus, & c. ſeq.

quod facientem, & conſentientem par pœna cõſtringit 2.q.1. notum ſit. in fi.3. quæſt.4. conſanguineorum.

quod mala non ſunt quæ nec crimine mentè implicant, nec conſcientiam ligant 15.q.1 illa cauenda.

quod non eſt crimen quod infertur reluctanti, & non conſentienti 15. q.1 non eſt, & c. vltimo.

quod ſicut culpa non eſt concupiſcentia in corpore dormientis, multo magis eſt abſque culpa in corpore non conſentientis. 15. quæſt.1. ſi concupiſcentia.

quod pudicitia potius vult quælibet mala tolerare, quam malo conſentire. 32.q.5.ita.

quod in ordinatione archiepiſcopi conſenſus aliorum epiſcoporum comprouincialium ſi non ſunt pſentes, per literas eſt habendus. 64.diſt.epiſcopi.

quod infantes cum conſenſu parentum ad religionem debent ſuſcipi. 20.q.2.oportet.

quod parentes filiam duodecim annos habentem de monaſterio extrahere non poſſunt, ſi per annũ, & diem eam ibi eſſe conſenſerunt. 20.q.2.puella.

CONSILIVM. Quod conſilia euangelii non ſunt in præcepto, ſed in hominis arbitrio. 14. qõ.1. quiſquis. & c.ſeq.

quod conſilium eſt voluntatis. præceptum autem neceſſitatis. 14.q.1. §.quod præcipitur.

quod qui conſilio domini non utitur, minus boni adipiſcitur, 14.q. 1.quiſquis.

quod homines in dubiis requirere debent conſilia 16.q.2.uiſis. & 20. diſt.c.nit. 11.q.3.excellentiſſimus.

quod experti, grauetque moribus pro conſilio ſunt requirendi. 1. q. 1.eſtote.

quod malorum potius conſulendum eſt utilitati, quam voluntati. 23. q.1.paratus. poſt medium.

quod merito arguitur qui conſilia ſapientum, & recta ſuadentium non vult ſuſcipere. 84.diſt.c.

quod qui dat bonum conſilium, præſentis vitæ habet ſubſidium, & æternæ remunerationis conſequitur præmium. 12.q.2.bonæ.

quod propter malum conſilium conſiliarij puniſtur. 86.di. tanta in fi.

quod pro conſilio dato poteſt recipi temporal. remuneratio 11.quæſt. 3.non licet. 14. q.5. non ſane.

quod homicidæ dicuntur per quorũ conſilium homines extinguuntur de pœn.di.1.periculoſe. & c.noli.

quod archiepiſcopus in diœceſi ſuffraganei abſque eius conſilio nil agere debet. 11. q 3. fere per totũ.

CONSPIRATIO. Quod omnis conſpiratio (præcipue clericorum, & religioſorum) damnatur. 11 q 1.coniurationum.

quod conſpiratio notata eſt in coniuratione.

CONSTANTIA. Quod conſtantia ſeruanda eſt in iuramentis, & promiſſis. 22.q.4. innocens in fi.

quod omnibus in Chriſto uiuere uolentibus neceſſaria eſt conſtantia in perſecutionibus 7. quæſt. 1. ſuggeſtum.

quod tanta debet eſſe fidelium conſtantia, ut prius auferatur uita quàm fides. 23.q.8.conuenior ante finem.

quod vbi non prelatus, ſed fides quæritur, cõſtantia prelatis præcipitur. 7.q.1. aduerſitas ante med.

Quod qui ſuis meritis conſtans, & firmus eſt, non turbatur alienis. 24 quæſt. 1.non turbatur.

CONSTANTINVS. Quod Conſtantinus Imperator Chriſtianus factus publice dedit licentiam chriſtianos fieri, & eccleſias fabricari. 12.q.1.futuram.

Quod ipſe Conſtantinus eccleſiam beati Petri apoſtoli conſtruxit, & ſedem Imperialem ſucceſſoribus beati Petri reliquit. 12. q. 1. futuram. 96.diſt. Conſtantinus.

De reuerentia ipſius maxime ad clericos, & presbyteros. 96. diſtin. in ſcripturis. 12.q.1.futuram. 96. diſt. Conſtantinus. 11. q.1. continua. §. imperator conſtantinus, &c. ſacerdotibus.

Quod Palatium Lateranenſe, & Romanam vrbem omniumque Italiæ, & occidentalium regionum prouincias ſucceſſoribus B. Petri aſſignauit. 96. diſtin. Cõſtantinus.

Quod Beatus Gregorius oſtendit cum feliciter vitam terminaſſe, dicens piæ memoriæ, contra illos qui mendaciter aſſerunt ipſum rebaptizatum. 11.q.1.ſacerdotibus 12.q.2.futuram. vbi dicitur religioſiſſimus fuiſſe.

Quod dedit priuilegium, vt ſicut Romanus Imperator eſſet caput totius mundi, ſic & Romanus põtifex eſſet caput omnium eccleſiarum. 96 d. ſtin Conſtantinus.

CONSTITVTIO. Quod conſtitutio eſt quod Rex vel Imperator conſtituit 2. diſt. conſtitutio.

Quod conſtitutio debet eſſe honeſta temperi, & loco conueniens. 4. di. erit autem lex.

Quod conſtitutionis cauſa eſt humanam coercere audaciam, & nocendi facultatẽ refrenare. 4. di. §. i.

Quod tenenda eſt pro lege vbi ſacra ſcriptura non contradicit. c. 11. diſ. in his 10. diſt. lege.

quod illicita eſt, quæ eſt contra Apoſtolos, & Euãgelia, vel alias ſactas ſcripturas. 10. diſt. non licet.

quod triplex eſt origo conſtitutionum eccleſiaſticarum 11. diſt. eccleſiaſticarum.

quod conſtitutiones eccleſiæ, maxime Romanæ, ſunt ſeruandæ. 11. diſt. nolite, &c. hoc veſtræ 38. diſt. nulli.

quod earum trangreſſores puniuntur. 12. diſtin. præceptis. 55. diſtin. nullus. 6 quæſt. 1. infames.

quod conſtitutiones regum, & principum obſequi debent eccleſiaſticis inſtitutis 10. diſt. lege. &c. ſeq.

quod pro loci temporis & perſonarum qualitate mutatur conſtitutio. 50. diſtin. ut conſtitueretur. 61. diſt. §. his. 10. q 3. priſcis &c. ſeq. 21. diſt. catholica.

De hac materia habes vbi agitur de Statutis.

CONSVETVDO. Quod conſuetudo eſt ius moribus inſtitutum, quod lege deficiente pro lege ſuſcipitur. 1. diſt. conſuetudo.

quod longæua conſuetudo, quæ non eſt contraria canonibus, eſt ſeruanda. xi. diſtin. conſuetudinis. xi. diſt. ſcit ſancta Romana, & quinque. c. ſeq. 8. q 1 decreuimus.

quod conſuetudo peruerſa ex diuturnitate non leuigat crimen ſed auget 24. q. 1. ſchiſma.

quod binus actus conſuetudo dicitur 25. q. vlt. ita nos.

quod ratio & veritas conſuetudinem ſemper excludunt. 8. diſt. veritate, & duobus capi. ſeq. xi. diſt. capit. 1. & ſequen.

Quod quando conſuetudini veritas ſuffragatur nil ea firmius dẽt teneri. 8. diſtin. fruſtra. 12. diſtin. illuc. vſque ad. §. hoc autem.

Quod diuerſitas conſuetudinum pro loco, & tempore (dummodo non ſint veritati contrariæ) non eſt reprobanda. 12. diſt. ſcit ſancta, & canouit. &c. ſeq.

Quod conſuetudo illorum cum quibus conuerſamur, ſi nõ eſt peruerſa, obſeruanda eſt 12. diſt. illa.

Quod conſuetudo mala non minus quam pernicioſa corruptela eſt vitanda. 1. diſt. mala. 12. diſtin. omnia talia. 10. q 3. licet.

Quod conſuetudines Romanę eccleſię maxime ſunt ſeruandę. xi. diſt. quis. in fi. xii. diſt. c. 1. in fi.

Quod in eccleſia multa ſacramentalia ſicut aquę aſperſio, ad orientem adoratio, & huiuſmodi, conſuetudine magis quam ſcripto ſunt roborata. xi. diſtinct. eccleſiaſticarum.

Quod in portionibus eccleſiarũ dãdis obſeruanda eſt conſuetudo 10. q. 3. nec numerus.

Quod contemptores conſuetudinum eccleſiaſticarum ſunt coercendi. xi. diſtinct. in his rebus.

Quod epiſcopi ſunt ſola conſuetudine maiores

Digitized by Google

maiores presbyteris.95. d. olim.
Quod an consuetudo faciat mortale quod est in se veniale.25. distinc. vnum.§.alias,ante med.Vide quæ ibi notantur in gl.in ver.criminale ex B.Thoma.
quod consuetudo ordinaria confert iurisdictionem.9.q.3. conquestus.
quod iure cõsuetudinis hoc meum, illud alterius iudicatur. 8.d. §.1.
quod qui maledicendi consuetudinem habent immunditiam labiorum contrahunt.24.q.3.qui negligunt.
quod sub prætextu consuetudinis, nec ante,nec post, pro sacramento est aliquid accipiendum. 1.q.3. si quis præbendas.

De hac materia habes vbi agitur de Moribus.

CONTEMPTVS. quod contemnere debet suos, & sua, qui seruire Deo eligit.12.q.1. cui portio, & c. præcipimus.
Quod nihil miserius est, quam propter nummum Deum deserere.12. q.1.duo sunt,in fi.
quod capitis ratio,& clericorum corona designant, quod ipsi debent contemnere temporalia, 12.q.1. duo.
quod Socrates qui ad philosophandum pergens auri pondus proiecit,ponitur in exemplum, vt si virtutes possidere volumus, temporalia contemnamus.12. q.2. gloria. episcopi,in fi.
quod stultus est,qui in dignitate primum se existimans bona quæ viderit discere contemnit 22.distin. de Constantinopolitana 18. dist. non oportet.38. d. nullus. pr. 24. q.3.si habes.
quod peccatum paganitatis incurrit qui sedi apostolicæ obedire contẽnit.81.d.si qui sunt.in fi.
Notent hoc diligenter tyranni, qui nedum inobedientes sunt ecclesiæ,verum etiam eam vi opprimere, & patrimonium eius eripere conantur.23.q.8.hortatu. & 63.dist. Hadrianus.
quod contemnenda non sunt sacramenta per malos sacerdotes exhibita.1.q.1.multi 37.d. sedulo.
quod manumissio iteratur cum liberti ecclesiæ alii adhærentes eam cõtemnunt.12.q.2.liberti. —
CONTENTIOSVS. Quod contentiosus prohibetur ordinari. 46.d.§.1. & c.seditionarios.
quod diuersitas cultus maxime contentiones,& æmulationes inducit 90.d.perlatum.
quod clerici vel monachi in synodo, vel cap.accusando, vel referendo non debent pertrepere vocib.contentiosis.5.q.4.in loco.
quod contentiosus monachus a priori suo secundum qualitatem culpę est puniendus.90. distinct. si quis monachus.
quod perfectus in iudicio sæculari non debet contendere.14.quæst.1. episcopus.
quod res ecclesiæ non per contentiones,sed iudicio debent defendi.16. q.6.consuetudo.
CONTESTATIO. Quod contestatio litis quomodo fieri debeat, & infra quod tempus facta valeat, habes.3.q.3.inducię.vsque ad finẽ quæstionis.
quod ordine iudiciario primo libellus porrigendus, deinde debet fieri litis contestatio.3.q.3. inducię. §.libellum.
quod iudex reo libellum non debet auferre,nisi actor promittat se intra duos menses litem contestaturũ,& expensas in duplum restituturum.3.q.3.inducię.§.libellum.
quod contra absentem per contumaciam procedetur cum lis est contestata,& liqueat de causa.3.q.9.decernimus.4. q.6.c.1.
quod si lis non est contestata, nec liquet de causa, tunc absens per contumaciam solum est excommunicandus, & sic intelliguntur illa capitula.11.q.3.rursus. & ca.quicumque.
quod litis contestatio recusari nõ pt. 3.q.3.inducię.§. libellum. in fi.
quod in causa criminali, vel ciuili criminaliter mota ante litem contestatam testes non sunt recipiendi,nec sententia diffinitiua ferenda.3.q.9.per totum in summa.
quod plures sunt casus,in quib. sine litis contestatione testes possunt recipi.s.in hær. si post mortẽ. 24. q.2.sane.& c.seq.
Item in quæstione electionis epi, & in causa matrimonii, ne propter moræ periculum ecclesia dilapidetur, & mulier fornicetur.
Item prælatus ex officio procedit per inquisitionem ex excessibus subditorum.
Item quando testes ad perpetuã memoriam recipiuntur.

De his & alijs pluribus casibus habes extra,vt lite non contest.quoniam frequenter,& c. seq.

CONTINENTIA. Quod continentia non ferro, sed religione ꝙrenda est.33.q.5.tunc saluabitur.

De hac materia habes in titulo de Castitate.

CONTRITIO. Quod contritio contemptis aliis partibus pœnitentiæ non delet peccatum.de pœn.d. 1. resuscitatus.§.alii.econtra ibi,& c. mensuram.
qđ dũ confessio non contemnitur, p contritionem peccati venia indulgetur.de pę.d.1.mensuram.
quod quantumcunque adsint alia, sine cordis contritione nullũ peccatum dimittitur.de pœn. d.1. §. econtrario.
quod lachrymæ, quæ ex vera contritione fluunt, æterni ignis incendia extinguũt.de pę.dist.1. porro.
quod vbi non est contritio, sed cordis duritia, Deus orationem pro talibus non accipit. de pęn. dist.1. quamobrem.in fi.
CONTVMAX. Quod contumax dicitur qui post vnam, vel trinam peremptoriam vocationem coram iudice comparere contemnit.24.q.1.de illi cita.
quod qui ex contumacia iudicibus non obtemperant, per episcopos extra communionem poni debẽt. 2.q.6 quisquis.
quod qui ad synodum vocatus venire, aut ibi constitutus obedire, contemnit aut ante finem recesserit,est excommunicandus.11.q.3. certum est.
quod contra absentem per contumaciam tanquam contra præsentem conuictum procedi potest per diffinitiuam sententiam. 4. quæst.9. absens,& c.decernimus. 24.q.3.de illicita.
quod si excommunicatus intra annũ suam culpam purgare contempserit,post nullatenus audiatur. 11.q. 3.rursus. & 2 seq.
quod qui iubente sacerdote pro quacũque culpa ab ecclesia exire contemserit, tardius recipitur ad veniam.11.q.3. qui iubente.
quod contumaces prælati præter dignitatis subtractionem puniũtur. 74.d honoratur.in fi 34.dist. quorumdam.
quod contumaces clerici ab episcopis per excommunicationem corrigi debent.50.d.contumaces.7.q. 1.si quis presbyter.11. qu. 1. petimus.& q.3. si quis presbyter.
quod sicut in contumacia perstitentibus seueritas est ostendenda, sic humiliantibus per pœnitentiam venia non est deneganda. 2. q. 4. quanto.
CONVENTICVLVM. Quod conuenticulum dicitur congregatio subditorum sine consensu prælatorũ. 17.d.multis.
quod clerici (maxime hæreticorum & schismaticorum) conuenticula vitare debent.24.q.3.clericus,& c. cum quibus.
CONVERSATIO. Quod conuersatio cum Iudæis in conuiuiis,& balneis clericis, & laicis inhibetur. nec etiam medicinas ab eis debẽt recipere.28.q.11.nullus.
quod etiam cum parentibus, vel propinquis conuersari non debemus, si per ipsos fidem Christi perdere timemus.28.q 1.si infidelis.
quod sæpe malorũ conuersatio corrumpit bonos mores. 28 q 1.sępe.
quod neophyti, vt in fide, & moribus proficiant, cum Christi fidelibus debent conuersari.28.q.1. Iudæorum.
CONVERSIO. Quod conuersio dicitur quasi vndique cordis versio. de pœn.d.1.§. hoc idem, & d. vlt. nullus expectet.§. quod quamuis. circa prin.

quod ſi cor noſtrum vndique a malo conuertitur, fructus conuerſionis mereamur. de pœniten. diſtinct. 1. §. hoc idem.

quod conuerſio cordis requiritur in adulto baptizando. de conſec. diſt. 4. baptiſmi.

quod vera conuerſio ad Deum in vltimis poſitorum mente potius eſt æſtimanda, quam tempore. 26. q. 6. agnouimus.

quod qui cum potuerunt cõuerti noluerunt, in fine non facile acquirunt quod volunt, de pœn. diſt. vlt. nullus expectet. circa prine.

quod conuerſio in extremis licet rato iuſta ſit, deſperandum tamen non erit. de pœn. diſt. vlt. nullus expectet. §. quod quoniam. 26. q. 6. ſi presbyter. & capit. ſeq. 50. diſtinct. ponderet.

quod Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. 26. q. 6. agnouimus.

quod Iudæorum pueri ad fidem Chriſti conuerſi, ne parentum inuoluantur erroribus, ſunt fidelib. monaſteriis committendi. 28. q. 1. Iudæorum.

CONVIVIA. Quod conuiuia laudantur dummodo detractionibus & fabulis, & ludis turpibus non miſceantur. 44. diſt. in. conuiuia, & c. ſeq.

quod conuiuium clericorum debet præcedere menſę benedictio, inter menſam lectio, poſt menſam gratiarum actio. 44. d. quando autem.

quod non cibus in conuiuio, ſed cibi auiditas reprobatur. de conſec. diſt. 5. ſint tibi.

quod præcipue clerici hæreticorum, & ſchiſmatorum debent vitare cõuiuia. 24. q. 3. clericus.

quod cum ſacerdotibus cenſus tenuis eſſe debeat, prohibentur eis conuiuia, ne pinguis vẽter groſsã mentem generet. 34. d. c. vlt. & §. ſeq. 34. d. presbyteri.

quod nec epiſcopus, nec clericus abſque neceſſitate debet in eccleſia facere conuiuia. 42. d. nõ oportet, & in c. ſeq.

De hac materia vide vbi agitur de Cibo.

CORRECTIO. Quod correctio debet fieri quantum pro vniuſcuiuſque gradu atque ſalua pace eccleſiæ fieri poteſt. 23. quæſt. 4. ecce quiſquis quidam cum quiſque ſicut ipſa pietas, quid faciet. circa medium.

quod correctio debet fieri animo medendi, non ſeuiendi. 86. d. odio. 23. q. 4. ita plane. circa med.

quod cum correctio diſtrictius agit, ex charitate agenda eſt, non ex furore. 12. q. 2. fraternitas.

quod correctio debet ex charitate prouenire, & ſecundum diuerſitatem culparum extendi. 24. q. 3. corripiantur.

quod correctio debet eſſe miſta cum benignitate, & aſperitate. 45. d. diſciplina, & c. ſunt namque.

quod qui iuſte iudicat, ſtateram in manu geſtans in vtroque pẽſo iuſtitiam & miſericordiam ponit. 45. diſt. omnis.

quod non fruſtra hæc duo iunguntur, homo peccator: quia peccator eſt, corripe, quia homo eſt, miſerere. 24. q. 4. duo.

quod correctio quandoque plus dẽt habere manſuetudinis, quam rigoris. 45. d. qui ſyncera & c. licet.

quod aſperitas nimię increpationis, nec correctionem recipit, nec ſalutem. 45. diſt. cum beatus, & cap. diſciplina.

quod caſtigatus leuiter reuerentiam exhibet caſtiganti. diſtinc. 45. cum beatus.

quod correctio quandoq; plus debet habere de aſperitate, quam de benignitate, 12. q. 2. fraternitas. 24. q. 3. ecce, & c. ſeq. & c. illud.

quod ferro neceſſe eſt, vt abſcindantur vulnera, quæ tormentorũ non ſentiunt medicinam. 82. diſt. quia aliquanti.

quod melius eſt cum ſæueritate diligere, quam cum lenitate decipere. 5. quæſt. 5. non omnis. & c. non oſculantur.

quod non eſt charitas, ſed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5. non putes, & c. ſeq.

quod non corripere malos, ſed fouere, eſt eos occidere. 23. q. 5. qui vitiis. 45. d. ſed illud.

quod falſa & periculoſa miſericordia indulgetur vbi propter aſperitatem, vel blandimenta linguę delinquentium correctio poſtponit. 50 d. ſi quis diaconus.

quod licet Deus ſit principaliter corrigere, tamen prælatus ſuam correctionem non debet negligere. 23. q. 4. ſicut non eſt.

quod facientis culpam habet qui eã poſſit corrigere, negligit emẽdare facientis culpam. 83. d. error.

quod licet ſciamus neminem vltra terminum a Deo præfixum eſſe victurum, tamen omnibus languentibus non incongrue medemur: ſic quamuis nemo ſaluetur niſi prædeſtinatus, omni tñ delinquenti adhibenda eſt correctio. 23. qu. 4. Nabuchodonoſor, §. item qui.

quod epiſcopus, qui crimina nõ corrigit, non epiſcopus, ſed canis & impudicus 73. d. nemo.

quod primo ſeipſum corrigat, qui alios nititur corrigere. 25. diſt. primum. 41. diſt. in ſacerdotibus, 81. diſt. nemo.

quod prælatus ſi culpas ſubditorum impune dimittit, grauiter offendit. 11. q. 3. ſi is qui. 23. q. 5. qui vitiis, & alia capitula. quæ ſequũtur vſque in fine quæſt.

quod ſynodi prælatorum ad hoc debent eſſe, vt deprauata quæ emerſerunt corrigantur. 16. d. peruenit. & c. ſeq 16. q. 2. viſis, in fi.

quod prælatus quando in correctione ne excedit, non tenetur a ſubditis veniam poſtulare. 86. diſt. quando neceſſitas.

quod a ſubditis ſenior non eſt increpandus, cum culpa ſua non trahit ad interitum corda iuniorum. 2. q. 7. Paulus dicit.

quod laudabile eſt in ſubditis correctionem prælati nulla diſſimulatione poſtponere. 2. quæſt. 7. ſicut inquit.

quod contemptores mandatorum ſuperiorum ſic puniendi ſunt, vt alij talia committere timeant. 23. q. 3. iuſtum.

quod prælati a ſubditis docti ab indoctis de publicis exceſſibus corrigi poſſunt. 2. q. 7. ſecuti ſunt viã Balaam. & capit. epiſcopi. §. item Ioannes.

quod priuatum crimen publice non eſt arguendum: ſed vbi contingit crimen, ibi moriatur. 2. q. 1. ſi peccauerit in ſi. 6. q. 2. ſi tantum.

quod publicam correctionem debet præcedere admonitio. 2. q. 7. accuſatio. 1. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Diſciplina, & vbi agitur de percuſſione.

CORONA. Quod coronam in capite clerici habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ. 12. q. 1. duo.

quod ratio coronæ in capite ſignat temporalium depoſitionem. ib.

CORPORALIA. Quod corporalia altaris non debent eſſe de ſerico, ſed de puro panno lineo ab epõ conſecrato. de conſecr. diſt. conſulto omnium.

quod non debeant lauari per feminas nec tangi. 23. d. ſacratis.

CORPORA. Quod corpora ſanctorũ nullius de loco ad locum ſine licentia epiſcoporum transferre præſumat. de conſ. d. 1. corpora.

quod corpora modernorum hominũ ſunt debiliora antiquorũ, & ideo ipſis eſt compatiendum. 14. d. fraternitatis.

CREATVRA. Quod creatura quælibet in ſe bona eſt, & dicitur eſſe vera. de pœn. d. 2. ante ſi.

quod creatura quæ mutatur, non vera, ſed vacua eſſe probatur. de pœn. d. 2. ante ſi.

quod per creaturas iurare, eſt blaſphemare. 2. q. 1. ſi quis per capillum.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

CREDERE. Quod credere in Deum eſt amando in eum tendere. de pœn. d. 2. charitas eſt.

quod qui diuinationibus & incantationibus credit, fidem Chriſti perdit. 26. q. 5. epiſcopi. ante med. & duobus. c. ſeq.

quod qui credit ſe cum Diana, vel aliis mulieribus in noctis ſilentio ſuper beſtias. vel aliter multa terrarum ſpacia tranſire, fidem Chriſti

Digitized by

si exarsit.26.q.5.episcopi,ante medium.

Quod in testimonio quandoque credendum est paucioribus,numero, 4.q.3.per totum.

Quod innocens semper bene credit, & bene iudicat de alijs,22.q.4.innocens.

quod mala de alijs non cito, neque de facili debemus credere.86.dist. si quid.

quod malum de proximo nullus debet credere antequam probetur,2. q.1.Deus.30.qu.5.iudicantem,11. q.3.in cunctis.& c.quamuis.

CREDITOR. Quod creditor non est dicendus vsurarius, 10.qu.2.caselias.§.hoc ius.

CRIMEN. Quod crimen est graue peccatum accusatione, & damnatione dignissimum. 81.distin.apostolus.

Quod crimen vocatur criminale peccatum, vel criminalis infamia.25. dist.vnum orarium.

quod crimen quandoq; ponitur pro omni delicto siue mortali, siue veniali, 25.dist.vnum orarium,§.nomine autem.

quod manifesta crimina accusatione non indigent. 2.qu.1. quæ Lotharius.§.in manifestis,& c.seq.

quod magis nocet qui crimen celat, quã qui illud amicabiliter ad corrigendum indicat.5. q.5.non vos, & quatuor.c.seq.

quod fraudulẽtus reputatur qui causa diffamationis, vel vindictæ occultum crimen reuelat 5.qu.5.qui ambulat.6.q.1.summa.

quod grauiter peccat, qui crimen quod solus nouit, publicat.2.qu.1. si peccauerit.

quod meritorium est ibi crimen publicare,vbi possit prodesse,22.q.6. hoc videtur,in fi.

quod nullum crimen maculat nescientem.23.q.4.nimirum sunt.

quod crimen paternum nullam maculam potest infligere successori, nisi committat, vel consentiat.1. q.4.crimen.

Quod nemini præterquam de crimine læsæ maiestatis de se concesso contra alium creditur.15.quæst.3. nemini.

quod graui punitur pœna crimen læsæ maiestatis, 6.quæst.1.quæro,§. si quis.

quod crimen læsæ maiestatis & vitium simoniæ pari pœna puniuntur.15.q.3.sanè.

CHRISMA. Quod chrisma in cœna Domini quolibet anno est conficiendum: & vetus intra ecclesiam est exurendum,de consecra.dist.3. litteras.

quod solius episcopi est chrisma conficere.95.dist.illud.26.qu.6.si iubet.

quod Archiepiscopi ab episcopis suis,& alij clerici ab archipresbyteris chrisma debent petere, 95.distin.presbyteri,de consecra.dist.4. presbyteri.

quod clericus vendens chrisma sumoniam committit.1.q.3.si quis præbendas. 1.qu.1. dictum est in quibusdam.

Quod presbyteri chrisma accepturi nil debent dare episcopis, 1.qu.1. statuimus.

quod omnis presbyter ad baptizandum vadens,cum chrismate debet progredi.de consecr. dist.4.nullus ministrorum.

quod signare in fronte cum chrismate, est tantum episcoporum, de consecr. dist.4. presbyteri.95.dist. presbyteros.

quod cum veteri chrismate non licet iniungere nisi in necessitate,de consecr.dist.4. si quis de alio.

quod qui in necessitate à presbytero non fuit in baptismo chrismatus in vertice, debet per presbyterum suppleri, de consecra.dist.4.nullus ministrorum.

CRVDELITAS. Quod crudelitas non est crimina punire, sed pietas,23.q.8.legi. & c.seq.

quod falsa mansuetudo est crudelitas,quando scilicet delinquens nõ corripitur. 23.q.4.ipsa pietas.

quod iudex non est crudelis qui crudeles iugulat, licet patientib. crudelis esse videatur, 23.q.5.non est crudelis.

quod proximi vulnus crudeliter fletur, & vt sanetur, misericorditer indicatur.5.q.5.nos vos.

quod crudelis est, qui famam suam negligit.12.q.1.nolo.

quod vlciscendi crudelitas iure culpatur.23.q.2. quid culpatur.

quod libidinosa crudelitas est venena sterilitatis procurare. 32.qu.2. aliquando.

quod crudelitatem omnium prædonum superat qui res ecclesiæ quæ pauperum sunt defraudat. 12.q.2. gloria,circa med.

quod qui pauperem fœnore trucidat, & qui diuiti aliqua rapit, æquales sunt in crudelitate, 14.q.4. quid dicam.

CRVX. Quod crux à cruciatu dicitur, & magnũ cruciatum sustinet qui vim patitur.3.qu.1.nulli.in fi.

quod qui diuitias mundi lutũ reputat, crucem Christi portat.12.q.2. gloria, circa, med. 12.q.1.clericus.

quod sacerdotalis gradus, & alia sacramenta crucis figura perficiuntur,de consecr.dist.5.nunquid.

quod salubre est fideles crucis signaculo insignisi.21.dist.sanct.ecclesiasticarum.

quod ideo cruce signamur baptizandi & alij,vt diabolus per interemptionis suæ signum vas sanum pristinũ sciat deinceps sibi esse alienum,de consecra.distinc.4.postea signatur.

quod ignominiã est Christum crucifixum pauperem fartis prædicare corporibus.35.dist.ecclesiæ.

quod dominũ crucifigunt qui cum in sacerdotibus suis persequũtur, 3.q.1.nulli.

quod festum inuentionis crucis est celebrandum quinto nonas Maij, de consecr.dist.3.crucis.

CVPIDITAS. Quod cupiditas est mater vsurarum.47.dist.virum.

quod cupidi ordinari prohibentur, qa tales de facili à vero deuiant. 47.dist. virum. 8.q.2.dilectissimi.

quod bonorum auctoritati inhærere non valet qui cupiditatem animæ,quæ radix est omnium malorum,non abscindit.47. dist.bonorum,& c.seq.

quod gratius intuetur cupidus aurum quàm solem.47.dist.sicut.

quod quantumcunque aurum auro cumuletur, satietas nunquam aderit cupiditati.47.dist.sicut.

quod nemo cupiditate damnãdi inflammatus desiderat habere consortem. 23.q.7.quod autem.

quod cupidi breuem in præsenti possident fructum, & post æternum incurrunt supplicium.1.qu.1.cum ordinaretur,& c.cito.

CVRATOR. Quod curator propter infirmitatẽ datur.3.q.7.infames.

CVRIALIS. Quod curialis dicitur qui nexibus curiæ ligatus principibus adulatur.37. dist.nonne, & 51.dist.qui in aliquo.

quod curiales non sunt ad ordines admittendi, nec etiam ad religionem,nisi cum magna discussione. 53.dist.legem.

quod curialis non debet in episcopum ordinari. 50. dist.non confidant.51.dist. qui in aliquo.

quod curialis qui in ciuilibus causis, vel pecuniarijs officium impẽdit, potest in episcopum postulari.16.dist.Osius,& §.sed aliud est.

CVRIOSITAS. Quod curiositas est postpositis diuino, & sanctorum eloquijs scriptis Philosophorum, & Poetarum ratione vanitatis,vel delectationis intendere. 37. dist. sacerdotes, & c.seq.

quod curiositas dicitur cum diuina scriptura non secundum sanctorum expositionem,sed secundum sæcularem sapientiam, & sensus sui vanitatem exponitur. 37. distin.vino.

quod curiosi dicuntur clerici, qui filios suos ecclesiasticis sumptibus potius sæcularibus scientijs quàm salubribus erudiunt. 37. distin.legant.

CVSTODIRE. Quod custodire tenetur Romana sedes statuta conciliorum quę sua auctoritate confirmauit.25.q.1.c.1.

quod si iurisdictio episcopi à superiore non seruatur, ordo ecclesiasticus,quem superior custodire tenetur, confunditur.11.quæst.1. peruenitur.

quod prælati bona ecclesiæ non debent dare potentibus, sed diligenter custodire. 23.qu.7.conuenior.

quod nemo per exteriorem violentiam corrumpitur, si interior innocentia custodiatur, 11.quæst.3. custodi.

Digitized by Google

DALMATICA. Quod dalmatica nec epiſcopis, nec archidiaconis antiquitus ſine conceſſione Papæ licebat vti.23. diſtinct.communis.

quod licet modo omnes diaconi vtãtur dalmaticis ex conſuetudine, non tamen debent ipſis vti niſi in ſolemnitate, 76.diſt.de ieunio.

DAMASVS. Quod Damaſus Papa primus accuſatus de adulterio cũ 42. epiſcopis ſe purgauit. 2. quæſtio.7. non ſi incompetenter,in fine.

DAMNVM. Quod damnum morum multum diſtat à damno temporalium, 6.quæſtio. 1. ſunt plurimi, in fine.

Quod deteriores ſunt qui vitam moreſque bonorum detrahendo corrumpunt his,qui ſubſtantias aliorum,prædiaque diripiunt.6 qu. 1. ex merito.

Quod nulli in alterius damnum eſt ſubueniendum,14.qu.5.denique, 22.q.2.primum.

Quod dominus per damnum temporale nos cogit ad bonum, 33.q 6. quod errauerat.

Quod piiſſimi rectores reputantur, qui in graui ſcelere conſtitutos damnorum admonitionib. ad bonum redire cogunt. 23.quæſtio.5. ſi vos.

Quod qui confugientibus ad eccleſiam, vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, ſunt excommunicati. 17.q.4.diſſimiuit.

Quod inferens damnum non eſt abſoluendus niſi damno ſecundum arbitrium læſi reſtituto, 23.q. vlt. peſſimam,16.q.6 ſi res.

DATVM. Quod datum aliquod ex pietate præcipuè eccleſiæ,non poteſt reuocari.12.q.2.ſacrorum,14. q.6.comperimus,16.qu.2.viſis,& q.6.illud,18.q.3.ſunt qui.

Quod dare eccleſiæ propter defectum hæredis, laudabiliter danti redditur habito hærede. 17.quæſt.vlti. cap.vlt.

Quod qui res eccleſijs vel monaſterijs in teſtamento datas detinent, pauperum ſunt necatores,13.q.2. clerici.

Quod non ſufficit oratio & lectio niſi adſit & eleemoſynæ datio. 86. diſt.fratrem, & duodecim.c.ſeq.

Quod habenti dare nil aliud eſt quã perdere.1.q.2.paſtor.

Quod epiſcopus de bonis eccleſiæ religioſis poteſt dare,12.qu.2.ſi epiſcopus,& c.ſeq.

Quod qui honorem non habet, honorem dare non poteſt, 1.q.1.qui perfectionem,& c. ſeq.

DAVID. Quod Dauid qui ex compaſſione omnes refugas recipiebat, ponitur in exemplum quod patientibus eſt compatiendum, 7.q.1.omnis.

Quod ex eo quod doluit mali regis chlamydem ſe præciſiſſe,ponitur in exemplum quod ſubditus quantumcumque ſanctus in malum prælatum quamdiu ſuſtinetur nõ debet inſurgere, 2.quæſtio.7.plerumque,§.item,de pœnit.diſt.2.§. opponitur.

Quod Dauid plenus fuit charitate, per multos effectus inſinuatur,de pœnit.diſtinc.2.§.opponitur, poſt medium.

Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentum frangere, quam ſanguinẽ humanum fundere, 22.quæſt.4.quod Dauid, & c.ſeq.

Quod in eo quod Saul deprauatum honorauit propter vnctionem, innuitur quod ſacramenta in deprauato non annihilantur, 1.q.1.ſacramenta.

Quod Dauid prohibitus fuit templũ ædificare propter ſanguinem quẽ effudetat, de conſecr.diſtin.1.§.1. in prin.

Quod in hoc quod propter adulterium & homicidium per parabolam diuitis ſententiam cõtra ſeipſum dedit, innuitur quod malus prælatus per ſentẽtiam quam profert in ſubditum ſeipſum cõdemnat.3.q.7.ſacerdos.

Quod per pœnitentiam de adulterij, & homicidij peccato conſecutus eſt veniam, de pœnit.diſtinct.3.§. Dauid.

Quod in eo quod poſt peccatum Spiritum ſanctum rehabuit,in honore permanſit, innuitur quod lapſi per pœnitentiam in priſtinum ſtatum reparantur, 50.diſt.ſi poſt.§. econtra. & c.ponderet.

Quod occiſo Vria propter adulterium Bethſabeæ ipſam duxit in vxorẽ, modo non trahitur in conſequentiam,32.q.1.c.ſi qua fuerit vidua, §.ſed obijcitur.

quod dominus ei qui tot bellis interfuit, tam magnum præbuit teſtimonium,innuitur quod & plerique bella exercentes Deo placere poſſunt, 23.q.1.noli.

DECANVS. Quod decanus non debet fieri niſi primum fuerit preſbyter ordinatus, 60.diſt. cap.1.& duobus.c.ſeq.

quod diaconus in decanum electus niſi ſtatim presbyter efficiatur,honore ſuſcepto priuatur. 60.diſtin. innouamus.

quod nemo in decanum debet eligi niſi qui in ætate,& morib.eſt maturus. 60.diſt.innouamus.

DECIMÆ. quod decimæ ſunt vota fidelium, pretia peccatorum, patrimonia pauperum. 16. quæſtio. 1. quia.

quod decimæ ſunt tributa egentium animarum.16.q.1.decimæ.

quod decimæ iubentur dari lege naturali, ſicut patet de Abraham & Iacob. 17. quæſtione. 7. decimas Deo.

Item iubentur dari lege Moſaica, 16.q. 1.decimas a populo.

Item iubentur dari ſcriptura prophetica. 16.qu.1.reuertimini.& quæſtio.7.cap.1.

Item iubentur dari lege canonica, 16.q.7.c.1. & cap.quicunque.

quod decimæ ſunt dandæ de grano, & de vino,de fructibus arborum, de pecoribus, de horto, de negotiatione,& venatione,16.q.7.quicumque, & c.ſeq.

quod a laicis fideliter ſunt dandæ,& ab epiſcopis miniſtris eccleſiarũ diſcretè diſtribuendæ. 32.diſtinct. præter hoc.16.q.7.nullus.

quod fideliter decimas dare, eſt nec plus,nec minus offerre.16.q.7.quicumque.

quod dandę ſunt illi eccleſię vbi baptiſma, & alia ſacramenta percipiũtur, 16.q.1.quicunque,c.de decim. & c.in ſacris, 13.q.1.eccleſias,§.de decimis.

quod aliis eccleſijs non ſunt dandæ prętęr conſenſum epiſcopi.16.q.1. ſtatuimus,& c.ſeq.

quod propter nouas eccleſias priori eccleſiæ non ſunt ſubtrahẽdæ, 16. q.1.ſi quis laicus,& ca.de decimis, §.ſi ergo.

quod decimæ concedi poſſunt monaſterijs & hoſpitalibus, 16.qu.1. quoniam.

quod monachis de territorijs, quæ propriis manib. excolunt,conceſſæ ſunt decimæ, 16.q.1.cunctis.§. de his,& c.queſti.

quod per donationem prædiorum monachis factam non priuantur eccleſiæ decimis ſuis, 16.qu.1.cunctis,§.de his.in fi.

quod non fructus,ſed ius decimæ vẽdere,vel emere,ſimoniacum eſt,1. q.1.presbyter.

quod decimæ à laicis [quia pauperũ ſunt] poſſideri non poſſunt. 16.q. 1.c.vlt.& qu.7.c.1.

quod non ſunt à laicis aliquo munere redimendæ,16.quæſt.7.decimas quas.

quod propter malitiam ſacerdotis decimæ [quia eccleſia ſunt,non ſunt retinendæ, 16.quęſtio. 6.ſi epiſcopum.

quod non dantes decimas poſt admonitionem ſunt excommunicandi, 16.q.7.omnes decimæ.

quod qui decimas non tribuit ſacrilegium committit,& æternæ damnationis periculum incutrit, 16.q. 7.c.1.

quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui decimas dare negligunt, 16.q.1.reuertimini.

quod quot pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus eſt homicidiorum.16.quęſt.1. decimę.

quod qui decimas diligenter dat, nõ ſolum ſanitatem corporis,ſed etiã cum temporali fructu cęleſtia promeretur.16.q.1.decimę.

quod quadrageſima diligenter in ieiunio obſeruata ſoluuntur Deo decimę pro tempore totius anni, de conſecra.diſt.5.quadrageſima.

DECRETALES. Quod decretales ſummorum Pontificum ſunt eiuſ-

Digitized

eiuſdem auctoritatis ſicut decreta, quę ſunt in corpore canonũ.19.d. per totum.

quod decretalis epiſtola alia eſt ſpecialis, videlicet quæ dirigitur ad vnam prouinciam.15.q.3.§. quod ſcripſi.

Item quæ dirigitur ad unam eccleſiam.16.q.1.hinc eſt etiam.

Item quæ diriguntur ad vnam perſonam.7.q.1.petiſti, & hæc non trahitur ad conſequentiam, ſicut habes in prædictis.cap.

Alia eſt generalis quæ omnibus dirigitur.25.q.1.omnia. & cap.ſeq. & hæc quia diffinit, trahitur ad conſequentiam. 15.q.1. hac conſona.

Si imperat, uel prohibet, neceſſitatẽ infert.14.q.1. quiſquis.

Si indulgetur non trahitur ad conſequentiam.14.q.5.dixit.

Si permittit, uel conſuluit liberã habet obſeruantiã. 14.q.1. quiſquis.

DEDICATIO. quod dedicatio eccleſiæ debet fieri ab epiſcopo ſine aliqua pactione. 1.q 1. ſtatuimus.

quod epiſcopi dedicaturi eccleſias oblata ex deuotione poſſunt accipere, ſed nihil debent exigere. 1. q.2.placuit.

quod prius eſt eccleſia dotanda quã dedicanda.ibid.

quod loca ſemel dedicata non poſſunt fieri habitacula ſæcularia.19. q.3.quæ ſemel.

quod ſingulis annis celebranda eſt ſolennitas dedicationis,de conſecrat.d.1.ſolennitates.

De hac materia require de conſecratione Eccleſiæ.

DEFENSIO. Quod defenſio poteſt peti a principe contra hoſtes eccleſię.23.q.3.Maximianus, & q. 2.per totum.

Quod eccleſia pro malefactoribus debet intercedere, non eos defendere,14.q.6. hi qui. 12.q. 5. ſi quis cuiuslibet.& c.ſeq.

Quod lex virtutis eſt patriam & ſocios defendere ab iniuria, 23. q.3. non in inferenda. & c. fortitudo.

Quod execrabile eſt non tueri quos ſuſcipit defendendos,87. d. irreligioſum.

Quod qui poteſt,& non repellit a ſocio iniuriam, tam eſt in vitio quã ille qui facit.24.q. 3. non in inferenda & c.ſeq.

Quod qui peccãtem defendit', acrius arcendus eſt quam qui peccauit. 11.q.3.qui conſentit.

Quod qui deſinit obuiare cũ poteſt, conſentit,23.q.3.oſtendit.

Quod perfectus iniuriam propriam & ſuorum non debet defendere, ſed diuino examini reſeruare. 23. q.1.§.1.& c.ſeq.

Quod defenſio cuique conceditur in neceſſitate. 23. q.3. per totum,& q.5.de occidendis,uſque ad fi.q.

Quod qui non defendit veritatẽ,proditor eſt veritatis,23. q.3. nolite.

Quod quilibet ſemper tenetur ad fidei defenſionem, 23.q.8. quicunque.§.his ita.

Quod qui pro fide uel fidelium defenſione moritur, cæleſte præmiũ conſequitur.23.q.8.omni.

DEGRADATIO. Quod degradatio, & deponere de ordine, pro eodem accipiuntur, 81.d. ſacerdos & c.ſeq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depoſitione.

DELEGATIO. Quod delegatio dicitur quando prælati cum præſentes eſſe non poſſunt, per alium reputantur præſentes.54.d. ualde.

Quod delegatus ſicut ille cuius tenet locum,eſt honorandus 93. d. præcipimus 97.d.nobiliſſimus.

Quod debet literas cõmiſſionis illis ad quos delegatus eſt, demonſtrare 97.d.nobiliſſimus.

Quod iudex delegatus debet dari ad arbitrium illius,qui impetitur auctoritate ſuperioris, 11.q.1. iudices.

DELIBERATIO. Quod deliberatio omnib.eſt neceſſaria, quæ indiſcuſſos hominum calores põt refrænare2.q.6. anteriorum.

Quod laudabilis eſt cautela deliberationis,cum qua totum ratio regit,& furor ſibi nihil vẽdicat, 12. q 3.illa præpoſitorum,& c.ſeq.

Quod non ſunt præcipitanda conſilia, & opera. tempore enim indigemus ad deliberandũ, ut maturius agamus.50.d. ponderet. circa principium.

Quod maxime eccleſiæ negotia cũ deliberatione ſunt expienda. 45. d.licet 1.

Quod iudices diffinitiuam ſententiam cum magna deliberatione debent proferre.11.q.3.cum apud & c.ſeq.

Quod intra decem dierum ſpacium appellatione facta vtrũ quieſcendum ſit ab ea, eſt deliberandum, 2.q.6.anteriorum.

Quod qui ex deliberatione ad meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis quæ uidentur habere cadunt,17.q 1.qui bona.

Quod intantum quidam moram deliberationis extendunt, quod bonum quod conſequi intendebãt, perdunt,17.q.1. qui bona.

Quod pro conuicio non eſt habendum quod ſine deliberatione eſt illatum 2.q.3. ſi quis iratus.

DELICIÆ. Quod deliciæ abſq; deſiderio perceptæ non officiunt, 41.d.deliciæ.

Quod deliciæ ciborum computreſcere faciunt corpus humanum, de conſec.d.5.nihil & c.ſeq.

Quod diuites dolere debent ſi propter conſuetudinem non aliter quam delicate poſſunt viuere 41. d.non cogantur.

Quod in rebus prætereuntibus non vſus, ſed libido culpatur 41. diſt. quiſquis.

Quod aliquando ſine voracitatis vitio pretioſiſſimo ſapiens vtitur cibo, & inſipiens viliſſimum cum gulæ flamma exardeſcit cibum 41. d.quiſquis.

Quod ignominioſum eſt prælatis & prædicatorib. delicijs affluere qui Chriſtum pauperem debent prædicare.35.d.eccleſiæ.

Quod epiſcopalis auctoritas plus debet uigere in delicijs meritorum quam menſarum 41. d. epiſcopus.

Quod deteſtabile eſt in tugurio ruſticano natum, & milio nutritum in religione ſimilam, & mella faſtidire, 12. quæſtio.2. gloria epiſcopi.

DEMENTIA. Quod dementia ſi eſt perſeuerans excuſat a culpa in ipſa commiſſa, 5. q. 1. aliquos, 32.q.7.quemadmodum.

Quod ſi euenit ex propria culpa: poſtquam ad ſanam mentem redierit, imponenda eſt ei pro commiſſa, licet minor quam alijs pœnitentia.15.q.2.ſi quis inſaniens.

Quod non debet promoueri ad ordines maxime in ſacerdotem, qui aliquando inſaniuit 33.d.communiter,& duobus c.ſeq.15.q.1. c.vl. §.licut.

Quod ſi ſacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit, & poſtea ad ſanitatem redierit celebrare non poteſt. 15. q. ult. ſi quis inſaniens,in fi.& c.ſeq.

Quod dementes uel furioſi cõtinue, nec matrimonio,nec religioni poſſunt obligari,32.q.7. neque furioſus.

Quod qui ſani contrahunt, poſtea dementes effecti non ſeparantur.32. q.7.hi qui.

DÆMON. Quod dæmones acumine ſenſus, & celeritate mentis omnia quæcumque animalia excedunt 26.q.4.ſciendum.

Quod propter longum tempus uitę, eorũ maior eſt experientia quam hominum 26.q.4.ſciendum.

Quod ex tribus præmiſſis multo ante cogitata prænunciantes ab hominib. propter terreni ſenſus tarditatem videntur futura prædicere. 26. q.4. ſciendum, per totum cap.

Quod dæmones futura, de quibus nullum veſtigium haberi poteſt, cognoſcere non poſſunt. 26. q.4. ſciendum, poſt medium.

Quod mali modo fiant quæ per ipſos fiunt cum non ſint, hominibus videntur ſigna, & miracula. 26.q.5.nec mirum,a medio uſque in finem c.

Quod in arte magica & in omni alia diuinatione per dæmonum fallaciam deluditur curioſitas humana,dũ appetit ſcire quod non cõuenit inueſtigare.26. q.5. nec mirum.ante medium.

Quod necromãtia, & auguria,& omnis ars magorum, & diuinationes

arte

Digitized by Google

arte dæmonum eſt inuenta, vt faciant eos ſuæ damnationis participes. 26.q.2.qui ſine.

quod an illuſionibus dæmonũ quædam mulieres ſceleratæ credãt ſe in corpore multa terrarum ſpacia tranſire, vel hoc ſolum ſpiritus infidelis patiatur. 26. q.5.epiſcopi.

quod dæmones, vt frequenter ſunt miniſtri, & vltores iræ Dei. 23.q.5. non ſolum.

quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad ſacros ordines promoueri. 33.d. maritum, de tribus c. ſeq.

quod dæmones per ſigna exteriora citiſſime cogitationes hominum cognoſcunt, 26. q. 8. ſciendum in fi. & c. quodam loco.

quod dæmon cum mentem alicuius per infidelitatem ſubiecit, illi ſiue dormienti, ſiue vigilanti in diuerſis ſpecieibus ſe oſtendit, & per illas animam hominis deludit, 26. quæſtio 5. epiſcopi poſt medium.

quod dæmones hominibus illudere non poſſunt niſi Deo permittente, 26.q.5.nec mirum. circa med.

De hac materia require vbi agitur de Diabolo, & vbi agitur de Diuinatione.

DEPOSITIO. Quod deponuntur, uel degradantur prælati, uel clerici domicilia feminarum etiã poſt admonitionem frequentantes, 81. d. clericus, & c. archidiaconum.

Item aleis & inhoneſtis ludis, & ebrietatibus ſine ceſſatione deſeruientes 35. d. epiſcopus. 34. d. quorumdam in fi.

Item tabernas, & alia inhoneſta tenentes, & mercimonia exercentes 44. d. nulli, 14. q. 4. c. 1. & 3.

Item vſuras exercentes. 48. d. c. 1. & ſeq. 14. q. 4. ſi quis oblatus.

Item cum moniali, vel incarcerata, vel filia ſpirituali fornicantes. 27. q. 1. ſi quis epiſcopus, & ca. ſi quis rapuerit 30. q. 1. omnes, & duobus c. ſeq.

Item publica incontinentia laborantes, 50. d. qui ſemel. 81. d. Maximianus, & c. ſi quis clericus, & duob. c. ſeq. & c. ſi quis clericus, & tribus c. ſeq. & 83. d. propoſuiſti. 15. q. 8. h. qui altario.

Item qui ſine examinatione promouetur, 24. d. ſi quis presbyter, 81. d. ſi quis ſine.

Item qui ante promotionem criminoſi fuerunt. 24. d. ſi quis presbyter. 81. d. tantis, & c. ſeq. 15. q. 8. ſi quis.

Item qui ſcienter criminoſos ordinauerit, 81. d. tantis, & 41. diſt. aliquantos in fi.

Item qui ad pinguiores eccleſias ſine licentia ſuperiorum tranſeunt. 7. q. 1. ſi quis presbyter, & cap. ſi quis epiſcopus. & c. ſeq.

Item qui, in eccleſiam os ponentes contra ſuos ſuperiores contumaciter inſurgunt. 21. diſt. in tãtum. 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum, & c. cũ iurationum, & c. ſeq.

Item deponitur qui peierauerit, aut in homicidio, aut in alio magno crimine inuentus fuerit. 81. d. presbyter, & c. ſeq.

Item qui publice crimen in apoſtolicæ totius eccleſiæ ſcandalum fouerit 11. q. 1. ex merito, 11. q. Teugaldum.

Item qui alium in eccleſia per pecuniam, uel alio modo ſupplantauerit, 7. q. 1. præſentium, & ca. factus & c. ſeq.

Item qui in aliena diœceſi vel eccleſia officia exercere vſurpauerit. 9. q. 11. nullum.

Item qui dilapidator rerum eccleſiaſticarum fuerit, 10. q. 11. ſi quis epiſcopus. 12. q. 2. diaconi, & cap. abbatibus, 17. q. 4. quicunque epiſcoporum.

Item qui eccleſiam per manum laicam intrauerit, 16. q. 7. ſi quis deinceps.

Quod epiſcopus ſolus poteſt deponere de beneficio, de ordine vero quem ſolus dedit, ſolus nõ poteſt deponere, 15. q. 7. c. 1. & ult.

Quod deponendorum ab ordine cauſa ſi diaconus eſt, a tribus epiſcopis, ſi presbyter, a ſex. ſi epiſcopus, a duodecim eſt diſcutienda, 15. q. 7. ſi quis.

Quod epiſcopus depoſito ab ordine ut non viuat ſæculariter, loco ſi vbi agat pœnitentiam debet aſſignare. 81. d. ſacerdos 50. d. accedens circa fi.

Quod depoſitus ex culpa ab ordine ſi humiliter decennalem pœnitẽtiam expleuerit, poteſt reſtitui, 32. d. presbyter.

Quod ſiue iuſte ſiue iniuſte depoſitus in reſtitutione ſua debet recipere ea ſucceſſiue, quæ cum ordinaretur perceperat, 12. q. 3. epiſcopus.

Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur, ſed datur coadiutor ſibi, 7. q. 1. c. 1. & tribus c. ſeq.

Quod deponuntur reges non ſolum ex crimine, ſed propter inſufficientiam, 15. q. 6 alius.

DERISIO. Quod deriſio prælatorũ a ſubditis facta damnatur. 2. q. 7. ſententia 15. q. 3. c. 1. in fi. de pœn. d. 2. ſ. opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol deriſit, propter quod ſterilis facta eſt.

Quod humilis habitus pie viuentiũ deridetur a peruerſis, 21. q. 4. omnis.

DESPERATIO. Quod deſperatio de Dei pietate eſt horrenda impietas. 26. q. 6. agnouimus.

Quod nemo eſt deſperandus, quamdiu eſt in hoc corpore conſtitutus 23. q. 3. corripiantur. 32. q. 11. ancillam. de pœn. d. 7. nemo.

Quod plerumque cum peccator propter ſuam culpam contemnitur, in deſperationem labitur. 45. d. credite.

Quod pœnitentia a confeſſore eſt temperanda, ne peccator propter deſperationem cogatur facere deteriora, 26. quæſt. 7. de his, & c. alligant.

DETRACTIO. Quod detractor dicitur non ſolum ille qui alijs detrahit, ſed etiam qui detrahentes audit. 6. q. 1. ex merito. 11. q. 3. non ſolum.

Quod bonum eſt a detractione linguam cuſtodire, quia tales cuncta quę de alijs loquuntur, ſua ſententia iudicabuntur. 6. q. 1. ex merito.

Quod deteriores ſunt qui detrahendo aliorum vitam moreſque corrumpunt, his qui ſubſtantias aliorum ſarripiunt, 6. quæſt. 1. deteriores.

Quod ſumma iniquitas eſt detrahere, quia omnis qui detrahit fratri ſuo, homicida eſt, 6. q. 1. ſumma de pœn. d. 3. homicidiorum.

Quod nemo putet minus periculum eſſe alicui detrahendo mentiri, quam ſanguinem fundi, 11. q. 3. nõmo peritorum.

Quod ſacerdotibus, qui populo bene dicunt, non eſt detrahendum. 6. q. 6. ſacerdotes.

Quod permittit quandoque Deus de bonis detractionem fieri, ut ſi qua culpa ab ore laudantium in corde naſcitur, ab ore vituperantium ſuffocetur, 6. q. 1. oues. ſ. ipſa, & c. ſunt plurimi.

Quod detractores nihil aliud faciũt, niſi in puluerem ſufflant, & in oculos ſuos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant, 11. q. 3. inter.

Quod nihil prodeſt ieiunare, vel orare, vel alia bona facere, niſi mens prius a detractione reuocetur, de conſec. d. 5. nihil enim prodeſt.

Quod qui facilis eſt ad detrahendũ, nõ admittitur ad accuſandum vel ad teſtificandum. 3. q. 4. detractores, & q. 5. nullus.

Quod detractor niſi ſe correxerit, a vindicibus flaminis exuretur, 11. q. 7. accuſatio.

DEVS. Quod Deus vnus eſt, licet tres ſint perſonæ in deitate, de eõ ſec. d. 3. c. ult.

Quod licet tres perſonæ ſint vna deitas & vna eſſentia, tamen aliquid eſt quod ſoli patri attribuitur, aliquid quod ſoli filio, aliquid quod ſoli Spiritui ſancto, de conſec. d. 3. c. vlt.

Quod Deus animæ, & corporis dicitur creator, & continuus operator 56. d. naſci.

Quod occulta opera Dei iudicio ſũt ſeruanda. 5. q. 1. ſi omnia.

Quod quando ſcriptura aliquid attribuit Deo quod eſt hominis, vel alterius creaturæ, per ſimilitudinem loquitur, non per proprietatem, 24. q. 1. odi.

Quod

Quod Deus ſpecialius dicitur pater Chriſtianorum, quam aliorum, 11.q.3.ad menſam.

DIABOLVS. Quod diabolus non fuit malus creatus: ſed in veritate & charitate, de pœn. diſt.2. citius, §. quod uero. ubi inuenies pro & contra.

quod propter ſuperbiam & præſumptionem, de ſui ſtatus excellentia cecidit, de pœnit.diſt.2.§.quod uero, fere per totum.

quod diabolus poſt caſum ſuũ conatur utilitatẽ eccleſiæ ſcindere, & humanum genus euertere, 16. q.2.uiſis.

quod ardentiores in Dei ſeruitio, & Deo familiariores magis impugnat.3.q.1.nulli.

quod ueriſimus hoſtis dicitur: quia mille modos nocendi habet, 16. q.2.uiſis.

quod ex ſubtilitate naturæ hoc perpendit de homine, quod ipſe homo non perpendit.26.q.5.nec mirum.poſt med.

quod ut melius decipiat, in angelum lucis ſe transformat, 26.q.5. nec mirum.

quod diabolus adeo debilis eſt, ut neminem poſſidere poſſit niſi ſe prius peccatorum æra vendiderit. 15.q.1.non eſt.

quod ipſe poteſtatem exercet in malis tanquam in ſuo pecore. 24.q.1. mittamus.

De hac materia require ubi agitur de Damnatis.

DIACONVS. quod diaconus Græce, Latine miniſter dicitur. 21. diſtin.cleros.

quod apoſtoli poſt aſcenſionem Domini diaconos ſibi ſtatuerunt in miniſtros.99.diſt.Dominus.

quod commendantur diaconi reſpectu præfigurationis patris, & vitæ actiuæ & contemplatiuæ quã debent exercere; 13. diſtinct. diaconi ſunt, quos.

quod diaconi ſunt tanquam oculi epiſcopi oberrantes, & circumluſtrantes.93.diſt. diaconi eccleſiæ.

quod diaconi debent aſſiſtere epiſcopo prædicanti, ne ab æmulis infeſtetur, uel uerbo Dei detrahatur.93.diſt.diaconi qui.

quod non debent præſente epiſcopo vel presbytero, niſi de eorum mandato ſacramenta conferre.93.diſt. peruenit, & c.diaconi.

quod officium diaconorum inuenitur.25.diſt.perfectis, ante med.93. diſt.diaconi eccleſiæ.

quod epiſcopus ſine diacono non debet ſolẽniter celebrare, nec calicem niſi prius porrigatur per diaconum debet auferre.93.diſt. diaconi ſunt.

quod abſurdum eſt auditu, diaconũ extolli ſuper epiſcopum & presbyterum.93.diſt.legimus.

quod diaconus in quacumque dignitate conſtitutus, excepta legatione, ſi ſe præfert, a proprio gradu cadere debet.93.diſt.cap.ult.

quod diaconi debent corporalia, & pallas lauare, de conſec.diſt.1. nemo per ignorantiam.

DIALECTICA. quod qui dialectica arte diebus & noctib. torquentur, in obſcuritate mentis gradiuntur, 37.diſt.nonne.

quod dialecticorum tendicula, ſunt quædam phantaſmata & umbræ, quæ cito reſoluuntur. 37.d. vino.

quod garrulitas ranarũ quibus percuſſa eſt Ægyptus, garrulitatem dialecticorum & ſophiſtica argumenta deſignat.37.diſt. legimus.

quod non in dialectica placuit Deo ſaluare populum ſuum, quia regnum Dei in ſimplicitate fidei eſt, non in contentione. 37.diſtin. omnem.

DIES. quod dies feſtiuandi exprimuntur. de conſec.diſt.3.§.1.

quod qui dies ſunt a iudicijs, & placitis, cuſtodiendi. 15.q.4. placita.

quod die dominico nil eſt agendum niſi Deo vacandum, de conſecra. diſt.3.ieiunia.

quod ideo dies dominicus magis eſt venerandus quia in ipſo mundus ſumpſit exordium, & per reſurrectionem Chriſti vita accepit principium.75.diſt.quod die.

quod die dominico conſecrantur epiſcopi.ibid.

quod epiſcopus die dominico non debet abeſſet ſua eccleſia. de conſec.diſt.3.epiſcopus.

quod die dominico, & in feſtis non debent flecti genua orationis cauſa, de conſecr.diſt.3. quoniã ſunt. 30.diſt.ſi quis presbyter.

quod die dominico miſſa ab omnibus uſque ad finem eſt audienda. de conſec.diſt.1.miſſas.

quod nullus epiſcopus, uel infra poſitus, die dominico cauſas audire præſumat. 15.q.4. per totum, de conſec.diſt.3.c.1.

quod die dominico nullus ſuper ſancta Dei euãgelia debet iurare. 22. q.5.decreuit.

quod die dominico non eſt ieiunandum, de conſecr. diſt.3.ieiunium. e.ieq.30. diſt. ſi quis presbyter.

quod die dominico plus ſolito homines carnis delicijs ſolent intendere, 4.diſt.denique.

quod Antichriſtus diem dominicum, & diem ſabbati faciet cuſtodiri, vtex hoc ſibi Iudæos & Chriſtianos cautius attrahat, de conſe. diſt. 3. peruen t.

quod die ſabbati abſtinendum eſt à carnibus, de cõſc. diſt.5.qua dies.

quod de Iouis non ſequamur errores Gentilium. non eſt ieiunandũ, de conſec.diſt.3.ieiunium.

DIFFINITIO. Quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari.25.q.2.cum die.

Quod diffinitiua ſententia quæ condemnationem, vel abſolutionem non continet, pro nulla habetur. 2.q.6.ex qui.§. diffinitiua.

DILAPIDATIO. Dilapidatio quando ſit bona, & quando non, require in verbo. Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum eccleſiaſticarum tolum ſuſpectus ſubmouetur, & uſque ad diſcuſſionem facti detrahetur. 3. q.2. ſi epiſcopus, §.quod ſi. & c.ſeq.

Quod in crimine dilapidationis ſpeciale eſt, quod ſequeſtratur poſſeſſio a poſſeſſore, antequam conuictus ſit. 3.q.2.quia.

Quod ſi epiſcopus, uel presbyter, qui res eccleſiæ, quæ ſunt pro neceſſitatibus pauperum, & pro redemptione captiuorum dilapidauerit, eſt deponendus, 12.q.2. apoſtolicos, 17.q 4.nullus rei.

DILECTIO. Quod dilectio Dei eſt perfecta quando ipſum diligimus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus, de pœnit. diſt.2.ſi quis ſemel.§.charitas eſt.

Quod Deum diligere eſt illi copulari, animo concipere fruendæ viſionis eius affectu, peccati odium, mundi faſtidium. ibidem.

Quod ordinem dilectionis peruertunt, qui aut mundum qui contemnendus eſt diligunt, aut corpora ſua minus diligenda plus diligunt, aut proximos ſuos nõ ſicut ſeipſos, aut Deum pluſquam ſeipſos non diligunt. ibid.

Quod dilectio Dei facit peccato facile reſiſtere, bonis operib. abundare, ſæcularia blandimenta contemnere, & omnia quæ humanæ fragilitati ſunt difficilia perficere, diſt.2.§.charitas eſt.

Quod ſi Deũ toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati deſiderijs ſeruiamus, de pœn. diſt. 2.§.charitas eſt.

Quod illi Deum plus quàm ſe diligunt, qui pro eius amore ſalutẽ ſuæ non parcunt. de pœnit.diſt.2. §.charitas eſt.

Quod homo proximum ſicut ſeipſum diligit, quando quantum poteſt laborat ut eum adducat ad Deum colendum. 23. q. 4. debet homo.

Quod tãc proximos diligimus ſicut nos, quando non propter ſperata beneficia, uel propter conſanguinitatem, ſed propter hoc tantum quod noſtræ naturæ ſunt participes diligimus. de pœnit. diſt.2. §. charitas eſt.

Quod in hoc proximos tenemur diligere, ut de corũ perditione doleamus, & ad eorum correctionẽ quotidie laboremus. 23. q.4. non poteſt, §.ſeq.

Quod non eſt ſignum veræ dilectionis ad proximum, quando dimittitur peccatum impunitum. 23.q. 4.quid crudele.

De hac materia require ubi agitur de Amore.

DIOECESIS. Quod diœceſis dicitur ubi epiſcopus uel epiſcopa-

tus

tus habetur, 16.q.1. cum pro vtilitate,& q.3.licet.

Quod quædam sunt diœceses quæ certis limitibus distinguũtur, quędam uero non.16.q.3.licet. §. hoc multipliciter.

Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta alijs participare,16.q.3.licet,in fi.

Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica, 16. q.1.& temporis,& c.seq.

Quod quando excreuit fideliũ multitudo diœceses diuidi, & episcopi multiplicati auctoritate apostolica possunt.16.q.1.præcipimus.

Quod quædam diœceses per præscriptionem tolli possunt, quędam vero non.16.q.3.licet, §. hoc multipliciter.

DISCERE. Quod discere debet quilibet antequam doceat, 23. distin. his,16.q.1.sic vine.

Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quàm Christi membrum esse ostenditur, 38. distin.nullus.

Quod debet esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit, 16. q. 1. si clericatus.

Quod discere debemus triplici de causa, aut ne ignoremus, aut negligamus,aut repudiemus, 37. dist. legimus.

Quod tales laudabiliter scientias seculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis conuertunt,37. dist. turbat.

Quod clerici sacris literis semper debent insistere,ne tunc quęrant discere,cum ex officio alios debent docere, 36. dist. qui ecclesiasticis, §.ecce.

Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existunt; quia veritatis discipuli non fuerunt,24.q.3.quid autem.

Quod discẽdum est à minoribus fine verecundia, 38.dist. nullus,24. q.3.si habes.

Quod stultus est qui in eo ut se primum existimat, bona quæ viderit discere contemnat,22. distinct. de Constantinopolitana,84.dist. peruenit.23.q.3. si habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

DISCIPLINA. Quod disciplina virtrix est malæ vitæ,23.q.5.ad fidẽ. & c.non putes.

Quod mali ut ad bonã disciplinam perueniãt, per flagella sunt corrigẽdi.23.q.4.disciplicet,circa med. & c.vlt.

Quod filius non diligitur, qui non disciplinatur.23.q.5. non putes.

Quod qui peccantem coercet aliqua disciplina,eleemosynam facit.45. dist. & qui.

Quod hic officio hominis imitatur disciplina, videlicet episcopo regenti plebem suam, puperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regenti filem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam,23.q.4.duo.

Quod disciplina, uel misericordia multum destituitur,si vna sine altera teneatur,45.dist. disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

DISCIPVLVS. Quod discipulus non debet esse supra magistrum, 6. q. 1.sacerdotes.

Quod miserum est, cum fieri magistrum,qui necdum didicit esse discipulus,45.dist. prohibentur, 61. dist.miserum,16.q.1. si clericatus.

Quod 72.discipuli ab Apostolis sunt electi.21.dist.in nouo,in fi.

DISCORDIA. Quod discordia mentium tam inter fratres carnales, quàm spirituales inducit frequenter sepatationem corporis,56.dist. Ismael.

quod disciplina perditur desidia, cũ prælatus negligit conuicia, 23.q. 3.iustum.

quod diuersitas cultus plurimũ est materia discordiæ. 90. d. perlatũ.

quod qui societatẽ fraternitatis discordiæ peste commaculat, Deum qui charitas est, tanquam Iudas prodit,11.q.3.abijt.

quod ideo litigiosi ordinari prohibentur, quia tales ad concordiam non ualent prouocare, 90.dist.c.1.

quod prælatorũ interest discordantes ad concordiam reuocare, 61. dist.c.ult.90.dist. discordantes.

quod discordantiũ munera, uel oblationes nec Deus suscipit, nec a sacerdotibus sunt suscipiendæ, 90. d.oblationes. 3.q.7. in grauibus.

De hac materia habes vbi agitur de Concordia.

DISCRETIO. quod discretio est mater virtutum omnium.1.quæst.5. præsentium.

quod discretio necessaria est prælato in corrigendo,50.dist. ponderet.

Quod correctio qñque habere debet plus de asperitate q̃ de benignitate, quandoque debet esse mista cum vtroque, 45.dist. disciplina.

De hac materia require de Correctione.

quod necessaria est prædicatori in docendo,43.dist.dispensatio. §.pariter,in fi.

quod debet esse doctor discretus, ut ne tacenda, proferat,aut proferenda reticescat,43.dist. sit rector.

Item debet esse discretus, vt secundum capacitatem auditoris moderetur sermo prædicationis, 8. q. 1. oportet.

quod necessaria est discretio cõfessori in ligando, & soluendo,23.q.4. si is qui.de pœnit. dist.1. §. quem pœniteat.

Quod necessaria est discretio omnibus in uiuendo,vt scilicet virtutes eligamus,& vitia reprobemus, 49. dist.hinc etenim.

DISPENSATIO. Quod dispensatio non potest fieri cõtra ius naturale nisi forte ad maius malum vitandum,23.dist.§.1.

Quod necessitas inducit dispensationẽ,34.dist.fraternitatis,& c.lector.

Quod non debet fieri dispensatio nisi urgente magna angustia, 55. distin.priscis.

Quod non est pro regula assumendũ quod ex dispentatione specialiter est concessum, 56. dist.Cenomanen.1.q.7.& si illa.9.q.1. ordinationes.

quod pro necessitate temporum fit quandoque dispensatio contra decreta.1.q.7.requiritis, & trib. cap. seq.& cap.si illa. 31. q.4.recurrat. §.his itaque.

quod multa tolerantur ex dispensatione, quę canonis rigor condemnat.24.dist.fraternitatis.

quod sicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum:sic dispensatio quandoque fit propter maius lucrum. 1. q. 1. dispensationes.

quod secundum diuersitatem excessus dispensatio quãdoque protrahitur, quandoque accelleratur. 15. q.8.hi qui.

quod dispensatur quãdoque ratione multitudinis, 50.dist.ut constitue retur,9.q.1.ordinationes.in fi.

quandoque ratione temporis & utilitatis.1.q.7.dispensationes.

quandoque ratione personæ, 1. q.7. didici.& c.tali.

quandoque ratione meriti, & prærogatiuæ scientiæ,1.q.7.tali.

quãdoque ratione religionis.50.dist. si quis diaconus.

quod quandoq; dispensatur ad vnũ ordinem,& non ad alios, 34. dist. lector.9.q. 1. ab excommunicatis.

quod in casuali homicidio cum clerico dispensatur,vt in suscepto ordine maneat,50.dist.clerico.

quod cum directè homicida non dispensatur ad sacerdotium,50. dist. miror.& duobus c.seq.

quod cum illo dispensatur, qui flagellando aliquando præter intentionèm ipsum occiderit, 50. dist. studeat.

quod an dispenset Papa contra Apostolum,ut in bigamia, 34. dist.lector.& vide quæ ibi notantur.

Item dispensat contra canones apostolorum cũ presbytero fornicante, ut post decennalem pœnitentiam ad pristinum redeat honorem.81.dist.presbyter.

Item solus Papa dispensat in grada consanguinitatis,& affinitatis,35. q.3.quædam.§.quod scripsi.

Item solus Papa restituit episcopos, & dispensat cum eisdem. 2. q. 6. ideo.

Item

Item ſolus Papa diſpenſat cum ſimoniaco in ſimonia ſcienter commiſſa, vel ratum habente ſiue ſit in ordine, ſiue in beneficio. 1.q.1. erga.

Item ſolus Papa diſpenſat contra canones qui præcipiunt pœnitentiam vel ſatisfactionem pro enormibus. 12.q.2.de viro.

Item ſolus Papa diſpenſat cum illo qui excommunicatus exequitur officium, vel recipit beneficium. 11.qu.3.ſi quis epiſcopus damnatur, & c.ſeq.

Item ſolus Papa diſpenſat cum illegitime natis ad beneficia, quæ ſũt cum cura. 56.d. Cœnomanen.

Quod Papa non inuenitur diſpenſaſſe cũ his qui ab hæreticis ad ſubuerſionem eccleſiæ ordinantur. 11.q.7.conuenientibus.circa fi.

Item cum eo qui ſcienter a ſimonia eo ſimoniace eſt promotus. 9.q.1. ab excommunicatis.

Item nec cum eo quin ſciẽter eſt rebaptizatus, vel reordinatus. 1.q.7. ſaluberrimum in fine. de conſec. d.4.qui b.ſ.

Item nec cum eo qui ordinatus eſt ab inuaſore ſedis alterius epiſcopatus. 9.q.1.ordinationes.

Quod diſpenſat epiſcopus cum illo pro quo ignorante parentes, vt promoueretur ad ordines, vel ad beneficium, pecuniam dederunt. 1.q.1.præſentium, & cap.quicunque.

Quod diſpenſat epiſcopus cum clerico, vel presbytero ſacrilego, vel hæretico, vel ſchiſmatico, ne deſperent, 50.diſtinct.ſi quis presbyter, & c.presbyteros, & c. vt conſtitueretur.

Item diſpenſat Epiſcopus in fornicatione clerici, furto, periurio, & alijs capitalibus criminibus, dum modo ſint occulta, quia ſi ſunt publica debet deponi. 50.diſt.de his vero.

Item diſpenſat epiſcopus in pœnitijs, quas canones ſtatuerunt. 26. quæſt. 7.pœnitentibus, & c.tempora pœnitudinis, & duobus caſeq.

Item diſpẽſat epiſcopus cum eo qui prætermiſſo ſubdiaconatu diaconus, vel presbyter efficitur, ſupplendo ordinem prætermiſſum. 52.d.ſolicitudo.

Quod varia diſpenſatio, quæ epiſcopis conceditur, coepiſcopis prohibetur. 68.diſt.quamuis, & capitu. ſeq.

Quod diſpenſat Abbas cum monacho vt extra monaſterium, tamen ſub ſua obedientia ſpecialem cellam habere poſſit. 20.q.4. monachum.

Item diſpenſat cum monacho, vt carnes comedere poſſit, de conſecra.d.5.carnem.

DIVITIÆ. Quod diuitiæ temporales ſi ſunt cum ſtudio, & affectu ſingulari, ignominioſæ ſunt. 12. q.2.gloria.

Quod dilectores diuitiarum fortes ſunt in terrenis, debiles in cęleſtibus. 47.d.

Quod diues cupidus gratius intuetur aurum quam ſolem. 47.d.ſicut hi.

Quod iniuſte poſſidet diuitias qui ipſis male vtitur. 14.qu.4.quid dicam.

quod nihil facit diuitias ſic contemni, ſicut recordatio pauperis finis, & principij. 48.d.ſicut hi.

Quod fideli homini totus mundus eſt diuitiarum, infideli autem nec obolus. 14.q.4.quid dicam.

quod diuites niſi rebus temporalibus, ſi abundant iuſtitia, & operibus bonis nõ ſunt adijciendi. 30. diſtinct.hæc autem ſcripſimus.in fine.

quod diuitiæ eccleſiarum ſunt bona pauperum, & redemptio captiuorum. 12.q.11.aurum.

DIVINATIO. Quod diuinatio numquam in bonam partem accipitur 1.qu.1.numquam.

quod diuinatio a Perſis eſt inuenta. 26.q.4.igitur.circa fi.

quod ſecundum quoſdam quatuor ſunt genera diuinationis, videlicet ex terra, aqua, igne, aere. 26. q.4.c.igitur.

quod diuini dicuntur qui ex coniectura mentis ſuæ incerta, futurorum quaſi vera prænunciant. 37. d.vino.

quod multi modi ſunt, & multa genera per quæ diuinatores futura inueſtigant, quæ ponuntur. 11.q. 4.igitur.per totum, & quæſt.3.nec mirum.

quod dominus per diuinatores illudi hominibus permittit, vt probẽtur boni vtrum in Dei dilectione ſint firmi. 26.q.5.nec.in fi.

quod diuinatores propter deteſtationem criminis in accuſatione non admittuntur. 11.qu.8.quiſquis.

Item ſunt excõicandi. 26.q.1.§.1.

Item ſi clerici fuerint, & ſe corrigere noluerint ſunt deponendi, 26. q.5.ſi quis epiſcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Incarnatione.

DIVORTIVM. Quod diuortium proprie dicatur inter carnaliter commiſcentes, vel commiſcerii appetentes, vnde inter Mariam, & Ioſeph non dicitur diuortium quando Ioanni fuit commendata. 7.quæſt.11.quod autem.§.Item ſi coniuges.

quod quos Deus coniunxit, homo non debet ſeparare, ſubaudi violenter, vel hac ratione. 33.qu.4 quos Deus.

quod frigiditas viri vere probata cauſat diuortium. 1.qu.4.conſuluiſti, §.hoc autem. 27. qu.11.quod autem. 13.q.1.§.1.

quod affinitas poſt contractum matrimonium ſuperueniens non accuſat diuortium. 27. qu.11. quod autem, §.proxi.

quod conuerſus ad fidem poteſt diuortiari ab vxore non conuerſa, quæ ipſum retitur a fide Chriſti deducere. 28.qu.1.idolatria, & ca. ſeq.

quod fornicatio carnalis, & ſpiritualis cauſet diuortium. 28.q.1. idolatria, & c.ſeq.

quod machinatio in mortem cum effectu propter cõtrahendum matrimonium cauſat diuortium. 32. q.1.ſi qua & §.ſeq.

quod diuortium non debet fieri pro quacumque infirmitate, vel deformitate, vel ſenio, vel ſterilitate. 32.q.5.ſi vxorem, & q.7.tantum.

quod cauſa conſanguinitatis non licet quem dimittere vxorem niſi prius conſanguinitas eorum coram epiſcopo approbata fuerit. 35.q.6.multorum.

quod adulter vel adultera ab adultero diuortiari non pt. 32.qu.6.§.1.

quod extraordinaria pollutio naturaliter facta et frequentius iterata non inducit diuortium ſine iudicio. 35.q.3. extraordinaria.

quod diuortium ſine iudicio, & ſine conſenſu epiſcopi non debet fieri. 27.q.2.ſi vir. 33.q.2. ſæcularis. 35. q.6.multorum.

quod vxor ſine iudicio eccleſiæ dimiſſa, primo reſtituenda eſt antequam de diuortio agatur. 33.q.2. hiſtoria, & c.ſeq.

quod vir, & mulier quantum ad cauſas diuortij æqualiter iudicantur. 32.q.5.Chriſtiana.

quod ſi poſt diuortium propter fragilitatẽ vir aliam cognouerit propter doli præſumptionem compellendus eſt redire ad primam. 33. q.2.quod autem.in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio infra.

DOMINIVM. Quod dominium aet trãsfertur ratione ordinis, videlicet ſi quis ſeruus alterius in presbyterum ordinatur. 54.d.frequẽs.

Item ratione conſecrationis, vt ſi res conſecrata ab aliquo repetitur. nõ ipſa redditur, ſed compẽſatur. 14. q.6.comperimus.

Item propter religionem, cum ſcilicet per religionis ingreſſum contigerit vacare beneficium. 17. qu.2. Conſaldus.

Item ratione Chriſtianitatis, vt ſcilicet cum ſeruus Iudæi, vel pagani Chriſtianus efficitur. 54.d. fraternitatem.

Item ratione dignitatis, ſicut ſedes Conſtantinopolitana, licet poſterior ſit quam Alexandrina, tamen prior numero debet poni. 22.d.renouans.

Item auctoritate ſuperioris, ſicut qñ iubente Domino Iudæi theſauros Ægyptiorum deportauerunt. 14. q.5.dixit Dominus.

DONVM. De dono require vbi agitur de dato.

DV-

Digitized by Google

DVBIVM. quod dubium de ordinatore an fuerit episcopus, an non, facit ordinatos reordinari. 68.d.presbyteri.

quod in re dubia auctoritas ecclesiæ est requirenda. 11.d.palæm.

quod in rebus dubijs absolute non debet ferri sententia. 33. dist. habuisse.

quod quando emergit dubitatio in persona, in facto, & in iure, tunc nullo modo procedendum est in sententia.30.q.5.iudicantem,& §. seq.

Cum emergit in persona tantum, vbi certum est ius & factum,tunc certa datur senten.5.q.1. quidam.

Cum in facto emergit dubitatio,vbi certum est ius & persona,tunc nō potest certa ferri sententia. 5.q.1. quidam.

Cum in iure emergit dubitatio vbi certum est factum,& persona,tūc consulenda est sacra scriptura, & seniores prouinciæ, & Papa.20.d. de quibus. 24.q.4.quoties.

quod qui dubitat se baptizatum,debet baptizari. de consecr. d.4.parvulos, & c.seq.placuit.

quod si dubium est de consecratione ecclesiæ,vel altaris,debent consecrari. de consec.d 1.ecclesiæ.

DVPLICITAS. Quod duplex monasterium pro monachis, & monialibus fieri in vno prohibetur.18.q.2.diffinimus.

quod monachus duplex officium suæ professioni contrarium, non debet exercere. 16.q.1.nemo,& c. de præsentium, & c.presbyteros.

quod nemo potest esse accusator, & testis.4.q.4.nullus.

quod nullus clericus ad duas ecclesias intitulari debet. 21.q.1.c.1.2. & 3.& 16.qu.7.per laicos.in fi.

quod nulla ecclesia parochialis duos pastores debet habere.21.qu.11.sicut.

quod qui bene præsunt, duplici honore honorandi sunt. 95.distinct. ecce.

quod ille duplex cor non habet, qui propter varium euentum verba sua mutat.22.q.2. ne quis in fi.

quod duplex tribulatio non consurget super illos qui inter flagella egerunt pœnitentiam. de pœ.d.3. hac auctoritate. 23.q.5.quid ergo. post medium.

De duplicitate habes vbi agitur de simulatione, & hypocrisi.

DVRITIA. Quod duritia obstinationis est, quando quis bonitatem Dei contemnens vsq; ad mortem in peccatis perdurat. 93. dist. diaconi sunt.in fine.

quod duro collo stamus si spreta longa Dei pietate in peccatis vsq; ad mortem perduramus. 93.d.diaconi sunt in fi.

De dura vegnire in asperitate, in austeritate, & correctione.

EBRIETAS. Quod ebrietas in principio generis humani ante diluuium ignorabatur. 35. d. sexto die.

quod ebrietas a Noe inuenta est,qui primus vineam plantauit.35.dist. sexto die.

quod ebrietas est fomes, & nutrix omnium vitiorum. 35. dist. ante omnia & 15. q.1.sane.

quod Loth quem Sodoma nō vicit, vina vicerunt.35.d.§.1.

quod ebrietas suadet ad iurgia, & maledicta. sicut patet in Noe qui obiurgando filium eum maledixit.35.d.sexto die.

quod tumultuosa est ebrietas. 35.d. luxuriosa.

quod vbi ebrietas, ibi libido & furor.35.d.venter.

quod ebrietas obcęcat conscientiam, & sepelit rationem.15.quæstio.1. sane.

quod propriū est ebrietatis femora denudare, & ad luxuriam incitare.35.d.sexto die.

quod ebrietas pronum facit ad promittendum,post tristem ad exsoluendum. Exemplum de Herode, & Ioanne Baptista.22.qu.2.vnusquisque.

quod ebrietas excusat culpam a toto,sed non a toto.15.qu.1.sane, & c.inebriarunt.

quod ebrietas assuefacta est mortale peccatum. 35.d.vnum.§.crimis appellatio alias.35.dist.episcopus.

quod cum ebriosis,non solum cibus non est sumendus, sed etiam sunt vitandi.11.q.3.ad mensam.

quod clerici quorum sensus vigere debet, maxime ab ebrietate debēt abstinere.35.d.§.1.& c.seq.

quod episcopus.aut presbyter ebriosus deponitur, inferiores clerici, corona priuantur.35.d.episcopus.

ECCLESIA. Quod ecclesia catholica dicitur fidelium multitudo fide, & charitate vnita. 93.d.legimus circa med.1.q.1. multæ.in fi. 24.q.1.loquitur.

quod omnes episcopi, & omnes fideles sunt vna ecclesia. 93. d.legimus in fi.

quod ipsa non solum ratione virginitatis, sed etiam ratione omnium fidelium tota virgo dicitur. 27.q. 1.nuptiarum ante fi.

quod sponsa Christi dicitur pudica, & incorrupta, quæ adulterari non potest.24.q 1.loquitur in fi.& ca. omnibus.

quod ipsa habet veraciter dominica sacramenta.1.q.1.ex catholica.24. q.1.quia ex sola.

quod extra eam salus non habetur. 24.q.1.datemus, & ca.quicunq; & c. quia ea.

quod sicut præcisus ramus ab arbore non viuit,ita præcisi ab ecclesia. 23.quæstio.4. ipsa pietas. Norent hoc membra arida per excommunicationem in contumacia obstinata.

quod ritus ipsius a scripturis, & a traditione apostolica,& a consuetudine sancta pullularuerunt. 11. d.ecclesiasticarum,& capi.catholica.

quod status eius alter fuit tempore apostolorum, & martyrum.alter modo.12.q.1.futuram.23.q.4.nō inuenitur. post prin.

quod ipsa malos quibus ius iuxta. est, tamquam zizania in medio tritici æquanimiter tolerat. 12.q. 1.exemplum.23.qu.4.quamus & c.seq. & c.quidam.de consec.d.4. est vnitas

quod ipsa propter malorum opera, quæ sunt in ipsa spelunca latronum dicitur. 16.q.7.& hoc circa. med.

quod licite possidet facultates temporales, quas non reputat proprias, sed communes. 12.quæst.1. exemplum & c.seq.& c.habebat.

quod quandoque soluit sæculari potestati tributa.23.q.8.conuenior. & c.tributum.

quod ad principes spectat singulares schismaticos ecclesiæ comprimere. 23.q.5.non vos.

quod ecclesia Romana mater est & caput omnium ecclesiarum. 12.d. c.1.& seq.3.q.6.dudum.

quod ipsa est prima sedes non habens maculam,neque rugam.21. d.quamuis.

quod ipsa tamquam magistra est in omnibus sequenda. 11.d. quis.in fi. 12.d.cap.1. & seq.22. dist.omnes.

quod ipsa est in speculum omnibus 19.d.enimvero.

quod qui derogando ei cōtra ipsam loquitur hæreticus reputatur.22. d.omnes. Notēt hoc peruersi qui continuo sacrilego ore ecclesiam lacerant.

quod ipsa habet plenitudinem potestatis: aliæ ecclesiæ vocatæ sunt per ipsam in partem solicitudinis.3.q.6.multum.

quod ipsa a tramite apostolicæ traditionis numquam errauit. 24.q. 1.a recta. c.in sede.c. hæc est.& c. cum beatissimus.

quod custodit statuta conciliorum quæ ipsa confirmauit. 25.qu.1.de consecra.d.basilicas.

quod ipsa statuta conciliorum secundum euentum temporum, vel in toto,vel in parte mutat.25.q.vlt. c.postea. §.his ita.

quod sententias quandoque reuocat, quandoq; in melius commutat,35.quæst 9.sententiam, & ca. seq.

quod ad Romanam ecclesiam omnibus sine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur.2.qu 6.ad Romanam,& tribus.c seq.9.q.3.cuncta.

quod ipsa valet omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. 9.q.3.episcopo. §.sola.17.q.4.nemini.

Quod in dubijs, & arduis ad ipsam est

ctl'reuerendum.21.d. palam. 22. dist.preceptis.

Quod qui in ecclesia Romana sacrũ ordinem acceperit,ad seruiendum remanebit.21.q.1.filium.

De hac materia require vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Apostolica sede.

Quod ecclesia materialis non debet construi sine consensu episcopi. 16.q.1.quicunque,& qu. 5. lator. 18.q.2.quidam.de consecr. dist.1. nemo.

quod propter nullius somnia construendæ sunt ecclesiæ vel altaria. de cons.d.1.placuit.

quod propter nouarum ecclesiarum constructionem priores ecclesiæ non debent decimas amittere. 36. q.1.quicunque.

quod secundum exigentiam populi episcopus de ecclesiarum pluralitate, & quantitate debet prouidere.de consec.distinc.1.omnes basilicæ.

quod ecclesia maior debet habere 40.passus in circuitu,minor,30.17. q.4.sicut antiquitus.

quod consecrari debent a diœcesano, & non nisi prius dotentur.16. q.7. pia,& duob.c.seq.

quod pro consecratione ecclesiæ episcopus nil debet exquirere, 1.q.2. placuit.

De consecratione plura inuenies in titulo consecrationis.

Quod in ecclesiis nil incongruũ vel inhonestum agi debet.47. d. nulli.& duob.c.seq.16.q.7.& hoc diximus.

quod ecclesiæ debent seruari mundæ,adeo vt respondeant, 86. dist. pulchra.

quod ecclesiæ non debent transferri nisi tribus de causis,videlicet ratione necessitatis, difficultatis, & granaminis,de consec. distinct.1. tribus.

quod non debent a laicis incastellari,10.q.1. sanctorum.

quod debent ecclesiæ ab episcopis annuis vicibus visitari,& indigentes reparatione,ipsius solicitudine debent reparari,10.q.1. decreuimus, & duob.c.seq.

quod ecclesia materialis tunc honoratur quando confugientibus ad ipsam immunitas obseruatur. 17. q.4.cum.

quod reus ad ecclesiam confugiens nõ restituitur nisi de securitate vitæ & membrorum recepta cautione,17.q.4.reũ,22.q.5.reos,36.q.1. de raptoribus.

quod seruus ad ecclesiam confugiẽs redditur cum cautione,17.q.4. metuentes,& c. id constituimus.

quod præter publicum latronem nullus trahi debet de ecclesia, 17.q.4. sicut.

quod ille etiam frustra implorat ecclesiæ auxilium, qui in ipsam deliquit.17.q.4. ad episcopos.

quod confugienti ad ecclesias licet exire ad 30.passus ad requisita natura,17.q.4. diffinuit.

quod violatores ecclesiasticæ immunitatis puniuntur excommunicatione,& pœna pecuniaria,17.q.4. sicut antiquitus,& quinque c.seq. & c.nullus,cum plurib. seq.

quod mulier eadem hora qua genuit & qua hora patitur menstrua ecclesiam intrare non est prohibenda,5.d.cum enixa. §. nã si mulier, & c.ad eius vero.

quod ecclesia materialis ad exẽplar triumphalis ecclesiæ decorat officiorum ac ministrorũ sibi subseruientium diuersitate.89. d.ad hoc & c.singula.

De diuersitate ministrorum ecclesiæ ac officiorum eorum, 25.dist.perlectis.

quod quicunque de ministris ecclesiæ,siue sit episcopus, siue alter, p laicum intrat ecclesiam:tanquam sacrilegus debet deponi, 16.q.7.si quis deinceps,& 12.c.seq.

quod vna ecclesia non debet habere duos pastores,7.q.1. in apib.16.q. 7.si plures.

quod vbi duo rectores sunt in vna ecclesia,non est sponsa, sed scortũ. 21.q.2.sicut.

quod duo patroni vnius ecclesiæ cõpellendi sunt ad vnum presbyterum habendum,16.quæst.7.si plures.

quod vno rectore ecclesiæ viuente alter non substituitur.7.q.1.in apibus.§.seq.

quod sicut inter virum,& mulierem est inseparabile matrimonium: sic est spirituale inter ecclesiam & ipsius rectorem.7. q.1. sicut alterius.

quod qui beneficiatus est in ecclesia, tenetur officiare eam, 10. quæst.3. vnio.

quod nullus debet esse prebendatus in duabus ecclesiis nisi ex dispensatione,70.d.sanctorum, 10. q. 3. vaio,in fi. 21. q.1.c.1.

quod incongruum est quod cum officium vnum pro sui magnitudine diligenter quis nõ potest explere, ad duo videatur idoneus, 16. q.1. presbyteros.

quod nullus presbyter debet habere duas ecclesias, 16. quæstio. 7. per laicos.

quod cadit a priori ecclesia qui se de altera intromisit,21.quæst.2. placuit.

quod vnus potest habere plures ecclesias, vnam intitulatam, & aliã commendatam,21.quæstio.1. qui plures.

quod quis potest habere duas ex priuilegio.16.q.1.& temporis, 21.q. 1.relatio clericorum.

Item possunt habere duas propter multitudinẽ ecclesiarum, & paucitatem clericorum,21.q.1.c.1.in fi. 55.d.priscis.

Itẽ possunt haberi duæ propter paucitatem parochianorum, vt si pauciores essent quam decẽ homines, 10.q.3.vnio.

quod in parochiali ecclesia inuestiri debet presbyter per episcopum. 16.q.2.sane in fi. & q. 7. si plures. §. vt ergo.

quod pastor non est qui sine consensu episcopi gubernat ecclesiam.16. q.7. nullus omnino, & cap. laicis. & c.seq.

quod sacerdos non potest dimittere ecclesiam sibi commissam sine consensu episcopi,71.distinct. clericos.

quod ecclesiæ conductitiis presbyteris sub anno censu, sunt committendæ.21.q.2. præcipimus.

quod præsumitur ecclesia ecclesiæ subiecta, si soluat ei cathedraticũ. 10.q.3.illud magnitudinem.

Item si in eius territorio est sita. 16. q.7.omnes basilicæ.

Item si decimam vel quartam de eadem percipit,10. quæst. 3. prisci. & c.seq.

Item si ab eo pro officio conuiuium accipit,10.quæst.3.illud magnitudinem.

Item si eius infantes baptizauerit. 10.q.3.relatum.

Item si aliquando sententia lata ab ea in aliquem illius ecclesiæ seruum fuerit.9.q.3.c.1.

Item si mortuos eius sepeliuerit. 23. q.5.placuit.

DE REBVS ECCLESIÆ.

Quod ecclesiæ vestimenta sacrata & vasa vetustate consumpta debẽt exuri, & pulueres in baptisterio, vel alio loco vbi pedibus nõ possint conculcari sunt ponendi, de cons.d.1.altaris.

quod ligna ecclesiæ non vsibus laicorum, sed religiosorum possunt adaptari, vel exuri, de consec. d.1. ligna.

quod vestes sacræ & vasa nec p mortuis, neque vsus secularibus sunt commodandæ, de consecr. dist. 1. nemo per ignorantiam,& duobus cap.seq.

quos uestes sacræ, & vasa nec contingi, nec lauari debent per laicos, sed per clericos, & in specialibus vasis, de consecr. distin. 1. nemo per ignorantiam,& c.seq.4.d. olis presbyter.

quod sicut anima sine corpore nõ viuit corporaliter,sic & ecclesia sine temporalibus in nullo proficit. 12. q.3.ũ quis.

Quod res ecclesiæ diligenter sunt seruandæ, & per episcopos inter pauperes clericos sunt dispensandæ, 10. quæst. 1. quæcunque. & quæst. 2. cap. 1. 12. quæstio. 1. expedit. usque in finem quæstionis & quæstione 2. placuit.

quod pro earum conseruatione œconomus est habendus,89. distinct. quia.& cap.seq.12. quæstio.2. nobis.

Quod sunt expendẽdæ pro indigentia

lia pauperum,& redemptione captiuorum,12. q.2. res, & quatuor c.seq.12. q 4. episcopus.

quod res ecclesiæ sunt per episcopũ in quatuor vel tres partes diuidendæ. ita vt vna pars sit pro fabrica ecclesiæ. secunda pars episcopi, tertia clericorum obsequentium ecclesiæ. quarta pro pauperibus & peregrinis debet obseruari, 12. q.2.vobis,& cap. concesso,& quatuor cap.seq.16.q. 1. constitutum, cap.ad hoc.

quod cauetur ecclesiæ quantum ad res in episcoporum promotione. 28.d.de Syracusana.

Item in clericorum, & religiosorum prouisione.12.quæst.2. statuimus. & duobus c.seq cap.sæpe. & duobus c.sequen. 16. quæst. 1. possessiones.

Item in nouarum ecclesiarum constructione,16.q.1.si quis laicus.& duob.c.seq.

quod non debent res ecclesiæ illicite alienari,12.quæstio.2. nulli licet. & capit.diaconi, & duobus cap.seq.

quod episcopo de rebus ecclesiæ prædialibus sine consensu clericorum non licet vendere, 12. quæstio. 2. placuit.

quod episcopus de censibus ecclesiæ quinquagesimam in monasteriorum constructione, & aliarum ecclesiarum regularium centesimam,potest dare 12.quæstio.2.bonæ rei.

quod res minores potest per se episcopus alienare,12.quæstio.2. terrulas.

quod episcopus res ecclesiæ illicite suis propinquis, non debet committere.89.dist.dicentes. 10. q.2. episcopus.

quod nec laicis nec sæcularibus sunt committendæ personis,89. distin. iudicatum.

quod nõ licet abbatibus, & aliis personis sine consensu episcopi res ecclesiæ alienare, 18. quæstio. 2. abbatibus.

quod res ecclesiæ non vi manuum, sed iudicio sunt repetendæ, 16. q. 6.consuetudo.

quod res ecclesiæ alienatæ male,ipso iure sunt reuocatæ,12. q.2. monemus.c.quisquis,&c.vobis.

Item debent restitui,12. q.2. Augustino.& duobus c.seq.c.in legibus & c.seq.& c.statuimus,& quatuor c.seq.

quod contractus indebiti,& scripturæ factæ de rebus ecclesiæ rescinduntur,12.q.2. apostolicos, 15. q. 6.auctoritatem,16.quæst.1.si quis laicus.

quod prælatus alienans res ecclesiæ indebite, tamquam dilapidator deponitur,10.quæstio.1.apostolicos, cap.monemus,& quatuor c. seq.

quod minores prælati excommunicantur,2.quæstio.2. statuimus. & c.seq.

Quod inuasor ecclesiæ vel defraudator, a Christo iudice homicida iudicabitur, 12. quæstio. 2. qui Christi.

Item sacrilegus iudicatur,12.q.2.nulli liceat, & c. indigne.

quod septena pœnitentia puniuntur qui res ecclesiæ diripiunt, 16.q.1. similiter.

De hac materia habes vbi agitur supra de alienatione.

EDICTVM. Quod edictum est quod vt teneatur Rex vel Imperator edicit.2.d.constitutio.

ELEEMOSYNA. Quod eleemosynæ tria sunt genera, videlicet dare egenti, dimittere lædenti, & corrigere delinquentem, 45. distin. & c.seq.

quod eleemosynæ datio,quæ in pauperes exercetur,beatificatur, 42.d. parsimoniam.

Quod Deus in eleemosyna plus pensat animum benignum, quam datum,14.dist.quiescamus.in fi. 45. dist.dux.3. quæst.7. in genuib. de pœn.dist.5.§.dolendum. post medium.

quod facta eleemosyna ex fide, causa,loco & tempore commendatur. 86.d.non satis.

quod eleemosyna habet promissionẽ præsentis vitæ & futuræ.42. dist.§. 1.33.q.5.secundum, in fi.

quod plerumque ex Dei ira, mundus, fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemosyna subtrahitur,16.q.1. reuertimini.circa medium.

quod Deo non placet eleemosyna cũ scelere missa,15.q.3.scriptum.

quod nemo de eleemosyna facienda excusatur.36.d.in singulis.

quod prælatis non prodest lectio, & oratio nisi adsit eleemosynæ largitio.86 d.fratrem.

quod diuites ieiunia quæ non possunt seruare, eleemosynis debent recompensare,41.distin. non cogãtur.

quod qui sua timide conseruando eleemosynam procrastinat; aliena numquam fideliter sparget.12.q. 2.gloria episcopi. §. Socrates.

quod eleemosyna non debet fieri de male acquisitis. 1.q.1. non est putanda.14.q.5.per totum.

quod de turpi lucro,cuius non comperit repentio, potest fieri eleemosyna.14.quæstio.5. qui habetis, & c.seq.

quod eleemosyna consanguineis, & propinquis citius est danda quam aliis.tamen cum prudentia.86.distinct.fratrem.§.in ipsa, & cap. in singulis.

quod in necessitate primum est danda iniustis,demum peccatoribus.b. nõ quia peccatores,sed quia homines, 36.d.fratrem.§.in ipsa.

Quod qui fame morientem pascere potuit, & noluit ipsum occidit. 86.d.pasce.

Quod qui negat eleemosynam fugientibus,& necessitatem patientibus. ipsum Christum,qui est misericordia negant.7.q. 1. omnis qui.

Quod minus peccatum est auferri habenti, quam denegare indigenti. 47.dist.licut 2.

quod non sunt examinandi petentes eleemosynam vel hospitium. 42. dist.quicunque.

Quod pauperibus vel peregrinis dare delicatam eleemosynam vel superfluam peccatum est.23.d.vnum. §. alias,86.d.pulchra. circa med. 41. d.non cogantur.

Quod nõ vni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarũ distribuenda est eleemosyna.86.dist. fratrem,& c. dominus.

Quod malo homini iuris eleemosyna subtrahitur, si de cibo securus iustitiam negligit, 5. q.5. non omnis.

quod eleemosyna vtiliter datur pro defunctis, 13. q.2. non existimemus,& c.animæ,& c.tempus, 24. q.2.sane quod 26.q.7. ab infirmis. de pœnit.distinct.6.§.1. ante medium.

ELECTIO. Quod electio spectat ad collegium,etiam si duo vel tres fuerint in congregatione.63.d.Hadrianus,& c.nosse, & c.non licet. §.his 19.q.7.c.vlt.18.q.2.abbatem, & duob.c.seq.

Quod electio ab hæreticis facta non valet.9.q.1. nos.

Quod electio nõ debet fieri nisi post tertium diem sepulturæ, siue Papæ,siue alterius prælati defuncti. 79.d.nullus Pontifice.

Quod electio clandestina omnino reprobatur.79.dist.si quis.

quod electio potius debet fieri de gremio quam de extraneis, 61.distinct.nec meritis, & quatuor cap. seq.18.q.2. abbatem monasterio, & c.seq.& c.abbas.

Quod si de gremio non potest eligi, tunc primum de eiusdem ciuitatis clericis, & tamdẽ de totius diœcesis electio debet fieri,61.d.nullus, & 63.d. sacrorum.

Quod electio prælati ex certa causa potest fieri extra cathedram ecclesiam vel ciuitatem,23.dist.in nomine,63.d.quanto.79.dist. si quis pecunia.

Quod in electionibus consideranda est maior dignitas vel gravitas personarum,& bonus zelus.19. d. in canonicis.

Quod in electione habendus est consensus electi.7. q.1. sicut alterius.

Quod nullus propriam vtilitatẽ, sed communem debet prospicere.8.q. 2.dilectissimi.

Quod in electione non debent intervenire munera vel patrocinia laicorum.8.q.2. illud.

Quod electioni prælati non debent se ingerere principes, vel quicunque laici.61.d.c.nullus.

Quod electio prælati debet fieri cum concilio religiosorum ibidem assi-

den-

dentium 83.distin. sacrorum, §. ex his, & capit.abeuntibus. 79.dist.§. 1.& c.seq.

Quod cum in duos diuiditur æqualiter electio, melior, & vtilior est præponendus 63. dist. si forte.

Quod electio post publicationem ab eligentibus non potest nisi per superiorem mutari 61. distinct.episcopus.7.quæst.1.qualiter.in fine. 8.quæst.3.talia.

Quod electio non vitiatur si ignoranteelecto pecunia datur. 1. q.6. §.vlt.

Quod non est confirmanda antequã diligenter discutiatur electi conditio 61. distin. miramur 85. dist. archidiaconum Florentinum.1.q. 6.ego.83.dist.omnes.

Quod electio ex elatione auide non est suscipienda, nec ex desidia respuenda. 16.q.1. vos autem.

Quod electione celebrata consensus principis est requirendus. 63.dist. Reatina.

Quod in electione prælatorum vocatur populus non ad eligendũ, sed ad consentiendum.63.dist.nosse.

Quod electionem Papæ licet dominus sacerdotibus contulerit, sibi tamen eam specialiter reseruauit. 79.dist.c.vlt.

Quod olim electiones Romanorum Pontificum propter schismaticorum, hæreticorũ dissensiones fuerunt Imperatoribus ab ecclesia traditæ.79.distinct.vota,§.principibus.

Quod Hadrianus Papa, & Leo cum concilio, tradiderunt Carolo Imperatori potestatem eligendi summum Pontificem, & inuestituras eporum faciẽdi 63.dist.Hadrianus.

Item Leo Papa octauus propter insolentiam Romanorum quã exercebant circa electionem Papæ. Ottoni primo Imperatori confirmauit, & suis successoribus electionem Papæ, & inuestituras episcoporum 63 distinct.in synodo,& c. cum longe.§.electiones.

Quod tunc electus in Romanum Pontificem non consecrabatur nisi primum decretum Imperatori præsentaretur, & consensus haberetur 63.dist. Agatho.& sex c.seq.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerũt priuilegio super promissione Papæ, volentes,ut canonice eligeretur à Romanis. 73. dist. in sacrorum.§ ex his.

Quod qualiter,& a quibus debet fieri electio Papæ,habetur 23.dist. in nomine 79. per totum 7.quæst. 1.factus.

Quod nemo est eligendus in Papam pecunia aut gratia humana, aut militari tumultu.79.distin.si quis pecunia.

Quod electus canonice in Papam ante consecrationem habet plenitudinem potestatis 23.dist.in nomine post medium 79. distin. si quis pecunia.

Quod ille qui non canonice electus gerit se pro Papa.non apostolicus, sed apostaticus dicitur 79.distin.si quis apostolicæ, & c.si duo.§. hoc autem.& c.seq.

Quod Cardinalibus & alijs clericis, & etiam laicis conceditur apostaticum Papam anathematizare 79. dist.si quis pecunia.

Quod in electione metropolitani oẽs prouinciales episcopi debent interesse 63.dist. Metropolitano.

Quod nemo in prælatum seipsum eligere potest 24.q.1.didicimus.8. q.1.in scripturis c.si ergo.

Quod in prælatum eligi debet magis idoneus, non consanguineus, vel amicus.8. quæst.1.Moses.& tribus cap.seq.

Quod si ad sæcularia officia sumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur, qui ad prælaturas assumuntur.59. distin. si officia.

Quod propter malitiam temporis, aut tumultum popularem indignus non est eligendus 81. distin. miramur.

Quod eligendus in episcopum longa probatione debet vitam suam notificare. 61.dist. in sacerdotibus.8. q.1.oportet.

Quod in prælatum non debet eligi aliquis criminosus. 25.distin. primum.6.q.1.c.1.

Item nec ille qui de incontinentia notatus est 28.distin.prius quam, & c.de Syracusanæ.

Item nec ille, cuius vxor & filij adhuc sunt super terram.61.distinct. Carinensis.

Item nimium simplex vel vsurarius. 46 dist.de Petro.

Item nec ille qui non est in sacris. 60.dist.c.vlt.61.dist.§.1.

Quod antiquitus subdiaconus (quia tunc non reputabatur sacer ordo) non eligebatur in episcopum nisi necessitate cogente. 28.dist.de Syracusanæ.§.ecce.40.distin.c.vlt.& vide ibi notata.

Quod nouus in religione non statim debet eligi in prælatum 16.quæst. 1.si clericatus. 19.quæst.3.monasterij.

Quod videtur quòd exemplo Petri eligendus potius est in prælatum, qui post casum pœnituit, quam qui nunquam cecidit, quia talis per casum suum aliorum infirmitatibus compati nouit. 50. distin. considerandum.& c.seq.

Quod laici in prælates non possunt eligi,nec eligendos sunt præficiendi. 61.dist. statuimus §.his omnibus.19.q.3.monasterijs.

Quod electus in episcopum persuã Metropolitanum præsentibus suffraganeis episcopis debet ordinari 24.dist.episcopi.

Quod electus in episcopum intra tres menses debet consecrari 75. dist.quoniam quidam 63.distinct. obeuntibus 50. dist. post quam.

Quod metropolitanus debet illi ecclesiæ prouidere cuius electus intra quinque menses negligit consecrari 100.distin. quoniam quidam.in fine.

Quod clericus infamatus antequam consecretur debet se expurgare. 23.dist. illud.

Quod electus per consensum sponsæ ecclesiæ efficitur.7. q. 1. sicut alterius.

Quod electus cessatur propter anxietiam, & psalmorum imperitiam 83.d.8.archid Floren.

Quod electus qui teste prole longam continentiam commendatur non habere, cessatur 28. distinct. primo q am.

Quod si post electionem quis iuret seruare statuta ecclesiæ & alia, non est simoniacus. 8. quæstio.5. per totum.

Quod differens consecrare electum, compelli debet per superiorem.9. q 3.nunc vero 8.q.1.Arialdus.

Quod vbi bona mista sunt malis, nasso discretionis virtutis debemus eligere,vitia reprobare.49. distin. hic etiam.§.parua.

Quod inter duo mala id debemus eligere,quo minori nexu nosciuntur obligare 13.distinct.duo, & c.neruus.22. q.4.si aliquid & c. seq.

Quod si ut homo necessitate compulsus ibi se præcipitat vbi breuior murus ingeritur; sic inter inenarrabilia peccata minora semper eligebantur.13.distinct.nemini. ante fin.

Quod inter duo bona maius bono mediocri bono est præferendum: de cons.dist.3.non mediocriter.

EMPHYTEVSIS Quod emphyteusis.quæ in Græco dicitur locatio,in rebus ecclesiæ in casu primitus.10.q 2.casellas.§. hoc ius.

Quod vbi absolute periculum de rebus ecclesiæ timetur, prohibetur. 12.q.2.apostolicos.

De hac materia habes vbi agitur de Precarys.

DE STATV EPISCOPI. Quod episcopus,sicut dicit Augustinus. nomen est operis,nõ honoris.8.q.1. qui episcopatum.

Quod episcopus qui Græce dr superintendens, debet illis superintendere. quibus præficitur.8.q.1. qui episcopatum 21.dist.cleros.

Quod ordo episcopalis quadripartitur: videlicet in patriarchas archiepiscopos.metropolitanos, & episcopos 21.dist. cleros.

Quod episcopi in loco apostolorum surrexerunt, & tenent vices eorũ. 21.dist.in nouo.35. dist. ecclesiæ. 78 dist.quorum vices.

Quod episcopi non sunt qui minus quam a tribus sunt consecrati.69. dist.chorepiscopi. § quod autem.

Quod viuenti episcopo alter nõ substituitur temerarie; & si substituitur,ab omni ministerio ecclesiastico deliniuitur.8. quæst.1. in primis

poſt med.3.q 6.accuſatus, & cap. ſeq.& c.duda.7.q.1.actus,& pluribus cap. ſeq.

Quod intruſus per laicam poteſtatem a principalibus epiſcopus non eſt recipiendus.63.diſtin. ſi per ordinationem.

Quod inconſulto Romano pontifice nemo poteſt epiſcopum deponere.3.q.6.accuſatus. & c.ſeq.

Quod nulli epiſcopo licet ſine conſenſu Romani Pontificis ſuam eccleſiam relinquere, vel ad aliam tranſire.7.quæſt.1. non oportet,& multis.c.ſeq.vſque ad finem quæſtionis.

Quod exigente vtilitate, vel neceſſitate auctoritate Apoſtolica de ſede ad ſedem mutari poſſunt epiſcopi.7.quæſ.1.mutationes.& duobus cap.ſeq.

Quod epiſcopus propter infirmitatem vel ſenium non deſtituitur, ſed datur ei coadiutor.7. q. 1. ſcripſit,vſque ad c.ſicut vir,§.ecce, & c.qualiter.& c.quamuis ſit.

Quod epiſcopus quandoque ad propriam inſtantiam abſoluitur ab epiſcopatu.7.q.1.nihil. §.ecce, & c.qualiter,& cap.quamuis.

Quod neophytus prohibetur promoueri in epiſcopum propter incontinentiam vitæ,quæ contraria iur officio pontificali, 48.diſtinct. prohibetur.

Quod epiſcopus debet eſſe ſine crimine, vt alios poſſit liberius arguere.25.diſt. primum.

Quod criminoſus epiſcopus magis eſt dicendus canis impudicus quã epiſcopus 2.q 7.qui nec.

Quod non omnis epiſcopus qui dicit,Pax vobis,eſt ſicut colũba: ſed potius ſicut corvus audiendus.2. q.7.non omnis.

Quod epiſcopi debent eſſe ætate antiqui,fide integri,in preſſura probati, & qui magis velint ſerũ ſuarum proſcriptionem pati, quam eccleſiam ſuam deſerere.7.q.1.Nonatianus.

Quod epiſcopus propter aduerſitatem non debet gregem relinquere.7.q.1.ſuggeſtum, & duobus ca. ſeq.

Quod epiſcopo non licet monachũ fieri ſine conſenſu Papæ 7.q.1.tempora,§.item.

quod epiſcopus intrans religionem non reſumitur ad epiſcopatum, 7.q.1.hoc, & cap.ſeq.

quod quandoque ſub nomine preſbyteri epiſcopi deſignantur.93 diſtin legimus in §.63. diſt. ecce ego ante finem.

quod epiſcopi debent ſe ſcire preſbyteros non dominos, nec debent in clero dominari.95.diſt.eſto, & tribus c.ſeq.

quod eſſe nouerint ſe magis conſuetudine quam diſpenſatione maiores presbyteris.95.diſt.olim,in §. & duobus c. ſeq.

quod epiſcopus in eccleſia ſit ſublimior,in domo ſit collega ſacerdotum 95.diſt. epiſcopus in eccleſia.

Quod epiſcopus ſe ſedente presbyterum non permittat ſtare diſtinct. 95.epiſcopus in quolibet.

Quod epiſcopo non ſufficit equalem cum ſubditis gerere vitam: ſed ſicut eſt honore ſuper illos: ſic & vita debet eſſe præſtantior.8.quæſt. 1.nec ſufficere.

Quod epiſcopus in eo,quòd aliis præficitur, non debet ſe præſumere aliis ſanctiorem. 8. quæſt.1. illud inferendum.

Quod plus laudatur patiẽtia epiſcopi in aduerſitate, quam quies in religione.7.q.1.ſuggeſtum.

Quod epiſcopus debet habere maturos viros tam ex clericis, quam ex religioſis tam in cubiculo quam in monaſterio ſocios propter bonum teſtimonium.2.q.7. cum paſtoris, & duobus c.ſeq.de conſecr. diſt.1. epiſcopus Deo, & c.ſeq.

Quod domus epiſcopi debet eſſe circa eccleſiam,ut aptior ſit contemplationi.41.diſt.epiſcopus.

Quod epiſcopus in menſa nõ debet reſplendere vaſis aureis & argenteis, ſed fidei meritis 41.diſt.ẽps.

quod in menſa epiſcopi non debent eſſe fabulæ, ſed lectio ſacræ ſcripturæ 14.diſt.pro reuerentia.

quod non licet epiſcopo intendere venationi,nec conſanguineaꝝ familiaritati 34.diſt.quorundam.

quod in primitiua eccleſia propter paupertatem accipiebant mediatatem oblationum 10.quæſt.1.antiquos poſt ſucceſſiue tertiam partem,10.q.1.de his Tandem habuerunt quartam partem. 12.quæſt.2. quatuor.Modo vero de oblationibus nihil debant habere, ſed aliis contenti eſſe 10.q.3. placuit.

quod epiſcopus in multis dẽt requirere conſilium clericorum,videlicet in facienda clericorum ordinatione 24.diſt. epiſcopus ſine.

Item in cauſarum diffinitione. 15. q. 7.ſi quid, & ca.epiſcopus nullus. 86.diſt.ſi quid.

Item in eccleſiaſticarum rerum alienatione 12.q.2.ſine exceptione.

Item in dignitatum collatione.93.d. legimus. 12.q 2.alienationes.

Item in eccleſiaſticarum rerum diſpenſatione 12. q.1. epiſcopus eccleſiaſticarum.

De monachis & religioſis epiſcopis falſis qualiter debeant ſe habere habes vbi agitur de Monachis.

DE POTESTATE EPISCOPI.

Quod ſine licentia epiſcopi nullus presbyter in ſua diœceſi poteſt miſſam cantare vel baptizare,vel aliud conſimile facere. 16. q.1.quæſtio prima cunctis, & capitulis multis.

Quod ſine conſenſu eius non debet ædificari monaſterium vel oratorium.18.q.2.quidam, & c.ſeq.

Quod iuriſdictionem habet in religioſorum monaſteriis.18. q.2.c.1.

quod presbyter & clerici religioſi ſuæ dioœceſis ipſius ſubiacent poteſtati.18.q.2. quidam.

quod epiſcopi eſt in omnibus parochialibus eccleſiis presbyteros inueſtire.16.q.7.ſane, & cap.nullus. & c.conſtitutiones, & duobus capitu.ſeq.

Quod epiſcopi eſt monialibus, & aliis religioſis feminis prælatum præficere cum diligenti ipſius examinatione.18.q.2. qui religioſis, & duobus.c.ſeq.

Quod iudices, vel officiales papæ de iuriſdictione epiſcopi ideo ſe non debent intromittere, ne eccleſiaſtica ordo confundatur. 11. quæſt.1. peruenit.

Quod epiſcopus omnem principem excõicare poteſt, 11.q.3.ſi autem.

Quod poteſt falſarium Papæ cuiuſcunque ordinis ſit vſque ad mandatum domini Papæ incarcerare. 19.diſt.memoriam.

Quod non poteſt epiſcopus in alterna diœceſi ſine conſenſu diœceſani pontificalia exercere 92. diſtin. non liceat,§.de epiſcopus, & quinque.c.ſeq.

Quod nolens epiſcopus ire ad eccleſiam ſuam,poteſt cogi per concilium prouinciale.92. ſi quis ẽps.

Quod epiſcopus ſolus ſacerdoti honorem dare poteſt, ſolus auferre non poteſt.67.diſt.epiſcopus.15.q. 7.felix. & cap.ſeq.

Quod auctoritate epiſcopi prælati inferiores poſſunt ad alias eccleſias transferre.7.quæſt. 1. Epiſcopus de loco.

Quod accuſati epiſcopi cauſam archiepiſcopus cum ſuffraganeis quærere poteſt,ſed ſine Papa determinare non poteſt, 3. quæſt.6.accuſatus.

Quod cum multa diſcuſſione contra epiſcopum debet proferri iudicium.2. q.7. accuſatio quoque. & quinque cap.ſeq.

Quod epiſcopi ſunt oculi Dei: ideo a ſubditis non ſunt indicandi. 6. q.1.oues.

Quod epiſcopum ſubditi, nec arguere,nec accuſare poſſunt, 2.q 7. oues,& duobus c. ſeq.

Quod epiſcopus inutilis eſt deponẽdus: nec eſt ei dandus coadiutor. 15.q 6.alius,§.quod etiam.

Quod ſine licentia ſui epiſcopi clerici non debent peregrinari,de cõſec.diſt.5.non oportet.

Quod epiſcopus alterius diœceſis clericum,nec recipere, nec ordinare poteſt ſine conſenſu ſui epiſcopi,& literis dimiſſoriis. 71. diſtin. per totum.6.q.2.per totum.

Quod an epiſcopus poſſit compellere aliquem clericum ad ſuſcipiendum ordinem vel dignitatem.74. diſt.per totum.

Quod clericus non teneatur epiſcopo ſeruire in opere ſeruili. 10.q.3. placuit.

Quod epiſcopus de conſenſu clericorũ poteſt diuidere parochiales eccleſias

electas, & venire. 16.qũ.1.præcipimus,§.sicut.

Quod episcopus in dando ecclesiam debet requirere consensum patroni. 16.q.7.filijs vel nepotibus, &c. monasterium, & c.seq.

Quod episcopus inconsulto Papa ad bellum non debet proficisci, 23.q. 8.quo ausu.

Quod eo die quod episcopus celebrauit in eodem altari sacerdos non debet celebrare. de consecr.dist.2. c.vlt.

Quod præsente episcopo sacerdos nisi de suo mandato non debet benedicere nec signare, de consecrat. distinct.1.cum ad.

Vtrum possit episcopus successorem sibi ex testamento instituere. 7. q. prima. petisti.

Quod de proprijs vel acquisitis potest episcopus testamentum facere, de alijs vero non : quia cedunt ecclesiæ, xii.q.1.tpi,& c.seq.& q.3. Pontifices,& q.5.per totum.

Quod morientis episcopi res pro futuro Pontifice conseruari debent: diripientes illas anathema incurrant.xii.q.2. hæc huius, & ca.non liceat charitatem, & c.de laicis,& cap.illud.

Quod duo episcopatus per Papam in vnum coniũguntur, xvi. quæst.1. postquam.

Quod in duos per eũdem diuiditur, xvi.q.1.præcipimus.§.sicut.

DE OFFICIO EPISCOPI.

Quod officium episcopi est virgines altaria,& ecclesias consecrare: chrisma conficere,& cum ipso confirmare, 78.dist.quamuis.

Quod ideo inungitur episcopus, vt procurator animarum,& distributor spiritualium existat.11. e.1.cleticum,§.ex his omnibus.

Quod episcopus debet esse sciens, & doctus, qui alios tenetur docere. 86.dist.§.1.36.dist. qui ecclesiasticis,& c.si quis.

Quod multa sunt quæ episcopus tenetur scire.38.dist.omnes.

Quod nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatem generis etiam à minus peritis discere negligat.38.dist. nullus episcopus.24. quæst.3.si habes.circa medium.

Quod episcopo nõ sufficit innocens vita,nisi adsit,& doctrina,43.dist. §.1.& c.seq.

Quod episcopus debet docere populum sacram scripturam, non grammaticam vel Philosophiam.6.dist. ignorantiã.

Quod episcopus debet intendere lectioni, & orationi, & prædicationi.88. dist. episcopus nullam.3.q. 1.episcopi.

Quod episcopo non sufficit lectio, vel oratio nisi adsit eleemosynæ largitio, 86.dist.fratrem.

Quod officium episcopi est discordantes concordare, 90. distin. per totum.

Quod episcopus vigilanter, & soli cite debet regere sibi commissos. 100.dist.rationis.7.q.1.suggestum. & c.seq.

Quod sibi non licet aliquem proprijs manibus cædere vel flagellare, 86.dist.non liceat.

Quod non debet prælatus petere veniam à subditis.86.distin. quando necessitas.

Quod episcopi est locum assignare degradato in quo pœniteat.81.di. sacerdos.

Quod episcopus in ordinatione clericorum statuta conciliorum debet ordinandis pronunciare. 38.di stinct. placuit.

Quod episcopi est etiam ordinare, vt in ecclesijs baptismalibus sint doctores, & magistri, qui pueros in liberalibus, & in alijs vtilibus doceant. 37. distinct. de quibusdam.

Quod inter ecclesiam, & episcopum est spirituale matrimonium, 7. q. prima,sicut alterius.

Quod episcopus possidet res ecclesiæ ad dispensandum non ad infiscandum, xii.q.1.episcopus, & c.expedit, & c.res ecclesiæ. cum duobus cap.sequen.

Quod ipse debet occupationes seculares abijcere, ne profocatus curis negotiorum Dei verbo non possit vacare, xi.quæstio.1.te quidem.

Quod non debet esse aduocatus vel tutor.88. distin. episcopus tuitionem, & quatuor cap.sequen.xi.q. 1.te quidem.

Quod nec per se nec per laicum, sed per œconomum clericus debet temporalia gerere,xvi.quæstio.7.quoniam in quibusdam, capit.seq.88. distinct.volumus, & tribus c.seq. 8.q.1.si Petrus.

Quod officia canonica non debent propinquis committere,89.distin. decenter.

Quod episcopus debet esse hospitalis, 42.distin.§.hospitalem vbi decem causæ hospitalitatis tanguntur.

Quod de rebus ecclesiæ debet primũ sibi, postea ministris, demum alijs fidelibus prouidere, xii. q.1. nulli episcoporum.

Quod episcopus non debet in suam vel suorum proprietatem conuertere res ecclesiæ, xii.quæstio.1.res ecclesiæ.

Quod raptores rerum episcopi debent excommunicari, sicut raptores rerum ecclesiasticarum. 2.q.7. accusatio quoque, xvi.quæst.1.similiter.

Quod redditur episcopo ratio de rebus ecclesiæ, 2.q.3.cap.1.

Quod episcopus debet pauperibus, & oppressis prouidere solicite, & eos defendere. 28. dist. episcopus, 84.dist. peruenit.86. dist.fratrem. 87.dist. per totum.xii.q.1. videntes & c.his, & duobus cap.seq.

Quod nihil est laboriosius & periculosius officio episcopi, sed beatius apud Deum si bene agatur, 40. distinctio ante omnia.

De episcopi electione vel de electo habes, in titulo de electione.

Et de consecratione episcopi habes in titulo consecrationis.

Et de dispensatione in titulo dispensationis.

Et si qua sunt talia, in suis titulis inuenies

De episcoporum sede vbi agitur de sedibus.

quod chorepiscopi officium in pluribus cum officio episcopi conueniebat, 68.dist.quamuis.

quod quia in præiudicium episcoporum fuit illud officium est ab ecclesia extirpatum. 68. distin.chor. episcopi.

ERMAPHRODITVS. Quod ermaphroditus habens vtrumque sexum, an ad testimonium adhiberi possit, qualitas sexus incalescentis demonstrabit, quia si calore prædominante pro viro se gesserit. recipitur in testem, alias non. 4. quæstio.3. capitulo 1.post medium.

quod ermaphroditus inter infames ponitur, & non potest esse aduocatus.3.q.7.infames,§.item in digesto.

ERROR. Quod error cui non resistitur approbatur. 83.dist. error.

quod errare est aliud pro alio putare 22.quæst.2.in quibus, 38.dist. quamuis.

quod non est consequens, ut erret continuo quisquis aliquid nescit, sed si quis existimat se scire quod nescit.38. dist.quamuis.

quod non mediocriter errat qui magno bono mediocre bonum præfert de consec. dist.5. non mediocriter.

quod errorem suum licet cuilibet corrigere,& illicite commissa in melius reuocare. 35. quæst.9.loci. § seq.

quod error fortunæ,& qualitatis contingium non excludit, error vero personæ, & conditionis excludit, 29.q.1. per totum.

ESAV. Quod Esau lenticulam nimium appetens ponitur in exemplum quod non cibus,sed auiditas cibi imputatur, 41.dist. quisquis, & tribus c.seq.

quod multi de semine Esau saluati sunt, 1.q.4.ecclesia, quæ §.his ita in fin.

ÆTAS. Quod ætas certa, & à canone examinata seruanda est in omnibus clericis ordinandis.77. dist. per totam.

quod ante 25.annum ætatis, nec diaconus debet ordinari,nec virgo in monacham consecrari, 20.quæst.1. placuit.

quod puella intra 12. annum ætatis suæ, & masculus intra 14.ad religionem non obligatur. 20.quæst.1. puellæ, §.cum ergo, & quæstio.2.

si in quaslibet, &c. puella.

Quod in pueris ætas discretionis est 14. ann. 22. q. 5. pueris.

Quod ante annos discretionis nemo cogendus est iurare, nec testis esse. 22. q. 5. honestum, 2. q. 7. testes.

Quod sex ętatibus mundus. & status nominis finitur, 35. q. 4. capitul. 1.

Quælibet ætas distinguitur per certa tempora propter magnalia, quę illis temporibus contigerunt.

Prima ætas ab Adam propter creationem mundi & durat vsque ad Noe.

Secunda à Noe propter aquæ diluuium, & durat vsque ad Abrahã.

Tertia ab Abraham, propter circũcisionem, & durat vsque ad Dauid.

Quarta à Dauid propter regalem vnctionem, & durat vsque ad Babylonis transmigrationem.

Quinta à transmigratione Babylonis propter filiorum Israel liberationem, & durat vsque ad aduentum Domini Christi.

Sexta ab aduentu Christi propter humani generis liberationem, & durat vsque ad finem sæculi.

Septima est in sepulchris quiescentium.

Octaua est ad vitam resurgentium.

EVANGELIVM. Quod Euangelium Christi est audiendum stando, & cum reuerentia de consecr. dist. 1. apostolica.

Quod sine custodia euangelii non habetur spiritus sanctus. 1. quæst. 1. Marcion.

Quod euangelii custodia non consistit in verborũ foliis, sed in sensu, & medulla cordis, 1. q. 1. Marcion.

Quod quantum ad perfectionẽ magna & multa est differentia euangelij ad legem Moysi, 23. q. 4. hæc autem, §. ex his.

Quod lex Moysi incepit à terrore, Christi euãgelia à mansuetudine.

Item sub lege peccantibus pœna corporalis statuitur, in euangelio pœnitentibus venia promittitur.

Item in lege dicebatur, qui fecit hoc vel illud, morte moriatur. In euangelio. Gaudeo super uno peccatore pœnitentiam agente.

Item in lege populus seruili timore ad bonum cogebatur, in euãgelio populus gratiæ liber effectus filiali amore operatur.

Quod non repugnat euangelio malos ad bonum compelli, 23. q. 4. displicet, circa finem.

Quod Papa potest euangelium interpretari, 2. quæst. 5. §. 1. 33. quæst. 2. quos Deus.

EVCHARISTIA. Quod Eucharistia Græce, Latine bona gratia interpretatur, 1. q. 1. multi.

Item dicitur mysterium, eo q secretam & reconditam habeat dispensationem ante med.

Item dicitur sacramentum: quia sub tegumento corporalium rerũ diuina virtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatur effectum. de consecrat. distinctione secunda, ego Berengarius.

Quod Eucharistia propter corporis, & sanguinis Christi existentiam excellentior, est omnibus oblationibus, & sacramentis, de consecr. dist. 2. nihil.

Quod ex pane, & vino cum aqua mixto efficitur Eucharistia. de consecrat. dist. 2. cum omne, in fin.

Quod forma verborum prolata sit transubstantiatio Eucharistiæ virtute diuina. de consec. dist. 2. quia corpus, & cap. panis, &c. reuera ante finem.

Quod de forma verborum non est plus nisi, Hoc est corpus meum, & Hic est sanguis meus, de consecr. dist. 1 quia corpus.

quod licet vno & eodem tempore in diuersis immolemus, tamen sicut est vna diuinitas cui vnitur sic non diuersum, sed vnum idemque corpus conficitur, de consecr. distinct. 2. quid sit, post medium. & cap. vtrum.

Quod in hora consecrationis ima. summis sociantur ad vocem sacerdotis, de consec. dist. 2. quid sit.

Quod Eucharistia sit oblatio benedicta, ascripta, & rata. de consecrat. dist. 2. vtrum, post med.

Quod tres partes de Eucharistia factæ triformem statũ corporis Christi, videlicet peregrinationis, sepulturæ, & resurrectionis designant. de consecrat. dist. 2. singuli.

Quod licet in Eucharistia Christus per partes manducetur, tamen manet integer vbique totus, de consec. dist. 2. qui manducat.

Quod in singulis portionibus specierum singuli Christum accipiunt. de consec. dist. 2. singuli.

Quod Eucharistia est, idem corpus quod sumptum est de virgine, quod passum est, quod sepultum est. quod resurrexit, & in cęlum ascendit. de consecr. distinct. 2. omnia, in fin.

Quod corpus quod Christus dedit in cœna, idem fuit quod passum est in cruce, quantum ad naturam, sed diuersum quantum ad formam, de consecr. dist. 2. prima & cap. seq.

Quod cum Eucharistia nõ sunt vuę, nec aliqua grana leguminis benedicendi, de consec. dist. 2. dicimus.

Quod intincta hostia populo non detur, nec lac pro vino offeratur, & nec ex intincto pane vinum ad offerẽdum exprimatur, prohibetur. de consec. dist. 2. cum omne.

Quod Eucharistia offertur, & datur sub alia specie, ne ab horreamus crorem & carnis sumptionem. de consecr. dist. 2. forte, & c. panis.

Item vt vitaremus paganorum & infidelium derisionem, de consecr. dist. 2. verum, ante fin.

Quod Eucharistia est pura conscientia offerenda & pura mente. de consecr. dist. 2. nihil.

Quod nec bonorum dispensatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur 1. quæstio. 1. multi. post. med.

Quod non consecrationi Eucharistiæ sed affectui bona vita sacerdotis necessaria intelligenda est, 1. q. 1. interrogo, §. cum vita.

Quod sacerdoti pransо non licet celebrare, 7. q. 1. nihil post medium. de consec. dist. 1. sacramenta.

Quod sacerdos hostiam consecrans, & non communicans. per annum à celebratione suspenditur. de consecratione, distinctio. 2. relatum.

Quod sacerdos corpus Christi sumens, & non sanguinem grande sacrilegium commmittit. de cõsecr. distinct. secunda. cum perimus.

Quod officium est sacerdotis Eucharistiam distribuere, 93. dist. diaconi, cap. peruenit. &c. præsente.

Quod a laicis personis nullatenus debet contrectari, de consecr. dist. secunda. peruenit. cum perimus.

Quod sacerdos semper Eucharistiam paratam debet habere propter infirmantes, de cõsecratione, distinc. secunda presbyter.

Quod sacerdos qui a mure vel ab aliquo animali. Eucharistiam non custodierit. 40. diebus pœnitebit. de consecr. dist. 2. qui bene.

Quod si per negligentiam de sanguine aliquid super terram stillauerit. 40. diebus pœnitebit de consec. dist. in. 2. per negligentiam.

Quod tabula lignea super quam sanguis Christi stillauerit, est radenda, & rasura per ignem cinis effecta intra altare est recondenda: pẽni propter idem ter sunt super calicem lauandi, & aqua circa altare fundenda, de consec. dist. 2. si per negligentiam.

Quod melius est mori sine Eucharistia, quam de manu hæretici sacerdotis communicari, 24. quæst. prima cœpit.

Quod qualem pœnitentiam ferre debeat qui scienter vel ignoranter de manu hæretici sumit Eucharistiam, 23. q. 1. si quis dederit.

Quod Eucharistię digna sumptio est pœnarum relaxatio, de consec. distinct. 2. cum omne. & cap. panẽ de altari.

Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur, quotidie Eucharistia iteratur, de consecr. distin. 2. verum & c. iteratur.

quod quamdiu Eucharistiæ non recipitur, cor non recipientis indurat. 82. dist presbyter. circa med.

quod tribus festis præcipuis, scilicet in Pascha, & Pentecoste, & in natiuitate Domini omnibus fidelibus communicandum est, de consecr. dist. 2. & si non frequentius.

quod si quis in prædictis tribus festis non communicauerit, à cœtu fidelium est separandus, de consecrat. distinct. 2. si quis intrat. &c. seq.

quod in cœna domini est etiam à fidelibus Christi Eucharistia percipienda.

Digitized by Google

pienda.de confecr.d.2. in cœna.
quod excepta neceſſitate Euchariſtia ieiuno ſtomacho eſt ſumenda. de conſec.diſtinct. 3. liquido 26. q.6.ſi quis de corpore,& octo. ca. ſeq.
quod ante Euchariſtiæ ſuſceptionem tribus quatuor aut octo diebus ab vxore propria eſt abſtinendum. de conſec.d.2. omnis homo. q. 4. ſciatis.
quod ab illis qui in vnione eccleſiæ ſunt,accipitur ſacramentaliter. de conſec.diſt.2.quia paſſus.in fin.& cap.quid eſt,& cap.ſeq.& c.dupliciter.
quod licet Euchariſtia ſit bona,tamẽ in malum conuertitur indigne ſumenti.de conſecr.d.2.& ſancta, & c.ſicut Iudas,& c.quid eſt,& c.qui manducant.
quod indigne ſumens Euchariſtiam plus polluitur quam purificatur. de conſ.d.2.quotidie, & c.qui ſcelerato & c.qui diſcordat.
quod homo quantum in ſe eſt Euchariſtiam polluit cum ad ipſam ſumendam indigne accedit. 1. qu.1. multi.ante ſi.
quod in hoc quod Chriſtus Euchariſtiam Iudæ dedit,innuit, quod occultis peccatoribus cum eam exigunt, non eſt neganda.de conſec. diſtin.2.non prohibeat & ca. ſicut Iudas,& 8.q.1. aduerſitas in ſi. 1. q. 1.Chriſtus.
quod illis qui enormiter publice deliquerunt, Euchariſtia non ſtatim eſt danda,de conſ.d. 1.pro dilectione.de pœn.d. 1.in actionem.
Item nec raptoribus rerum eccleſiæ. 12.q.2.indigne,& c. de vino.
quod propter pollutionem nocturnã ex præcedenti crapula, vel cogitatione immunda, ab Euchariſtia abſtineat 6. diſt. teſtamentum. & c.non eſt.
quod tempore menſtrui,& ante purificationem partus feminæ poſſunt communicare 5.d.ad eius vero concubitum.
quod pœnitentibus in morte Euchariſtia non eſt neganda,50.diſt. pœnitentes.27.q.1.virgines.1. q.1. ſi quis hæreticæ.§.ecce.2.q.1. in primis,poſt medium.46.diſt. accuſatores,26. q.6. ſi quis de corpore, & 4.cap.ſeq.
quod excommunicatis ſatisfacientibus in morte non eſt deneganda Euchariſtia.86.d. tanta.
quod his qui in patibulis ſuſpenduntur ſi pœnituerint, non eſt eis deneganda Euchariſtia, nec ſepultura. 33.q.2.c.quæritum eſt.
quod abſtinens ſe quandoq; ab Euchariſtia propter ſacramenti reuerentiam,non eſt arguendus, neq; frequenter ſumens eſt iudicandus 5.diſtinct.ad eius vero concubitũ. in ſi.12.diſt.illa,de conſec. diſt. 2. quotidie.
quod communio Euchariſtiæ dabatur antiquitus pro vulgari purgatione.2.q.prima ſæpe.
quod poſt ſuſceptionem Euchariſtiæ, corporalis cibus non ſtatim ſumendus eſt,de conſec. d. 2. trib. gradibus.
quod qui propter ebrietatem vomit Euchariſtiam, grauiter punitur: propter infirmitatem, minus; quia infirmus ſi nauſeam ſe habere ſciuit, ſumere non debuit, de conſecr.diſtin.2. ſi quis per ebrietatem.
quod non minus reus eſt qui negligenter verbum Dei audiuit, quam qui reuerendum corpus Chriſti per negligentiam in terram cadere permittit. 1. q.1.interrogo.
EVNVCHVS. Quod eunuchus ſi per inſidias hominum factus eſt, vel ſi in perſecutione eius amputata ſunt virilia, vel per ægritudinem, vel ſic natus eſt, & eſt dignus, poteſt promoueri etiam ad epiſcopatum, quinquageſimaquinta d. Eunuchus,& cap. ſeq.
quod non requiritur vt Eunuchus carnem illius vel pulucrem ſemper ſecum portet,50.diſtin. Eunuchus.
quod non poteſt promoueri qui vt carnis lubricum vitaret ſeipſum caſtrauit.55. d. ſi quis abſciderit. & quatuor c.ſeq.
quod illi Eunuchi placẽt Deo, quos non caſtrat neceſſitas, ſed voluntas.33.q.5. tunc ſaluabitur. §. qui ſitit.
EXACTIO. Quod exactio licitè poteſt fieri in ſubditum, vt abſtinatione indebita compeſcatur, vigeſimaterția quæſt. 6. iam vero.
quod epiſcopi propter iura ſua clericos exactionibus grauare nõ debent.10.q.3.per totum.16.q.1.prædicator.
quod illi qui Romipetas, vel alios peregrinos pedagiorum exactionibus grauant, anathema incurrunt.24. quæſtio.3. ſi quis Romipetas.
quod illi qui nouas exactiones à pauperes faciunt, per excommunicationem ſunt reprimendi 24. q. 3. illi qui.
EXAMINATIO. Quod examinatio conſcientiæ, & bonæ vitæ debet conſecrationem epiſcopi præcedere.23.dis.qui epiſcopus. 24.diſtin. epiſcopi.
quod examinandus eſt de fide quantum ad ea quæ in diuinis Trinitatem, & vnitatem perſonarum conſequuntur.23.diſtinct.qui epiſcopus.
Item examinari debet de Chriſti incarnatione, & de multis aliis articulis, qui in ſymbolo continentur 23.diſtinctio. qui epiſcopus. poſt med.
quod nullus clericus ſine examinatione eſt ordinandus.24. diſtinct. nullus.
quod epiſcopus de latere ſuo bonos & diſcretos viros debet eligere. q ordinandos clericos in vita,& ſciẽtia debent examinare.25. diſtinct. quando.
quod ſine examinatione ordinati a clero penitus abiiciendi ſunt. 81.d. ſi qui ſine.
EXCEPTIO. Quod exceptio fori dilatoria in principio litis debet opponi & probari,1.q 6. ſi quis epiſcopum,& §.ſeq.
quod peremptorias exceptiones ſufficit in principio litis conteſtari.3. quæſt.6.ſi quis epiſcoporum,& c. ſeq.
EXCOMMVNICATIO Quod excõmunicatio diſtat extra cõmunionem eccleſiæ ſeparatio. 11.q.3. nihil,& c.canonica.17. q.1. viduas. 24.q.3.tam ſacerdotes.
quod omnis impius ſi non ab eccleſia,tamen a Deo eſt ſeparatus, 24. q.3.certum.
quod excommunicationem eccleſiæ traxit ab Apoſtolo, qui Corinthũ ſatanæ tradidit.24. q.3. Apoſtolicæ.11.q.3 omnis.
quod tunc traduntur peccatores ſatanæ,cum per excommunicationem a corpore Chriſti ſeparantur.11.q. 3. audi & c.omnis.
quod ſicut putridæ carnes ſunt reſecandæ, & ouis ſcabioſa, ne cæteras inficiat a cauſa eſt repellenda, ſic mali ne bonos inficiant per ſententiam extra eccleſiam ſunt ponendi.24.q.3. reſecandæ, & octo cap. ſeq.
quod nulla pœna maior eſt in eccleſia quam excommunicatio. 24. q. 3.corripiantur.11.q.3.abſit.
quod multiplex eſt damnum quod excommunicatio inducit: videlicet,quia a Deo ſeparat.24. quæſ.3. certum.
Item ſatanæ tradit.11.q.3.audi.
Item peccatorum abſolutionem impedit.24.q.1. quicunque.
Item ab eccleſia fidelium remouet.11. q.3.omnis,& c.ſeq.
Item a fidelitate iuſti abſoluit.15.qu. 6.nos ſanctorum.& c. ſeq.
Item omnia bona opera in ea facta mortificat,23.q.4.ſi quis. & qu.7. quemadmodum.
Item ſuffragia eccleſiæ ſiue in vita ſiue poſt mortem tollit.11.q. 3. quicunque intra,24. q.2. de communione,& c.ſeq.
Item æternam damnationem inducit.11.q.3. nemo epiſcoporum.
quod excommunicatio non debet ferri pro leuibus exceſſibus, ſed pro grauibus.11.q.3.nemo epiſcoporum.
Quod non debet eſſe mortalis, ſed medicinalis.2.q.1. multi in princ. 11.q.3.audi.34.q.3.certum, & ca. corripiantur.
Quod excommunicatio non eſt propriam propter iniuriam ferenda. 23.q 4.inter querelas.
Quod non debet deferri cum impetu,ſed cum deliberatione, & cauſæ cognitione. 11. quæſt. 3. ſi quis

epiſcopus, & cap. ſeruetur.

quod excõmunicationem trina monitio debet præcedere, 2. q. 1. Deus omnipotens, §. quando autem. 12. q. 2. indigne.

quod excommunicatio debet ferri in ſcriptis, 2. q. 1. legum, & 4. q. 4. nullus.

quod ferri debet ab epiſcopo ſpecialiter, vnde & mucro epiſcopi dicitur. 16. q. 2. vilis. in fi. 24. q. 3. corripiantur.

quod excommunicatio non eſt contemnenda, 11. q. 3. nemo contẽnat, & duobus c. ſeq.

quod ideo non eſt contemnenda, quia non homo ligat, ſed Chriſtus, 11. q. 3. nemo contemnat.

quod quando non contemnitur, non eſt eradicatio, ſed diſciplina, 24. q. 3. notandum.

quod excommunicatio iuſta, vel iniuſta, eſt timenda, 11. q. 3. c. 1. & c. qui iuſtus.

Quod etiam cum iniuſta contemnitur, incurritur, 11. q. 3. qui iuſtus.

quod iniuſtæ excommunicationi eſt parendum vſque ad cauſæ cognitionem, 11. q. 3. ſi epiſcopus. §. præmiſſis, & c. iuſtus, & §. ſeq.

quod iniuſta excommunicatio dicitur quæ fit timore temporis, 9. q. 3. fratres.

Item iniuſta dicitur ex ordine, qſi videlicet ordine non ſeruato in ſententia procedit, 11. q. 3. ſeruetur, §. item ſententia.

Item iniuſta dicitur ex cauſa, qſi ſcilicet nullum ſubeſt crimen, ſed ſolum propter odium iudicis vel aliquem alium fauorem iuſtũ, iniuſtus damnatur, 11. q. 3. non ſolũ. §. aliquando, & c. quatuor, cum quimque cap. ſeq.

Item iniuſta dicitur quæ non læditum in quem fertur, ſed a quo fertur. 24. q. 3. certum, & c. de illicita. & c. ſi habes. §. vbi ergo in fi.

quod iniuſta excommunicatio corã Deo non ligat, 11. q. 3. quomodo, & nouem c. ſeq.

quod qui patienter, fert iniuſtã excommunicationem eccleſiæ, meretur coronam, 11. q. 3. & ſi.

quod plures ſunt ſpecies excommunicationis: quædam enim arcet a liminibus eccleſiæ, & ab Euchariſtiæ perceptione, & hæc dicitur minor. Alia vero non ſolum abhis, ſed etiam ſeparat ab omni fidelium communione, & hæc dicitur maior. 11. q. 3. ad menſam, §. euidenter. 3. q. 4. Engeltrudam. 5. q. 2. præſenti.

quod excommunicatio lata ab epiſcopo morte ſuperueniente nõ remittitur a ſucceſſore, 35. q. 9. quod quis.

quod etiam roborantur a ſucceſſore. 35. q. 9. loci.

quod excommunicati ſunt ipſo iure in canone qui ſortilegiis, & diuinationibus intendũt, 26. q. 5. ſi quis. & cap. non oportet, & aliquanti, e. ſortes c. ſi quis clericus, & c. auguriis.

Item qui manus violentas in clericum vel aliam perſonam religioſam, vel eccleſiaſticam iniecerit. 17. quæſt. 4. ſi quis ſuadente. 24. q. 3. ſi quis.

Item violatores eccleſiarum & raptores rerum eccleſiaſticarum, 11. q. 3. canonica. 17. q. 4. omnes eccleſiæ, & c. frater 24. q. 3. ſi quis de.

Item noua telonia imponentes, & clericos ſiue Romipetas ſpoliantes 24. q. 3. ſi quis Romipetas. & cap. ſeq.

Item literas Papæ falſificantes. 50. d. ſi epiſcopus.

Item omnis hæreticus ipſo iure excommunicatus eſt, 4. q. 1. quod autem.

Item omnis mortaliter peccans eſt extra communionem eccleſiæ donec pœnituerit. 6. q. 1. illi qui.

Item ipſo iure excommunicatus eſt qui mortui epiſcopi res, quæ proqui ſucceſſore integraliter reſeruari debent, diripere præſumit. 12. q. 2. illud. & cap. ſeq. & cap. hæc huius placiti.

quod excommunicandi ſunt eſi qui ad concilium vocati non veniunt, vel qui concilium impediunt, 18. d. quoniam. & c. ſi quis. & 4. q. 5. c. 1. 11. q. 3. certum.

Item excommunicandi ſunt qui præcepta apoſtolicæ ſedis non cuſtodiunt, 19. d. nulli.

Item qui eccleſiaſtica priuilegia contemnunt, 12. q. 2. qui & diuinis, & humanis.

Item epiſcopi, vel clerici diſſolute viuentes, 35. d. epiſcopus.

Item Imperatores, vel Reges delinquentes, 96. diſt. duo 11. q. 3. cum apud.

quod non poteſt excommunicari, niſi Chriſtianus, 24. q. 1. audiuimus. poſt med.

quod aliquis epiſcopus poteſt excommunicare ſubditum alterius epiſcopi ratione criminis quod in eius epiſcopatu comiſit, 6. quæſt. 3. placuit 3. quæſt. 6. ibi enim. & c. vlt.

quod negligenter teſtamenta exequentes ſunt excommunicandi. 13. q. 2. qui oblationes, & duobus cap. ſ. q.

Item contumax eſt excõicandus. 17. q. 4. ſi quis deinceps. in fi.

Item incendiarii ſunt excommunicandi, & pro pœnitentia per annũ vltra mare tranſmittendi, 23. q. vlt. peſſimam.

Item homicidæ, falſi teſtes, 24. q. 3. itaque.

Item hæretici & ſchiſmatici & quorum ſcripta hæreſim continent, & poſt mortem ſunt excommunicãdi, 24. q. 2. ſane pro.

quod excommunicatur clericus mortuus in ludis gentilium, 23. q. 8. quicunque clericus.

Item excommunicatur poſt mortem qui hæreticum conſtituit hæredẽ 24. q. 2. ſane proferetur ante med.

Item excommunicantur poſt mortẽ qui ſe voluntarie occidunt. 23. q. 5. placuit.

Quod ſacerdos miſſam inchoatam ex temeritate non finiens, eſt excõmunicandus, 7. q. 1. nihil. in fi.

Quod non vitantes excommunicantes ſunt excommunicandi, 11. q. 3. ſanctis.

Quod nemo eſt nominatim excommunicandus niſi de crimine ſit cõuictus vel confeſſus, 2. q. 1. multi.

Quod nullus eſt excommunicandus antequam cauſa probetur, 24. q. 3. de illicita.

Quod nomina publice excommunicatorum debent ignorantibus intimari, ne per ignorãtiam ſe poſſint excuſare, 11. q. 3. curæ ſit.

Quod qui propter facinus ab hæreticis excommunicantur, a fidelibus propter deteſtationem criminis ſi ſunt recipiendi, 24. q. 1. quiſquis, & c. ſeq.

Quod indebite excommunicans per triginta dies a ſacra communione ſuſpenditur, 11. q. 3. audi.

Quod excommunicatus non poteſt eſſe iudex aliorum, 24. quæſt. 1. miramur.

Quod excommunicati non admittũtuntur ad denunciandum vel ad accuſandum. 3. q. 4. conſpiratores, & duobus c. ſeq. 4. q. 1. per totum, 24. q. 1. miramur, §. his auctoritatibus. in fi.

Item infames ſunt, 6. quæſt. 1. infames.

Quod excommunicatus ſi intra annũ ſe purgare cõtempſerit, poſt annũ tanquam reus non eſt audiendus, 11. q. 3. rurſus, & c. ſeq.

Quod excommunicati non poſſunt alios excommunicare vel iudicare. 24. q. 1. audiuimus. & c. air, & cap. ſeq. & c. miramur.

quod epiſcopus excommunicatus nõ dicitur ordinare quantum ad executionem, quia quod non habet, dare non poteſt, 1. quæſt. 1. quicũque facios c. qui perfectionem, & c. ventum eſt.

Quod excommunicati celebrantes triennij pœnitentia puniuntur, 11. q. 3. de illis.

Quod excommunicati in ſacris conſtituti, officio intereſſe non debẽt. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. in fi.

Quod excommunicati omnino ſunt vitandi, diſt. 93. ſi inimicus, & c. ſeq. 6. quæſt. 1. illi qui. 11. q. 3. ad menſam, & cap. rogo, & quatuor c. ſeq.

Quod non eſt communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo potu, oſculo, aut ſalutatione, 11. q. 3. excommunicatos, & c. cum excõicatio, & c. anteceſſor.

quod non licet clericis communicare epiſcopo 93. d. miratus.

Quod nominatim excommunicato non eſt communicandum, ne ſententia tranſeat in tertiam perſonam.

Digitized by Google

nam 11.q.3.si quis laicus, & c.excellentissimus. 24.q.2.sane quod.

quod ideo nō est communicandum excommunicato, vt confusus citius laboret reconciliari.93.dist.si inimicus.& 11 qu.3.audi.

quod cum pagano magis licet communicare quàm cum excommunicato,11.q.3.ad mensam.

quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subditum excommunicatum vitare, & facere vt à suis vitetur,11.q.3.cum sit.

quod sine culpa communicat excommunicatis vxor,filius,seruꝰ ignorans, & necessitatem patiens,11. qu.3.quoniam multos, & c.excellentissimus.

Item qui communicat propter spem correctionis, 11.qu.3. antecessoꝛ; vnde versus:

Vile, lex, humile, resignatus, necesse.
Hæc anathema quidem faciunt ne possit abesse.

quod viatori vel peregrino transeunti in terra excōmunicatorum emere, & pauperi mendicare conceditur, 11.q.3.quoniam multos.

quod occultum excommunicatum tantum sciens tenetur vitare, ac si sciret publicè cum excommunicatum, 6.q.2.si tantum,& cap.seq.

quod publicè excommunicato tutā te ecclesiam omnes debent exire. 23.q.1. omnis qui. & 11.q.3.sicut apostoli.

quod presbyter si canonem inchoauit, propter superuenientem excōicatum missam nō debet relinquere imperfectam, q.1.nihil.

quod mortuo suffragia a viuis non debent exhiberi, qui propter excōicationem viuis non communicauit, 11.q.3.quicunque infra.

quod tali excō municato possumus communicare mortuo, qui viuens potuit absolui, 24.q.2.de communione, & c.nec quisquam.

quod communicans excommunicato indebitè,excommunicationem incurrit, 11. qu.3.præcipuè, & c.si quis episcopus, & cap. seq.& c.sicut apostoli,& ca episcopi, & cap. placuit.

quod episcopi communicantes excō municatis in crimine deponātur, 11.q.3.Teugualdum, & c.quicunque contristauerit.

quod ep.scopus cōione priuatur,qui soli sibi cognitum publicat excommunicatum,6.q.2.placuit.

quod excommunicatus antequam absoluatur debet spondere emendam de præterito, & cautelam de futuro, 11.q.3.cum aliquis,& 11. q.2.de viro,ita si.

quod absoluitur quis ab excommunicatione abiens per litteras, 24. qu.3.compertum.

quod absoluitur post mortem, si viuens hoc petiit, 24. quæst.2. nec quisquam.

quod de excommunicatione Papæ quam sibi reseruauit nullus nisi in morte potest absoluere, 16 q.1. frater noster.

quod solennis excommunicationis & absolutionis forma ponitur, 11. q.3.debent.

EXCVSATIO. Quod excusatio inferioris non valet, vbi de rebus ecclesiæ quas illicitè possident, vel principes, vel parentes se excusant, 16.quæst.1. in canonibus.ante finem.

quod auctoritas & præceptum superiorum excusant in quibusdam facta inferiorum, 14. quæst.5.dixit dominus.

quod auctoritas superioris non excusat inferiores in delictis, 11.q.3.si dominus,& c.seq.

quod Iudæi a furto excusantur Aegyptiorum.quia iubente Deo paruerunt, 14.q.5.dixit dominus.

quod ebrietas excusat culpam à tanto,sed non à toto,15.q.1.iane,& c. inebriauerunt.

EXECVTIO. Quod executio sententiæ iudicis debet differri vsque ad triginta dies, propter deliberationem, 11 q.3.cum apud.

quod ab executoris sententia appellare non licet,nisi ipse modū executionis excedat,2.q.6.si quando, §.ab executore.

quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excommunicationis opponatur,11.q.3.cum excommunicato.

quod executores testamentorū propter negligentiam debent excommunicari, 13.qu.2.clerici.

EXEMPLVM. Quod exempla sanctorum tam in scriptis quam in factis perspicaciter sunt recordanda.20. dist. de quibus.23.quæst.6. vides.

quod ratio sana est exemplis ponenda.9.dist.sana.

quod superiores inferioribus exemplum bonum tenētur dare, 8.q.1. qualis,12.q.1.nolo.

quod vita pastoris in exemplum debet esse discipulis, 2.q.7.cum pastoris.21.dist.nemo.

quod prælati tot mortib.digni sunt, quot vitiosa exempla ad subditos transmittunt, 11. quæstio.3.præcipuè.

quod senior ibi stricta increpatione est feriendus,vbi iuuenibus exemplum ad interitum præbet, 2.q.7. Paulus dicit,93.distin.peruenit ad nos,in fi.

quod in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia status peccato honoratur, 83.dist.nemo.

quod quilibet quantumcunque magnus subdito & minores se paratus sit in bono imitari, 22.dist.de Constantinopolitana.

quod casus perfectorum suo exemplo multos retrahit à statu perfectionis quem aggredi inēdebant, 27.q.1.qui bona.

Quod mali qui emēdari despiciunt: ne sanctos suæ perditionis exemplo inficiant, tanquam morbida caro omnibus sunt præscindendi, 24.q.3.ecce.

quod ad exemplum domini gratiarum actio post mensam debet dici.44.dist. quando autem.

De hac materia habes vbi egimus de Imitatione.

EXEMPDIO. Quod exemptio episcopi vel abbatis à suo superiori non potest fieri nisi per solum Papam. 16.quæstio.1.frater.18.quæstio.2. luminoso.

quod exemptus non potest iudicari nisi à solo Papa, 16.qu.1.frater.

quod in monasterijs exemptis nullus prælatus sine consensu abbatis valet exercere aliquam potestatē, 18.qu.2.luminoso.

quod prælatus qui exemptioni Papę insurgere conatur communione, vsque ad extremum vitæ suę priuatur.16.q.1.frater.ante medium.

EXEQVIÆ. Quod exequiæ pompaticæ plus sunt solatia viuorum, quàm subsidia mortuorum, 13.q. 2.animę.

quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in exequijs diligentia hominum persoluit, 13. q.2.animæ.

quod quia ignoramus quibus mortuis prosunt, vel non prosunt exequię, ideo pro nullo debemus eas omittere, 13.quæst.2.non existimemus.

EXHÆREDATIO. Quod exhęreditatio aliorum non debet fieri propter ecclesiæ promotionem. 17.q. vlt.c.vlt.

quod successor qui non adimpleuit voluntatem defuncti, debet exhęredari, 1.q.1.Syluester.

De hac materia habes vbi agimus de Hæreditate.

EXILIVM. Quod exilium est canonica pœna quam ecclesia imponit in malitia obstinatis,16.q.1.Probinum,2.q.1.in primis.

quod sacrilegiorum pœna est carcer, vel exilium, 16. quæstio.4. attendendum.

quod ignobiles pacem ecclesię turbantes, in perpetuum exilium relegantur, 24.qu.1.qui contra.

EXITVS. Quod exitus malitię, virtutis operatur ingressum: eodemq; studio quo crimen excluditur, innocentia copulatur,12.q.1.cum renunciatur.

quod tunc quis ab vnitate ecclesię exit quando à fide & charitate recedit, 24.q.3.cum aliquis.

quod tunc boni à malis exire dicuntur quando etiam cum ipsis corporaliter conuersatur, mente à factis eorum recedunt, 23.quæstio.4.tolerandi sunt, & cap.ecce, & cap.à malis.

quod

Quod à malis exire est facta eorum detestando ipsos de malo corripere.13.q.4.recedere.

quod difficile est vt bono peragatur exitu quæ malo inchoata sūt principio.1.qu.1.principatus, & c.fertur.§.cum ergo,in fi.

EXPOSITIO. Quod expositus cuiuscunq; miseratione collectus post decem dies à domino nō potest repeti.87.dist.sit expositus.

quod expositio scripturarum accipienda est secundū proprietatem linguarum, de quibus sunt translatæ.38.dist.locutio.

quod exponēda est scriptura secundum varietatem causarum, personarum, temporum,& locorum., 29.dist.per totum.

De expositione scripturarum vbi agitur de Scriptura.

EXORCISTA. Quod Exorcistæ in Græco,in Latino adiuratores vocantur.21.dist.clericos.

quod exorcistæ est officium manus super energumenos, & catechumenos in exorcizando imponere, 25.dist.perlectis.

FABVLA. Quod fabulas secularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare. 44.dist.conuiuia, & c.seq.

quod in mensis clericorum lectio diuinarum scripturarum haberi principitur, vt fabulosa, & curiosa,& otiosa vitentur,44. dist. pro reuerentia.

Quod quia oblectamenta fabularum nimium excitant ad incendia libidinum,prohibetur Christianis legere figmenta poetarum, 37.dist. ideo.

FACILITAS. Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, 23.q.4.est iniusta, in fi.

FALLACIA. Quod fallacia ex voluntate procedens grauior est quā quæ de infirmitate vel teunitate procedit. 22. quæstio.1.beatus, §. ille ergo.

quod non mentitur qui animarum fallendi non habet, sicut patet de Petro & Paulo, 22.q.2.beatus.

quod ille falsum iurat qui scit falsum esse quod iurat,22.qu.2.beatus,§.ille ergo.

quod falli in illis quæ non sunt ad salutem, vel nullum vel leuissimum est peccatum,22.quæst.2.in quibus.

quod minus malum est fallere aliquem in contractibus, quàm falli in articulis fidei, 22. quæstio.2.in ipsarum.

quod falsum testimonium nemo cōtra se vel proximum dicere debet. 23.q.5.si non, ante medium.

Quod falsi testes communione priuantur, si clerici fuerint,in monasterio perpetuo detruduntur. 24. quæstio.3. itaque.50. distin.si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatem, sic boni in malis non persequūtur nisi malum. 23.q.4. qui peccat.

FALSARIVS. Quod falsarius dicitur qui litteras dicit, quæ licet veræ fuerint, tamen de conscientia Papæ non emanarunt. 19.dist.in memoriam.vbi nota glo.quæ innuit diuersos modos falsandi.

Item falserius dicitur qui chartam vel bullam radendo vel mutando fallificat. 50. dist.si episcopus.

Item falsarius dicitur qui falsa suggestione vel precibus falsis impetrat.25.q.2.dicenti.

quod charta super beneficijs personalib.si non habet datā,falsa iudicatur.25.q.2.§. si qua beneficia.

quod licet episcopo falsarium domini Papæ incarcerare. 19.dist.in memoriam.

quod falsarius litteratū domini Papæ si est clericus,est ab ordine deponendus,& in monasterium perpetuo detrudendus. 50. distinct.si episcopus.

FALX. Quod falx in alienam messem mittitur, quando fructus ecclesiæ non à vero,sed alieno pastore tollitur. 13.q.1.c.1.§.in diœcesi, ante medium.

quod Deus in messem falcem mittit, cum vniuscuiusque vitam temporalem per mortis sententiam incidit, de pœnit.dist. 2.cum sancti, circa medium.

FAMA. Quod fama bona necessaria est nobis propter alios. 11.q.3. non sunt audiendi. 12.qu.1.nolo, & q.2.quatuor,in fine.

quod quisquis custodit famā suam, in alijs est misericors.11.q.3. non sunt audiendi.

quod clericus, de quo mala fama crebrescit, etiam si conuinci non potest coram episcopo, præsentibus presbyteris expurgatur. 15. q. 5.cap.1.

quod prædicator bonus officium suum non debet negligere, etiam si currat inter infamiam & bonā famam. 6.q.2.sunt plurimi.

De hac materia require vbi agitur de Infamia.

FAMES. Quod fames quandoque ex ira Dei in mundum mittitur,quando pauperibus eleemosynæ subtrahuntur.16.qu.1.reuertimini,post medium.

quod qui fame laborāti non succurrit,graue peccatum incurrit.86.distin.satis.

quod qui fame morientem non pauit,quasi ipsum propria manu occidit.86.dist.pasce.

quod iudex ecclesiæ licet teneatur se dare panis famem, & sitim aquæ, magis tamen famem audiēdi verbum Dei,8.quæstio.1.audacter.in fine.

quod fames priſtina sermoni domini præsentia doctrinarum eius & cœlestis panis saturitate compensabitur. 76. distinctio. ieiunium, in fine.

quod fames curat morbos, quos gula infert, de consecrat. distinct. 5. nullus.

FAMILIA. Quod familia debet per dominum suum de malo corrigi, & ad bonum incitari.47.distin.sicut hi, §.necesse.

quod non culpatur paterfamilias faciens quod debet, si aliquis in familia manet incorrigibilis.48.distin.quantumlibet.

quod episcopus debet cauere ne aliquē in familia habeat indisciplinarum. 47.dist. sicut hi,§.necesse.

quod à principio in omni familia bona fuit aliquis malus incorrigibilis.47.dist. quantumlibet.

quod propter culpam familiæ negligens paterfamilias punitur, tam temporaliter quàm æternaliter.sicut patet de Hely.47.distinct.sicut hi,§.necesse.

quod domino excommunicato, indebitè fertur sententia contra familiam. 14.quæst.3.si habes, §.vt ergo.

FAMILIARITAS. Quod familiaritas contra extraneos repellit testem. 3. quæstio.5.consanguinei. & cap.seq.

quod familiaritas mulierum nimia, omnibus clericis,& religiosis prohibetur.82.dist.interdixit,& duobus cap.seq. 34.dist. quorundam, 81.dist.clericus, vsque ad fin.dist. 18.q.2.cognouimus,& c.seq.

quod vbi nimia familiaritas est mulierum, stimuli antiqui hostis nō desunt.81.dist.oportet.

quod monachi sacrarum virginum custodes, ne propter familiaritatem suspecti habeantur à frequenti earum accessu, & colloquio arceantur.18. quæstio.2.in decima, cap.seq.

FATVM. Quod fatum est genus diuinationis,cui qui intendit,damnationem animæ suę incurrit.26. q.vlt.non obseruetis.

FAVOR. Quod fauor singularis non debet attendi in electione prælati, 63.dist.porro.

quod nec indigni debent propter fauorem ad sacros ordines promoueri.1.q.1.pueri.

quod illi qui ecclesias indignis ex fauore conferunt, sacrilegi reputantur. 1.q.1.sunt quidam.

quod non corrigere peruersos nihil aliud est quàm fauere. 83.distinc. nemo & cap. sequen. 23. quæst.6. si res post medium.23.quæstio.4. quisquis.

quod fauere impietati est non turbare cum possit quis peruersos. 23. q.3.qui potest.& c.ostendit.

quod prælatus qui fauet in malo peccatoribus, vel qui piger est in corrigendo, ipse eis in malitia sociatur. 23. quæstio.4. ita. & capitu.a malis.

quod qui consentit peccantibus, & de

Digitized by Google

. defendit delinquentes: apud Deū, & homines eſt maledictus, 11.q.3. qui conſentit.

Quod fauoriē dantes maleficijs ſunt excommunicandi, 21.q. 5. placuit, & tribus c. ſeq.

De hac materia require vbi agitur de Conſenſu.

FAX. Quod ſicut fax accenſa ſibi detrimentum præſtat alijs vero lumen in tenebris adminiſtrat, ſic malus prælatus, vel prædicator, 15. q.8. ſciticitantibus.

Quod ſicut ſupruacuis laborat impendijs qui ſolem certat facibus adiuuare, ſic qui zelum Dei dicit ſe habere, & in corrigēdo exequitur indebite, 6.q.1.ſi omnia.

FOELICITAS. quod felicitate peccantium nihil eſt infœlicius, 23.q.1.paratus.

FEMINA. quod femina non debet eſſe iudex, 3.quæſt.7. infamis, §. tria.

quod honor per ambitionem susceptus vergit ad culpam. & ad pœnã, 40. distinct. multi, 1. q. 6. sicut 8. q. 1. sunt.

quod prælatus non suum sed honorem ecclesiæ debet cupere, 99. dist. ecce.

quod qui honore est maior, in sanctitate, & in solicitudine debet esse perfectior, 100. dist. rationis, 1. q. 1. vilissimus.

quod non qui maior fuerit in honore, est iustior, sed qui iustior est, ille est maior, 40. distinct. multi. in fine.

quod tunc prælatus honoratur quando a suis subditis honor quilibet debitus non negatur, 99. d. ecce. in fi. & c. nullus.

quod quanto quis in maiori honore constitutus peccat, tanto plus est puniendus, 5. quæst. 6. quis, 6. presbyteri.

Quod honor indebite oblatus est respuendus, 99. distinct. nullus.

quod honor sic singulis exhibendus est, vt ex hoc nulli derogetur, 99. d. ecce. 21. q. 3. qui resistit, 25. q. 2. de ecclesiasticis.

quod sacerdos in persona Dei cuius minister est, honorandus, 3. q. 4. habet, in fi.

quod sacerdotes sunt honorandi, quos Deus, dicens ipsos Deos: & Angelos honorauit, 21. q. 1. sacerdotibus.

quod dilectores huius sęculi pro honore terreno multa tolerant, pro honore cęlesti pauca. 47. dominus. in prine.

HOSPITALITAS. Quod hospitalitas per ipsum Christum commendatur. 42. d. §. 1.

quod hospitalitas exercenda est in omnes indifferenter, 42. d. quicunque.

Quod hospitalitas omnibus exemplo sanctorum patrum persuaderur. 42. d. §. 1.

quod xelandum est pro hospitibus quia hospitalitas etiam apud barbaros inuiolabilis custoditur, 32. q. 7. offerebat.

quod res clericorum debent esse communes, maxime ad susceptionem peregrinorum, & hospitum, 16. q. 1. quoniam quidquid.

Quod hospitalitas maxime a prælatis, & religiosis est seruanda, 89. d. volumus. 12. q. 1. quia circa finem. & q. 2.

Quod prælatus domum suam hospitibus claudens non potest esse hospi-

by Google

hoſpitalitatis exhortator. 23. diſtin.§.1.

Quod electus in epiſcopum, a conſiſtratione repellitur, propter inhoſpitalitatem. 85. diſtin. archidiaconum Florentinum.

Quod mali hoſpites, qui res exportant hoſpitantium, ſunt ſicut mus in pera, ignis in ſinu, & ſerpens in gremio: qui male ſuos remunerãt hoſpites. 13.q.1.eccleſias, §.ad hęc poſt medium.

Quod hoſpitalium conſtructio, & gubernatio ſpectat ad curam epiſcopi. 18.q.2.quidam.

HOSTIARIVS. Quod hoſtiarij in veteri teſtamẽto idem ſunt quod ianitores. 21.diſt.cleros.

Quod hoſtiarii effectus claues eſt eccleſiæ tenere, & omnia quæ ſunt intus, & extra, cuſtodire. 25.diſtin. perlectis.

HOSTIS. Quod hoſtis interior eſt mala voluntas 23.qũ.1.paratus in fin.

Quod exterius hoſtem pugnantem neceſſitas debet premere non voluntas. 23.q.1.noli.

Quod capto hoſti miſericordia deberetur, niſi pacis perturbatio timeatur. 24.q.1.noli, in fi.

Quod hoſti fides ſi promittitur, eſt ſeruanda 23.q.1. noli.

Quod in iuſto bello nil refert verum hoſtis aperte vel inſidijs expugnetur 23.q.2.dominus.

HVMILITAS. Quod humilitas eſt pœnitentiæ fundamentum. de pœn.diſt.2.c.1. in princ.

Quod humilitatis exercitia ſunt vilioribus officijs ſe ſubdere, & miniſterij indignioribus ſe tradere. de pœn. diſt.2.§.1.

Quod humilitas prælatis eſt commendabilis. 99. diſt.ecce.

Quod nihil fulget in epiſcopali cerulee ſplendidius, quam humilitas 100. diſtinct. contra morem. ante finem.

Quod humilitas docendis & diſcendis perſuaderur. 38.diſt.ſeduio, & c.nullus. 40.di.multi, in fi. 24.q.3. ſi habes.

Quod virginitas cum humilitate eſt admiranda. 30.diſtinct. hæc autem ſcripſimus.

Quod Chriſtus verbis & factis exẽplum dedit humilitatis. 63. diſtin. dominus. 9.quæſtio. 3. null⁹. ante finem.

Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen eccleſię non ſunt aſſumendi. 61. diſtinct. ſtatuimus, & §. 1.

Quod boni paſtores potius per humilitatis manſuetudinem ſtudent peccantes reuocare, quam per auſteritatem in foueam perditionis propellere 45. diſt. recedite.

Quod qui ſibi vult ab alijs humiliter obediri, & ipſe ſuo ſuperiori obedrat 2.q.6.qui ſe ſert.

Quod cum culpa non exigit, omnes ſecundum rationem humilitatis æquales ſumus. 22. diſtin. de Conſtantinopolitana.

Quod humilitatis cauſa non eſt in confeſſione mentiendum 22. q.2. cum humilitatis.

Quod humilitas non eſt vbi eſt falſitas 22.q.2.cum humilitatis, &c. incauti.

Quod ficta humilitas eſt cum ſuperbia miſta 8. quæſt.1. in ſcripturis. in fi.

Quod nemo prælatis ſuis ſic humilitate debet ſubijci, vt cogatur ipſorum vitia venerari 2. quæſt.7.admonendi.

IACOB. Quod Iacob dicendo ſe primogenitum non eſt mentitus, quia non ad natiuitatem, ſed ad ius primogenituræ reſpectum habuit. 22. quæſt. 2. quæritur. §. proxt.

Quod non præcedens, ſed ſubſequẽs conſenſus Iacob in Liam fecit eos coniuges. 29. quæſt.2.§. ſed obiicitur.

Quod Iacob licet in ſe eſſet bonus: tamen filios aliquos malos, aliquos bonos habuit 32. quæſt.4.ne currat.

Quod in hoc quod vidit Angelos aſcendentes, & deſcendentes, vitam prælatorum actiuam, & contemplatiuam deſignat. 88. diſtin. decreuit.

IACTARE. Quod iactare non debet ſe quis de ſtatu perfectionis, iuxta quia. & Petrus poſt iactantiam cecidit 6.q.1.imitare.

Quod omni ornatu qui poſſit iactantiam inferre, debent carere clerici 21.q.4.c.1.23.diſt. his igitur.

IDOLOLATRIA. Quod idololatria, quam ſequuntur infideles, & quælibet noxia ſuperſtitio eſt fornicatio ſpiritualis 28.q⁹.1. idololatria.

Quod idolorum culturam ſubtilitas dęmonum admonuit. 26.q.4.ſciendum, per totum cap.

Quod ille princeps eſt idololatriæ qui res ſuas quas prohibere poteſt, permittit idolis immolari 26. q.1. ſi de area.

Quod eligẽdum eſt potius fame mori, quàm ob reuerẽtiam idolorum idolothytis veſci 32.quæſt.4. ſicut ſatius.

Quod Salomon qui Deo templum conſtruxerat excæcatus luxuria, iẽ plum idolis fabricauit 32.quæſtio. 4.Salomon.

Quod idololatra ſit quis interpretatiue multiplicitet, videlicet per Euchariſtiæ perceptionem indignã. 32.diſt.præter hoc. §.porro.

Item per rebellium obedientiam 8. q.1.ſciendum, in fi.

Item per æſtuantem auaritiam 6.q. 1.quæro.

Item per ſortilegiorum. & diuinationum obſeruantiam xxvi. quæſt.2. ſors. § ſeq. & capitu. ſed & illud, & quæſt.5.§.2.

IEIVNIVM. Quod ieiunium eſt duplex ſpirituale, & corporale. de conſecrat. diſtinct. quinta. ieiunium.

Quod magnum & præcipuũ eſt ieiunium ſpirituale, videlicet à peccatis abſtinere. de conſec. diſtinct. 5. ieiunium, & cap. nihil.

Quod ieiunium corporale, quod eſt à cibis abſtinere, eſt auctorizabile quia primo a Deo in paradiſo eſt præceptum 35. diſtin. 6.

Quod a ſanctis patribus, & ab eccleſia eſt inſtitutum. de conſec. diſt. 5. ieiunia in eccleſia, & tribus c. ſeq.

Quod ieiunium de quo non eſt præceptum, vt ſcandalum viter, ſecundum morem patriæ eſt ſeruandũ. 12.diſt. illa 76.diſt. vtinam.

Quod ieiunium ab eccleſia inſtitutum, ſine cauſa nõ eſt violandum de conſecrat. diſtinct. 5. ieiunia in eccleſia.

Quod ieiuniũ quadrageſimale, quod eſt pro decima temporis anni, eſt diligenter ſeruandum. 76. diſtinct. ſtatuimus, & duobus cap. ſeq. de conſec. diſt. 1. ſolent, & 5. diſt. quadrageſima, & c. ieiunium.

Quod ieiunium quatuor temporum eſt omnino ab omnibus ſeruandum. 76 diſtinct. ieiunium, & ſex cap. ſeq.

Quod quibus menſibus, & quibus de cauſis ſeruanda ſunt, in veteri lege ſeruata ſunt ieiunia quatuor temporum, habes 76. diſtin. ſtatuimus, & duobus c. ſeq.

Quod antiquitus primus menſis anni Martius computabatur, & de omni alio tempore quando tempore ieiunabantur 76. diſtin. ſtatuimus. & c. ſeq.

Quod modernis hoc ieiuniũ ſit quarta proxima feria poſt diem cinerum, ſecundum in hebdomada Pentecoſtes. tertium in Septembri poſt exaltationem ſanctæ Crucis. quartum in Decembri poſt feſtũ ſanctæ Luciæ 76. diſtin. ſtatuimus. Vnde verſus.

Dat Crux, Lucia, Cinerum, quoque chriſma datur
Vi ſit in angaria quarta ſeptima feria.

Quod dies tres rogationũ ante aſcenſionem Domini ſunt ieiunandi. de conſecr. diſt. 3. rogationes.

Quod ſicut in memoriam paſſionis ſexta feria ieiunatur, ſic & ſabbato in memoriam ſepulturæ eſt ieiunandum. de conſec. diſtinct. 4. in ſabbato.

Quod de ieiunio ſabbati videtur mos patriæ ſeruandus 12. diſtinct. illa.

Quod die ſabbati eſt a carnibus abſtinendum. de conſecr. diſtinct. 5. quia dies.

Quod in octaua domini non eſt ſolueudum ieiunium. de conſec. diſt. 3. non liceat, & c. ſeq.

Quod die dominico ne ſequamur errores infidelium, non eſt ieiunandum 30. diſt. ſi quis tamquam. &

Digitized by Google

c.ſi qui presbyter.76. diſtin. ieiunium de conſecr.diſtinct. 3. ieiunium,& cap.ne quis.

Quod nec ieiunandum eſt tempore Paſchali vſq; ad Pentecoſten. 76. diſtin.ieiunium, §.non autem, & cap.ſeq.

Quod ieiunantes illo tempore excommunicatione,non ſunt arguendi. 76. diſtinct.poſt, & c. vtinam.

Quod hora meridiana in ieiunijs eſt comedendum, de conſec.diſt.1. ſolent.

Quod in quadrageſima ieiunium ſolui dicit qui antequam veſperas dicit vel audit, comedit, de conſ.diſt.1. ſolent.

Quod in ieiunijs quatuor temporum,& in vigilia Paſchæ circa veſpertinam horam eſt celebranda, & poſtea comedendum, de conſecra.diſt.1. ſolent.

Quod ordinans, & ordinandus debent eſſe ieiuni.75.diſt.quod a patribus,& c.ſeq.

Quod excepta cauſa infirmitatis non debent cõmunicari ieiuni. de conſe.diſt.2.liquido 50.diſt. presbyteros 26.q.6.ſi quis.de corpore 4.diſtin. denique. in ſi.

Quod moderantia cibi eſt in ieiunijs habenda, de conſe.diſt.3.non dico,& c.ſeq.

Quod in ieiunijs (maxime quadrageſimæ) eſt a magnis piſcibus, & cibis laſcivis, & potibus abſtinendum.3.diſt. denique.

Quod ieiunium debet eſſe mũdum. 18.diſtin.habeatur 86.diſtin. quid prodeſt.

quod primo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio, cognitio infirmitatis in cibo.35.diſt.6.

Quod ieiunium delinquentis vulnera curat, & curatos ſanctificat, de conſ.diſt.5.ſint tibi ieiunia.

Item ſatisfacit pro commiſſis 76.diſtin.igitur.

Quod viuentium ieiunia ſunt defunctorum auxilia 13.q.2. animæ.

Quod ieiunium ex cauſa redimitur elemoſyna. 82.diſt. presbyter. ante finem.

Quod duorum vel plurium dierum abſque cibo ieiunia prohibentur. de conſe.diſt 5. non dico, & duobus c.ſeq.

Quod an melius ieiunat qui ſæpius parum, quam qui ingurgitando lautius rarius comedit, de conſec. diſt.5.non dico, & duobus c.ſeq.

De hac materia require vbi agitur de diſtinctione.

IEZABEL. Quod Iezabel nonnullos prouocat ſtupro ſui corporis ad immolandum idolis 23.q.4. ſi illic.§.quod tunc.

IGNIS. Quod eſt ignis intenſæ deuotionis, qui inflammat ſacrificia deprecantium.1.q.1. cum ſcriptura.

Quod eſt ignis veræ contritionis, quo igne decoquuntur, & purificantur pœnitentes 27. quæſt.1.impudicas.

Quod eſt ignis indebitæ vltionis, a quo prohibiti ſunt Apoſtoli ne exurerent Samaritanos 23. quæſt. 4.quid faciet in fin. & c.ſeq.

Quod eſt ignis carnalis voluptatis, in quo igne bonus coniugatus poſſus nequit ardere 33.q.4. vir cum propria.in fine.

Quod eſt ignis ambitionis, & cupiditatis: qui tamquam ignis alienus exurit,& mundat.de pœn.diſt. 2.inter hæc.

Quod eſt ignis diuinæ conſolationis, qui culpam exurit, nõ hominem, & ſanat pure confitentes, de pœn. diſt.3.inter hæc.

Quod eſt ignis futuræ purgationis qui excedit omnem præſentem pœnam 26.diſtinct.qui in aliud.de pœn.diſt. nullus expectet.

Quod ignis purgatorius poſt hanc vitam credendus ſit 26. diſt. qualis, in fi.33.q.2.admonere, circa med. 1.q.3.peruenit.de pœn.diſtin.vlt. nullus expectet.

IGNORANTIA. Quod ignorantia eſt triplex, videlicet bona, mala,& indifferens.38.diſt. quamuis.& §.ſeq.

quod bona eſt ignorantia eorum qui dant occaſionem ad peccandum, quæ neſcire melius eſt quam ſcire 58.diſt.quamuis.

Quod mala eſt ignorantia quando ea quæ Dei ſunt ignorantur, quia talis ignorans ignorabitur.38.diſ. qui ea.

Quod indifferens ignorantia eſt in his in quibus nihil intereſt ad regnum Dei verum ſciantur an non. 22.q.2.in quibus.

Quod alia eſt ignorantia facti, alia iuris 1.q.4.turbatur,§.notandum. xxii.q.4.innocens.

Item ignorantia facti alia ſimplex, alia probabilis, alia craſſa, & ſupina.

Ignorantia ſimplex eſt vera,& non ſimulata, in qua peccantibus eſt parcendum. 11.q.3. excellentiſſimus, & c.ſequen.26.q.2.cap.vlt.1. qõ.4.§.vltim.vbi agitur de idolathytis.

Ignorantia probabilis eſt, quæ probari poteſt ex hoc, q̃ excuſabilis eſt pro tanto 1.quæſt.1. ſi quis a ſimoniacis.

Ignorantia craſſa,& ſupina eſt quando factum omnibus publicũ ignoratur: quæ neminem excuſat ſicut Iudæi non excuſantur, quia Chriſtum aduenitſſe ignorant.1.quæſt. 4.cap.vlti.xii.quæſt.2.qui, & diuinis.xxiii.qõ.1.patatus, circa med. xi.q.3.curæ.18.quæſt.1.licet ergo. xx.diſtin.ſi decreta.16.diſtin.quod dicitis.

Ignorantia iuris alia eſt iuris naturalis,quæ omnibus adultis & diſcernentibus eſt damnabilis: iuris ciuilis, & canonici,quæ quibuſdam permittitur ignorare quibuſdam non 1.quæſtio.4.§.vltim.in fine.

Quod ignorantia iuris ciuilis vel canonici excuſat a tanto 34. quæſtio. 1. ſi quis dederit 32. quæſtio. 5. quemadmodum. 6. quæſtio. 1. quæſtio.

Quod ignoranti iuris ciuilis vel canonici non excuſata toto.1.q. 6. §.vlt.ante fin.28. diſtinct. presbyterum.

Quod filij Iſrael circa promiſſionem Gabaonitarum habuerunt ignorantiam facti, ſed non iuris 22. q.3.innocent,§.1.

Quod ignorantia inuincibilis, quæ eſt ex fauore vel dementia, ſi eſt ex caſu, non imputatur: ſi autem venit ex culpa,noxia eſt, 15.quæſtio.1. ſi quis inſaniens, & cap. proxi.& cap.illud relatum.§. itaque.

Quod ignorantia vincibilis procedens ex negligentia excuſat a tanto,ſed non a toto.32. q.7.quemadmodum.

Quod affectata ignorantia eſt quando quis non vult intelligere vt bene agat.37.diſt.c.vlt.

Quod ignorantia mala, & periculoſa,quia mater eſt cunctorum errorum. 38. diſtinctio. ignorantia.

Quod licet laicis ſit noxia, ſacerdotibus tamen qui ducatum præbere debent alijs, eſt periculoſior. 37.diſt.c.vlt.§. itaque, & 38. diſt. c.1. & ſex cap. ſeq.

Quod ignorans non ſemper errat. 38.diſt.quamuis.

Quod dicitur quis ignorare quando nõ cognoſcit illud eſſe peccatum quod facit, vel non tantum quantum eſt,talis excuſatur pro tanto, ſed non pro toto 8. diſtinct. conſuetudo.

Quod qui ignorat modum, & qualitatem facti, ipſe tunc peccat quando ignorantia iuris laborat.8. diſtinct. conſuetudo exemplum de Paulo, ſed tunc non peccat quando facti ignorantiam habet.34.q. 1.in lectum.

Quod qui dando operam rei licitæ ignorans quid ex facto ſuo ſit ſecutum,vt ille qui volens patrẽ ſuum a Leone liberare, ſagittam mittit,& patrem occidit, non peccat 23.quæſt.5. de occidendis. 50. diſt. ſæpe.

Quod licet aliquis ignoret ſe debere continere recipiendo ordinem, ex eo,quod recepit ordinem, tenetur continere.28.diſtin. presbyterum.

Quod licet quis ignoranter rebaptizetur,ad ſacros tamen ordines nõ poteſt promoueri, de conſecr.diſtin. 4.qui bis.

Quod qui patre procurante eccleſiã ſimoniace licet ignoranter adeptus fuerit, crimine careat, fructum tamen paternæ emptionis reportare non poterit. 1. quæſtione.5.eos qui.§.ex hac.

IMITATIO. Quod imitatio Chriſti neceſſaria eſt nobis, ne ab ipſo

Digitize

ſint corpore ſeparemur 56.dist. dominus,82.dist.propoſuiſti.

Quod filij Dei ſumus, & ipſum imitari debemus, 56.dist. Dominus.

Quod Chriſtus dedit exemplum imitationis in patientia & humilitate,93.dist. Dominus.

Quod ſuperiores noſtros in bono imitari parati eſſe debemus,22.diſtin. de Conſtantinopolitana, 63. dist. Valentinianus.

IMITATOR. Quod imitator debet ſe totius virtutis imitatorem oſtendere, 63. dist. Valentinianus.

IMAGO. Quod imago ponitur circa finem, in litera y.

IMPERATOR. Quod imperator catholicus filius eſt non præſul eccleſiæ, 96. diſtinctio. ſi Imperator.

Quod nihil honorificentius quamquòd imperator filius eccleſiæ dicatur,23.q.8.conuenior. ante ſi.

Quod Imperator Conſtantinopolitanus Papæ coronam omnemque regiam dignitatem in vrbe Romana & in Italia & in partibus occidentalibus conceſſit, 96. diſtinct. Conſtantinus.

Quod nulli Imperatori licet decernere de electione ſummi Pontificis, & de rebus eccleſiaſticis, 96. dist.§.1.

Quod Imperator aduocatus, & defenſor debet eſſe eccleſiæ, 97.dist. eccleſiæ meæ.

Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papæ, & bona eccleſiæ defendere,63.dist.tibi Domino.

Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vſurpare, 96. dist. cum ad verum.

Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio,non Papa ex Imperatoris.10. dist. Domino ſancto.

Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare.63.diſtin.Valentinianus.96. dist. duo ſunt.

Quod Imperator poteſt intereſſe concilio pontificis pro confirmatione fidei alias non,96.diſtin.nos ad fidem,& c.vbinam. & c.ſatis.

Quod nec ſpectat ad Imperatorem, prælatos eccleſiæ iudicare, 96. dist. ſi impetrator, & c.in ſcripturis.

Quod imperiali iudicio non poſſunt eccleſiaſtica iura diſſolui,quia Imperator ſubeſt eccleſiæ, 10. diſtin. per totum.

Quod ab Imperatore non poteſt peti cognitio publicorum iudiciorũ clericorum: ſed epiſcopale poteſt peti,11.qõ.1.placuit vt quicunque 21.q.5.ſi quis a proprio.

Quod Papa poteſt Imperatorem excommunicare, quia Gelaſius Papa Anaſtaſium Imperatorem excommunicauit,96.diſt. duo ſunt. Vide quod ibi not.

Quod Papa Zacharias, depoſito rege Francorum, tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris, 15. q.6.alius.

Quod Ludouicus Imperator, & primus Henricus,& primus Otto renunciauerunt priuilegio ſuper prouiſione Papæ, quod ſummi Pontifices propter ſchiſmaticos contulerant Imperatoribus,63.diſtinct. per totum.& capit.præcipuæ.§.ex his.

De hac materia habes vbi agitur de Rege.

IMPOSITIO. Quod impoſitio manus quia non eſt aliud quam oratio ſuper hominem repeti poteſt,1.q.1.manus.

Quod hi qui baptiſmum ab hæreticis ſuſceperint, non ſunt rebaptizandi, ſed tantum per impoſitionem manus ſunt confirmandi, 1. q.1.hi qui baptiſma.

Quod cum epiſcopo benedictio ſuper caput funditur omnes epiſcopi præſentes, manus imponendo debent ipſius caput tangere,23.di. epiſcopus.

Quod epiſcopo presbyterum ordinante, & manum ſuper caput eius ponente omnes præſentes presbyteri debent manus ſuas iuxta manum epiſcopi tenere, 23. diſtinct. presbyter.

Quod diaconus & ſacerdos quando ordinatur accipiunt manus impoſitionem.5.q.6.quia iuxta,23.dist. diaconus.

Quod epiſcopo manus imponente ſuper ordinandum, & alio orationem dicente nihil agitur. 22.dist. quorundam.

Quod ſubdiaconus, quia in ordinatione ſua impoſitionẽ manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit. 23. dist.ſubdiaconus.

Quod abſque impoſitione manus epiſcopi, etiam ſi tonſuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publice in eccleſia legere, 69. dist. quoniam.

Quod abbati cui impoſita eſt manus per epiſcopum, & eſt presbyter,licet in proprio monaſterio conferre duos minores ordines,,69. dist. quoniam.

INCANTATIO. Quod incantatio ex magicis artibus,ſiue ex caracteribus proueniens, ſiue ex conſultationibus dęmonum, damnabilis eſt,26.q.2 illud.

Quod attendere inanem ſignorum in cœlo fallaciam in coniugiis faciendis, in domibus ędificandis, & in arboribus plantandis, incantatio illicita eſt, 26.q.5. non liceat.

Quod infideles reputantur matres, quæ pueris ſuis capita dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter Pater noſter, & Credo in Deum,quærunt ligaturas ſacrilegas & incantationes 88. dist. quoniam non ante med.

Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedii præſtit. 26.q.vlt.admonemus.

Quod gemmę vel herbæ ad infirmos poſſunt portari ſine incantatione,26.q.vlt.c. vlt.

Quod incantationes ab eccleſia ſunt reiiciendæ,26.q.5.non oportet.& c.auguriis.& c.vlt.admoneant.

Quod incantatores ſunt infames.6. q.1.infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione,& vbi agitur de Sortilegio.

INCENDIARIVS. Quod incendiarius dicitur non ſolum qui facit, ſed qui iubet & conſentit. 23.q.vlt.ſi quis membrorum.

Quod incendiarii nocturni præcipue ſerum eccleſiaſticarum ſunt grauius puniendi.11.q.3. cum deuotiſſimam.

Quod incendiarii ſunt a communione fidelium quouſque ſatisfaciant ſeparandi, 23.q. vlt.ſi quis membrorum.

Quod incendiarij ex odio vel malitia,& ipſis conſentientes ſunt excommunicandi, 23.q.vlt. peſſimã.

Quod incendiarii cum ſatisfactione præteritorum,& iuramento de vltra non committendo, debeant abſolui,33.q.vlt.ad peſſimam.

Quod quia forma abſolutionis incendiariorum concors eſt cum forma abſolutionis excommunicatorum, videtur,quod a canone ipſo facto ſunt excommunicati, 23. q. vlt. peſſimam.

Quod epiſcopus qui pœnitẽtiam incendiatorum, quæ eſt per annum eſſe vltra mare,relaxauerit, ab officio epiſcopali per annum abſtinebit.23.q.vlt. peſſimam.

Quod incendiarius ſi ſine ſatisfactione & pœnitentia mortuus fuerit carebit eccleſiaſtica ſepultura. 23.q.vlt.peſſimam.

INCOEPTIO. Quod inceptio ſiue inchoatio bonæ vitæ non poteſt fieri niſi cum charitate. de pœnit.dist.1.§.non autem.

Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt.de pœn.dist.1. ſi enim inquit.

INCESTVS. Quod inceſtus eſt conſanguineorum vel affinium abuſus, 36. quæſt.1. lex illa,§. cum ergo.

Quod virgines quæ poſt conſecrationem nupſerint, non tam adulteræ quam inceſtæ ſunt,27. diſtinct.virgines.

Quod inceſtum committit, qui ſpõſam fratris ſui,licet ab eo non cognitam,duxit in vxorem, 27. quæſtione ſecunda. ſi quis deſponſauerit.

Quæ ſunt perſonę conſanguineę vel affines cum quibus inceſtus committitur,habes,35.q.3. de inceſtis & c.nec eam.

Quod inceſtus quantum ad peccatum grauior eſt adulterio, 32.q.7. adulterii.

Quod inceſtuoſus nec teſtificari, nec

accuſare poteſt, quia infamis. 3. q. 4. conſanguineorum. 6. quæſt. 1. ii. fames.

Item inceſtuoſi a communione fidelium ſunt ſeparandi. 25. q. 8. cap. vlt.

Item inceſtuoſi non debent matrimonium contrahere. 32. q. 7. quædam, & quinque c. ſeq. 34. q. vlt. in lectum.

Quod inceſtum commitens ex ſua culpa, poſt mortem viri non debet contrahere, 34. q. vltim. in lectum, & c. ſeq.

Quod poſſunt contrahere matrimonium quorum inceſtum excuſat ignorantia, 34. q. vlt. in lectum, & c. ſeq.

Quod filii de inceſtu procreati non reputantur filii quantum ad paternam ſucceſſionem, 35. q. 7. cap. 1.

INCONSTANTIA. Quod inconſtantia animi perpenditur quãdo epiſcopus vel presbyter dimiſſa ſua eccleſia propria temeritate, ſine cauſa alibi vagatur, 7. quæſtio. prima non oportet, vſque ad §. quod vero.

Quod inconſtans prælatus iudicatur, qui propter tribulationem à grege ſibi commiſſo ſe elongat, 7. quæſt. 1. ſuggeſtum, & duobus ſequen.

Quod inconſtantia in vouentibus caſtitatem, & non ſeruantibus reprobatur. 18. q. 1. vouentibus.

Item a monachis a profeſſione ſuæ nominis, & religionis, & a religione recedentibus, 16. q. 1. ſi cupis, & c. placuit, &c iuxta.

Quod incõſtantes ſunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipant, 17. q. 1. qui bona.

INCORRIGIBILITAS. Quod incorrigibilitas in epiſcopo eſt deteſtabilis, 34. diſtin. quorundam.

Quod qui ſacerdotali admonitione de malis non corriguntur, ab eccleſia ſunt ſeparandi, 16. q. 2. in canonibus, in 6.

De hac materia habes vbi agitur De Correctione.

INDVLGENTIA. Quod indulgentia peccatorum ſit per pœnitentiam. 1. q. 7. ſi quis omnem.

Quod bonus eſt Dominus in omnibus, & aperta viſcera eius omni homini pœnitenti, prima quæſt. 7. ſi quis omnem, poſt. med.

Quod Deus peccatori conuertenti ſe, præſtat indulgentiam. de pœnitẽ. diſtin. 1. facilius, §. hoc idem.

INDVCIAE. Quod inducię tam actori quam reo dandæ ſunt a iudice, ne à quacumque parte propere agatur, vel per ſurreptionem. 3. q. 2. inducię.

Quod inducianum tempus quantum ad teſtium vel inſtrumentorum productionem ſi in eadẽ prouincia lis agitur tres mẽſes: ſi uero in alia vicina, tantum ſex: ſi uero in vltramarinis, nouem menſes indulgentur, 3. quæſtio. 3. inducię. §. primo.

De aliarum rerum inducijs habes. 3. q. 3. inducię accuſatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de acceleratione.

INFAMIA. Quod infamia non de facili debet credi, ſed probata citius vlciſci, 11. q. 3. in cunctis.

Quod duplex eſt infamia, videlicet iuris canonici quæ eſt crimẽ mortalis peccati, vel excommunicationis, hæc tollitur quantum ad culpam per pœnitentiam, & abſolutionem. 6. q. 2. illi qui. ſed quãtum ad infamiæ notam, ſi ſunt clerici, non tollitur, niſi per Papam 2. q. 3. Euphemium. §. hinc autem.

Alia eſt infamia iuris ciuilis, quæ multipliciter irrogatur. Aliquãdo enim contrahitur genere delicti. Aliquãdo genere pœnę. Aliquãdo genere vtriuſque. Aliquando genere facti, 3. q. 7. infames, in fin. & §. porro. Huius infamiæ notam nõ poteſt delere niſi ciuilis iudex, cuius intereſt legem condere, 2. q. 3. Euphemium, §. proximo.

Quod infamiam quandoque incurrunt boni ex diuina diſpoſitione, vt purgentur uel probentur. 6. q. 2. ſunt plurimi.

Quod in infamia ad conſtantiam recurrendum eſt. & ſi non inueniatur malum quod dicitur in lætitiam debemus proſilire, 11. quæſt. 3. inter verba.

Quod in infamia ſi nobis teſtis, eſt in cœlo, & teſtis in corde, dimittendi ſunt ſtulti foris loqui quod volũt, 11. q. 3. inter verba, & c. ſeq.

Quod non omnes leges, canonum ſunt infames, quæ leges ſæculi infames pronunciant. 2. q. 3. Euphemium, §. proximo.

Quod licet illa quæ intra tempus luctus nubit, ſecundum leges ſęculi ſit infamis, ſecundum canones nõ eſt infamis, 2. quæſt. 3. Euphemiũ, §. proximo.

Quod multa, & varia ſunt crimina, quæ reddunt homines infames, quæ ponuntur. 3. qõ. 5. conſtituimus, & 6. q. infames.

Quod fidei Chriſtianæ & auctoritatis apoſtolicæ ſtatus præuaricatores ſunt infames. 2. q. 7. alieni.

Item omnis hæreticus, & infidelis eſt infamis, 2. q. 7. alieni. 6. quæſt. 1. infames.

Item ſimoniacus. 11. q. 3. fine.

Item omnis apoſtata qui à tramite propoſiti rei neceſſit. 2. q. 7. alieni, 3. quæſt. 4. ſi quis a vero.

Item omnis inceſtus maculis pollutus. 3. q. 4. conſanguineorum.

Item infamis eſt clericus qui ex ſua culpa irregularis efficitur, ſexta. q. 1. omnes vero.

Item infames ſunt qui ſuperiores ſuos calumnioſe impetunt, 3. q. 4. conſanguineorum.

Item omnes patrum inuaſores 3. q. 5. omnes.

Item omnes epiſcoporum, vel abbatum calumnioſi accuſatores, vel conſpiratores 3. q. 4. clericus, & c. ſeq. xi. q. 1. conſpirationum.

Item omnes qui malitioſe aduerſus ſacerdotes armantur. 6. qõ. 1. ſacerdotes.

Item hiſtriones, & omnes turpitudinibus deſeruientes. 4. quæſtio. 1. diffinimus.

Item ſepulchrorum violatores 6. q. 1. infames.

Item eccleſiaſticorum prædiorum direptores. 17. q. 4. attendendum.

Quod non eſt communicandum malis, ne infamiam malefactorum in nos transferamus. 14. qõ. vltim. hi qui.

Quod infamis nec aduocatus, nec procurator eſſe poteſt. 3. quæſt. 7. infamis.

Item nec accuſator, nec teſtis eſſe poteſt 3. q. 4. nulli, & qõ. 5. omnes 4. q. 1. diffinimus. & quæſt. 1. beatus, & c. ſeq.

Quod infamia maxime clericorum propter ſcandalum aliorum inducit purgationem. 2. q. 4. presbyter. & duobus cap. ſeq.

Quod accuſans de crimine, & probare non valens infamis efficitur. 2. q. 4. c. 1. & 5. q. vlt. omnis qui.

Quod infamatores hominum ſunt peiores direptoribus rerum. 6. q. 1. ex merito, & cap. deteriores.

Quod infamatores hominum ſunt etiam corporaliter affligendi. 5. q. 1. cap. 1. & quæſt. 6. delatori. & cap. ſi quis.

Item infamatores ſunt excommunicandi, 5. q. 1. quidam.

Quod infamis dicitur locus vbi crimen committitur, 31. quæſt. 5. tolerabilius.

Quod lupanaria non infament caſtitatem, ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam.

INFIDELITAS. Quod an infidelitas eſt credere ſe cum multitudine mulierum per multa terrarum ſpacia noctis tempore ſuper quaſdam beſtias equitare vel huiuſmodi phantaſmata a malignis ſpiritibus mentibus, & non corporibus irrogentur, xxvi. quæſt. 5. epiſcopi.

Quod ſacerdotes populum ab hac infidelitate remouere debent, quia non tam patitur corpus, ſed infidelis animus, xxvi. quæſtio. 5. epiſcopi.

De infidelitate habes vbi agitur de Fide & fidelitate.

INFIRMITAS. Quod infirmitas duplex, eſt, videlicet corporis, & animæ 15. q. 5. §. 1. & c. illud §. itaque. 49 diſtin. hinc etenim, per totum.

Quod mentis ſiue animæ infirmitas duplicatur, vna eſt quæ vitium appellatur, quia infirmitate animæ

à Deo

y Google

a Deo ſeparatur, vt eſt ira, & odiũ & huiuſmodi.

Alia autem infirmitas animæ non eſt peccatum: ſed pœna peccati, vt obliuio, & ignorantia, 15. qu. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas corporis duplicatur, eſt enim vt languor naturæ, quæ carnis concupiſcentia ſiue fomes dicitur. Alia eſt quæ proprie corporis infirmitas appellatur, quia elementorum, ſeu humorum concordia turbata caro ipſa afficitur, & tandem diſſoluitur, 15. q. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas ſine cauſa a Deo ſi immittitur, licet ab homine ea ignoretur, 7. q. 1. percuſſio, 15. q. 1. illud, §. itaque.

Quod infirmitas corporalis excuſata pœna iudicis, 17. d. placuit. vt quotieſcunque.

Quod non poſſe comparere reputatur qui infirmitate detinetur, 5. q. 3. ſi ægrotans 18. diſtinct. ſi epiſcopus.

quod infirmitas mentis, quæ eſt dementia, excuſat a culpa in ipſa ꝓpetrata, & a pœna, 15. q. 1. illud, §. itaque, in fi. 3. q. 9. indicat.

quod epiſcopus propter infirmitatẽ corporalem non priuatur epiſcopatu, ſed datur ei coadiutor 7. q. 1. fere per totum.

quod propter infirmitatem mentis, ſeu demẽtiam poteſt alter ei ſubſtitui, 7. q. 1. quamuis.

quod epiſcopus, vel presbyter laborans morbo caduco ſuſpenditur a ſacrificio miſſæ, 7. quæſt. 1. in literis.

quod ceſſante infirmitate debet reſtitui qui propter infirmitatem eſt deſtitutus vel ſuſpenſus, 7. q. 2. in literis.

quod vrgente infirmitate reſignans beneficium, vouens intrare monaſterium, & vltra non proceſſit, ſi non intrat, reſtituitur ad beneficium, 17. q. 2. c. 1.

quod proprium debet eſſe prælatorũ compati infirmitatibus ſubditorũ, 24. q. 1. quæ dignior. in fi.

quod in infirmis non eſt pœnitentia iniungenda, ſed innoteſcenda, & amicorum orationibus, & eleemoſynis ſubleuanda, 26. q. 7. ab infirmis.

INGRATITVDO. Quod ingratitudo eſt reddere malum pro bonis, 23. q. 3. ſex.

quod hoc vitium incurrunt qui pleni virtutibus in peccatum cadentes a Deo recedunt. de pœn. d. 5. cõfideret. ſ dolendum.

quod ingratitudo auctoritate canonum, & legum culpatur, 12. q. 2. octaua.

quod ingratitudo retrudit manumiſſum in ſeruitutem, 12. q. 2. epiſcopus qui mancipium c. liberti eccleſiæ, & c. ſeq.

quod pro ingratitudine poteſt quis a ſuo domino priuari beneficio. 21. q 5. de forma, circa finem.

INIVRIA. Quod iniuria pẽſanda eſt eſt non ex opere, ſed ex voluntate 15. q. 1. ſi quis non iratus.

quod bonis diſpenſatione diuina infertur iniuria, vt purgentur, 1. q. 1. ſunt plurimi.

quod iniuria propria patienter eſt ſuſtinenda, ſed Dei, vlciſcenda, 33. q. 4. inter querelas, & §. ſeq.

quod tempore Heliæ ignis non fuit pro iniuria prophetæ, ſed Domini, cuius cultus ſpernebatur, 23 q. 4. ſi illic, §. ſed obiicitur, & c. Guiſiarius.

quod noſtras, & noſtrorum patienter exemplo ſanctorum debemus tolerare iniurias, 23. q. 1. per totũ, & q. 4. qui ſecundum, & q. 5. nõ eſt noſtrum.

quod iuſtus patienter tolerans iniuriam cęleſtem meretur coronã, 11. q. 3. & ſi. & c. qui iuſtus.

quod a perfectis licite non verberibus, ſed verbis moderatis iniuria propulſatur, 23. q. 1. paratus.

quod prælatorum iniuriæ degradatione puniuntur, 11. q. 1. ſi quis ſacerdotum.

quod iniuria epiſcoporum eſt iniuria Chriſti, cuius legatione funguntur, 2. q. 7. accuſatio quoque in fine.

quod ſpecies eleemoſynæ eſt iniuriã dimittere, 45. d. & qui, & duobus c. ſeq.

quod iniuria ſemel dimiſſa non debet amplius ad animum reuocari, 23. q. 4. ſi illic.

quod iniurians ſatisfacere tenetur læſo, nec cogitur quis ſuperbo indulgere prius quam humilietur. 23. q. 4. ſi illic.

quod nolens pro iniuria ſatisfactionem accipere inedia punitur 95 d. ſi quis contriſtatus.

quod ſecundum varietatem iniuriarum debet eſſe reſpectus pœnarũ, de pœn. d. 1. vulgaris, & c. pœnæ. 50. diſt. quia.

quod qui aufert ſua ab inuito, non iniuriam infert, 14. quæſt. 5. non ſane.

quod cum alterius iniuria nulli eſt ſubueniendum, 14. q. 5. forte, & c. denique.

quod nec Deo gratũ eſt obſequium cum iniuria aliorum, 14. quæſt. 5. c. 1. & 2.

INIVSTITIA. Quod iniuſtitia iniquitate culpatur commiſſa in reb. proximiorum. 14. q. 5. immolans, & ibi. c. ſeq.

quod culpatur iniuſtitia relatorũ cõmiſſa reſpectu ſubditorum. 23. q. 4. ſi quos poſt med.

quod inculpatur iniuſtitia diuitum commiſſa reſpectu pauperum 42. diſt. ſi quis. ante fin.

De iniuſtitia habes vbi agitur de Iuſtitia.

INNOCENTIA. Quod quem innocentia adiuuat, diuinum eſt, vt alia caſtigatio non affligat. 1. q. 4. Mennam. 3. q. 9. dignum.

quod innocens de omnibus bene iudicat, qui fidem in omnibus eſſe arbitratur. 22. quæſtio. 4. innocens.

quod ad officium innocentis pertinet non ſolum malum non inferre, ſed etiam mala cohibere. 23. quæſtio. quinta, non eſt innocentiæ.

quod qui non ex odio, ſed amore corripit delinquentem: non ſolum caſtiſſimæ innocentiæ, ſed diligentiſſimæ ſeueritatis impleuit officium, 23. quæſt. 4. ita plane.

An innocentes debeant præferri in prælatis lapſis pœnitentibus, 12. d. nos conſuetudinem, 16 q. 1. legi. circa princ.

quod videtur quod exemplo Petri lapſus pœnitens innocentibus in prælaturis debet præferri, quia talis ſubditis nouit compati 50. diſtinct. conſiderandum, & cap. fidelior.

INOBEDIENTIA. Quod inobedientia eſt peccatum idolatriæ, & ſecolus idolatriæ nolle acquieſcere 81. d. ſi qui ſunt 32. diſt. præter hoc. §. porro.

quod qui præcepto Papæ nõ obedit, peccatum idolatriæ incurrit. 81. d. ſi qui ſunt.

quod omnes clerici, qui non ſũt ſub obedientia epiſcopi, ſunt acephali. 93. d. nulla. & c. ſ. q.

quod vbi duo ſuperiores mandant oppoſita, inferiori non eſt obediẽdum. 11. quæſt. 3. qui reſiſtit, & ca. ſeq.

quod inobedientes paternis inſtitutionibus, ſenioribus debent corrigi vindicta. 21. q. 3. iuſtum eſt.

quod inobedientia punitur per excõmunicationem 18. d. ſtin. decernimus 34. diſtinct. quorundam. in fi. 11. quæſt. 3. ſi autem, & ibi ca. ſeq.

Item punitur per depoſitionem vel degradationem [illegible] 1. ſi quis ſacerdotũ. 9. 3. abſit 34. d. quorũdam. in fi.

Item punitur per corporalem afflictionem 11. q. 1. ſi quis ſacerdotũ 7. q. 1. denique.

quod prophetæ ad ſchiſmaticos miſſus propter inobedientiam a leone occiditur 7. quæſtione prima. denique.

IMPOTENTIA. Quod impotentia coeundi ſi poſt carnalem copulam ſuperueneriit, non ſoluit matrimonium, ſi autem venit libertum facit alterum matrimonio alii copulari 27. quæſtio. ſecunda, quod autem. §. ecce impoſſibilitas. 33. quæſtio prima, quod autem.

quod propter impotentiam a copula coniugali ſeparatus libere poteſt ad ordines promoueri, 27. q. 2. qui autem, §. 1.

quod naturalis ſiue perpetua impotentia ſoluit matrimonium, ſic-

Digitized by Google

cidentalis vero quæ fit per maleficium: si cessauerit, solutum restituit, 33. qu. 1. quod autem, in fi. & duobus c. seq.

quod impotens coram iudice apparere non cogitur, qui infirmitate detinetur, 5. q. 3. si ægrotans.

IMPVNITAS. Quod impunitas culpæ viam facit alijs delinquendi. 35. q 9. loci. & 2. q. 7. quapropter. 93. dist. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione, & de Pœna.

INQVISITIO. Quod inquisitio facienda est de conditione clericorũ prius quam confirmentur 47. dist. de Petro 23. d. illud.

Item facienda est de infamiis subditorum antequam credatur 2. quæstio. 1. Deus omnipotens, 30. q. vlt. nullum.

Item facienda est de culpa puniendorum prius quam puniantur 28. dist. quia sunt 86. dist. si quid, & c. tanta.

Item facienda est inquisitio tam ſuper ſtatu clerici, quam populi ab episcopo bis in anno concilium celebrando, 18. d. quoniam.

quod episcopus in synodis sub iuramento debet pericula inquirere animarum, & inquirenda cõmittere 35. q. 6. Episcopus.

quod episcopi visitando parochias plus debent inquirere de lucro animarum, quam de lucro temporalium rerum. 18. quæst. 3. cauendum est.

quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantiæ inquirantur 23. q. 8. occidit.

quod iudicantem oportet cuncta rimari & ordinem rerum plena inquisitione discutere, 32. q. vlt. c. vlt.

quod confessor debet esse sapiens, & diligens inquisitor de loco, tempore, & de aliis circumstantijs peccatorum, de pœn. distin. 6. §. 1. post medium.

quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucem 35. qu. 9. c. graue.

Quod iudici magis necessaria est leuis inquisitio, quam atrox punitio 23. q. 5. c. in fine.

INSANIA. Quod insanis continue laborans si quid commiserit, non imputatur 15. quæst. 1. si quis insaniens, & cap. illud. §. cum itaque. in fine.

quod sicut insani mente nõ res sed phantastica rerum vident, sic mẽs nuari semper aurum, & similia videt 47. d. sicut.

quod qui infirmitate, vel feruore passionis pressus si quid vouerit, vel promiserit, nisi ratum postea habeat, non tenebit 17. quæst. 2. Gaufaldus.

quod sacerdos tempore insaniæ occidens hominem, licet quantum ad culpam innocens sit, ab executione tamen officij abstinebit. 15. q. 1. si quis non iratus.

Quod ad sacros ordines non promouetur qui aliquando insaniuit, sed promotus post insaniam suam sanatus celebrauit 15. quæstio. 1. si quis non. in hac, & 33. distinctio. maritum.

quod episcopus insanus renunciare non potest nisi habeat lucida intervallia. 7. q. 1. quamuis.

De hac materia habes vbi agitur de Dementia.

INSPIRATIO. Quod inspiratio Spiritus Sancti soluit a lege statutum. 19. q. 2. duæ.

quod vbi spiritus spirat: etiam prælato suo contradicente, ad meliorẽ vitam potest quis transire. 19. qu. 2. duæ.

quod sancti patres ea quæ videntur irreprehensibilia, inspiratione diuina fecerunt. 23. q. 5. si non liceat per totum cap.

quod dominus per occultam inspirationem reuocat a malo 23. q. 6. qđ errauerat.

quod inspiratione diuina castitas habetur. 28. d. de his.

quod præsens ecclesia inspiratione diuina instituitur. 8. distinct. qui contempta.

Quod qui post inspirationem diuinam, & reuelationem in quo erranerat perseuerat, obstinatus est. 8. distinct. consuetudo 21. distinc. nunc.

INSTRVMENTVM. Quod instrumenta chartarum debent sacerdotes conficere, de rebus propriis & ecclesiarum, quas de nouo intrant 12. q. 4. c. 1.

quod quia sæpe proprietati originis obsistit longinquitas temporis stipendia de rebus ecclesiarũ quæ recipiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis. 12. q. 2. sæpe, & c. longinquitate.

Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienentur, a canonicis debent conscribi, 12. q. 5. sicubi.

quod instrumenta vi extorta maxime a clericis, nullius sunt vigoris, 15. q. 6. c. 1. & c. auctoritatem.

quod seruus non potest instrumentum condere testamenti. 13. q. 1. illud etiam.

quod vbi tabellio sine manus publica ad instrumenti subscriptionem non habetur trium testium sufficit subscriptio. 13. q. 3. placuit. & §. is autem.

quod sacerdotes pro negotiis secularibus non debent poni in instrumentis pro testibus. 14. q. 2. quãquam.

INTENTIO. Quod intentio operis indifferenti finem imponit. 41. d. quisquis. cap delicta. & cap. quod dicit.

Quod bona intentio non excusat opus malum. 1. quæst. 1. nõ est peccatum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere, 25. quæst. 5. cum ministeri.

quod Deus plus respicit intentionem & voluntatem quam actus. 25. quæst. 6. si quandoque a sacerdotibus. in fi. 22. quæst. 5. qui peierare.

quod iuramenta secundum intentionem præstantis non recipientis a Deo iudicantur, 22. quæst. 5. humanę. §. 1.

quod nemo debet considerare verba, non enim intentio verbis, sed verba intentio debent deseruire. 22. q. 5. humanæ.

quod ream linguam non facit nisi rea intentio, 22. q. 2. homines, & duobus c. seq.

quod ea quæ post intentionem contingunt, non imputantur, 23. q. 5. de occidendis. & c. cum homo.

quod officia vindictæ possunt implere boni, bona intentione, 23. q. 5. officia.

quod qui hac intentione maleaccipit, vt bene dispenset: aggrauatur potius quam iuuatur, 1. q. 1. non est, & 14. q. 5. forte. 32. quæst. 4. sic non sunt.

INTERCESSIO. Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximorum, est superiori porrigenda, 23. q. 5. prodesse.

quod cum hic displicet ad intercedẽdum mittitur: irati animus ad deteriora prouocatur, 3. q. 7. in grauibus, 49. d. §. 1.

quod sacerdotes in præiudicium aliorum non debẽt intercedere: quia qui nititur, intercessoris beneficio se victum arbitratur, 14. q. 5. denique.

quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere: quia hoc non est malos defendere, sed humanam sæuitiam reprimere, 14. q. 6. si res. 17. qu. 4. reum. 23. q. 5. reos. 14. quæst. vlt. hi qui.

INTERPRETATIO. Quod interpretatio canonum spectat ad eum qui habet ius condendi eos, 25. q. 1. nõ. §. his ita.

quod Romana ecclesia sic canones cõdidit, vt ipsorum interpretationem sibi ret. nuit, 25. q. 1. ideo. §. his ita.

Quod si in canonicis libris aliquid veritati contrarium inuenimus, vel mendosum Codicem debemus credere, vel nos interpretem non intelligere, 9. d. ego.

quod ecclesiæ interpretatio si habet eloquentiæ venustatem est dissimulanda, & fugienda. 38. d. ecclesiastica.

quod omnis lingua habet quædam proprias locutionum genera, quæ cum in aliam transferuntur videantur absurda. 37. distinctio. locutio.

Quod qui scripturam sacram aliter

Digitized by Google

Interpretatur quam Spiritus Sanctus flagitat, hæreticus eſt.23.q.3. hæreſis.17.diſt,vnio.

INTRVSIO. Quod intruſus epiſcopus non eſt habendus pro epiſcopo,nec habet executionem.62.diſtin.c.1.& 63.diſtin.ſi per.

Quod intruſi prælati, vel ſchiſmatici temporaliter & eternaliter à domino puniuntur.7.qu.1.denique, per totum.ca.

quod intruſus priuatur dignitate, 63.diſtin.omnis.

De hac materia habes infra de Inuaſore.

INVASOR. Quod inuaſor ſedis apoſtolicæ anathematizatur.79. diſt. ſi quis ex epiſcopis, & cap.ſi quis pecuniam.

quod inuaſor alterius eccleſiæ, epiſcopus non eſt dicēdus ſecundus: ſed nullus epiſcopus.7.quæſtio.1. facta.

quod inuaſor alterius ſedis ſcienter à miniſterio eccleſiaſtico eſt repellendus & incarcerandus,2.q.1.in primis,circa principium,& 7.q.1. præſentium.

quod prælati ſuis eccleſijs poſtpoſitis alias inuadentes, ſunt adulteri,& infames. 3.q.1.2.audiuimus.

quod inuaſor alterius eccleſiæ.ſi admonitus dimittere contempſerit, ſeculari brachio eſt excludendus, 21.q.1.petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia materiali, in fine, & ſupra de intruſo.

INVENTARIVM. Quod inuentarium dicitur ſcriptura vbi omnia quæ inuenta fuerint, diligenter conſcribuntur. 12.q.2.charitatem.

quod decedente epiſcopo omnes œconomi & canonici eccleſiæ illius in mutua præſentia de omnibus rebus debent inuentarium facere, 12.quæſt.2.charitatem,& 12.q.5. ſicubi.

INVIDIA. Quod inuidia eſt mortale ſiue capitale peccatum.25.diſtinc. vnum §.alias.

quod inuidia perſeuerans habet radicem in interioribꝰ medullis reconditam, de pœn.diſt.2.ca.1.

quod propter prælationis inuidiam Cain fratrem occidit.35.diſt.6.

quod potius malum non eſt, quam Chriſtianos ſuis ſacerdotibus inuidere, 6.qu.1.ſunt.§.verum hæc.

quod qui bonos ex leui ſuſpitione accuſat,hic non charitatis,ſed inuidiæ ſtimulis exagitatur.6.q.1.ſi omnia.

quod clericis præcipue conuenit inuidiam non habere,23.diſtin.his igitur.

quod qui potius conſuetudinē quā veritatem fratribus reuelatā præſumit ſequi,nudus eſt,8.diſt.nequaquam.

quod inuidis curatur per ſuum contrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus ſeruiendo.de pœn.diſt.2.c.1.

INVITVS. Quod inuitus multa bona præſtantur quando eorum conſilitur vtilitati,45.diſtin.& qui.23. q.4.nimium, per totum c. & cap. diſplicet,per totum.

quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inductu diſputationis de nolente efficitur volens, 23.q. 6.vides.

quod Iudæus non eſt cogendus fidē accipere inuitus, 45.diſtinct.de Iudæis.

quod a fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire, 23.q.4.diſplicet,per totum,& qu.6.per totum, 45.diſt. de Iudæis.

quod qui inuitum ad bonum cogit: non ipſum perſequitur, ſed diligit, 23.qu.5.non vos, & q.4.ipſa pietas.

quod nemo poteſt eſſe bonus inuitus,23.qu.6.vides.

quod licet epiſcopus inuitos nō poſſet ordinare,poſſet tamen inferiores ordinatos ipſis contemptoribus præferre, 74.diſtinctio. conſuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

IOANNES. Quod Ioannes Baptiſta Herodem ab inceſtu prohibens oſtendit coniugia fuiſſe inter infideles. 26.diſtinct. vna tantum,§. Ioannes.

quod Ioannes Euangeliſta verbo & facto ſchiſmaticos, & hæreticos docuit vitare, 24.qu.1.omnis qui.

IOSEPH. Quod Ioſeph qui non cognouerat Mariam,conceptum ſentiens in ea, ex benignitate voluit eam occulte dimittere, 2.quæſt.1. ſi peccauerit.

quod inter Ioſeph & Mariam quando commendata fuit Ioanni, non videtur fuiſſe diuortium:quia Ioſeph non cognouerat eam, 27.qu. 2. quod autem, & §. ſeq. poſt medium.

An inter Ioſeph & Mariam fuerit coniugium, cum ipſa carnalē non ſenſerit copulam, 27.quæſt.2.§.1. & ca.inſtitutum, §.poteſt, c.quod autem. §.proxi. & ca.prius quam, & c.inuenta.

quod Ioſeph venditus à fratribus in Aegypto ab eunucho comparatus fuit, ſignificat quod qui gratiam Spiritus ſancti mercatur,viuum ſemen non habet ſicut genitalibus. 1.q.1.ſicut eunuchus.

quod Ioſeph non tam per creaturam quam per auctorem creaturarum iurauit, 22.quæſt.1.monet.§.ſicut etiam cum.

IPOCRISIS. De ipocriſi require vbi agitur de y pocrita, circa fin.

IRA. Quod ira Dei eſt tranquilla iuſti ſupplicij conſtitutio, de pœn. diſt.3.§.1.productos.

quod dæmones appellantur ira & furor.23.q.5.non ſolum.

quod propter malitiam hominum ex ira Dei mundos fame & penuria quandoque opprimitur, 16.q. 1.reuertimini, poſt med.

quod vno peccāte ira Dei ſuper multos venit.45.diſt.ſed illud.23.q.5. ſi audieris.

quod ab ira peccati, qua naturaliter fuimus filij iræ.non liberatur quis niſi per fidem Chriſti, de conſecr. diſt.4.firmiſſime.

quod ira hominis eſt concitati animi perturbatio.de pœnit. diſtin.5. productior.

quod ira hominis ſi longo tempore teneatur, eſt mortale peccatum, 25. diſtinct. vnum orarium, § alias.

quod apoſtolus prohibuit vindictā perſonæ propriæ dicens, non vosmetipſos defendentes, ſed date locum iræ, 23.q.1.§.1.

quod ira talia facit committere, de quibus poſt multum, ſolet homo dolere,11.q.3.cum apud.

quod quidquid calore iracundiæ fit vel dicitur, non eſt imputandum, non adſit iteratio, vel perſeuerantia.2.qu.3.ſi quis iratus,de pœnit. diſt.1.vulgaris §.cogitatio.

quod præſidens iudicio ab ira debet cauere,quia ira viri iuſtitiam Dei non operatur, 11.qu.3.epiſcopus presbyter,in fi.

quod iratus commotionis tempore iuſtum putat omne quod facit, 11. q. 3.ira.

quod in præpoſitis laudabile eſt, vt nihil agant prius quam mens concitata per iram, ad tranquillitatem redeat, 11.q.3.illa.5.qu.3,relatum.in fi.

quod rectores aliorum non debent ex leuitate vel furore præcipitare ſententiam, 11.qu.3. ſummopere, 5.q.2.relatum.

quod ira rectorum ſæpe innocentes ad peccatū deducit, quia dum iuſto amplius iraſcuntur, & volunt aliena coercere peccata, grauiora committunt,11.q.3.ira.

IRREGVLARITAS. Quod irregularitas nomen accipit a regula quā ſtatuit apoſtolus, ſeruandam circa ordinandos & ordinatos.& cōtrarium eius dicitur irregulare, id eſt, contra regulam, 48.diſtin. quoniam, diſt.25.vnum orarium. §.nunc autem.

quod irregularitas multipliciter contrahitur,33.diſt.maritum.33.diſt. præcipimus & cap.ſeq.

quod irregularitas incurritur contrahendo cum corrupta, 32.diſtinct. feriatim.

Item ſibiipſi abſcindens quodlibet membrum ex indignatione, vel iuſto, vel iniuſto timore trūcans, irregularis eſt. 33. diſtinctio. maritum.

Item qui naturalium membrorum aliquem defectum patitur, 51.diſt. qui in aliquo.

Item.

Item qui mulierem vxorem cognouit,34.dist.si cuius. & c.seq.
Item bigamus,33.dist.maritum.
Item simoniacus. 33. dist.maritum, in fine.
Item hereticus, 51.dis.qui in aliquo.
Item qui publicè, vel solennem pœnitentiam egit, 33.dist.maritum, 50.dist.ex pœnitentibus,51.distin. qui in aliquo.
Item rebaptizatus, 51.distinc.qui in aliquo.
Item filij presbyterorum, vel alias illegitime nati. 50. dist. presbyterorum,
Quod irregularis, non debet ad ordines sine dispẽsatione promoueri, 54.dist.præcipimus.

De hac materia satis habes vbi agitur de Dispensatione, & vbi agitur de Ordine.

IRRELIGIOSITAS. De hac materia habes vbi agitur de religione.
IRREVERENTIA. Quod irreuerentia ecclesiarum & oratoriorũ prohibetur,42.distin.non oportet, & tribus.c.seq.
quod si quis ex irreuerentia ecclesias docet contemnendas,anathematizatur. 30. dist. si quis per superbiam, & duobus.c.seq.
quod irreuerentia superiorũ reprobatur.2.qu.2.oues.7.qu.1.scire,& 23.q.5.si apud carnales.
quod irreuerentia prælatorum punitur degradatione.21.q.1. si quis sacerdotum,& c.coniurationum,& quatuor c.seq.
ITERATIO. Quod iteratio culpæ inducit aggrauationem pœnæ, 13.q. 8. hi qui.
quod illud quod non ostenditur gestum, nulla ratione videatur iteratum,de consecra.dist.4.si nullis, & quatuor cap. præcedentibus.
quod iterari oportet illud quod male factum est,1.quæst.vlt. Daibertum.
quod iteratur ordo, si de ordinante vtrum episcopus fuerit dubitatur 68.dist.presbyteri.
quod iteratur ecclesiæ consecratio, si igne exusta, aut sanguinis effusione, aut fornicatione polluta fuerit.68.dist.ecclesijs.
quod nec baptismus, nec confirmatio debent iterari,nisi de receptione vtriusque dubitetur, vel non fuerit forma debita tenta.68.dist. ecclesijs.
quod iterato baptizatus scienter, iterato dominum crucifigit, & non potest promoueri,de consec.di.4. qui bis.
quod quotidianum sacrificium Eucharistiæ non est iteratio passionis,sed commemoratio,de consec. dist.2.iteratur.
quod solẽnis pœnitentia apud quasdam ecclesias non iteratur, de pœnitent.distin.3.nihil prodest,§.ex persona.
quod de hæresi reõciliatus permanẽs in suis ordinibus,si tamen ab hæreticis iterata vnctione baptismi, vel ordinis non fuerint maculati. 1.q.7.saluberrimum.
quod ab hæreticis in forma ecclesiæ ordinati non debent iterato ordinari, sed per manus impositionẽ reconciliari. 1.quæst.1.manus impositio.
quod sacramenta ab hæreticis in forma ecclesiæ data iterari non debent. 1. quæstio.7.& si illa,§.seq. circa med. & 1. quæstio. 1. quod quidam.
IVDAS. Quod Iudas licet fuerit proditor & damnatus: quidquid tamen inter apostolos egit pro dignitate officij, ratum fuit.19.dist. secundum ecclesiæ.7. q.1.aduersitas.in fi.
quod propter Iudæ perfidiam nauis in qua ipse erat & apostoli,fluctibus agitabatur, 24.quæstio.1.non turbatur.
quod Iudas in cœna Domini cum aliis apostolis corpus Christi sumpsit.7.q.1.aduersitas, in fi.de consec.dist.2.sicut Iudas.
quod Iudas à venia exclusus non fuisset, si pœnitentiam à Christo postulasset, de pœniten.distinct.1. testatis.
quod nihil profuit Iudæ egisse pœnitentiam per quam scelus corrigere non potuit,de pœn.distinc.3.in falcibus.
quod Iudas male pœnituit, quia laqueo se suspendit, de pœn. dist.3. inter hæc hircum.
quod Iudas fuit infelicior omni pœnitente, quem pœnitentia non reuocauit ad dominum, sed traxit ad laqueum, de pœnit.distin.3.in falcibus.
quod Iudas magis peccauit desperando, quam Christum tradendo.23. q.5.si non licet.
quod qui seipsos occidunt, cum Iuda proditore perpetuæ damnationis exitũ incurrunt,23.q.5.si non licet,& c.seq.
quod cum Spiritus sanctus consubstantiali sit filio, simoniaci Spiritus sancti gratiam vẽdentes, Iudæ qui Christum vendidit,comparãtur.1.q.1.eos.
quod clerici res sacras subtrahentes, Iudæ Scariotis similes æstimãtur. 17.q.4.si forte.23.qu.4.quid ergo, in fi.
IVDÆVS. Quod Iudæi obedientes non sunt a Christianis molestandi.23.q.8.dispar.
quod Iudæis permittitur festa eorũ colere, dũmodo ea non exerceant in contemptum ecclesiæ. 45. dist. qui syncera, in fi.
quod sacrilegium faciunt qui Iudæis publica officia cõmittunt. 17. q.4. constituit.54.distin.nulla.
quod fideles non debẽt cum Iudæis habitare, nec manducare, nec medicinas ab eis recipere, nec consilium requirere in infirmitate, 28. q.1.nullus,& c.seq.
quod ne religio Christiana a Iudæis polluatur,empti ab eis Christiani a seruitute liberantur,54.dis.mancipia, & c.seq.de consec.distin.4. plerique.
quod Iudæi non sunt per vim ad fidem compellendi.45.dist.qui syncera,& c.de Iudæis.
quod Iudæi qui de facili ad vomitũ perfidię redeunt, cum multa deliberatione, & cum octo mensium instructione sunt ad baptismum suscipiendi, de consecra.dist.5.Iudæi.28.qu.1.sæpe.
quod die dominico, vel alto die solemni debent Iudęi baptizari, de consec.dist.4.ne quod ab sit.
quod si Iudęus, vel paganus seruus, Christianus fieri voluerit, à seruitute liberatur. 54. distinct.fraternitatem.
quod Iudęorum baptizatorum pueri ne parentum inuoluantur erroribus,sunt eis auferendi,& monasterijs, aut Christi fidelibus ad cõmouendum tradendi.28.quęstio.1. Iudęorum,de consecra.distinct.4. plerique.
quod vno parente conuerso, & altero in Iudaismo permanente pueri sequi debent, illum qui factus est Christianus. 28.qu.1.Iudęi.
quod ex Iudęis conuersi, quia ad vitia proni sunt, non debent aliis Iudęis cohabitare, ne eorum participatione subuertantur. 28. q.1. sæpe.
quod Iudęi à fide apostatantes coguntur ad eam redire.45.dist.de Iudęi. de consecrat.distinct.4.plerique.
quod Iudęi pręuaricatores fidei quãcunque pœna damnati fuerint, perfidia parentum etiam quo ad res filijs non obest. 1. quęstio.4. Iudæi.
quod si Christianus, vel Christiana iudaicę pręuaricãti carnaliter cõiungatur, à communione ecclesiæ segregentur.28.q.1.caue.& cap.si quis iudaice.
IVDEX. Quod iudex dictus est eo quod ius dicat, siue quod iure disceptet.23.q.2.c.1.
quod iudex alius est ordinarius, alius est arbitrarius.2.quęst.6.a iudicibus.
quod ordinarius iudex est, qui ab apostolico vel Imperatore legitimam potestatem accipit. 2.qu.6.a iudicibus.11.qu.1.iudices.
quod arbitrarius est qui nullam potestatem habẽs eum consensu litigantium eligitur. 2. quęstio.6.à iudicibus.
quod ad arbitrium rei iudices dandi sunt.11.qu.1.iudices.
quod quidam sunt qui iudices non possunt fieri etiam si putantur, videlicet surdus, mutus, perpetuo furiosus, feminę, serui, impuberes,infames.3.qu.7.infamia.
quod ille debet esse alterius iudex, qui nõ habet in seipso quod condemnet.3.qu.7.iudicet.

Quod

quod uerũ iudex nec pretio, nec ſtupore, nec odio, nec furore iudicat, 11.q.3.epiſcopus, §. ſi ergo.

quod iudex munera non debet accipere, quia munerum acceptatio ueritatis eſt prævaricatio, 11.q.3.qui recte, & ea. non licet, 14. q. 5. non ſane.

quod iudex etiam recte iudicando, ſi temporale præmium expectat, fraudem in duobus perpetrat, 11. q.3.recte.

quod laudabiles ſunt iudices in quibus nec ira nec furor, ſed ratio dominatur, 11.quæſt.3.illa, & tribus c.ſeq.

quod Papa eſt iudex omnium, ſed nemo ipſius, 9.quæſt.3. patet, & c.ſeq.

quod bonus iudex nihil arbitrio ſuo facit, ſed iuxta legẽs, & iura pronunciat.3.q.7 iudicet.

In quo capitulo ponũtur plura quæ debet habere bonus iudex, 30. q. vlt.iudicantem.

quod non eſt iudex in quo non eſt iuſtitia.23.q.2.iuſtum.

quod criminoſus iudex cum ſententiam in alterius crimen profert, ſeipſum condemnat, 3. q. 7. ſacerdos, §.item in euangelio.

quod iudex, cuius vita cum loco iudicij non concordat, ſæpe immeritos damnat, 11.quæſt.3.plerumque.

quod iudex, cupidus cito vendit iudicium, 11.q.3.pauper.

quod naturale eſt ſuſpectorum iudicũ inſidias declinare. 3. q.5. quod ſuſpecti.

quod iudex labyrinthum impingit qui ante iudicat quam intelligat. 29.d.ſciendum.

quod iudex circumſtantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere, 30.quæſt.5. iudicantem, 2.q.1. in primis, de pœnit. d.5.§.1. poſt med.

Quod iudex nec debet eſſe facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam, 86.d.ſi quid.11.q.4. quãvis, 15.q.7.ſi quid.

Quod iudex ſine accuſatione damnare non debet, 13.q.4.ſi quis poteſtatem.

Quod idem non debet eſſe iudex & accuſator, uel teſtis, 2.q.8. multi, 4.q.4 c.j.

Quod iudex non debet eſſe ſuſpectus, 3.q.5.c.vlt.

Quod iniquum eſt velle iudicare, & non iudicari, 32.q 6. iniquum.

Quod iudex plus legibus quam ſuæ voluntati obtemperare debet, 3.q. 7.iudicet.

Quod iudex in loco iudicij debet cõſcientiam quam de domo portauit deponere, & ſecundum allegata, & probata procedere, 3.q.7.iudicet.

Quod nullus iudicium ſine licentia ſuperioris debet aliquem clericũ condemnare, 41.q.1. nullus iudicum.

Quod iudex rem puniendo reddit bonum pro malo, 23.q.3. ſex differentiæ.

Quod iudex ſecundum leges damnando iniquum non peccat, quia non ipſe damnat, ſed lex. 23. q.5. iudex, & c.ſeq.

Quod humanum eſt illum vereri iudicem, qui deprimere, & erigere poteſt, 16. quæſtio.j. capit.1. circa med.

Quod nemo debet dedignari iudicẽ habere contra ſe, cuius approbauit arbitrium, 2. q.8. acculatore, §. cuius.

Quod inferior iudex non poteſt ſuperiorem iudicare, nec debet, 21. diſtin. inferior, & quinque capit. ſeq.

Quod ad ſæcularem iudicem non licet clerico confugere, 21.q.3.placuit.

Quod iudex laicus non debet ſe intromittere de clerico, præcipue de ſacerdote iudicando, 96.d. in ſcripturis, & cap. ſeq. 16. q.7. in noua actione.

Quod licet iudici ſubditum alterius defenſare, & fouere, ſed non iudicare, 6.q.3.ſcriptum.

Quod iudex poteſt alterius ſubditũ iudicare ratione criminis commiſſi in ſua poteſtate, 6.q.3. placuit, & c. ſeq.

Quod cauſam ſuam amittit qui rem etiam ſibi debitam præter iudicis ſententiam inuadit, 16.q. 6. cap.j. in fin.

Quod iudex ſpiritualis, ſcilicet confeſſor debet habere manus ſcientiæ, ut ſciat cognoſcere quidquid debet iudicare, de pœ.d.6. c.j. poſt medium.

IVDICIVM. Quod iudicium duplex eſt, videlicet diuinum, & humanum, 6.q.1.ſi omnia. 15.q 6. ſi quandoque a ſacerdotibus, circa medium.

Quod diuinum iudicium valde eſt timendum, quia ipſe iudex eſt & teſtis. 9.q.3.aliorum.

Quod diuinũ iudicium vſurpat qui incerta, & dubia iudicat, 2.q.1.nomen presbyteri.

Quod ſecretorum cognitor, & iudex eſt Deus. 32.d.erubeſcant.

Quod ſolus Dei eſt iudicare de occultis, qui ſolus nouit corda hominum, 2.q. 4. conſuluiſti, poſt medium.

Quod homines multa de Dei iudicio ignorant, quia forſitan quæ nos laudamus, ipſe reprehendit, & quæ nos reprehendimus, ipſe laudabit, 11.quæſt.j facerdotibus, in fi.

Quod homines Dei iudicio per peiores ſe flagellãtur, 56.d. ſi genus, in fi.

Quod Dei iudicio homines in præſenti vita flagellantur, ut in futuro non puniantur, 23. q. 4. quid ergo, per totum cap.

Quod Dei iudicio aduerſa bonis tribuunt, ut ex hoc magis humilientur, & mereantur, 6.q.1.§.pia.

Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur, 23.q.4. Nabuchodonoſor.

Quod non poteſt humano condemnari examine, quod Deus ſuo reſeruauit iudicio, 15.q. 6. ſi quandoq; a ſacerdotibus.

Quod facta Papæ, ſolo Deo iudicantur. 9.q.3.facta.

Quod Deus aliorum cauſas noluit per homines terminari, ſed ſummi Pontificis cauſam ſibi ipſi examinandam, & terminandam reſeruauit, 9.q.3.aliorum.

Quod nemo ſcit qualis in iudicio Dei futurus ſit, 11.q. ſacerdotibus, in fi.

Quod qualiſcunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræſentatur, 15.d.qualis.

Quod qualem inuenit dominus eũ uocat talem paritet, & iudicat de pœ.d.1.numquid Cain.

Item in futuro Dei iudicium locum non haberet ſi in hoc ſæculo omnia iudicanda eſſent, 6.q.1. ſi omnia. 15.q. 6. ſi quandoque a ſacerdotibus.

Quod quem ſacerdos iudicat, Deus dicat, cuius perſonam gerit de pœnit.d.3. in ſalibus, §. auctoritatibus, uer ſed quem.

Quod qui ſemel a ſacerdote pro peccato punitur, non iterum a Deo pro peccato iudicabitur, ibi.

Quod Deus non bis iudicat in idipſum quod iuſte in præſenti eſt punitum, de pœ.d.2.ſunt. plures, §. auctoritas.

Quod humanum iudicium eſt duplex, videlicet priuatum, & publicum, ſiue contentioſum, 3.q.7.poſtulatus.

Quod priuatum iudicium exercet, quando ſeipſum iudicat, de pœ. d. 1.in actionem.

Quod verum iudicium eſt iudicare prius conſcientiam propriam. demum culpam alienam, 3. q. 7. poſtulatus, & c.ſeq.

Quod non eſt curandum iudicium hominum, ubi eſt bona conſcientia, quia tale iudicium eſt temerarium, 11.q.3.temerarium, & duobus c.ſeq.

Quod temerarium iudiciũ eſt quod procedit ex ſuſpicione, 2.q.1. multi, ante ſi.

Quod lapſi a baptiſmi innocentia proprio iudicio ſe accuſantes per pœnitentiam reſtituuntur, de pœ. d.1.c.multiplex.

Quod homo debet ſeipſum iudicare dum poteſt, in melius mores commutando, ne cum poſſe amiſerit, a domino iudicetur, de pœn.d.1. in actionem, §.ſeq.

Quod publicum iudicium ſiue contentioſum inſtitutum eſt, ut innocentia protegatur, & culpa puniatur, 2.q.1.quæ Lotharius.

Quod hoc iudicium integrum eſt, & plurimorum ſententijs confirmatur 64.d.extra.

Item

Item debet ſecundum auctoritatem decretorum, & ſanctum patrum diffiniri,20.d.de libellis.

Item debet eſſe ſine tumultu contentionum,5.q.4.in loco.

Item hoc iudicium debet poni in loco tuto,& communi,3.q.9.hortamur.33.q.2.ſi ue.

Quod in omni tali iudicio debent eſſe quatuor perſonæ,videlicet iudex,accuſator, defenſor, & teſtis, 4.q.4.c.nullus vnquam, & c.nullus introducatur.

Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri conuentionalis libellus,3.q.3.inducię, §.offeratur.

Quod ſpoliati non debent ad iudicium trahi niſi prius in integrum reſtituatur,2.q.2.nullus epiſcoporum,& tribus c.ſeq.3.q.2. electis, & c.ſeq.5 q.2.ſi primates.

Quod de ſuſpicione,uel extorta confeſſione peſſimum eſt iudicium. 15. q. 6. ſi quandoque a ſacerdotibus.

Quod ordo iudiciarius in publico iudicio eſt ſeruandus niſi forte adeo culpa ſit notoria,& ſe omniũ oculis ingerat, 2.q.1. quæ Lotharius, & duob c.ſeq.

An in manifeſtis ſit ordo iudiciarius ſeruandus,1. quæſt. 1. per totum.

Quod abſente reo in iudicio non eſt procedendum,3.q.9. accuſatori vſque ad ſi.quæſt.

Quod diuinæ, & humanæ leges prohibentur abſens quis iudicetur, 3.q.8.accuſatores.

Quod contumax abſens iudicetur, 3.q.9.decernimus.

Quod iudicium refugit qui de iuſtitia diffidit,11.q.1. Chriſtianis.

Quod quatuor modis humanũ peruertitur iudicium,videlicet timore,cupiditate,odio, & amore, 11. q.3.quatuor,& duob.c.ſeq 3.q.5. accuſatores 2.

Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcunque peruerti.23.q.4.eſt iniuſta.

Quod candentis ferri, & aquæ feruẽtis iudicium a ſanctis eſt prohibitum.2.q.4.conſuluiſti.

Quod in duobus abſolutum non debet eſſe iudicium, 33. d. habuiſſe, 2.q.4.conſuluiſti.

Quod iudicium miſtum debet eſſe rigor, & lenitate 45. d. diſciplina. c.omnis,& c.ſunt.

Quod libertini poſſunt trahere dominos ſuos ad iudicium,12. quæſtio. 2. epiſcopus, §. ſi ſine venia.

Quod eccleſia nõ iudicat niſi de publicis in ordine iudiciario probatis,2.q.4. conſuluiſti, & c. vlt.nec illud.§.is itaque, & c. ſeq. 2. q.1. in ſi.

Quod eccleſia quandoque in ſuo iudicio decipitur,ut ille qui intra ipſam eſt,per eam excluditur,& qui foris eſt,intromittitur,24.q.3.q5, & c.cum aliquis.

Quod monachi,& monachæ ſpectãt ad iudicium epiſcopi, 12. q.1. de perſona.

Quod clerici ſuum epiſcopum contemnentes traduntur iudici ſæculari,11.q.1. ſi quis ſacerdotum, & duobus c.ſeq.

Quod clericis prohibetur iudicium ſanguinis,23.q.8.ſæpe,& c.ſeq.

Quod diebus feſtiuis,& die dominico non ſunt exercenda iudicia, 15. q.4.placita,22.q.3.decreuit de conſec.d.3.§.1.

De hac materia habes vbi agitur de ſententia.

IVRAMENTVM. Quod iuramentum legitur Deus crebro feciſſe, 2.q.4.incommutabilis.

Quod iuramentum homini non prohibetur tanquam malum.ſed eius aſſuefactio,uel libido prohibetur, 22.q.1.non eſt contra.

Quod iurare Dei,eſt a ſeipſo ordinata nullatenus conuellere, 22. q.4. incommutabilis.

quod dum vſus iuramenti habetur de facili periurium incurritur,22. q.1.non eſt contra.

Quod iuramentum non dicitur malum eſſe,ſed a malo eſſe.ſ.infirmitatis eorum quibus aliquid ſuadetur,22.q.1.ita ergo.

Quod in ſcripturis non eſt prohibitum ab alio recipere iuramẽtum. 22.q.1.quamuis.

quod iurare non eſt peccatum,22.q. 1.§.1.& c.vt noueritis.

quod iuramentum non eſt inſtitutũ vt eſſet iniquitatis vinculum, vel cuiuſcumque criminis,22.q.4.inter cetera.

Quod hæc cauſa inſtitutionis iuramenti,ut omnis iurans ad hoc iuret, ut quod uerum eſt loquatur, 22.q.5.iuramenti.

Item alia cauſa eſt iuramenti inſtitutionis infirmitas dubitantis cum non vult credere.22. q.1. ſi peccatum.

Item eſt alia cauſa, deteſtatio dolorum, nam ideo conceditur per Deum iurare,ne per idola iuretur, 22.q.1.conſidera.

quod in iuramento non debet intẽtio verbis, ſed verba intẽtioni deſeruire,22.q.5.humanæ.

quod iuramẽtum debet habere tres comites,videlicet veritatem,iudicium,& iuſtitiam,22.q.1.& iurabunt, & quæſt.2. animaduertendum.

quod iuramentum veritatem habet vbi non aliter corde quam ore iuratur.22.q.5.iuramenti, & c.quacumque.

quod iuſtitiam habet, quando licitum, & iuſtum eſt quod iuratur, non tendens ad mortale peccatũ, 22.q.6.innocens,§.illicitum.

quod iudicio iuratur quando cum diſcretione,& cautela iuratur etiã in licitis,2.quæſt.4. ſacramentum 22.q.4.innocens,§.illicitum.circa med.

Quod iuramentum ſit dupliciter, videlicet per creatorẽ, & per ea quæ habent reſpectum ad creatorem, uel per creaturas,22.q.1.conſidera. & duob.c.ſeq.

Quod per creatoris capillum, uel caput iurare eſt blaſphemare,22.q.1. ſi quis per capillum.

Quod minus peccatum eſt per falſos Deos iurare verum, quàm per verum Deum iurare falſum, 22.q. 1.mouet.circa med.

Quod per ea quæ reſpectum habent ad creatorem,ſicut eſt Crux, Euãgelia,& ſanctorum reliquiæ, & ſimilia,falſum iurare, & peierare, 22.q.ult.qui compulſus. & capit. ſeq.

Quod electus in epiſcopum repellitur à confirmatione, quia publicè iurauerat ſuper Euangelia Dei. 85. diſtin.archidiaconum Florentinum.

Quod ſacerdos ex leui cauſa iurare non debent, 2. q.5.ſi quis presbyter.

Quod qui per lapidem, vel aliã creaturam iurat falſum, periurus eſt, 22.q.vlt.ecce.

An iurans ſuper lapidem,putandum ſuper Euangelia iurare, obligetur, 22. quæſt.5. humanæ,§. proximo.

Quod periurium eſt nequiter decipere credentem.22.q.2.c.1.

Quod ſophiſtice iurans,periurus eſt. 22. q.5.quacumque, & duobus c. ſeq.

Quod Deus accipit iuramentum, ſicut ille cui iuratur, intelligit, 22. q.5.quacumque.

Quod qui paratus eſt ad peierandũ, antequam iuret,periurus eſt, q.5. qui peierare.

Quod qui dicit iurando pluit, & ſcit non pluiſſe,periurus eſt, 22. q. 2. homines.

Quod Saul, quia de morte Ionathæ quam iurauerat ſententiam tulit. quia eam propter populum exequi non potuit,periurus non fuit. 22.q.2.c.vlt.§.item opponitur ante ſi.

quod non peierat qui compulſus iuramentum non impleuit, 22. q. 3. anteceſſor.

quod qui alium cogit peierare: etiã ſi dominus iurantis ut,reus ſit periurij, 22.quæſtio. 4. inter cetera, & quæſtio. 5. qui compulſus & capit. ſi quis coactus, & quatuor c.ſeq.

quod illud eſt deflẽdum quod quis commiſit illicite per iuramentum coactum. 22. quæſtio. 4. inter cetera.

quod ille qui alium cogit ſcienter ad periurium, vincit homicidam, .ſ.quantum ad damnum,quia ille damnificat animam, iſte corpus, 22.q.5.ille.

quod illicitum iuramentum magis peccatum eſt adimplere, quã periurio incurrere,22.q. 4. vnuſquiſque.

quod

Quod iuramentum, factum contra præceptum domini, culpatur, & non tenet, 22.q.4.inter cætera.

Quod omne iuramentum est seruandum, nisi in priorem vergat exitum, & salutis detrimentum, 22. q. 4. quod Dauid. & fere vsque ad finem quæstionis.

Quod nemo ante ætatē legitimam, id est ante annos quatuordecim cogēdus est iurare, 22.q.5. paruuli, & ducbus c.seq.

Quod in diebus dominicis à Septuagesima vsque ad octauam Paschę, & ab aduentu vsque ad octauam Epiphaniæ, & in quatuor temporibus, & in Litania maiori, & in diebus Rogationum, nisi pro concordia, & pace, nullus solenniter iurare præsumat. 22. quæstio. 5. decreuit.

Quod decens est ut iuramentū à ieiunis præstetur, 22. quæst. 5. honestum.

Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.

Quod in tempore ueteris legis iurabant, uiuit dominus, viuit anima mea, 22.q.1.& iurabunt.

quod in primitiua ecclesia iurabant, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea, 22. q. 1. si peccatum.

Quod modernorum est iuramentum, sic me, uel te Deus adiuuet, & istæ reliquiæ sanctorum: vel consimile, 31.quæstio.6. de parentela, & quatuor capit. sequentib. 1.quæst.7.quoties, 22. quæstio. 1. habemus.

quod forma iuramenti ab hęresi uel a schismate redeūtium est specialis, 1.q.7.quoties, de consec. dist. 2. ego Berengarius.

Quod in forma iuramēti fidelitatis ter requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.

Quod ab episcopo, uel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantum interrogari debent, 2. quæstione 4. si quis presbyter.

Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas, 22.quæstio. 1. & iurabunt.

quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne uidelicet per contemptum creaturarum peieraretur, uel aliquod numen deitatis in creaturis crederetur, 22.q.1. mouet. §. item Christus.

Quod illicitū iuramentum non est complendum. 13. distinct. duo. & cap. seq.

quod pluribus modis iuramentum dicitur illicitum, uidelicet ex persona iurantis, ut sunt impuberes, quōrum iuramentum non tenet. 22.quæstione 5. paruuli, & capit. seq.

Item est illicitum ex persona cui iuratur, ut cum clericus laico iurat quod non licet. 22.q.5.c. nullus.

Item ex re est illicitum iuramentum, ut si res per quam iuratur, nō est sacra, 22.quæstione prima, clericum.

Item ex fine est illicitum, ut si iuratur propter electionem, & ante electionem, 8.q.3. Arnaldus.

Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente, exemplum de Herode & saltatrice, 22.q.4.vnusquisque.

Item ex modo est illicitum, ut si temerè uel indiscretè, uel sine necessitate, exemplum de Iepte, qui indiscrete iurauit, 22. q. 4. unusquisque, & q.1.ita ergo.

Item ex tempore est illicitum, ut si dominicis diebus, uel aliis prohibitis iuratur, 22. quæstio.5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis.

Quis, quid, uni, per quid, ad quid, cui, quomodo, quando.

Quod licitum iuramētum sit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione. 22. quæst. 1. cap. 1.

Item pro infamiæ expurgatione, 2. q.4. presbyter. & tribus c.seq.

Item pro fide, & fidelitate, de consecrat. distin. 2. ego Berengarius, 15. q.6. alius.

Item pro obedientia siue reuerentia. 23. dist. quamquam.

Item pro ueritate inquirenda, siue in testibus, siue in alijs, 14. q. 2. quamquam. 22. q. 1. omne.

Item pro damno dato, uel dando. 2. q. 1. in primis, circa medium. Vnde versus.

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni,
Desistunt verbi sibi possunt sacra tueri.

Quod ab his iuramenta irritari possunt, videlicet a Papa. 15. q. 6. auctoritatem.

Item seruorum a domino suo, 54. distin. si seruus scienter.

Item vxoris a marito suo, 33.q.5. manifestum.

Item monachi iuramētum a suo abbate. 24.q.4. monachum.

quod solus Papa a iuramento licito absoluit, 15.q.6. alius.

quod absoluit subditos excommunicatorum excommunicationem contemnentium a iuramento fidelitatis. 15. q. 6. nos.

quod antequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur, 23.q.ult. pessimam.

quod grauior infligitur pœna peierauti, quàm consentienti. 22.q.5. si quis conuictus.

Quod eadem pęna est pro periurio, & homicidio, 22. quæst. 1. prædicandum.

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

IVRISDICTIO. Quod iurisdictio clericorum & episcoporum, quæ est circa curam animarum, ab abbatibus non est vsurpanda. 16.q.1. interdicimus.

Quod nec metropolitanus, uel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scire ipsius, 9. quæst. 3. nullus primas.

quod primas uel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos sed tantum in archiepiscopos, 9. q.3.conquestus.

quod extra propriā iurisdictionem nullus debet iudicari, 3. quæst. 6. peregrina. & quatuor cap. sequentibus.

quod crimen commissum inducit iurisdictionem in extraneum, 3. q. 6. ibi semper. & c. vlt. 6. q. 3. placuit, & c. seq.

quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem, 22. quęstio. 1. experientiæ tuæ.

quod laici habuerunt quandoque, habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionē, habuerunt enim electionē summorum pontificum, & inuestituras episcoporum, 63. distinctio. Hadrianus, & §. principibus, & capitu. in synodo.

quod possunt in concilio interesse præcipue ubi agitur de fide, 96. distin. nos ad fidem, & cap. ubinam, & cap. satis.

Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi, 32. dist. eos qui.

Item datur eis iurisdictio in fideles uel episcoporum contemptores morte affligendi, 23. q.5. principes, 16. distin. nec licuit. 11. q. 1. si quis sacerdotum.

Item in eos qui schisma faciunt. vel excōmunicationem contemnunt. 23.q.5. de Liguribus.

Item datur eis iurisdictio ubicumque ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam, 23. q.5. principes.

IVS. Quod ius generale nomen est, quod iustum requirit, & inde ius dictum est, 1. dist. ius generale. Isidorus lib. Etym. c 3.

quod ius in duo, scilicet in ius naturale & ius positiuum diuersificatur, 1. dist. humanum genus.

quod ius naturale innititur in Euangelio, ubi dicitur, Quæcumque uultis ut uobis faciant homines, & uos facite illis, & econuerso. ibidem.

quod ius naturale iuri positiuo anteferrur, uidelicet quia prius & dignius, 6 dist. §. primo, 8. dist. quo iure, §. dignitate uero.

Item quia eis cedit omnis consuetudo, uel constitutio. 9. distin. per totum.

Item quia contrà ius naturale non admittitur dispensatio, nisi ad maius malum vitandum. 11. dist. §. 1.

& 7.dist.non est peccatum. §. his itaque.

Item quod ius naturale vult omnia esse communia : positiuum uerò restringit ad meum & tuum, 7. dist.c.1.& c.seq.

quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, id est Romanorum, de quib. 1.dist.per totum.

quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter. 23.q. 7.cap.j.

quod iure poli reputantur matrimonia, non iure fori, id est ciuili.

quod mulierem reddit infamem si mortuo viro intra tempus determinatum ducat alium, 2.q.3. Euphemium, §.seq.

quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi. 11.quæst.j. sicut enim, §.ex his omnibus.

quod index dictus est ex eo, quod ius dicat populo, sine de iure disceptet. 23.q.2.c.j.

quod qui ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam committit. 22.dist. omnes.

IVSTITIA. Quod iustitia est summum bonum colere, ac vnicuique iura seruare, 12.q.2. cum deuotissimam, post med.

Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia, 41. distin. quod dicit.

Quod iustitia est patriam, & socios defendere, 23.q.3.fortitudo.

Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest. 24.q.1.ubi.

Quod iustus miseris compatitur, 45. dist.uera iustitia.

Item non odio, sed bono zelo est exercenda, 23.q.3.sex.

Quod semper est misericordia temperanda. 45.dist.disciplina, c.omnis, & c.uera, & c.seq.

Quod iustitiam auri & munus violant. 11.q.3. qui rectè, 1.q.3. vendentes.

Quod cultum suum iustitia perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turbo confundit, 5.quæst.4. in loco.

Quod iustus quoties cadit, toties resurgit, de pœnitent. distinctio.3. septies.

KALENDÆ. Quod Kalendæ Ianuarij iuxta ritum gentilium prohibentur Christianis obseruari, 26.q.vlt. non licet. c.non seruetis, & cap. si quis Kalendas Ianuarij.

Quod presbyteri cum per Kalendas conueniunt, quasi semiplenâ ventrem habeant, & lucris honestioribus intendant. 45.dist. quoniam presbyteri, & cap. nullus presbyterorum.

De hac materia habetur vbi proximè dicta.

LABIA. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire. 11. q.1.sacerdotibus, 43.distin. sit rector. ante med.

LABOR. Quod labor bonus est in virtutibus, & spiritualibus exercitijs, 21. quæstione 4. quis non potest.

Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccatis. 23.quæst.7. quemadmodum.

Quod labor indifferès est in necessitatibus corporis, de consec.dist.5. numquam.

Quod merces felicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis, de consec. dist.5.ieiunium.

Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono, dist. 47.omnes.

Quod apostolus ne quemquam grauaret proprijs manib. laborabat, 1.q.2. sacerdos.

Quod boni laboris fru non in præsenti, sed in futuro quęrunt fructum recipere, 1.q.1.sacerdos.

Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat. 7.q. 1.c.vlt. 8.q.1. olim.

Quod iustum est vt, illi consequantur stipendium qui laboris impendunt obsequium, 1. q. 2.sacerdos, in fi. 12.q.2. charitatem.

Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia, 12. q. 2. ecclesiasticis.

LAC. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit, 35. distinctio. sexto die, in fine.

Quod sicut incongruum est non pascendum gregem lac gregis vsurpare, sic est militantium stipendia non militando subripere, 23.q.1. c. 1. ante fin.

LACHRYMA. Quod lachryma amariſſima Petri peccatum deleuit negationis, 50. distinctione, ponderet.

Quod in peccato negationis Petri lachrymæ eius, & non alia satisfactio legitur, de poenit. dist.1.Petrus doluit.

Quod lachrymę lauant delictum, & pudor est confiteri : quod non est intelligendum sine confessione : sed peccatum. si adeo graue est vt cum pudore cõfiteatur, non ideo est disperandum, quia lachrymæ lauant. de pœnit.dist.2. mensurâ, §.proxi.

Quod non est mundus, qui post lachrymas repetit ea quæ defleuit, de pœn.dist.3.itrisor est. & tribus cap.seq.

Quod non excusatur qui lachrymas habuit pro temporali damno, & nõ potest habere pro peccato defendo, de pœniten. distin.3. sunt plures.

quod lachrymas multi indefinenter fundunt, & tamen peccare nõ desinunt, de pœnit. distin.3. itrisor est, ante &.

quod lachrymæ debent esse arma clericorum. 23.q.8.conuenior.

De hac materia habetur vbi agitur de Fletu.

LAICVS. quod laicus de rebus ecclesiæ non debet se intromittere, nec sibi sunt committendę, 89.distin.indicatum.

quod episcopus ij decimas & alias res e clesix cõsanguineis uel alijs laicis distribuit, tanquam simoniacus & inter præcipuos hæreticos ut Antichristus habetur. 1. q.3.peruenit.

De hac materia habetur vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus, & vbi agitur de Iurisdictione & vbi agitur de Iudicijs.

LAPSVS. quod lapsus dupler inuenitur, uidelicet a fide, qui fit per hæresim, & à moribus, qui fit per mortale peccatum. 1. quæst. 7. si quis omnem.

An episcopus uel clericus in hæresim lapsus post reuertionem possit restitui, & qualiter. 1. quæst. 7. fere per totum.

Verum episcopus, vel clericus post peccati lapsum per dignam pœnitentiam reparari possit, & qualiter. 50. distin. per totum, vsque ad §. quod uero.

Quod cũ magna discretione & consilio lapsi sunt restituendi, 50. distin. de eo autem.

LARVA. Quod larua dęmoni ante se ferri presbyteri non consentiant. 44. distin. nullus presbyterorum. de consecr. dist. 5. nullus.

LATRO. Quod latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso, 26. quæst. 6. presbyter.

Item idem latro in cruce pendens præmium æternum amisisset, si ipsum vnius horæ pœnitentia non iuuasset, 36. q. 6. agnouimus.

Quod latro nõ est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus, crucifixus, sed dum patitur, credit. de consecr. dist. 4. baptismi.

Quod latronis de pœnitentia, quæ sera fuit, innuit quod sera cõuersio in ultimis positorũ mente potius æstimanda est, quam tempore, 26. q. 6. agnouimus.

quod sicut in latrone defectum baptismi benignitas Christi supplevit, ita supplet fidem in pueris tempore baptismi, quam profiteri non possunt, de consecrat. dist. 4. baptismi, per totum cap.

quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tanquam fur, & latro degradatur, 10. quæst. secunda. cap. vltimo.

quod licet latro suspendendus crudelem iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat. 25. quæstio. 5. non est crudelis.

quod qui latronem in membris debilitat,

Digitized by Google

silitst, prodest latroni, quia ipsius malitiam pro tanto compescit, 23. q.3.si quis forritudinem.

Quod latroni ad latrocinia aspiranti parcere non est misericordia, sed iniustitia, 23.quæst.4.est iniusta.

LAVACRVM. Quod lauacrum commune christianum, & præcipue clericum, non conuenit habere cum mulieribus, 81.d.nō oportet.

quod sicut lixiuium per cinerem fluens lauat, & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat a sordibus peccatorum. 83. d.nihil illo pastore, §. quamquam.

quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus vti lauacro corporali, 24.q.1.omnis.

quod corporalia & palliȩ diaconis, & ministris debent lauari. de consecra. distinct. 1. nemo per ignorantiam.

LAVS. Quod laus Deo pro suis beneficijs a nobis est impendenda. 16. q.1.reuertimini.circa fi.

quod non bene conueniunt in vno ore laus Christi, & laudes Iouis. 86.d.cum multæ

quod de verbis laudantium nos nō multum debemus curare, 11.qu.3. inter verba.

quod velle laudari, & dare histrionibus vt laudemur, vitium est, 86.d. donare.

quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiuntur, & solummodo de hoc retributionem quærunt, 1.q.1.sunt nonnulli, & q.3.non solum.

quod nihil illo pastore miserabilius qui suporum gloriatur laudibus, 83. d. nihil.

quod periculum est indignum laudare, quia dum malefacta laudibus efferuntur, augmentantur, 46.dist. sunt nonnulli.

quod qui scienter indignum laudat Christum cuius membra sumus violat, 11.qu.3.si quis hominem. & c.seq.

quod Deus bonos vltra meritum laudatos ab alijs permittit in accusationē venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur, 6.q.1.sunt plurimi.

LECTIO. Quod lectio diuinarum scripturarum non tabulæ debet inferi in mensis clericorum, 44.distinct. pro reuerentia, & cap. conuiuia.

quod clerici, & prælati debent insistere lectioni, 36.d.qui ecclesiasticis, §.ecce.

quod episcopus debet intendere lectioni, orationi, & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitę, nisi adsit, & scientia doctrinæ, 36.dist. qui ecclesiasticis, §.ecce, & 87. d. cap.1.

Quod sicut stellam obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas, 38.distinct. sicut.

quod qui amat scientiam sanctarum scripturarum, carnis vitia nō amabit, de consecrat. distinct. vlt. numquam.

qui libri sint in quibus episcopus præcipue, & sacerdotes legere debent. habes. 38.d.nulli, & quatuor cap. seq. de consecra. dist. vlt. numquam.

Qui libri, & quæ lectiones, & homiliæ in ecclesia legi debent, habes. 15. distinc. sancta Romana, & §.seq.

quod clerici, & præcipue episcopi in gentilium libris, & maxime qui ad luxuriā, & vanitatem prouocant, non debent legere. 37. distinct. per totum, & 86. dist. cum multa.

quod cum beatus Hieronymus libros gentilium legeret, ab angelo est durissime correptus, 37.d. legimus.

LECTOR. Quod lectores dicti sunt a legendo. 21.d.cleros.

quod lectorum officium est lectiones pronunciare. 23. distinct. per lectis.

LEGATVS. Quod legatus honorandus est loco illius cuius legatione fungitur, 93. distinct. capit. vlti.

quod legatus siue sedis apostolicæ siue cuiuscumque, litteras debet secum portare legationis suæ, 97. d.nobilissimus.

quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet enervare, 11. q.1.peruenit.

quod legatus a latere Papæ missus intra terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationē deuolutas audire, & terminare. 2. q.6.decreto.

An legatus Papæ potest generale concilium celebrare, 17. distinct. synodum.

quod plura cōcilia generalia per legatos Papæ, mandante Papa sunt celebrata, 63.d.Hadrianus, & 1.q. 7.conuenientibus.

quod subdiacono possunt esse legati domini Papæ a latere missi ad omnia negotia perpetranda, 10.q.3. relatum.

quod omnes episcopi, & sacerdotes sunt honorandi, quia legationē Christi fungunur, 7.quæst.1.omnis.

quod legatus secundum locorum legationis suæ exigentiam debet expensis esse contentus, 10.qu.1.relatum.

LEPRA. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubentur sacerdotibus ostendi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari. de pœn. d.1.§.Moysi.

quod leprosum, qui descendit de monte Christus sanauit, & prius quam sanaretur clamauit, significatur, quod in sanatione spirituali confessio non debet contemni. de pœ. d.1.§.Christus quoque.

Quod in hoc, quòd Christus leprosos mundatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit, 1.quæst.1.nonne.

Quod in hoc, quòd leprosi antequā ad sacerdotes peruenirent, mundati sunt, inuenitur, quòd peccator in sola contritione mundatur, vbi confessionem necessitatis articulus excludit. de pœ.dist.1.§.hoc idem.

Quod confessor debet habere scientiam discernendi inter lepram, & leptam. 20.d.§.1.

Quod in hoc, q̄ Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur, & post pœnitentiam restituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur, 50. d.si post.§.econtra.

Quod in hoc, q̄ Maria propter murmur in Moen lepram incurrit, inuitur quod insurgens contra prælatum grauiter delinquit, 2.qu.7. plerumque, §.item obijcitur. Et de accusatione prælatorum ibi tractatur.

Quod in hoc, quòd rex Ozias sacerdotum officio vsurpans lepra in templo percutitur, sacrilegorum culpa, & pœna exaggeratur, 2.q 7.nos §.sed notandum.

Quod qui simoniace aliquem ordinat, lepram non officium confert 1.q.1. cum ordinaretur.

Quod sicut Giezi propter pecuniam lepram incurrit, sic pecunia male conquisita corpus, & animā commaculat, 1.q.1.citò.

LEVITA. Quod leuitæ ex nomine auctoris vocati sunt de Leui enim exorti sunt. hi græce diaconi, latine ministri dicuntur, 21.d. cleros.

De purificatione leuitarū, & domus purificatione habes, de consec.d.4. nec quemquam.

Quod in leuitis sacerdotalis dignitas quandoque intelligitur, 50.dist. & purgabit.

LEX. Quod lex multiplex est, videlicet diuina, quæ natura constat, distinc. 1.omnes leges. Isidor.l.2. etym.c.5.

Item lex humanæ est quæ moribus constat, d.1.omnes leges, Isidorus ibidem.

Item lex vetus, quæ dicitur testamentum, 6.d.testamentum.

Item lex naturæ quæ facit omnia communia, quę lex humana facit singularia, dicēs meum, & tuum. 8.d.quo iure, & 12.qu.1.dilectissimis.

Item lex spiritus, quæ instinctu Spiritus sancti cordi inscribitur, 19.q.2. duæ.

Item lex carnis, quæ absq; culpa est in corpore non consentientis, 16. qu.1.si concupiscentia, 32.qu.5.& Paulus.

Item lex priuata, quę idem est, quòd lex spiritus, 19.q.2.duæ.

Item lex publica, quæ a sanctis patribus est tradita, vt est lex canonum, 19.q.2.duæ.

Item

Item lex coniugij, quæ in baptiſmo non ſoluitur, 26.d.vna.

Item lex eſt conſtitutio ſcripta, 7.d. Moyſes. Iſidor.l.5. Etymol.3. luo p.4.c.20.

Item lex eſt omne quod ratione conſtat, dumtaxat quod religioni congruat, quod ſaluti proficiat, 1.diſt. conſuetudo.

Item lex eſt conſtitutio populi, quã maiores natu ſanxerunt, 2.diſtin. lex.

Quod leges humanæ, vel publicæ ſecundum diſpoſitiones temporum variantur, 1.diſt.omnes, & 31.diſt. aliter.

quod diuerſæ diuerſis temporibus emanarunt, quæ nomina a ſuis auctoritatibus traxerunt, 2.diſt.quidam.

quod diuerſi inuentores legum, & nomina eorum ponuntur, 7. diſt. Moyſes.

quod leges factæ ſunt, vt humana coerceatur audacia, & tuta ſit inter improbos innocentia. 4 d.factæ ſunt, 25.q.5. non fruſtra, & c. ad fidem.

quod lex aut permittit, aut vetat aut punit, aut præcipit. 3. diſt. omnis autem.

quod lex non debet ſtatui pro priuato commodo, ſed pro vtilitate cõmuni, 4.d.erit autem.

quod leges inſtituuntur cũ promulgantur, confirmantur dum approbantur, 4. diſtinctio. in iſtis, §. proxi.

quod lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, vtilis, loco, temporique conueniens, diſtinct. 4. erit autem lex.

quod licet conditor, legis ſolutus ſit legibus, tamen honeſtum eſt, vt præ cæteris, ſecundum leges quas ſtatuit, viuat. 25.q.1. confidimus, & c. ideo.

quod Chriſtus qui legem dedit, legẽ impleuit, 25. quæſtio. 1. ideo, §. his itaque.

quod ſancta eccleſia non conſtringitur legibus, 11.d.catholica.

quod leges ſæculi nõ dedignantur, canones ſequi, 2.q.3. Euphemium, §. 1. in fi.

quod lex, quæ obuiat ſacræ ſcripturæ, & decretis Papæ, & bonis moribus, nullius debet eſſe momenti, 10.d. non licet, & quatuor cap. ſeq.

quod lex diuina, & canonica ſuperior eſt lege ciuili, 10. diſtinctio. lege.

quod illud quod legibus præcipue eccleſiaſticis eſt diffinitum, in iudicijs eſt tenendum, 6.q.4. ſi inter. 11.q.3. ſummopere.

quod non conuenit iudicare de legibus, 4.d.erit, §. prox. & c. ſeq.

quod illa quę contra legẽ facta ſunt, pro infectis debent haberi, 15.q. 2. imperiali.

quod lex ſtatuit pœnam malis, & præmia bonis, 23.q.5. non vos.

quod qui lege priuata ducitur, nulla ratio exigit, vt a publica lege conſtringatur, 19.q.2. duæ.

quod lex eſt a domino, prætaricatio legis a diabolo, 35.diſt.6.

LIBELLVS. Quod libellus famoſus eſt qui in infamiam alicuius conſcribitur, 5. quæſtio. ſi. cap. 1. & 2.

quod libellum famoſum quicunque ſcripſerit, & publicauerit, anathematizandus eſt, 3.q.1. ſi quis. & c. præcedenti.

quod ſecundum leges Imperatoris famoſum libellum inueniens, & non ſtatim eum deuaſtans, ſed publicans, tamquam auctor capite punitur. 5.q.1. ſi quis.

quod libellus conuentionalis debet offerri ei qui prouocatur ad iudicium, 3.q.3. induciæ.

LIBER. Liber vitæ quid ſit, & quid ſit ſcribi in ipſo, habes infra vbi agitur de ſcriptura.

LIBERALITAS. Quod liberalitas pro ſancta fide tam loco, quã tempore commendatur. 86.d.non ſatis.

quod approbãda eſt liberalitas, quæ circa proximos, & conſanguineos pro neceſſitate exercetur, 86.d.nõ ſatis, §. eſt etiam.

Item liberalitas pulchra eſt, quæ indigentibus temperate, & non ſuperflue impenditur. 86.diſtin. non ſatis, §. item perfecta, & ſupra, §. dominus.

quod epiſcopus debet eſſe libellus, alioquin vacuum portabit nomẽ epiſcopi. 86. d.non ſatis, §. liberalem.

quod dare hiſtrionibus, & prohibitis venatoribus, & perſonis turpibus non eſt largitas, ſed vitium, 86.diſtinctio, donare, & ca. ſeq.

LIBERTAS. Quod libertas remanebat inconcuſſa antequam vinum inueniretur, quia hanc Noe primus per ebrietatem violauit. 35. d.ſexto.

quod pium eſt, & meritorium Chriſtianos ſuæ libertati reſtituere, quos Chriſtus ſuo redemit ſanguine. 12. quæſtio. 2. cum redemptor.

quod bonum propoſitum non eſt prohibendum, quia vbi Spiritus ſanctus eſt, ibi libertas. 19.qu. 2. duæ in fi.

quod mala voluntas non eſt permittenda ſuæ libertati, vbi poteſt prohiberi. 23.q.4. diſplicet. Exemplũ de Paulo.

quod nemo ex praua conſuetudine libertatem eccleſiæ debet infringere. 12.d.omnia.

quod ſerui eccleſiæ non debent ordinari, niſi prius per epiſcopum habeant libertatem. 54.d.admittuntur, §. de ſeruis.

quod abbas, vel monachus ſeruum monaſterij liberum facere nõ poteſt, qui enim proprium non habet, rei alienæ libertatem dare nõ poteſt. 54.d.abbati.

De hac materia habes vbi agitur de Manumiſſione.

LIBERTVS. Quod libertus eſt, qui ex ſeruili ſtatu traditus eſt libertati. 12.q.1. de libertis.

quod libertus manumiſſus a principali patrono non ſingulis debet reuerentiam exhibere. 12.q.2. epiſcopus qui, §. ſi vero.

quod libertus ſine licentia ſuperioris patronum accuſare non poteſt 12.q.2. epiſcopus qui, §. libertus, & §. in patronos.

quod liberti eccleſiæ tempore ſuæ manumiſſionis debẽt per ſcriptã profiteri ſe eſſe de familia eccleſiæ, & de obſequio eius numquã velle recedere. 12.q.1. de libertis, §. ne vero.

quod nouo epiſcopo ſurgente liberti eccleſię, & ab eis genti ſuam conditionem præſenti epiſcopo in chartuſis debent proteſtari. 12.q. 2. longinquitate.

quod liberti eccleſiæ ad ſacros ordines promoti a ſeruitijs eccleſiæ non debent ſeparari. 12.q.2. de libertis.

quod liberti eccleſiæ ſi negotia ipſius facere contempſerint, vel contra eccleſiam inſurrexerint in priſtinam ſeruitutem reuocãtur. 12. q.2. diaconi, & cap. epiſcopus qui mancipium, & c. liberti, & octo ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Manumiſſione.

LICENTIA. Quod eſt licentia præſumptionis, vt cum quis propria auctoritate a ſuperiore commiſſa dimittit. 11.q.2. placuit.

quod eſt licentia diſpenſationis, vt quando ſimoniacus ignoranter ordinem recepit, exequendi officiũ ſibi licentia datur. 1.qu.5.c.vlt.

Item eſt licentia occaſionis, vt cum ex continentia viri vxori datur licentia fornicandi. 27.q.2. ſi tu abſtines.

Item eſt licentia permiſſionis, vt quãdo Iudæis celebrandi cęremonias licentia datur. 45.diſ. qui ſyncera.

Item eſt licentia approbationis, ſicut eſt licentia nubendi data ab apoſtolo. 18.d.de his, in fi.

LIGNVM. Quod de lignis eccleſię habes vbi agitur de eccleſia materiali.

LINGVA. Quod lingua quælibet habet quædam locutionum propria genera, quæ cum in aliam transferuntur, videntur abſurda. 38.d.locutio.

quod ſuper apoſtolos Spiritus Sanctus in linguarum ſpecie ſedit, qa quos replet, de ſe loqui facit. 38. d.locutio.

quod opera ſacerdotis ſiue prædicatoris cum linguæ ſonitu cõcordare debẽt. 43.d.ſit rector, poſt med.

Quod in cęlum os ponere, & linguã in ter-

In terra transire est prælatis suis derogare,21.d.in tantum.
Quod propter detrahêtes linguas correctio peccantis a prælato non debet omitti,45. d. sed illud 50. d. Si quis diaconus.ante fi.
Quod nihil prodest ieiunare vel orare nisi lingua a detractionibus cohibeatur,de consecr.distinct.5. nihil enim.
Quod non refrenans linguam suam huius vana est religio.3. quæst. 4. in loco.
Quod cuicunque non sufficit oculos castos seruare,sed,& linguã : quia qui de alijs loquuntur , sua sententia iudicabuntur,6.q.1. ex merito.
Quod in condemnatione persone nõ minus periculosa est lingua in veris mentiens,quam manus sanguinem fundens. 11. quæst. 3. nemo petitorum.

De hac materia habes vbi agitur de Locutione.

LIS. Quod lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatem nutrit.41. distinct §.1.
Quod litigiosus ideo ordinari prohibetur , quia talis seminare discordiam numquam cessat,46.dist. hoc habet.§.ecce.
Quod episcopus pro rebus ecclesiasticis non per se,sed per alium in iudicio litigare debet,14.q.1.c.1.
Quod lite pẽdente res litigiosa in nulla parte transferri debet ante causæ cognitionem,11.q.1.c.vlt.98.d. si ordinatus,& c.seq.
Quod sacerdotum officium est litem habentes ad pacem reuocare,90.d. placuit.
Quod lis iudicialis debet contestari, 3.q.3.inducię.§. libellum.

De lite iudiciali habes vbi agitur de Contentioso.

LITERÆ. Quod commendatitiæ literæ vacantur,73.d.§.1.
Quod non de facili episcopus dimissorias literas clerico dare debet , 72. d.episcopus,16.q.2.duæ.
Quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo propter hospitalitatis causam non est suscipiendus, nec ordinandus nec in beneficio est instituendus 71.d.per totum .
Quod extraneo clerico sine commendatitijs literis sui episcopi nõ licet ministrare,81.d.extraneo .
Quod nullus peregrinus clericus absque formata in alia diœcesi suscipi debet,71.d.nullum.
Quod iuxta statuta Nicęni Concilij olim formatæ habebant interpositas græcas literas,ne de facili falsificarentur,73.d. sanctissimo .
Quod exemplar literæ dimissoriæ,vel formatæ ponitur,73.d. in nomine, §.1.& c.seq.
LOCVTIO. Quod locutio est duplex videlicet Dei , & hominis de consec.d.5.c.vlt.
Quod locutio Dei non est secundum modum locutionum hominis. sed inspiratio qua voluntatem suam ingerit in corde credentium, de cõsecr.d.5.c.vlt.
Quod locutio hominis ideo est instituta , vt cogitationes suas in alterius notitiam proferat,22. quæst.2. is autem.
Quod locutio hominis debet esse sana,vt fidem consolidet,45.dist.cap. vlt.
Item debet esse casta, vt ordinate loquens vulnere erroris corda audiẽtium non feriat,43. dist. si rector. circa me.
Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticescat, 43.dist.c.sit rector,22. quæst. vlt. quoties.
Item debet esse ponderosa,vt loquendo nullum lædat,50.d.ponderet.
Itẽ debet esse vera, vt sicut gerit mẽte,sic loquatur ore,22.quæst.5.iuramenti.
Item non debet esse otiosa , quia de omni verbo otioso reddenda est ratio.22.q.vlt.quoties.
Item non debet esse maledicta , quia sæpe maledictio reuertitur in illũ qui eam mittit,11.q.3.illud, in fi. 24.q.3.qui negligunt.
Item non debent esse detractoria , 6. qu.1.sunt plurimi, & duobus cap. seq.
LOCVS. Quod locus non sanctificat hominem,sed homo locum,40. d. multi.
Quod non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum,sed qui imitantur opera eorum. 40. distinct. non est.
Quod qui præsunt non ex locorum dignitate,sed honoris nobilitate innotescere debent,50. distinctio. nos qui.
Quod non loca homines Deo proximos faciunt, sed bona merita , 40. d.non loca.
Quod miserabilis est rector qui gubernaculi locum occupauit , & remum tenere non nouit,40.d.ante omnia.
Quod quid locis, & temporibus conueniat diligenter est attendendũ, 41.d.quisquis.
Quod non ideo approbanda est consuetudo mala : quia locus bonus est quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt , 12. dist. nouit.
Quod quantumcumque sunt occulta loca sine gratia saluare non possunt.40.dist.quælibet . Vbi nota exemplum de Angelo , & de cęlo , & de Adam, & paradiso , de Loth & de monte .
Quod in hoc, quod in Adam propter peccatum de paradiso electus est , innuitur, quod propter peccatum meretur quis nobili loco priuari , 40.d.Adam.
Quod quandoque prodest conuersis mutatio loci , quia plerumq; dum mutatur locus,mutatur, & mentis affectus.86.dist.fratrem, & 81. distin. valet.
Quod non expedit locum visitare in quo quis peccauit: ne facti memoria renouetur,81.dist.valet,15.q.1. mulier.
Quod loca in nomine domini ædificata sunt honoranda,41. dist. patrimoniam.
Quod locus tutus pro discussione eorum debet assignari, 33. q.2. siue & 3.q.9.hortamur.
Quod his qui in peccato mortali decedunt,sacra loca pro sepultura nõ prosunt.13.q.quibus.
Quod qui pro peccato mortali moriũtur,ad maiorem cumulum damnationis in sacris locis sepeliuntur, 12.q.2.cum grauia,in fi.
Quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedentibus prodest in sacris locis sepeliri,13.q.2.cum grauia.
LOCVLVS. Quod loculus est diminutiuum a loco, & quandoque ponitur pro praua burſa,quã,& Christus habuit pro expensis reponendis, 12.q.2. exemplum.
Quod Christus loculos suos opibus aliorum implebat, vt indigentibus distribueret, 23. quæst.4. duo ista.
Item ideo loculos habuit, vt innoteret ecclesiam suam loculos habituram.12.q.1. exemplum.
LODOVICVS. Quod Lodouicus Imperator primus confirmauit Paschali Papæ donationem Romanæ ciuitatis cum pertinentiis, & totum patrimonium sancti Petri, & electionem summi Pontificis liberam fieri a Romanis 63. d. ego Lodouicus .
Item quod nullus possessor de agro ecclesiæ debet censum persoluere 23.q.8. secundum.
LOTH. Quod quia Loth per hospitalitatis opera Deo placuit, Angelos recipere meruit,42.d.§. 1.
Quod Loth ideo filias suas pro angelis Sodomitis obtulit vt hospitalitas non violaretur,& maius peccatum vitaretur,32. quæst.7. offerebat.
Quod filiæ ipsis Loth patrem inebriauerunt vt ei commiscerentur, 35. d.sexto die.
Quod ideo Loth filiæ ipsius accubuerunt , quia totum genus humanũ submersum , & se causa propagationis seruatas credidерunt, 34. q. 4.dixit.
Quod non semper solitaria loca prosunt , quia Loth in ciuitate iustus fuit in monte solitarius peccauit. 40.dist.quælibet.
LVCRVM. Quod lucrum non debet ecclesiæ quærere cum damno aliorum,12.q.2.fraternitas,& q.5. capenult.
Quod Christus defiet ecclesiam, quæ facta fuerat domus orationis, & propter turpia lucra facta est domus latronum,16.q.7. & hoc diximus,post med.

Digitized by Google

Quod simonia est sacramenta pro lucro temporali cõferre,1.q.1.si quis episcopus.

quod qui seruit Deo amore lucri tẽporalis,mercenarius est,8.q.1.sunt in ecclesia.

quod nemo in electione prælati speciale lucrum, sed bonum commune debet prospicere,8.q.2.dilectissimi.

Quod Christus prælatos oues pascere docet,nẽ terrenis lucris delectari,16.q.1.nulli,& c.seq.

quod prælati debent lucris intendere animarum,non temporalibus rerum,16.q.1.prædicator.

quod exceptis Iudæis, si aliorum infidelium colloquia & mensam vitamus, Christo eos lucrari non possumus,23.q.4.infideles.

quod clericus turpia lucra exercens debet deponi,13. q.4. si quis obli tus,& sex c.seq.

quod an quæstus honestus, vel inhonestus sit,qualitas lucri negotiantis aut excusat,aut accusat, de pœn. dist.5.qualitas.

quod res restituuntur hæredib.quando quis ex circumuentione lucri ad religionem recipitur, 16. q. 7. constituit.

quod turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plures vendat,14.q.4. quicunque tempore.

quod cum peccatis homines aliqua lucrantur,ea pauperibus iuste erogantur, sicut mathematicus futura prædicando, vel meretrix turpia exercendo, 14. q. 5. qui habetis.

Quod de malo lucro vbi competit repetitio, elemosyna, vel oblatio fieri non debet,14.quæst.5.pertotum.

quod medicus vel seruus lucrum ab inuito detentore non iniuriosè recipit.14.q.5.non tane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

LVCIFER. Quod lucifer dicitur principium viarum Dei,de pœn. d.2. c. principium.

Item dicitur Beemoth.

Item dicitur Cherub, quasi plenitudo sapientiæ.

Quod lucifer non ad Dei similitudinem sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur, quasi magis ei aliquid tributum sit, vt quo subtilior est natura,eo in illum similitudo Dei plenius credatur expressa, de pœnit. d.2.iuxta finem,cap.multi,§.hinc enim responsum.

Quod Deus fecit eum eminentiorem ceteris angelis.

Item fecit eum speciosum in multis condensis frondibus.

quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei.

Quod omne lignum pretiosum paradisi Dei non est assimilatum ei, & pulchritudini eius.

quod protegens & extentus in monte sancto Dei fuisse perhibetur.

quod omnis lapis pretiosus operimentum eius fuit.

quod omnes angelos quasi vestem, & ornamentum suum habuit.

quod in medio lapidum igneorum perfectus ambulauit.

quod lucifer, quia magnus sine comparatione creatus est ideo peccãs, sine venia damnatus est,de pœn. d. 2.principium.

LVCTVS. Quod tempus luctus legis tempore, alij vsque ad tricesimum diem, alij vsque ad quadragesimum obseruabant, 13. quæst. 2.quia.

quod femina intra tempus luctus nubens, secũdum leges ciuiles infamis est,sed non secundum canones,2.q.3. Euphemium, §. proximo,in fi.

quod fideles mortui non sunt lugẽdi cum sciamus eos nõ amitti, sed præmitti,13.quæst.2. quam prapostterum.

quod lugere mortuos non prohibemus ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione,13.q.vlt.vbicumque,& duob.c.seq.

quod doctrina schismaticis penis iustus dicitur, 1.q.1. dominus declarauit.

LVDVS. Quod ludus & saltatio in sanctorum solennibus præcipue diuina officia obstrepens est irreligiosus,de consecr. distinct.3. irreligiosa.

quod vere pœnitens debet se cohibere a ludis sæculi, & spectaculis,de pœn.d.5.§.2.in fi.

quod ad ordines non debent promoueri qui ludis turpib. deseruiũt, 33.d. maritum.

quod episcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deseruiens nisi desinat,est deponendus,35. distinct. episcopus, & 46. distinctione clericum.

quod an ludendo sub certa forma baptizati debeant pro vere baptizatis haberi, 1. quæstione 1. spiritu, §.ecce,de consecr. distinct.4. solet quæri.

LVPVS. Quod lupus dicitur pastor mercenarius, cui non est cura de ouibus,23.q.4. tres.

quod lupi dicuntur laici subditi, qui aliquando dicuntur oues,83. d.nihil,2.q.7.oues.

quod lupi dicuntur dæmones, & heretici,81.d.oportet,& 43.dist.1.& c.seq.

quod lupi arcendi sunt latratu canis, & baculo pastorum,43. distinctione,§.1.

quod qui propter timorem recta loqui pertimescit,hic velut mercenarius veniente lupo fugit,43. d. sit rector.

quod nullus pastor placere lupis & ouibus potest,83. d. nihil.

quod illo pastore nihil est miserabilius qui luporum gloriatur laudibus,83.d.nihil.

quod sicut lupus frustatim comedit agnum, sic mali pastores successiue consumunt bona ecclesiastica. 13. quæstione prima, cap.1. ante med.

quod ideo ad sedem apostolicam est recurrendum per appellationem, ne lupi, qui sub specie ouium instant, bestiali sæuitia quosdam lacerare præsumant,2.quæst.6. decr. in fine.

LVX. Quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras, de pœnit. distinct. prima, refusetatus, §. si autem.

quod lux mundi sunt sacerdotes,93. d.sacerdotes.

quod lux veritatis illi subtrahitur, qui arrogantia sapientiæ,seu iustitiæ, velut albugine oculi, excæcatur,49.distinct. hinc etenim, circa med.

quod licet omnis qui male agit odit lucem, & quærit tenebras, Dei tamen oculos cuncta perspicientes, latere non potest, 18.quæstione secunda, pernicioſam, de pœnitent.distinct. prima,porro,§.si ante.

quod cum factum notorium inculpatur,luce clarius cõstare dicitur, 7. q.1.scisetatis.

LVXVRIA. Quod luxuria inter alia peccata maxime templum Dei (id est corpus humanum) polluit, 32. quæstione septima, non solum.

quod luxuria fomentum recipit a vino: ideo dicitur, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, 35. distinct. vinolentum, & duobus cap. seq.

quod pauci inueniuntur sine carnis luxuria,50.dist. quia sanctitas tuæ ante fin.

quod luxuria sapientes infatuat, exemplum de Salomone,32. q. 4. Salomon.3.q.7.sacerdos.

Item sanctos prosternit Exemplum de Dauid de pœn.d.3.septies, §. Dauid quoque,2.q.5.sacerdos,§.item Dauid.

Item fortes vincit. Exemplum de Sampsone,23.q.quinta, si non,ante fin.

Item iugem scabiem habet, cui carnis luxuria sine cessatione dominatur,49.distin.hinc etenim, post med.

quod delectationi luxuriæ diuersæ turpitudinis voluptates iungentur,31.q.7.non solum.

quod nomine luxuriæ omnis inordinata pollutio intelligitur, 32.q. 4.in eo.

De diuersis modis & gradibus luxuria,22.quæst.7. quemadmodum, §.primo,27. quæstione 1. nec aliqua.

quod solo consensu mentis sine tactu,corporis luxuria exercetur,32. q.5.nec solo.

Quod cum luxuria in cognitione non reprimitur, etiam in actione domi-

Digitized by Google

dominatur.46.distin.hinc etenim. post medium.

Quod excellentia episcopi vel presbyteri vilificatur. dum voluptatibus luxuriæ coinquinatur, 32.dist. 1.c.1.in fi.

Quod episcopus vel sacerdos luxurio sus dignitate officij est puniẽdus. 15.q.8.hi qui.

Quod abusus luxuriæ granior est cũ propria vxore, quàm cum meretrice 32. quæst.4.origo.& quæst.7. adulterij.

Quod femina præter coitum debitum ex diuersis partibus corporis corrumpi potest, sicut per oscula, & similia, 27.q.1.nec aliqua.

Quod aliquæ excedunt pecora in libidine, quia pecora post conceptũ coitum non admittunt.32. quæst. 7.non solum, & quæstio.4. origo. in fin.

Quod crudelis libido reputatur vbi propter luxuriam steriliratis venena procurantur. 33. quæstio.2.aliquando.

Quod luxuria plus iuris habet aliquando quam castitas.34.dist.fraternitas.

De hac materia habet vbi agitur de Fornicatione, & Castitate, & Pollutione.

MACERATIO. Quod maceratio carnis vt eius concupiscentia compescatur, consistit in ieiunijs & vigilijs, & laboribus, & castigationibus,32.quæstio.5.si Paulus.

De materia habet vbi agitur de Abstinentia & detinuijs.

MACVLA. Quod macula corporis notabilis remouet a ministerio altaris.49.dist. hinc etenim.1. q.1.sacerdotes.

Quod ecclesia Christi est sine ruga & macula. 32. quæstion. 4. recurrat.in fine,& 24.quæstio.1.omnibus.

Quod sicut per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur, sic in omnem ecclesiam videtur diffundere,qui corpus suum maculat.26.q.2. sed & illud.

Quod sacramenta ecclesiæ per malos ministros maculari non possunt. 1.q...si autem.

Quod sedes Romana semper mansit extra maculam hæreticæ prauitatis,24.q.1.in sede.

Quod macula discordiæ vel odij perseuerans nec passione nec morte pro nomine Christi suscepta purgatur, nec sanguine abluitur. 90. dist.neque.

MAGISTER. Quod magister nullus debet esse prius, quam discipulus. 16.quæst.1. si clericatus.61.dimiserum.

Quod ideo neophyti prohibentur ordinari,ne fiant magistri antequam fuerint discipuli. 48. distinctio. §. primo.

De hac materia habet vbi agitur de Discipulis.

Quod magistros & doctores episcopi.congruis constituant locis, qui studia literarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant. quia his maxime diuina manifestantur atque declarantur mandata 37. dist.de quibusdam.

Quod magistri imperiti iniuriam faciunt cathedræ. 40. distinctio. multi.

Quod magistris imperiti non sunt præferendi.61.dist. statuimus.

Quod magistro impunitas debetur. si causa correctionis discipulũ verberet.de pœn. dist.1.§.3. &c. aut facta.

MAGVS.Quod magi sunt qui vulgo malefici ob facinorum magnitudinem nuncupantur. 26. quæst. 5. nec mirum.

Quod magi tria munera obtulerunt domino,in quibus tres partes philosophiæ intelliguntur, videlicet moralis naturalis, & rationalis. 37.distinct. legimus.§. hinc etiam filius.

Quod ars magorum inuenta est ex traditione malorum angelorum. 26.q.2.qui sine.

Quod præstigia magorum non possunt turbare mẽtes bonorum. qui talia non credunt, sed mentes infidelium 26.q.5.nec mirum.

quod & in nouarum formarum & inconsimilium repræsentatione fictionem habent, & non veritatem 26.q.5.nec mirum.

quod magi plus facere non possunt nisi quantum Deus permittit.26. quæstion.5. nec mirum. ante medium.

quod ideo hanc artem permittit Deus vt homines qui in fide firmi sunt,probẽtur,& mali qui mendaco credunt, per sua desideria seducantur.26.q.5.nec mirum.

quod cum hæc ars prohibita sit, qui ipsam sectantur, vel qui credunt talibus,perpetuæ damnationis interitum incurrunt. 26. quæstio.2. qui sine.

quod absurdum est, Samuelem tam sanctum virum credere magica arte per Pythonissam suscitatum,sed potius Saulum exigentibus peccatis per diaboli fallaciam illusum 26 q 5.nec mirum.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus, & Incantationibus, & vbi agitur de Diuinationibus.

MAIOR. quod maior apud Deũ est ille qui est iustior.40.dist. multi in fi.

quod maioritas inter homines attenditur diuersis respectibus: videlicet inferior ad superiorem in obsequio & honore exhibendo, acolythi subdiaconibus, vt supra dist.93.a subdiacono.

Item in obediendo, quia nullus est qui non teneatur alicui obedire. alioquin acephalus esset. 93. dist. nulla,& c.seq.

Item in sedendo.& stando, & quia in talibus presbytero diaconus (nisi sit legatus non debet se præferre,93.distinctio. cap. vlt. & supra eod.cap.peruenit, in fi. & c. seq. & c. nonnulli, & c. legimus. in fi.

Item in benedicendo, quia minor a maiore benedicitur. 21. distin.denique.

Item in sacramenta cõferendo, quia præsente presbytero diaconus nõ debet sacramenta conferre 93. distin.diaconi,& c.peruenit, & cap. præsente.

Item in reuerentiam impendendo, sicut tenetur filius patri. & vxor viro.33.q.5. est ordo.

Quod est maioritas respecta dignitatis officij, & sanctitatis; meriti,2. q.7.Paulus Petrum.

Quod Petrus inter apostolos dignitate officij maior fuit.2. q. 7.Paulus,§.hoc & cap.puto.

Quod Cyprianus martyr quãtum ad martyrium Petro comparatur. 2, q.7.puto.

Quod licet episcopus iuxta vocabulum sit maior presbytero: Augustinus tamẽ minorem in se Hieronymo profitetur. 2. quæstio. 7. quamquam.

Quod seruus Christi non quærit quo modo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur.40.dist.multi.& 93. dist.diaconi sunt,ante med um.

Quod iustitia est vt maiori seruiat minor.33 q.est ordo.

MALEDICTIO. Quod maledictio est duplex, s.Dei, & hominis 23.q 3.Deus quando.

Quod Dei maledictio designat meritum eius cui maledicitur. 24. q. Deus quando.

Quod solus Deus iuste maledicit, quod ipsum non fallit peccati qualitas ne peccantis affectus. 24.q. 3 Deus quando.

Quod exemplo angeli qui diabolum maledicere noluit, homines a maledictis puri esse debent. 24. q.3. si igitur.

Quod maledictio in ore clerici vituperatur,& punitur.46. dist. clericus maledicus.

Quod illa maledictio prohibetur quæ procedit in zelo vitionis,non ex zelo iustitiæ. 24.quæst.3. cum ergo,8.proxi.

Quod criminosus sententia maledictionis est feriendus, 24.q. 3. certum,& c.seq.

Quod qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiam si non corde maledicant, inquinamentum oris sui incurrunt. 23.q. 2.qui negligunt.

Digitized by Google

Quod maledictum frustra prolatum frequenter in maledicentem reuertitur xi.q.3.illud, in fine.

Quod maledici regnum Dei non possidebunt.14.q. 3. certum.

Quod sancti cum maledicunt, non maldicunt zelo vltionis, sed iustitiæ.24.q.3. cum sancti.

Quod cum maledicimur de quorum conscientiam non habemus, non tristari, non potius lætari debemus 11.q.3.inter verba.& duobus cap. seq.

MALEFICI. Quod malefici, & magi,& incantatores,& diuinatores pro eodem accipiũtur, 26.q 4. igitur,& 5.si quis episcopus.

Quod vbi per maleficium Deo permittente occulto iudicio, & diabolo præparante concubitus non sequitur, ad Deum per humilem confessionem est recurrẽdum.33. q.1.c.vlt.

De hac materia habes vbi agitur de Diminationibus, & vbi agitur de Incantationibus,& de Magis.

MALVM. Quod malum est dupler,videlicet pœnæ, & culpæ.15. q.1.illa.

Quod malum pœnæ non proprie malum dicitur, mala enim non sunt quæ nec crimine mentem inficiant,nec conscientiam ligant, sicut paupertas,ægritudo, & alia penalitates.15.q.1.illa.

Quod ideo Deus malum pœnæ homini reliquit, vt ex hoc humiliaretur, & materiam haberet exercitij.de pœn.distinct. 1. medicina. in fi.

Quod de malo pœnæ bonum fit, cũ pauperibus distribuimus, quod cũ laboribus, & sudoribus acquiritur 14.q.5.qui habetis.

De hac materia require infra vbi agitur de Pœna.

Quod malum culpæ proprie dicitur malum videlicet peccatum voluntarie commissum 15. q.1. illa.

Quod mala culpæ non sunt faciẽda vt bona sequantur 14. q.5. per totum.22.q.2.is autẽ, & c. ne quis &c.faciat.

Quod de malo culpæ bonum fit, quãdo de turpi lucro, vbi non competit repetitio, fit eleemosyna.14.q. 5.qui habetis.

Quod inter duo mala culpæ minus eligendum est, vbi necessitas vnũ perpetrare compulit. 13. dist. d 13. & c.seq.in fi 22.q 4.quod. David, & cap.si aliquid.& duobus.c. seq.

Quod innocens, nec facit malum nec approbat factum.23.q 4.ita & c.seq.

Quod sic sunt in ecclesia homines mali, sicut sunt humores mali in corpore. de consecra. distinct.4. est vanitas.

Quod duobus modis non te maculat malum, videlicet si non consentis, & si redarguis, 23.quæst.4. à malis.

Quod sicut zizaniam à frumento difficile est segregare,sic in hac vita malos à bonis.23. quæstione 4. quantus.

Quod quamdiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur tolerari debent 1.q.1. multi circa princ.15. q.vlt.c.vlt.

Item tolerandi sunt, & associandi quamdiu de ipsorum correctione non desperatur. 23.q.4.c.1.

Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt,ne forte eradicando zizaniam, eradicetur & triticum. 11.q.3. nolite.2.q.1. multi, in princ.

Item tolerandi sunt ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ concutiatur, 23. quæstio, quarta, tolerandi,& c.quid ergo, & capit. qu.squis.

Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit 23.q.4.in bonis.

Quod qui malum non tolerat, ipse sibi testis est, quia bonus non est, 23.q.4.hæc autem vita.

Quod si malos Christo lucrifacere volumus,exemplo Christi cũ ipsis habitare debemus, 2.q.1.multi.

Quod propter malos boni non sunt deserendi.7.q.1.aduersitas.

Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam area non est relinquenda: nec propter pisces malos retia sunt rumpenda, nec propter hœdos, in fine separandos grex Domini est deserendus. 24. quæstio. 1.quisquis.

De male culpa habes vbi agitur de Peccato.

MANNA. Quod manna fuit figura corporis Christi, quia sicut illud elementum cœleste æqualiter singuli colligebant, sic cœlestem gratiam postmodum secuturã æqualiter omnibus diuidi præfigurabat, de consecrat. dist.4.nec quicquam.

Quod sicut potior est lux, quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo.de consec.dist.1.reuera.

Quod manna fuit de cœlo, corpus Christi super cœlum, de consecr. dist.2.reuera.

Quod manna fuit corruptione obnoxium si in alterum diem seruabatur. istud autem est ab omni corruptione alienum manens in æternum.de cons.dist.2.reuera.

MANVMISSIO. Quod manumissio dicitur, quãdo hi qui sunt sub iugo seruitutis,manumittentis beneficio libertati restituuntur. 12.q.2. cum redemptor.

Quod manumissio per episcopum fieri debet,ut semper manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant. 12. quæstione secunda, episcopus qui manicipium.

Quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere 12. quæstio. 2. si quos.

Quod manumissus de collegio non tenetur ad reuerẽtiam singulis de collegio, sed vniuersitati, immo singulos potest in ius vocare.12.q. 2.episcopus qui §. si vero.

De hac materia habes vbi agitur de Libertinis & Libertis.

MANVS IMPOSITIO. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.

MARCVS. Quod Marcus Euangelista.discipulus beati Petri, Alexandrinam fundauit, & exegit ecclesiam 24. q.1. cum beatissimus. 22.dist.sacrosancta.65. distin.legimus post med.

MARGARITA. Quod margarita.ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur 11.quæst.3.nolite recedere. & cap. seq.

Quod margaritæ ante porcos, & canes mittuntur,quando detractoribus & immunis ecclesiastica sacramenta committuntur. 44. dist. in mandatis, de pœn. dist. 1. nonnulli. §. item his.

MARIA. Quod Maria vere vouit virginitatem perpetuæ, nisi Deus aliter reuelasset.27.q.2.c. sufficiat. post medium.

Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed nunquam ab eo cognita,27.q. 2.quod autem circa si.

Quod ideo despõsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur & virginitate sua falleret principem mundi.27.q.2. inuenta. & 32.q.2.1.

Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit.27. quæstio, 1. nuptiarum autem si.

Quod Maria genuit Deum & hominem, non tantum hominem, sicut dicit Nestorius, qui aliam personam fecit carnis, aliam diuinitatis 16.dist.prima autem, §. tertia in Ephesio.

Quod tempore passionis Maria commendata fuit Ioanni.27.q.1. quod autem.5. seq.

Quod Maria & Ioseph in virginitate vterque permansit, 27.q.2.beata Maria.

MARTYRIVM. Quod martyrium pro Christo non a nobis,sed ab aliis libenter debemus suscipere.23.q.non est nostrum. & q.8. conuenior.circa princ.

Quod nulli in persecutionibus licet propria inter se manu,nisi vbi castitas periclitaretur.23.q.5. nõ est nostrum.

Quod non computantur in numero martyrum qui seipsos qualicunque intentione voluntarie interimunt.23.q.5.tu dixisti. & cap.plane.

Quod

Digitized by Google

Quod pœna, sed causa facit martyrē de consec. dist. 4. baptismi. exemplum ibi de latrone.

Quod effectus martyrii pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi de consecr. distin. 3. baptismi. & cap. catechumenum.

Quod qui nomine Christi martyrizantur, absque dubio vitam æternam consequuntur. 15. q. merito. §. firmissime.

Quod infernus Christi etiam si affectus martyrii ad effectum non deducatur, ipsa sola voluntas coronatur. de pœn. distinc. 1. numquid Cain.

MATRIMONIVM. Quod matrimonium est duplex, videlicet spirituale, & carnale. 26. quæstione. 2. cum societas.

Quod matrimonium carnale est viri mulierisq; coniunctio individuā vitæ consuetudinem retinens. 27. q. 2. §. 1.

Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutum. 32. q. 2. sicut, §. 1. & seq.

Quod fuit institutū ante peccatum humani generis propagationem post peccatum infirmitatis remedium. 32. q. 2. quidquid.

Quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur, quod Dei præcepto perficitur. 26. distinctio. deinde, in fi.

Quod consensus in carnalem copulam facit matrimonium, 27. q. 1. §. 1. & 5. c. seq.

Quod matrimonium aliud est legitimum, & non ratum, aliud ratum, & non legitimum, aliud legitimum, & ratū. 28. q. 1. si quis Iudaicæ, §. sequen.

Legitimum matrimonium est, quod legali constitutione vel prouincię moribus contrahitur, hoc est apud infideles, licet non sit ratum, quia soluitur quando placet 28. quæst. 1. si quis Iudaicæ, §. sed.

Ratum matrimonium apud fideles est, quando sine solemnitate solo affectu contrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui non potest. 28. q. 1. si quis Iudaicæ. §. seq.

Legitimum, & ratum est quando vxor à parentibus traditur, a sponso dotatur, & a sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur. 8. quęstione 2. si quis, §. sequ. in §. 30. quæst. 5. per totum, vsque ad cap. nullum.

Quod triplex est bonum matrimonii fides, proles, & sacramentum 27. quæstio 2. omne 32. quæstio. 2. sicut in fi.

Hoc triplex bonum fuit in parentibus Christi, proles fuit ipse Christus, fides quia nullum adulteriū sacramentum quia nullum diuortium 27. quæstione secunda, omne.

Quod prima causa matrimonii debet esse intentio prolis. 32. qu. 2. pudor.

Item alia causa vitatio fornicationis 32. quæstione. 2. sicut. §. seq. & cap. quidquid.

Quod propter intentionem prolis coitus excusatur, & propter bonā matrimonii. 32. quæstione. 2. solet quæri.

Quā in matrimonio dum contrahitur vel exercetur, non confertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu pœna interueniunt. 32. q. 2. connubia.

Quod ipse Deus est defensor, & custos matrimonii. 32. quæstione. 4. nemo in fi.

Quod damnans matrimonium anathematizatur. 30. distin. si quis mulier, & duobus cap. seq. & c. si quis nuptias.

Quod secundæ, nuptię diffidentur 31. q. 1. de his, & duobus. c. seq.

Quod secundæ tertiæ, & vltimæ nuptiæ non condemnatur. 31. quæstione 1. aperiant.

Quod secundæ nuptiæ non debent benedici. 31. q. 1. de his.

Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante cōtracto stare, sicut & modo apud Græcos fiunt, & filii eorum reputabantur legitimi. 59. dist. Cenomanensem.

Quod ordinatis in matrimonio cōtracto non licuit, nec apud Græcos licet secundas nuptias facere propter notam bigamiæ. 33. dist. si quis post.

Quod puellam cū qua per verba de præsenti alter contraxit, alter ducere non potest 27. quæst. vlt. capit. vltimo.

Quod modus contrahendi matrimonium ponitur. 30. q. 5. aliter.

Quod multa sunt quæ in contractu matrimonii sunt attēdenda. 30. q. vlt. aliter, & capi. qualis, & capit. sequen.

Quod velum, annulus, & alia quæ exhibentur dum femina maritatur, singula specialem habent significationem 30. q. 3. feminæ.

Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium. 30. q. 5. nullum sine dote.

Quod clandestine non debent matrimonia contrahi: & licet in foro scientiæ ligent, in iudicio tamen ecclesiæ pro infectis habentur, 30. q. 3. per totum.

Quod matrimonium non potest cōtrahi ad tempus 32. q. 2. solet quærit, &c. seq.

Quod a septuagesima vsque ad octauam paschæ, & tribus hebdomadis ante festum Ioan. Baptistæ, & ab aduentu Domini. matrimonia non debent solemniter contrahi. 33. quæst. 4. non oportet. Vide Concil. Trident. de hac re.

Quod in matrimonio constituti certis temporibus debent a coitu abstinere, videlicet tempore communionis, 33. quæstione. 3. cap. 1.

Item in die Natiuitatis Christi, & in aliis festiuitatibus, 33. q. 4. quocunque.

Item in tempore ieiuniorum. 33. quæstione. 4. si causa. & duobus capit. sequen.

Item in tempore conceptus, & ablactationis pueri 5. distin. ad eius vero concubitum.

Item tempore menstruorum ibidē

Quod tamen continentia non debet fieri ab vno sine consensu alterius 33. quæstione. 4. apostolus, & cap. sequen.

Quod matrimonium contrahendum impeditur per errorem personæ, vt si putatur esse Virgilius, & est Plato. 29. quæst. 1. §. 2.

Item per errorē conditionis vt quæ do putatur esse liber. & est seruus 26. q. 1. §. 1.

Item per iustitiam publicæ honestatis. 27. quæstione. 2. qui dispensatam. 35. q. 3. porro.

Quod non debet contrahi cum hæretico. & infidēli persona 28. quæstione 1. caue, & duobus capitulis sequen.

Item nec cum consanguinea. 3. q. 2. cap. 1. §. his ita.

Item nec cum affine, 27. q. 2. qui desponsatam, in fine, & 35. quæst. 2. nullum. & cap. æqualiter, & plurib⁹ cap. seq.

Item nec cum moniali 27. q. 1. hi ergo. & duobus c. seq. 36. quæstio. 2. raptores.

Item nec cum diaconissa 27. quæst. 1. diaconissam.

Item nec cum religionem professa, vel in sacris ordinibus constituta. 27. quæst. 1. ut lex. 25. dist. presbyter.

Item nec cum furiosis, & dementibus nisi habeant lucida intervalla vel nisi furiosus vel furiosa contraxerit. tales enim non sunt separandi. 32. q. 7. neque furiosus.

Quod vno coniuge vino quantocunque tempore absente alter contrahere non potest. 34. q. 6. viti. si quis necessitate.

Quod si credens mortuum contrahit non adulteratur, sed redeuntem tenetur recipere. 34. quæstione 1. cap.

Quod dubitans mortuum, si contrahit, licet non debeat contrahere, debet tamē debitum reddere quousque certificetur. 34. q. 1. c. 2.

Quod si non credens mortuum, & tamen est mortuus, contrahit. non separatur, sed pœnitentia tamquā pro adulterio imponitur. argu. 32. q. 2. homines.

Quod si post duorum fidelium coniunctionem in aliquo ipsorum hæresis superuenerit, alteri propter hoc non poterit copulari. 28. quæstione. 2. c. vlt. §. vlt.

Quod separatus ob fornicationem viuente reliquo nō potest cum altera copulari 32. q. 6. cap. 1. & octa c. seq. & c. hi vero.

Quod nemo cogendus est ad matrimonium, & coactus separatur. q. 2.

si verum, & cap. sequen. 32. quæst. 2. cap. vlt.

Quod presbyter vxorem ducens, ab ordine debet deponi. 28. distinctione presbyter.

Quod nec Latini, nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere sed volentes Græci vxores habere, in minoribus constituti contrahunt, & sic in matrimonio vlterius promouentur. 32. distinctione, Nicæna.

Quod ducens in vxorem quam prius habuit concubinam etiam virginem, non videtur posse promoueri 32. dist. maritum, & 34. dist. præcipimus. & 30. q. 5. qualis.

Quod vxor promoti ad sacros ordines ipsa consentiente non potest etiam ipso mortuo matrimonium contrahere, 28. dist. quia sunt.

Quod error fortunæ, ut cum putatur diues qui pauper est, non impedit matrimonium. 29. q. 1. §. 2.

Item nec error qualitatis, vt cum putatur quis bonus qui malus est. 29. quæst. 3. §. 2.

Quod post pœnitentiam cum illa potest cõtrahere quam prius polluit per adulterium, nisi in morte viri machinatio, vel fides adulteræ data fuit cum effectu. 32. q. 1. capit. 1. & c. denique, & quatuor cap. seq.

Quod fidelis dimissus ab infideli nõ baptizato non impeditur contrahere cum alio 28. q. 2. cap. vlt.

Quod cum filio matris spiritualis potest contrahi matrimonium: & patet eã. filia carnali filij spiritualis sed filius cum filia patris sui non potest, quia cognatio spiritualis descendit à patre in filium, non ascendit à filio in patrem. 30. quæstione. 3. cap. vlt.

Quod filij possent contrahere cum filiabus compatrum, excepta illa mediante qua contrahitur cognatio spiritualis, 30. qu. 3. super quibus.

Quod propter incestum efficitur quis indignus ad matrimonium contrahendum, sed post pœnitentiam potest cum talibus dispensari. 32. quæstione. 7. quædam, & quinque cap. seq. 33. quæst. c. 2. si quis cum duabus, & cap. seq.

Quod vxoricida sine dispensatione potest contrahere. 33. q. 2. interfectores. c. admonere, & c. si quid, & cap. sequen.

Quod dispensatur in matrimonio circa gradus à canone prohibitos 35. q. 3. quædam lex, & cap. seq, & q. 8. de gradibus.

Quod de consanguinitate gradus distinguuntur. 35. q. 3. per totum.

Quod gradus affinitatis exprimuntur. trigesimaquinta quæstione 5. porro.

DE STATV CONIVGVM IN MATRIMONIO. Quod prima nocte coniuges debent abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis. 23. distinct. sponsus. 30. q. 5 sponsa.

Quod non debent se coniuges libidinose diligere 32. q. 4. origo.

Quod cum commiscentur in matrimonio causa prolis procreandæ non est peccatum. 25. dist. verum. §. aliàs. ante si.

Item causa reddendi debitum non est peccatum. 27. quæstione, secunda si tu.

Item causa fornicationis vitandæ, & est veniale peccatum, 32. quæst. 2. quidquid, 35. quæstione. 2. in adolescentia, & quæstione 4. virum propria.

Item cum causa libidinis explendæ tanquam cum adultera, vel cum meretrice est peccatum mortale, 32. quæstione. 4. origo, & cap. liberorum. Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij. 32. q. 7. adulterij.

Quod abstinentia imputatur ad peccatum si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur, 27. quæstione, si tu.

Quod vxor marito leproso vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum tenetur. 32. quæstione, 5. horrendum, & cap. seq.

Quod vnus sine alterius voluntate cõtinentiam vouere nõ potest. 33. q. 5. 2. c. 1. & 5. c. seq.

Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sententiam episcopi fit separatus. 27. q. 2. sunt qui, & septem. & c. seq.

Quod consentiens vouenti, & non vouens, nõ potest cum altera contrahere nisi post mortem vouentis. 27. q. 2. si quis coniugatus. 33. q. 5. quod Deo, & c. seq.

Quod ante copulam carnalem vtriusque cõiugum licet intrare religionem altero inuito, 27. q. 2. scripsit nobis. §. ecce, & c. seq.

Quod an dormiens cum sorore vxoris suæ potest reddere debitum, 27. q. 2. qui dormierit.

Quod vxorati non debent i ecclesia & præcipue circa altare deseruire. 27. q. 2. multorum.

Quod in veteri lege vxore sterili permanente licite ex ancillis liberos procreabant 23. q. 4. §. 1. & tribus cap. seq.

Quod neuter coniugum potest alteri crimen obijcere quando vtrumque crimen constringit 34. q. 2. intellectum.

DE DIVORTIO. Quod diuortium matrimonii fine consensu episcopi non debeat fieri. 27. qu. 2. si vir.

Quod ante casu cognitionem spoliatus vel spoliata primo debet restitui. 33. q. 2. historia, & duobus cap. seq.

Quod matrimonii inter fratres spirituales vel adoptiuos dirimitur. 30. q. 3. c. 1. & quatuor c. seq.

Item cum matre vel spirituali filia simile. 30. q. 1. de eo.

Quod diuortium factũ pter ma lefitium si cessat, restituitur. 35. q. 2. si per fortiarias.

Quod affinitas remanet, licet ille moriatur per quem contracta est 35. q. 10. §. c. 1.

Quod ante diuortium consanguinei vel propinqui debent citari, & testificari de matrimonio, vel senes, & antiqui quibus nota potest esse consanguinitas, 35. q. 1. & duobus cap. seq.

Quod forma iuramenti testificantiũ ponitur 35. q. 6. de parentela & 3. cap. seq.

Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatem vel affinitatem. 15 q. 6. ab isto.

Item forma iuramenti illius qui recepit dimissam, 35. quæstio. 6. cap. vltimo.

Quod matrimonium non dirimitur per totum simplex antecedens 27. dist. c. 1. & duobus c. seq,

Item nec propter compaternitatem vel propter commaternitatem superuenientem 30. q. 1. nosse, & quatuor c. seq.

Item nec propter seruitutem dominis debitam, 29. q. vltimo. vlt.

Quod qui scienter contraxit cum persona seruilis conditionis, ab ipsa per diuortium separari non potest, 29. q. 2. si quis liber.

Quod cum vterque coniugum seruilis conditionis matrimonium contrahit non separantur 29 quæstione. vlt. cap. vlt.

Quod nõ separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem, 32. q. 7. qui dormierit.

Quod extraordinaria pollutio quamuis sit cruenta, non separat matrimonium. 35. quæst. 3 extraordinaria.

Quod siue propter adulterium, siue per aliud inter coniuges fiat diuortium, non propter hoc rumpitur matrimonium. 32. quæst. 7. interueniente, & sex capit. seq. 33. q. 5. q. quod Deo.

De hac materia habetur vbi agitur de Diuortio.

Quod matrimonium spirituale est coniunctio Christi, & ecclesiæ 27. q. 2. cum sorores.

Quod matrimonium per carnalẽ copulam non perficitur, non est sacramentũ Christi, & ecclesiæ, 27. q. 2. cum socieras.

Item spirituale matrimonium contrahitur inter prælatum ecclesiæ, & ecclesiam 7. q. 1. sicut vir.

Item spirituale matrimonium est inter Christum, & spiritualem animam. 27. 1. q. 1. quę Christo, & cap. nuptiarum.

MOECHIA. Quod moechia est duplex, videlicet spiritualis, & carnalis 28. q. 1. non solum.

Quod moechia spiritualis est idòla facere vel idolis sacrificare 28. qu. 1. non solum.

Quod materia est omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum

horum non legitimus vſus, 32. q. 4. meretrices, in fi.

Quod ſtricte ſumi mœchiam non niſi pro adulterio ponitur, 32. qu. 4. meretrices.

Item pro conſenſu peccati: quia qui viderit mulierem, ad concupiſcendum eam iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. 32. q. 7. non ſolum.

Quod mœchus ille dicitur qui dimiſſa vxore ob cauſam fornicationis, aliam duxit, 32. qu. 7. quemadmodum.

MEDICINA. Quod medicina eſt duplex ſpiritualis, & corporalis, 29. d. neceſſe.

Quod medicorum conſilia diuinæ conditioni ſunt cõtraria quia nec ieiunare, nec flere, nec conſimilia ſinunt de conſec. diſtinct. 5. contraria.

Quod medico corporali ſalariũ non eſt negandum, 14. quæſtione, 5. non ſane.

quod nec clerici, nec religioſi, p̃ medicina, munera debent accipere, 23. d. his igitur.

quod medicina ſpiritualis eſt pœnitentia, 50 d. vt conſtituerentur, 33. q. 1. ſi per ſortiarias.

Item medicina ſpiritualis eſt omnia eccleſiaſtica ſacramenta. de pœnit. diſt. 1. in actione de conſecratione, diſt. 2. ſi quotieſcunque. 23. d. his igitur.

Item medicina ſpiritualis, eſt miſericordiæ opera. de pœn. diſt. 1. medicina.

quod Chriſtus eſt ſpiritualis medicus, qui paratus eſt centies curare, ſi toties homo per peccatum infirmatus eum requirit. de pœnit. 3. Naum prophetam.

Item prælati ſunt ſpirituales medici, qui dant ſubditis correctionis medicinam, 86. diſtinctione inferiorum, & cap. ſeq. 5. quæſtione, 5. non vos. 45 diſt. recedite 23. q. 4. quid faciet.

quod magis prælatus occidit quam curat, qui nec pro peccatis ſuis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit. 50 diſtinctione, ſ. b. ſit.

quod ſicut medicus peritus nõ vno collyrio omnium oculos curat, ſic prælatus vel prædicator diuerſorum hominum vulneribus diuerſis doctrinis medetur 29. diſt. neceſſe.

MEMORIA. Quod memoria vltionis diuinæ præteritæ in peccatores terrorem futurum inuitare debet, ne conſimilia attentent. 7. q. 1. denique.

quod quibuſdam in memoriam exceſſus ſigna relinquuntur, 19. q. 3. mandamus, de conſ. diſtinct. 2. & dixit.

Quod ideo quibuſdam occaſio peccati præteriti vel per loci mutationem vel aliter eſt ſubtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incaleſcat, 15. q. 1. mulier, 81. diſt. valet.

Quod nullum inuenitur dei iudicium tale remedium, ſicut eorum continua memoria. de pœn. diſt. 3. Iudas pœnituit.

MENDACIVM. Quod mendacium eſt falſæ vocis ſignificatio cum voluntate falſi dandi, 22. quæſt. 2. beatus, ſ. ille.

Quod octo ſunt genera mendaciorũ quorum quia primum grauius eſt, tanto minus quiſque mentiendo peccat, quiſquis a primo recedit. 22. q. 2. primum.

quod primum genus mendacij eſt in doctrina fidei cum intẽtione ſubuertendi.

Secundum eſt quod prodeſt nulli, & obeſt alicui, vt eſt mendacium detractionis, & falſi teſtis in cauſa criminali.

Tertium eſt quod prodeſt vni, & obeſt alteri, vt eſt mendacium in cauſa pecuniaria.

quartum eſt quod ſolum mentiendi fallendique libidine fit.

quintum eſt quod ſit placendi cupiditate de ſuaui colloquio, qđ eſt, adulterorum.

Sextum eſt quod nulli obeſt, & prodeſt alicui, vt cum quis ſe neſcire mentiatur pecuniam eſſe alterius, quam ſcit iniuſte tollendam.

Septimum eſt quod nulli prodeſt, & obeſt alicui, vt cũ quis vult hominem prodere ad mortem.

Octauum eſt quod nulli obeſt, & prodeſt ad hoc vt caſtius conſeruetur.

quod primum genus dicitur perniciоſum. ad quod nulla conditione debet quis adduci.

quod quodlibet aliorum eſt vel perniciоſum, vel officioſum, vel iocoſum mendacium. quæ poſt primũ minorem ſecundum maius, & minus culpam habent, 22. quæſtio. 2. ne quis. & cap. quod autem ait. & e. ſi quælibet, 9. diſtinct. ſi ad ſcripturas.

quod mendacium eſt graue peccatum: quia os quod mentitur, occidit animam, 22. quæſt. 2. nec artificioſo.

quod omne mendacium euendum eſt maxime perfectis, 22. q. 2. ne quis. c. omne, cap. ſi quis per vetus teſtamentum, & 22. q. 5. cauete fratres.

quod perfectos pro nullius vitæ ſeruanda debet mentiri. 22. quæſt. 2. ne quis.

quod nullus ducendus eſt ad ſalutẽ mendacio opitulante, 22. q. 2. primum, in fi.

quod Abraham dicendo vxorem ſororem ſuam eſſe, & Iacob, dicendo ſe primogenitum, excuſantur de mendacio. 22. q. 2. quæritur, & ſ. proximo.

quod mendacium eſt epiſcopum vel ſacerdotem vel religioſum ſe profiteri, & contraria ſuo ordini operari, 22. quæſtione, 5. cauete fratres.

quod nemo cauſa humilitatis debet mentiri: quia ſi nõ erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat. 22. q. 2. non ita.

quod ille mentitur qui putans falſũ dicit verum, vel econuerſo. 22. q. 2. homines, & c. ſeq.

quod non omnis falſum dicens mentitur, 22. q. 2. is autem. & c. beatus. & c. ſi quælibet, ſ. Abraham.

quod facere contra promiſſum, non ſemper eſt mentiri. 22. q. 2. beatus Paulus. & cum quis, in fi.

quod aliquod iocoſum mendacium non videtur eſſe graue peccatum Exemplum de Ioſeph. 22. q. 2. qđ autem ait.

quod mendacium præcipue in mercatoribus eſt, quia mercator ſine mendacio & periurio eſſe non p̃t. d. 88. eiciens. & c. ſeq.

quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant: qa ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. 22. quæſtio. 3. quiſquis.

quod mendacium etiam in præſenti inuenitur grauiter punitum 22 q. 2. dilectiſſimis. poſt medium. Exemplum ibidem de Anania, & Saphira.

quod mendax debet carere impetratis, & quibus ſcripta diriguntur, ſunt puniendi ſi precum mendacia nõ arguunt, 25. quæſt. viz dicenti.

quod circa impetrationem reſcriptorum contingit mentiri triplicitẽr. 25. q. ult. ſ. & ſi legibus.

De hac materia habes vbi agitur de iuramento.

MENDICITAS. Quod mendicitas clericorum eſt ignominiæ epiſcoporum, 93. d. diaconi.

quod in tanta exercuit auaritia quorundam epiſcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mendicare.

quod illi qui aliunde habere poſſunt grauiter peccant ſi mendicent, qa unde pauper victum habeat, accipere. 1. q. 2. paſtor.

quod eleemoſyna panis egentium eſt, & qui defraudat eam, homo ſanguinis eſt. 14. quæſt. 5. cap. immolans.

MENSA. Quod menſæ clericorũ non debent abundare fabularum relatione, ſed ſacræ ſcripturæ lectione, 44. d. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

MENSTRVVM. Quod menſtrua mulierum ſunt ex naturali ſuperfluitate ſanguinis, & ideo culpa carent. 5. d. ad eius.

quod menſtrua patienti non debet eccleſiæ introitus denegari. 5. d. ad eius.

quod ſicut mulier menſtrua patiens Chriſti veſtimentum laudabiliter tetigit, ita eccleſiam menſtrua-

Digitized by Google

ea laudabiliter intrare poterit.

Quod ad mulierem menſtruatam quiſque accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur, 5. diſt. ad eius.

MENSVRA. Quod menſura miſericordiæ Dei non poteſt æſtimari, de pœn. d. 1. ſerpens, ante fi.

quod apud Deum non valet tantum in pœnitentia menſura temporis, quantum doloris, de pœnit. diſt. 1. menſuram, & c. præcod. & cap. inæſtionem.

MERCATIO. Quod mercatio poteſt eſſe honeſta, & turpis, de pœn. d. 5. qualitas.

quod quælibet mercatio eſt periculoſa, quia difficile eſt inter vendentis, & ementis commercium non interuenire peccatum.

quod mercatio ſine peccato, & periurio eſſe non poteſt, 88. d. ejiciens, & c. ſeq.

quod clericis omnino prohibet mercatio, quia vilius emit vt carius vendat, 14. q. 4. canonum, 16. quæſt. 7. & hoc diximus.

quod qui propter cupiditatem ante tempus grauium vilius emit vt carius vendat, turpe lucrum committit, 14. q. 4. quicunque.

quod in ſacro loco vbi eſt orationibus vacandum, mercationes exerceri non debent, 16. q. 7. & hoc diximus.

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negotiatione.

MERCENARIVS. Quod mercenarius etiam ſi ab iniuſto detentore recipit mercedem ſuam, non committit iniuriam, 14. q. 5. non ſane.

quod qui defraudat mercenarii mercede, reus eſt, ac ſi ipſius ſanguinẽ funderet, 14. q. 6. immolans.

quod prælatus non diligens propter Deum, ſed propter temporale lucrum, mercenarius eſt, 8. q. 1. ſunt in eccleſia.

quod ille rector non paſcit, ſed mercenarij vice deſeruit, qui gratiam humanam amittere formidans loqui recta pertimeſcit, 33. diſtin. ſit rector.

quod mercenarius eſt prælatus, qui plus diligens proprium commodum quam ouium, videns lupum, oues relinquit, 7. quæſt. 1. aduertitas.

MERETRIX. Quod meretrix eſt quę multorum libidini patet. 34. diſt. vidua.

quod meretrices eſſe, & ad meretrices accedere eſt diuinitus prohibitum. 32. qu. 4. meretrices.

quod fornicator in eo eſt magis criminoſus, quia tollit mẽbra Chriſti, & facit ea membra meretricis. 32. q. 4. in eo.

quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter ſit in meretrice, ſed execrabilius in vxore, 32. qua. 7. adulterii.

quod contrahens cum meretrice, ad ſacros ordines non poteſt promoueri, 34. d. ſi quis viduam.

METROPOLITANVS. Quod metropolitanus a menſura ciuitatum quibus præeſt, dictus eſt, 21. d. cleros. poſt prim.

quod metropolitanus debet decem, vel vndecim ciuitates & totidem epiſcopos ſub ſe habere, 6. quæſt. 3. ſcitote.

quod abſque metropolitani licentia nullus epiſcopus curiam Imperatoris debet adire, 23. q. vlt. ſi quis epiſcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiſcopo.

MICHAEL. Quod Michael qui nolunt maledicere diabolo, ponitur in exemplum, vt a maledicto puri ſimus, 24. qu. 3. ſi igitur Michael.

MILITIA. Quod militia eſt duplex, videlicet ſæcularis, & ſpiritualis, 59. diſt. ſi officia, 23. q. 8. reprehenſibile.

quod militia ſæcularis nõ culpatur, ſed abuſus, 23. q. 1. per totum.

quod militia inſtituta eſt propter duo, videlicet ad iniuriam propulſandum & vindictam inferendã, 23. q. 1. c. 1. in fi.

quod ius militare in multis cõſiſtit. 1. diſtinct. militare.

quod in militia ſæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciſcendi, & cupiditas nocẽdi, 23. q. 1. quid culpatur in bello.

quod hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur, 32. q. 1. apud, & c. ſeq.

quod plerique ſancti patres ſæcularẽ militiam laudabiliter exercuerũt, 23. q. 1. noli exiſtimare.

quod ſumma laus eſt militiæ, communi vtilitati intendere, 23. q. 1. ſumma.

quod boni milites vltra ſtipendia ſua nil debent rapere, 23. q. 1. militare.

quod miles non eſt reus homicidii, qui legitima auctoritate ſuperioris hominẽ occidit, 23. q. 5. miles.

quod miles ſæcularis grauius peccat ſimoniam committendo, quam clericus, 1. quæſt. 3. ſalutor. circa med.

quod miles ſæcularis propter periculoſum ſtatum quem habet, abſque diſpenſatione Papæ ad ſacros ordines non debet promoueri, 50. d. ſi quis poſt.

quod ſi in militia ſæculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia ſpirituali, 59. diſt. ſi officia, & c. ſeq.

quod nõ debet eſſe ligatus alijs qui ſpirituali militiæ eſt aggregandus, 54. d. nullus.

quod Chriſtus ad ſeruiendum nolitarium militem habere vult, 15. q. 1. non eſt.

quod nil beatius quam vt quod ſe Imperator noſter Chriſtus iuſſit, militetur, 40. d. ante omnia.

quod militum Chriſti arma, ſunt lachrymæ, & orationes, 23. q. 8. reprehenſibile, & conuenit. circa med.

MINISTER. Quod miniſter dicitur qui quod ſuperior mandat, exercet, 23. q. 2. dominus noſter. 23. qu. 5. non ſolum, de q. uit. quicunque percunt.

quod miniſter iudicis etiam damnatum, ſi ex libidine occidit, homicida eſt, 23. q. 4. cum miniſter.

quod miniſter Chriſti non debet eſſe ſuperbus, quia talis diabolo cõparatur, 1. quæſt. prima, ſi iuſtus fuerit.

quod Chriſtus miniſtros ſuos docuit aliis miniſtrare, non ſæpalibus lucris intendere, 16. q. 1. nulli.

quod in miniſtris eccleſiæ ſicut eſt in ſacerdote miniſtratio, ſic & in diacono ſacramenti diſpenſatio. 92. d. diaconi.

quod vbi pater familias largus eſt, miniſter non debet eſſe tenax. 16. q. 7. allegant, in fi.

De miniſtris eccleſiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Eccleſia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

MIRACVLVM. Quod miraculũ eſt opus arduum, & inſolitum ſupra ſpem & facultatem conſiſtens admirantis, ſicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij diuiſio, & alia plura quæ ponuntur de conſec. diſt. 2. reuera circa med.

quod miracula facere eſt ſpeciale donum Spiritus ſancti, de pœn. d. 2. o quis ſemel, §. quærendum.

quod quantumcunque ſunt aliqui ſancti, miracula facere nõ poſſunt quã volunt, niſi quando ſpeciali dono Spiritus ſancti perfunduntur, de pœn. d. 2. ſi quis ſemel, §. quærendum.

quod miracula ſanctorum ſunt admiranda, non in exemplum nouitatis actionis tuahẽda, 2. q. 7. nos ſi poſt med.

quod quidam habent propheticum ſpiritum, qui non habent vitæ meritum, 1. q. 1. prophetauit, exemplũ ibi de Saul.

quod multi faciunt miracula extraordinariam conſtituti, qui in charitate poſiti facere non poſſunt, 1. q. 1. æneamus.

quod magi & dæmones non faciunt miracula, & mira, quia non ſũt ſupra naturam, ſed ſunt hominibus inſolita. 26. q. 4. ſciendum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & vbi agitur de Magis.

MIS-

Digitized by Google

MISSA. Quod missa proprie dicitur Eucharistiæ cõsecratio, confectio: reliqua omnia quæ sacerdos, vel chorus canit, gratiarum actiones sunt, vel certæ obsecrationes, de consecr.dist.2.verum.

Quod Iacobus apostolus frater domini & Basilius Cæsariensis tradiderunt modum Missam celebrandi, de consec.dist.1.Iacobus.

Qui tamen modus, nec alius in decreto per ordinem habetur, sed tamen ego plura quæ in Missæ officio exercentur, propriis capitulis assignaui, vt infra patebit.

quod Missa sine sacratis vestibus nõ debet cantari, de consecr.distin.1. vestimenta.

quod nullus debet Missam sine stola & manipulo cantare, 23.distin. ecclesiastica.

quod in solenni Missa ministri, & precipue diaconus & subdiaconus debent haberi, de consec.1.episcopus Deo, & duobus c.seq.

quod in primitiua ecclesia in principio Missæ psalmi legebantur, sed post psalmi cantum sunt conuersi, vnde introitus Missæ, & graduale, & offertoria, & communio quæ cantantur, pene omnia de psalmis sunt sumpta. 92.dist.cantantes, §.ab officio, & c.in sancta, in fin.

quod ille versiculus, Gloria patri, quẽ Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post introitum, ponitur de consec.dist.1. de hymnis.

Quod kyrie eleison, & Pater noster, ponitur, 11.q.3. cum aliquis.

quod Gloria in excelsis, & Alleluia, qui duo hymni ab Angelis sunt cantati, & à nobis in solemnitatibus sunt decantandi, ponuntur, de consecrat. dist.2.de hymnis, & c.hi duo.

quod hi duo hymni à septuagesima, quando lapsus primi hominis recitatur intermittuntur vsque ad Pascha, quando Christus refurgẽs ex mortuis tristitiam in gaudium vertens, Alleluia nobis reddit, de consec.dist.1.hi duo.

quod episcopus in Missa ante collectam, vt ostẽdat se vicarium Christi, sicut Christus apostolus, sic salutat populum dicens, Pax vobis, 1.q.7.non omnes.

Item vt ostendat se de numero aliorum sacerdotum, dicit, Dominus vobiscum, quod ponitur, de consec.dist.1.hoc quoque.

De orationibus siue collectis dicendis habes de consec. dist.1.de hymnis, in fin.

quod post orationes respondendum est Amen habes, 38.dist.1.fidelos.

quod epistola & Euangelia legenda sunt in Missa, habes de consecr.distin.2.omnes fideles.

De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de consecr.dist.2.omnia Christianus.

Quod post offertur in calice vinum, & aqua à sacerdote, de consec.dist. 2.in sacramento.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod ante præfationem Sursum corda dicere monemur, & tunc præcipue mentem ad dominum dirigere debemus, de consecr.distin.1. quando autem.

De præfatione, quæ postea primo sequitur, habes, de consec.dist.1.inuenimus.

quod pax debet dari ante cõmunionem, habes, de consecr.distinct.1. pacem.

quod post missam si non est episcopus sacerdos qui cantauit, debet dare benedictionem, de consecra. dist.2.Missas.

quod in Missa siue viui, siue mortui populo possunt recommendari, sed in canone missæ vbi soli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, sub generali commendatione orare debemus, de consecr.dist.1.visum, & c. de nominibus.

quod non nisi in sacris locis, uel vbi episcopus permiserit, Missa debet celebrari, de consecra.distinctio.1. Missarum.

quod sub dio super tabula consecrata lapidea potest Missa cantari, de consecr.dist.1.concedimus.

quod episcopus ne monachos in officio impediat non debet in monasterio suo solemniter celebrare, 19.q.2.luminoso.

quod non solum episcopus, sed etiã populus diebus dominicis, & solemnibus ab ecclesia sua, non debet se subtrahere, de consecr.dist.3. episcopus, & c.seq.

quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare, de consecra.distin.1. cap.vlt.

quod in natiuitate Domini quando tres Missæ sunt celebrandæ, prima Missa in profunda nocte solemniter est celebranda, de consecr.dist. 1.nocte.

Quod in quadragesima non debet quis manducare nisi audita prius Missa, & vespertinis officijs, de consecr.dist.1.solent.

quod propter populi deuotionem Missa potest in aurora cantari, de consecr.dist.1.solent plures, §.1.

quod post clericorum ordinationes in ieiunijs quatuor temporum post meridiem Missa debet cantari, & præcipue in sabbato sancto, quia tunc uersus noctem debet cãtari, de consecra.distin.1.solent, §. in ieiunijs.

quod nemo prasinus Missam cantare debet, 7.q.1.nihil.

quod qui pro pecunijs vel hominũ complacentijs unam, uel plures Missas celebrat, æternã sibi dãnationẽ cõparat, de cõsecr.d.1.sufficit.

quod excepta natiuitate Christi unam Missam cantare sufficit sacerdoti.

quod valde felix est qui unam Missam digne potest celebrare.

quod dominicis & festiuis diebus laici Missam vsq; ad finem debẽt audire, de consec.dist.1. Missas, & c.seq.&c. & hoc.

quod episcopus solemniter celebrando semper debet habere vestes de consec.dist.1.episcopus Deo, & c. iubemus.

quod presbyter nisi duobus ad minus præsentibus Missam non debet celebrare, ut comperat sibi dicere, Dominus nobiscum, & orate pro me. de consec. dist.1.quoque.

quod sacerdos propter euentus varios sine adiutore qui possit cum sustentare, non potest Missam cantare, 7.q.1.illud.

quod presbyter qui Missam incepit nisi infirmitas impediat, debet eã finire, de consec.dist.1. nullus episcopus.

quod presbyter propter casualem infirmitatem Missam inceptam finire non poterit, alter ubi dimisit perficiat, 7.q.1.nihil.

quod laborans morbo caduco, uel consimili Missam non debet cantare, 7.q.2.in litteris.

quod presbyter nunquam Missam cantet nisi communicet, de consec. dist.2.relatum, & c.seq.

quod presbyter in Missa de mortali peccato habens cõscientiam, cum contritione & proposito confitendi potest communicare, de consec. dist.2.quotidie.

quod Missa mali sacerdotis, uel infamati non est respuenda, nisi sit per sententiam condemnatus, & 15.q.8.ca.vlt.dist.32.ca.nullus, & cap.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebrantes, & de Sacerdote.

MISERICORDIA. Quod misericordia est plenitudo & perfecta forma uirtutem, 86.distinc.in singulis.

quod duplex est misericordia, videlicet diuina & humana.

quod multiplex est misericordia Dei, quæ lapsis hominibus subuenit, de pœn.dist.1.serpens.

quod misericordiæ Dei, nec mensuras ponere possumus: nec tempora definire: apud quem nullius patitur moras uenia conuersi, de pœ. dist.1.serpens, ante fin.

Quod Deus ex misericordia expectat peccatores, ut conuertantur, 93.dist.diaconi. sunt, ante fi.

Quod assidue peccare volentium non miseretur Deus 93. dist.diaconi sunt, in fin. de pœn.dist.1.sanctio.1. Deus, §.potest etiam, & distinc.7. circa fin.

quod misericordia ad proximum est duplex,

Digitized by Google

duplex, videlicet corporalis, & ſpiritualis, 45.diſt.tria.

Quod ſpiritualis eſt triplex, videlicet offenſas, vel iniurias dimittere, 48.diſt.tria, & 50.diſtinc.conſiderandum.

Item delinquentes corrigere, 45.diſt. tria.

Item bona docere, & iuſta conſulere, 45.diſt.diſciplina.

Quod corporalis miſericordia conſiſtit in ſeptē operib. miſericordiæ, quæ in hoc verſu continentur.

Vitio, pos, cibo, redime, tego, colligo, condo.

Quorum plura ex his ponuntur, 86. diſt.non ſatis.

De modo habendi, vel exhibendi practicè officia miſericordiæ.

Quod miſericordia ſpiritualis ad proximum debet eſſe iuſta in corrigēdo, vt ſcilicet non deſit vinum auſteritatis, nec oleum pietatis, 45. diſt. diſciplina.

Item diſcreta in docendo, vel conſulendo, ne erudiendi in errorem deducantur, 53.diſt.ſit rector.

Item debet eſſe prompta offenſas relaxando: maxime quando pœnitent offendentes, 23.quæſt.4.non poteſt, §.prox.

Quod miſericordia corporalis debet eſſe iuſta in exhibendo: quia debet de proprio, non de alieno, 1. quæſtio.1.non eſt, 14.quæſt.5.per totum.

Quod debet eſſe diſcreta in ſubueniendo: quia vni omnia non ſunt danda, 86.diſtin.non ſatis, & cap. dominus.

Item ordinata in diſtribuendo: quia primo dandum eſt propinquis, & poſt alijs, 86.diſt.eſt probanda, & c.in ſingulis, in fi.excepta neceſſitate, tunc potius dādum eſt iuſtis quam peccatoribus, 86.diſtin.fratrem noſtrum, §.in ipſa.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia.

Quod miſericordiæ officia omnibus ſunt præcepta, 86.diſt.in ſingulis.

Quod qui negant miſericordiam faciendam; ipſum Chriſtum qui eſt miſericordia negant, 7.quæſtio.1. omnis.

Quod miſericordia maior eſt omnibus holocauſtomatibus, diſtin.50. ponderet, in fi.

Quod melius eſt in cauſis prætendere miſericordiam quàm inclemētiam, 86.diſt. non ſatis, 16.q.vlti. alligant.

Quod ſententia quæ miſericordiam vetat, eſt effugienda, 50.diſt.ponderet, in fi.1.q.7 exigunt.

Quod capto hoſti debetur miſericordia, niſi maior turbatio timeatur, 23.qu.1.noli.

Quod crudelis eſt miſericordia parcere vni in diſcrimen multorum, 45.diſt.ſed illud.

Quod non eſt miſericors qui parcit vitijs, vt non cōturbet deliquentes, 23.q.5.qui vitijs.

MYSTERIVM. Quod myſterium ex illo dicitur, quòd ſecretam, & reconditam habet diſpenſationem, 1.q.1.multi.circa med.

Quod eccleſiaſtica ſiue diuina ſacramenta proprie dicuntur myſteria. 1.qu.1.multi, ante med.

Quod indignis & non intelligentibus ſecreta myſteria non ſunt cōmunicanda, 43.diſtin.§.vlt. & c.in mandatis.

MOYSES. Quod Moyſes qui congregauit omnem ſynagogam, repreſentat, quod in fideli anima omnis multitudo ſenſuum, & cogitationum ad meditandum de Deo intra ſacrarium cordis debet conuenire, 8.q.1.dicet.

Quod in hoc, q̄ non fuit Moyſi permiſſum à Deo de ſucceſſore ordinare, datur intelligi, q̄ ad Deum non ad homines ſpectat electio prælati, 8.q.1.ſi ergo.

Quod Moyſes negauit ſe filium filiæ Pharaonis, & q̄ Aegyptium fabulo obruit. & q̄ Aegyptum dereliquit, & q̄ filios Iſrael de Aegypto eduxit, habes de pœn.diſt.3.vt cognouerunt, §.opponitur.

Quod Moyſes ponitur in exēplum, quòd prælati non armis, ſed orationibus contra aduerſarios debēt pugnare, quomodo ipſe pugnauit contra Amalech. 36.diſtin.ſi quis vult.

Quod ſicut inter Moyſen & Aaron fuit quædā maioritatis diſcretio, ſic fuit inter apoſtolos, 22.diſt.ſacroſancta, & 21.diſtin.§.1.

Quod Moyſes cum pro peccato populi orauit, non ſtatim veniam impetrauit, 50.diſt.ſi quis præpoſtera, in fine.

Quod Moyſes potius voluit de libro vitæ deleri, quàm noxiam populo non dimitti, q.4.quid crudele.

Quod quia Moyſes Æthiopiſſam duxit in vxorem, Maria murmurans lepra percuſſa fuit, 2.q.7.plerumque.c.item obijcitur.

Quod Moyſes propter reuerentiam loci calceamentum pedis ſoluit, de pœnit. diſtinct.1.ſunt qui arbitrantur.

Quod Moyſes quandoque Chriſtum ſignificat, de pœnit.diſtinc.2.inter hæc hircum.

MONACHVS. Quod monachus dicitur a monos Græce, quod Latine dicitur ſolus: & achos, quod Latine dicitur triſtis: quaſi ſolitarius & triſtis, 16.q.1.placuit.

Quod monachus ideo ſingularis dicitur: quia debet vitare hominum multitudinem, 16.quæſtione.1.ſi cupis.

Quod ſicut piſcis ſine aqua, ſic monachus ſine monaſterio vel cella caret vita, 16.quæſtione, 1.placuit communi.

Quod monachus ad hoc debet intendere vt ſtatus eius concordet cum nomine, 16.q.1.placuit.

Quod omnis monachus vel religioſus debet eſſe vel de regula S. Benedicti, vel de regula Baſilij, vel de regula Auguſtini, 18.q.2.pernicioſam.

Quod etiam dicuntur monachi, qui regulam Auguſtini ſunt profeſſi, 18 qu.2.pernicioſam.

Quod nullus ſeruus debet eſſe monachus niſi à domino ſuo licentiatus, 16.q.1.qui vere.

Quod monachi & monachæ ſemper, & vbiq; debent deferre veſtes profeſſionis ſuæ, 33.diſt.ſanctimoniales, 20.qu.1. vidua.

Item excepta infirmitatem nūquam debent carnes comedere, de conſecr.diſt.5.carnem.

Item debent abbatibus ſuis obedire: ac res laboribus ſuis acquiſitas, vel qualeſcumque ſine licentia abbatis non debent retinere, 18.qu.2. abbates.

Quod nullus debet monachus ſpe abbatiæ promiſſæ fieri, 18.q.2.per laicos, 18.q 2.peruenit.

Quod vltra tempus in monaſterio ſtantes & nolentes profiteri debent expelli, 16.quæſt.1.peruenit ad nos.

Quod teſtamentum facere non poſſunt, 19.q.3.quia, & c.ſeq.

Quod ſine licentia abbatis vouere non poſſunt, 20.q.4.monacho.

Quod ad arctiorem vitam petita licentia trāſire poſſunt, 20.q.4.c.1. & c.monachum.

Quod compulſus ſiue à parentibus, ſiue ab alijs fieri monachus: niſi prius conſentiat, non tenetur, 20. q.3.præſens.

Quod monachi de licentia abbatis ex cauſa legitima poſſunt ad ſolitarias cellas tranſire, 18.qu.2.nullus monachus, 20.q.vlt.c.vlt.

Quod non debent cauſas, vel negotia ſecularia agere niſi ex licentia abbatis pro monaſterio, 16.quæſt.1. adijcimus, in fi. & cap.de præſentium, & c.ſunt nonnulli, & c.monachi.

Quod frequenter loquens de pecunia, potius dicendus eſt inſtitor quam monachus, 16.qu.1.ſi cupis.

Quod monachi nunquam debent vacare, ſed ſemper vel orationibus, vel lectionibus, vel exercitio operis debent intendere, de conſecra. diſt.5.nunquam.

Quod debent ab omni familiaritate monialium & aliarum fœminarum ſe alienare, 18. q.2.peruenit ad nos, & tres c.ſeq.

Quod nec in vno, nec in vicino monaſterio cum monialibus debeat habitare, 18.q.diſſimines, & duobus c.ſeq.

Quod nec ſudarioles, nec zonas, nec alia munuſcula a mulieribus debent accipere, 27. quæſt.1.monacho.

Quod monachi quamuis recipiendo ordi-

ordinem recipiant officijs potestatem.nõ tamen executionem: nisi occasione populi licentia episcopi,16.q.1.monachi, & cap. seq. & cap.sit vine,& cap.si clericatus, & c.seq.

Quod nec pœnitentiã alijs dare,nec prædicare nisi in claustro suo debent,16.q.1.placuit omnibus,& c. monachus,& c. iuxta, & c.adijcimus.

Quod nec baptizare debẽt, nec fieri cõpatres,18.q.1. peruenit ad nos. de consec.d. 4. non licet abbati, & c.seq.

Quod præter cõfratrem in claustro, & præter eum qui elegerit, nullũ debent sepelire.13.q.2.c.1.c. Agapitus,& c.placuit.

Quod monachi debẽt subesse episcopis. inquantum per Papam non sunt exempti,16.q.1.peruenit, 18. q. 1. Abbas,& quatuor cap.seq.

Quod visitãdi sunt per episcopos & corrigendi,18.q.2.visitandi.

Quod iura episcopalia debent episcopis persoluere,18.q.2.Eleutherius. & c.seq.

Quod non debent decimas,nec ecclesias a laicis sine consensu episcopi recipere. 16.q.7.decimas.

Quod episcopos ex charitate possunt accusare,2.q.7.nullus,§.proxi.

Quod monachi honorũ operum in clericos & episcopos promoueri possunt,16.q.1.si clericatus, & 7. cap.seq & 11.bus cap.præcedentibus.

Quod non debent sine abbatum licẽtia episcopatus recipere, 18. q. 2. quam sit,§.nullus,16. q. 1. si quis monachus & colegi.§.seq.

Quod facti episcopi absoluuntur a iugo professionis,18.q.1 c 1.

Quod facti episcopi non debent mutare habitum, nec ordinis sui ritũ quo ad substantialia,16.q.1.de monachis & §.seq.

Quod facti episcopi succedũt in bonis paternis, & ecclesiæ suæ relinquunt,18.q.1.c.1.

MONASTERIVM. Quod monasterium duplex pro monachis, & monialibus in vno loco fieri prohibentur,18.q.2. d ffin mon.

Quod monasteria constituenda sunt in solitudine: ne populari accessu deuotio religionis impediatur,18. q.2.luminoso.

Quod monachorũ monasteria subsunt episcopo in cuius territorio sunt.18.q.2.monasteria.

Quod monasterium exemptum est a lege diœcesana in pluribus videlicet quantum ad cathedratici præstationem, vel prædicationem, 10.q.3.inter cetera.

Item quantum ad quartæ partis diuisionem, 16 q.1. cum pro utilitate.

Item quantum ad graues exactiones.17.q.1.quæ sit.

Item quantum ad publicæ missæ celebrationem, quia sine consensu abbatis episcopus non debet ibi re. 18.q.2.abbas, & c.luminoso.

Quod monasteria non debent fieri sine licentia episcoporum, 18.q.2 quidam,& quatuor c. seq.

Quod mulieres monasteria religiosorum intrare non debent,18.q.2. peruenit ad nos.

Quod monasteria religiosorum non debent conuerti in habitacula secularium clericorum, nec debent regi per secularem. 18.q. 2.peruenit ad nos.& c.dudum,19.q.3.quę semel.& c.seq.

Quod in parochialibus ecclesijs monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri instituj, vel remoueri.16.q. 1. visis,& c.seq.

Quod abbas sine episcopo, & episcopus per se res monasterij alienare non possunt.12.q.4.in venditionibus,18. q.2. quum sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & vbi agitur de religione.

MONIALIS. Quod monialis est quæ professa est se velle viuere secundum regulam Benedicti, vel secundum regulam Basilij, vel secundum regulam S. Augustini,18. q.2.pernitiosam

Quod moniales non debent habere singularia domicilia,18.q.2.pernitiosam.

Quod puella duodecim annos habẽs si voluntarie monialis effecta est etiam ante consecrationem recedere non poterit,20.q.1.puellæ.

Quod moniales subsunt ordinationi & correctioni episcopi, 18.q 2. cognouimus

Quod præponendus monialibus primum est per episcopum examinandus,18.q.2.qui religiosis.

Quod cõuenientius regunur per viros spirituales,quam seculares,18. q. 2. in decima.

Quod monasteria monialium non debent esse vicina monasterijs monachorum,18.q.2.diffinimus,& 4. c.seq.

Quod monialis numquam debet loqui cum monacho, vel alio viro sine bono testimonio, 18.q.2.diffinimus,& c.in decima.

Quod moniales in vno choro cum monachis, vel alijs clericis cantare non debent, 18. q. 2. pernitiosam

Quod non debent vasa sacra, & palias, & corporalia contingere. 23. d.sanctimoniales,§. vasa.cap.sacratas.

Quod non possunt matrimonia contrahere, & contrahentes sunt per episcopum compellendi ad vota soluendum.27.q.1. de viduis,& puellis vsque ad fi.

Quod moniales in vitium carnis prolapsæ grauiter puniuntur. 27. q. 1. impudicas, & fere per totum.

Quod peccantes cum ipsis ipso facto videntur excommunicati, 27.q.1. si qua virgo,& c.seq.

De consecratione monialium habes supra vbi agitur de Consecratione.

MORS. Quod mors est triplex, videlicet corporalis, spiritualis, & gehennalis,de pœ. d.vlt.

Quod mors corporalis omnibus est communis.15.quæst.2.in ecclesiastico.

Quod in memoria ab omnibus est semper habenda, ibid.

Quod non videntur esse perfecti qui cum a Domino vocantur. non moriuntur voluntarie, sed inuiti, 13. quæstio. vltim. quam præposterum.

Quod sacramenta morientibus concedi debent, 26. q. 1. Aurelius, & c. seq.

Quod si volentem cõfiteri mors antequam ad sacerdotem peruenit præoccupauerit.non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura, 26. q 6. si aliquis.

Quod qui fame morientem non pascit,occidit,86. d pasce.

quod mortem languentibus probatur inferre qui hanc cum possit non excludit 53. distinctio. §. primo.

quod qui mortui sunt in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi, 24. distinctio quorundam.

quod post hominum mortem animæ locantur secundum, quod meruerunt,13 q.2.tempus.

quod mortui iuuandi sunt oblationibus, eleemosynis, & orationib. etiam si dubitatur de eorum salute,13.q. 2. non æstimemus,& pluribus c. seq.

Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet,ac si pro uno solo fieret, de consec. d.5.non mediocriter.

quod indignus est in morte accipere solatium, qui se non cognouit moriturum.de pœn. distin. 7.§.vltim.

quod in morientibus in peccatis mortalibus,nec oblationes, nec orationes viuorum,nec mortuorum, nec sepulturæ sacrorum locorum prosunt,13.quæst.2.quibus,& septem c.seq.

quod nemo debet cõtristari de morte suorum charorũ.cum ipsos non amittamus, sed præmittamus, 13. q.vlt.quam præposterum, & tribus seq.

quod illi qui nimis tristantur de morte suorum, videntur desperare de felicitate futurorum bonorum, 13.q.vlt.habent.

quod in hoc quod dominus fleuit Lazarum non fleuit mortuum,sed ad huius vitæ miseras resuscitandum innuitur, quod pro mortuis plus est gaudendum quam tristandum, 13.q.vlt.qui diuina.

quod mortui huius mundi facta possunt scire vel per decedentium relationem, vel per angelorum reuelationem, vel per specialem con-

Digitized by Google

conceſſionem, quia ipſis quandoque conceditur, vt poſt mortem vinis appareant, 13.quæſt.2.faciendum.

Quod quandoque mortui ex diabolica illuſione phantaſtice credentur apparere, 26.q.5. nec mirum, ante med.

Quod eccleſia nec ligare nec ſoluere poteſt mortuos de peccatis, quia non ſunt de foro eius, 24.q.2. ligatur.

Quod iniuſte excõmunicatus etiam poſt mortem poteſt abſolui, 24.q. ſane, quod.

Quod hæretici poſt mortem poſſunt excommunicari propter facti deteſtationem, 24.quæſt.2.ſane profertur.

quod fideles non debent communicare mortuis, quibus non communicauerunt viuis, 24.q.2. de communione.

quod mors ſpiritualis eſt duplex, bona, & mala, bona eſt quando quis ſiue per baptiſmum, ſiue per pœnitentiam moritur peccato, vt viuat Chriſto, de conſec.d.4.ut oſtenderet, & c.ſeq.

quod ſpecies diuerſæ huius mortis deſignãtur per tres mortuos, quos Chriſtus ſuſcitauit, de pœn. d.1. quem pœnitet.

quod mors ſpiritualis male eſt quãdo quis moritur per peccatũ mortale, ſicut per peccatum infidelitatis, 26.q.2.qui ſine. 11.q.3. non ſolum, §.idem timendo.

Item per hypocriſim, quia hypocrita viuens mortuus eſt, 11.q.1. nolo, ante ſi.

Item per auaritiam, 12. q. 4. ſi quis vſuram.

Itẽ per quodlibet aliud mortale peccatum, de pœ.d.4. §. dicens, c. intermittentes ſermonem.

Quod mors gehẽnalis mors dicitur æternalis, quia ibi numquã mors moritur, 26.q.2.qui ſine, de pœn. q.ult. in ſi.

De hac materia habes vbi agitur de Sepulturis.

MORES. Quod mos longa conſuetudo eſt de moribus tract. 1.d. mos.

quod legem mores faciunt, & commune ius legibus, & moribus conſtat, 1.d.omnes.

quod plus facit famoſorum morum nobilitas, quam generis dignitas, 40.d.nos, & c.ſeq.

quod illud quod non eſt contra fidem, & bonos mores, indifferentes habendum eſt, 12.d.illa.

quod multum diſtant damna morum a damnis rerum temporaliũ. 6 q.1. ſunt plurimi, §. verum, & c. deteriorẽ.

De hac materia habes vbi agitur de Conſuetudine.

MVLIER. De muliere habes ſupra vbi agitur de femina.

MVLTITVDO. Quod multitudo inutilium perſonarum maxime clericorum eſt vitanda, 23. diſt. tales.

Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur, maxime in prælatis & clericis, 59.d.ſi officia.

Quod non poteſt eſſe ſalubris a multis correctio, niſi cum ille corripitur qui non habet ſociam multitudinem. 23.q.4.non poteſt.

Quod in correctione multitudinis caute eſt incedendum, 44.diſt. comeſſationes.

Quod cum contagium peccãdi multitudinem inuaſerit: diuinæ diſciplinæ ſeuera miſericordia neceſſaria eſt. 23.q.4.non poteſt.

Quod paucitas eſt aſpere corrigenda, ſed multitudo leuiſſimis admonitionibus eſt frangenda, 44. d.comeſſationes.

quod propter peccantium multitudinem detrahendum eſt ſeueritati. 44.diſt.comeſſationes, 40. d.ut cõſtitueretur. 9.q.1. ordinationes.

quod non debet deferri multitudini in mali prælati electione, uel approbatione. 18.q.2. ſi quis.

quod multas medicinas inuenire coguntur multæ experientiæ morborum. 50. d. ut conſtitueretur.

quod non minus ardet qui cum pluribus ardet. 1.q.1.multi, in ſi.

quod tempore apoſtolorum multitudinis credentium erat cor vnũ, & anima vna in Deo, 12.q.1. dilectiſſimi. 8.d.§.2.

quod aliquando multitudo propter vnius delictum punitur. 45. d. ſed illud. 24.q.1.non turbatur.

MVNDITIA. Quod munditia eſt duplex, ſcilicet corporalis, & ſpiritualis, 31.d.lex.

quod munditia carnalis eſt quæ inficitur per luxuriam, & ideo clericis in ſacris prohibetur, vt competentius valeant diuinis vacare obſequijs, & orationibus, 31.d.c.1.§. cauſa.

quod ſpiritualiter mundatur qui à ſorde peccatorum per pœnitentiã purgatur, 50.d. & purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Caſtitate, vbi agitur de Luxuria, & vbi agitur de Macula.

MVNVS. Quod munus eſt triplex, videlicet ab obſequijs, quod eſt ſeruitus indebite impenſa.

Item munus a manu, quod eſt pecunia.

Itẽ munus a lingua, quod eſt fauor. 2.q.1.ſunt nonnulli.

quod munera dantem, & accipientem faciunt deuiare a iuſtitia. 11. q.3.pauper, & c.qui recte.

quod illa manus a ſe omne munus excutit, qui non ſolum pecuniam vel obſequium, ſed nec etiam humanum fauorem inquirit. 1. q.1. ſunt nonnulli. 11.q.3. qui recte.

quod non timetur culpa, vbi receptio ſperatur per munera. 11.q. 3.pauper.

quod meritorie trahitur quis ad fidem, uel ad meliorum ſtatum per munera. 23.q.4.c.ult.

quod clericus ecclefiam ſuſcipiens vel ſpiritualia dans per munera deſtruitur, 7.q.1.ſancitum, 15.q. 1.obſeruandum. 12. q.2. queſta.

MVRMVRATIO. Quod murmuratio diſſuadetur, quia murmurans opus quod facit perdit, 90.d. alienus.

Quod murmurans, & contentioſus pari pœna puniuntur. 90.d. ſi ga monachus.

Quod filij Iſrael murmurantes a ſerpentibus perierunt, 90.diſt.alienus.

Quod Maria propter murmur cõtra Moyſen leprã incurrit. 2.q.7.plerumque, §.item obijcitur.

MVTATIO. Quod mutatio non debet in his fieri quæ rationabiliter, & utiliter ſunt a patribus diffinita, 25.q.ſecunda, cum pie, & c. eccleſiaſticæ.

Quod Deus mutabilitatem neſcit, omnis autem creatura vitioſa eſt, quia mutabilis eſt, de pœn. diſt.2. circa ſi.

Quod licet Deus ſit incommutabilis, tamen ſæpe mutat promiſſa, cũ miſericordia temperat ſententiã, 22.q.4.incommutabilis, & c. non ſemper.

Quod Deus voluit mutare ſententiã, quando de malo in melius homines mutantur, de pœn. d.1. ſi agamus & §.ſeq. Exemplum de Niniue, & de Ezechia rege, cui quindecim annos addidit.

quod Romana eccleſia ſtatuta ſua ſecundum temporis exigentiã quandoque mutat, 25.quæſt.ult. poſtea quam, §.his ita, & §.vlt. & cap. ita nos.

quod illa quæ non ſunt cõtra Euangelica aut ſanctorum decreta, pro neceſſitate temporum quandoque mutantur. 44.diſtinct.cap. ult. 26. q. vlt. priuilegia, & c. amputato.

quod mutantur reges propter negligentiam regiminis, 15. quæſtio.6. alius.

Item epiſcopi, uel alij prælati de loco ad locum propter exigentiam temporis mutantur. 7.q.1. mutationes.

Item ſedes epiſcopales mutantur, vel duæ in unam rediguntur, cauſa hoſtilitatis, uel paupertatis, 35. q.1.§.hoſtilitatis, & c.ita nos.

Item priuilegia, quia pro neceſſitate corrigendorum vitiorum dantur, & quandoque penitus immutantur, 25.q.2.§.his c. poſteaquam.

Item mutauit incaute promiſſa, 22. q 4.in malis, & c.ſeq.

Item mutantur in melius conſilia, & propoſita. 12.q.1.certe, ubi Auguſtinus mutauit cõſilium. 22.q. 2.beatus, ubi Paulus propoſitum eundi ad Hiſpaniam mutauit.

Item

Item mutatur pœna in pœnam vel pœnitentiam, 22. quæſt.4. innocens,credit ex his.ubi de Ioſue,& Gabaonitis,23.q. cap.5. c.1. circa medium.

Quod non ſufficit peccatori mores in melius commutare, ſed etiam debet de præteritis ſatisfacere, de pœn.diſt.1.§.Chriſtus.

Quod Nabuchodonoſor rex non corporaliter, ſed mentaliter in beſtiam mutatus eſt: quia credens ſe beſtiam, ab hominibus ſecedens cum beſtijs morabatur,23. q. 5.remittuntur.

MVTILATIO. Quod mutilatio membrorum latronu proficit eis, quia debilitata membra nequeũt exercere conſueta,23. quæſt. 3. ſi quis fortitudinem.

Quod mutilatus uel abſciſſus per ſe, uel per alium excluſa decenti cauſa non poteſt promoueri, 33. diſtinctio.maritum, & 36. diſtinct. c.illiteratio.

Quod qui ſibi ipſi vitilia mutilauerit, non ſolum non promouetur, ſed etiam ſui ipſius homicida reputatur, 50. diſtinct. ſi quis abſciderit,& c.ſeq.

Quod qui volens partem digiti ſui mutilauerit, ab ordinibus abſtinebit,45.diſt.qui partem.

Quod mutilator alterius non debet promoueri,55.diſt.cap.ult.

Quod ſi quis per medicos caſtrati vel mutilati eſſent propter infirmitatem,aut à barbaris propter infidelitatem, aut à dominis vt eunuchi fierent ; ſi alius inueniãtur digni, poſſunt promoueri,25. diſtinct. ſi quis à medicis.

MVTVS. Quod mutus per ſigna baptiſmum, & pœnitentiam, & alia ſacramenta petere poteſt, 26. q.6. qui recedunt.& c.ſeq.

Quod prælatus qui non redarguit vitia ſubditorum, canis mutus dicitur,43.diſt.ſit rector.

NABATH. Quod Nabath fuit pater Hieroboam,qui regnum appetens in populo Dei ſchiſma fecit,7.q.1.denique.

Quod Nabath uineam ſuam in hortum olerum commutare noluit, 23.q.8.conuenior.

NABVCHODONOSOR. Quod Nabuchodonoſor Danielem de lacu leonum, & perſecutionibus liberauit,13. quæſtione quinta,ſi preterea.

Quod Deus malos per Nabuchodonoſor flagellauit: qui poſt propter ſuperbiam mutatus mente in beſtiam cum beſtijs vixit, 23. quæſtione 3.§. primo, circa medium. & q.5.remittuntur, §. & hinc,circa medium.

Quod Nabuchodonoſor propter ſuperbiam in bouem ex humano eſt mutatus,17.q.4. miror.

Quod quia Nebuchodonoſor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella indurat[ur]; [illegible]

ciuæ ſalutis non operamur in ſinguli,9.23.q.4.Nabuchodonoſor.

NATIVITAS. Quod natiuitas triplex eſt, videlicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.

Quod natiuitas naturæ prima eſt in vtero, iuxta illud : quod enim in ea natum eſt,de qua natiuitate, de conſecr.diſt.4. firmiſſimè.

Item alia eſt naturæ ex eo vtero, ſcilicet quando puer innoteſcit, iuxta illud, Natus eſt homo in mundum. de qua.de conſ. diſt. 4. quiſquis,c.qui in maternis.

Quod natiuitas gloriæ eſt, quando depoſita vetuſtate pœnæ naſcitur homo ad gloriam, de conſecr. diſtinc. 4. poſt baptiſmum. Sic mors ſanctorum natalis dicitur,24.q. 2. ſanè quod.

Quod natiuitas gratiæ eſt quãdo naſcitur per baptiſmum iuxta illud: Oportet naſci denuo, de conſecr. diſt.4.qui in maternis.

NATVRA. Quod natura condidit omnibus nationibus ius commune,ſicut eſt maris, & feminæ coniunctio puerorũ ſucceſſio, & educatio,1.diſt.ius naturale.

Quod contra naturam coitus, ſemper fuit illicitus, & damnabilis, 32.q.7.vſus.35.q.2.nec eam 5. naturę,& cap.ſeq.

Quod violatur diuina ſocietas cum natura cuius ipſe auctor eſt, libidinis peruerſitate polluitur, 32.q. 7.flagitia.

Quod naturali iure omnia ſunt communia, & quod conſuetudo induxit meum,& tuum,8. diſt. differt.

Quod præſcientia uel prædeſtinatio diuina nullã naturę infert neceſſitatem, 23. q. 4. Nabuchodonoſor.

Quod in culpam cadere naturale eſt doluiſſe virtutis,de pœn.diſtin.3. ille rex.

Quod natura dæmonum in pluribus ſubtilior, & nobilior eſt quàm natura hominum,26.q.4. ſciendum.

Quod ſancti cum ex naturæ fragilitate corruerint,acriores ad currendum curſum ſalutis reſurgunt, de pœn.diſt.3.ille rex.

NAVIS. Quod nauis quę propter Ionæ fugam immergebatur, ſignificat, q propter exceſſus maiorum contingit afflictio minorũ,1.q. 4. eccleſia 5.his ita,poſt medium.

Item in hoc quod multa merita apoſtolorum nauigabant, & proditoris perfidia nauis procellis agitabatur,naufragatur, quod propter unius malitiam multi boni puniuntur. 24.quæſt.1.non turbatur.

Quod Paulo cauſa prædicationis in Italiam uenienti nauis cõcutitur, innuitur, q aduerſitas bonis uotis obijcitur.7.q.1.aduerſitas.

Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcuſſa fuerit, conſtantiam prędicatoris in aduerſitate innuit.7.q.1.aduerſitas.

Quod periculũ eſt prælato qui nauẽ eccleſię regit, & rectũ tenere non nouit,40.diſtin.ante omnia ,in fi.

Quod ſicut nauigantes multis periculis ſe exponit ; ſic qui vxorem ducit.17.q.2.nos.

Quod ſicut nil intereſt vtrum nauis vno grãdi fluctu, aut p rimas paulatim aqua intrãte ſubmergatur, ſic parua peccata multiplicata tantum opprimũt, vt vnũ grande, de pœn.diſt.1. medicina.circa med.

NECESSITAS. Quod neceſſitas eſt duplex, videlicet ſimplex, vt eſt neceſſe omnes homines mori, 23. q.4. Nabuchodonoſor.

Alia eſt conditionis, vt cum quis ſcit aliquem ambulare,neceſſe eſt ambulare. Sicut nulla neceſſitas cogit incedere volentem, tamen neceſſe eſt eum incedere : ſic quæ ex nulla neceſſitate naturæ, ſed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus præuidet, & neceſſe eſt ea eſſe,28.q.5. Nabuchodonoſor.

Quod neceſſe eſt prædeſtinata adimpleri. ibid.

Quod non eſt culpabile, quod neceſſitas infert.30.q.1.ad limina.

Quod neceſſitas non habet legem, 1. q.1. remiſſionem.

Quod neceſſitas facit licitum, quod alias non eſſet licitum, vt patet in translationibus epiſcoporũ, 7.q. 1. mutationes.

Quod translationes epiſcoporum vel communis vtilitas vel neceſſitas debet perſuadere, 7. quæſt.1. huius, & 4.cap. ſeq.

Quod opera neceſſitate vrgente facta non ſunt laudabilia, 57.diſtin. ſi quis

Quod adultus neceſſitate cogente baptizatus non eſt ordinandus. ibidem.

Quod id quod ex neceſſitate conceditur, ceſſante neceſſitate debet ſolui,de conſecr.diſt.5. quidquid.

Quod illud quod ex neceſſitate fit non fit ex ordine legitimo, ſed vſurpato : vnde ceſſante neceſſitate debet ceſſare,& id, quod pro neceſſitate ſtatutum eſt, 1. quæſt. 7. quod pro remedio, 9. q.1.ordinationes,in fine.

Quod in neceſſitate extrema pœnitentibus ſacramenta non ſunt neganda,26.q. 7. tempora pœnitudinis.

Quod in neceſſitate patri ſiue patriſſiue omnibus alijs baptizare permittitur,30.q.1.ad limina.

Quod neceſſitas facit aliena propria, quia tempore neceſſitatis omnia ſunt cõmunia,47.diſt. ſicut,in fin.

Quod clericus raptor eſt,qui vltra neceſſaria pauperibus non erogat, 16.q.1.ca.quoniam

Quod tẽpore neceſſitatis prius ſubueniendum eſt propinquo quàm alieno,86.diſtin. non ſatis.

Item alieno prius iuſto quàm peccatori, 86. diſt.fratrem, §.in ipſa, & c.non ſatis.

De hac materia habes vbi agitur de Ceſſione.

NEGATIO. Quod negatio Chriſti non

ſti non tantum ſit in verbis. ſed etiam in ſenſu.11.q.3. exiſtimant.
Quod ille negat Chriſtum,qui(cum ſit) ſe negat eſſe Chriſtianum,11. q.3.non ſolum.
Quod quoties vitijs vincimur,& peccamus,toties Deum negamus,11. q.3.exiſtimant.
Quod qui veritatem pro pecunia negant, Deum qui veritas eſt vendunt.11.q.3.abijt.
Quod qui negant miſericordiam faciendam parientibus ipſam Chriſtum qui miſericordia eſt,negant. 7.q.1.omnis.
Quod quanta vita eſt cõfiteri Chriſtum tãta mors eſt negare ipſum, 11.quæſt.3.non ſolum,§.idem timendo.
Quod Petrus negauit Chriſtum,cum ſe negauit eius diſcipulũ, 11. q.3. non ſolum.
quod illi errant qui Petrum de negatione Chriſti excuſant. 11.q.3. nõ ſolum,§.idem timendo.
quod de vno negatur,de plurib.conceditur.ibidem.
quod negatiua probari non poteſt, 6.q.5.§.vlt.
NEGLIGENTIA. Quod negligentia eſt eruditionis nouerca, 83.diſtin.nihil.
quod negligentia arguitur in excuſatione boni operis. 84.diſtinctio. peruenit.
Item in ſubueniẽdo miſeris.12.q.2. aurum,& c.ſeq.86.diſt. fratrem.
Item in corripiendis peruerſis, 83. diſt.error. 2.q.7. ſicut inquit cap. negligere.
Itẽ in eruditione prædicationis, 83. diſt.nihil.43.diſt.ſit rector.
Item in defenſione pauperis,84.diſ. §.1.& c.peruenit,& c.ſeq.
quod negligentia prælatorum cedit in diſcrimine ſubditorum, 40.diſ. ſi Papa.
quod negligentia correctionis perdit diſciplinam in ſubditis, 25.q. 3.iuſtum.
quod negligẽtes rectores multas ſæpe nutriunt peſtilentias dum diſſimulant adhibere diſciplinã, 86. diſt.inferiorum.45.diſt.ſed illud.
quod negligere, & non perturbare peruerſos nil aliud eſt quam fouere,83.diſt.error.
quod ſi negligenter quæ male vſurpantur corriguntur excedendi via alijs aperitur,93.diſt. peruenit ad nos.
quod ſufficit clericis turbis negligentibus adæquari, 8. quæſtio. 1. cap.vlt.
quod deſolatio debet eſſe prælato vbi clericos videt eſſe negligentiores in bono quã laicos, 8.q.1. quid autem,25.q.1.nulli.
quod prælati de negligentia arguuntur,& puniuntur, 22. q.j. ſi quis, 17.q.j ſi cuſtos.
quod negligentia poſt admonitionẽ aggrauatur quantum ad culpam, & quantum ad penam, 12. q. 2. indignè.
Quod prælati pœna de negligentia eſt depoſitio.81.diſt. dictum, 11. q.3.placuit.
quod negligentia inferiorum ſuppleri debet per ſuperiores,8.q.3. Arialdus.9.q.3.cum ſimus.
NEGOTIATIO. Quod negotiatio non eſt in ſe mala.88.diſtin. quoniam non.
quod duplex eſt negotiatio: videlicet licita, & illicita, 88. diſtinct. fornicari.
quod negotiatio ſine periculo minime exerceri poteſt, de pœn. diſt. 5.qualitas.
quod negotiatorem excuſat vel arguit qualitas negotij, de pœ.diſt. 5.qualitas.
Quod de ſubſtantia mali negotiatoris nouiſſime non remanet niſi ſolum peccatum, 88. diſtinct. ejiciens.
Quod negotiatio inhoneſta clericis eſt interdicta. 88. diſtinct. conſequens. Nam nemo militans Deo impliceat ſe ſæcularibus negotijs.
quod negociatorem clericum, & ex inope diuitem,& ex ignobili glorioſum,quaſi quandam peſtem fugias,88.diſt.negociatorem.
quod negotiatio cupiditatis prohiberur clericis,88.diſtin. decreuit, 14.quæſt.4.clerici,& capit. canonum.
quod negotiatio pietatis ut inde ſubueniatur uiduis, & pupillis, permittitur clericis, 78. diſtinct. decreuit.
NEGOTIVM. Quod negocia circa maiora cautius, & diligentius ſũt diſcutienda, 42. diſtinctio. quieſcamus.
quod pleraque ſunt negotia quæ ſine peccato aut vix, aut nunquam exerceri poſſunt, de pœn. diſt. 5. negotium.
quod perfectis non eſt peccatum repetere negotium quod ante ſine peccato exercuerunt,de pœn.diſtin.5.negotium.
NEOPHYTVS. Quod neophytus dicitur qui nouiter eſt in fide uel religione plantatus. 47.diſt. ſicut.
quod non debet in epiſcopum ordinari, ne in ſuperbiam erigatur, quia talis neſcit humilitatem obſeruare,48.diſt.§.1.
quod ſimonia neophytorum hæreſis dicitur,quia aliquando dabant pecuniam ut citius promouerentur,1.q.1.quiſquis.
quod neophytus expedit pluſquam alijs cibis delicatis, & a vanitatibus abſtinere,de conſecrat. diſt.5. neophyti.
NECROMANTIA. Quod necromantia eſt quando per incantationes uidentur reſuſcitari mortui, diuinare, & ad interrogata reſpondere,26.q.5.nec mirum.
quod quando necromantia ſit, error quæ miſcetur, ut colore ſanguinis dæmones innocenti facilius pernocentur.ibid.

De hac materia habes vbi agitur de Damonibus.

NOBILITAS. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum. 40.diſtin.nos.
quod nec loci nec generis nobilitate.ſed virtute Chriſti acquirit gratia,40.diſt.illud.cap.ſeq.
quod quia Adam nobilitatẽ Dei per peccatum obiecit, nobilitate priuatus fuit.40.diſt.Adam.
quod nobilitati deferrur in pœna impoſitione pro exceſſu. 34. q. 1. qui contra.
NOMEN. Quod nomen aliquando propter facti deteſtationem deprauatur,17.diſt.malitia.
quod nominis interpretatio vel diffinitio diligenter eſt aduertenda. 12.quæſt.1.clericus qui.15.quæſt.1. cap.1.
quod a Chriſti Chriſtiani nominantur, de conſecrat.diſtinct. 4. poſtquam aſcendit.
quod ſola nominatio non ſufficit ad condemnationem. quia ſæpe innocentes in falſo crimine nominantur,22.q.1.multi,in fine.
quod ſophiſticatio nominum in matrimonij contractu, cum dicit ſe Virgilium, cum ſit Plato, dirimit matrimonium,26.q.1.§.1.
NOTORIVM. Quod notorium nec accuſationem, nec probationem requirit.2.q.1. de manifeſto. & cap.ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de Iudicio publico.

NOVITIVS. Quod nouitij in fide, ſiue in religione auſteriores alijs debent viuere.de conſecr. diſt.n.5.neophyti.
quod in religionem intrans tempus probationis vnius anni debet habere.17.q.2.Gonſaldus.
quod incognitus ante triennii non debet recipi ad profeſſionem, & intra hoc tempus ſi ſit ſeruus, aut vxoratus.debet repeti.17.quæſt.2. ſi quis,19.q.3.monaſterijs.
quod nouitij intra tempus probationis non debent ad ordines promoueri,48.diſtinc.ſicut.
quod in multis deferendum eſt eis, ne ratione nimiæ auſteritatis tanquam minus radicati retrocedant. 25.quæſtio.3. cap.quædam lex, §. quod ſcripſi.
NVPTIÆ. Quod nuptiæ dicuntur à nubendo, eo quod puellæ pudoris gratia caput obnubere, vel velare ſoleant,30. quæſtio. vlt. nec illud.
quod nuptiæ terram implent, virginitas paradiſum. 32. quæſtione 1. nuptiæ.
quod velle nubere poſt votum caſtitatis damnabile eſt, 27. quæſtio.1. nuptiarum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio, & vbi agitur de Diuortio, & vbi agitur de Bigamis.

Digitized by Google

OBEDIENTIA. Quod obedientia eſt quidquid a ſuperiore vtiliter impetratum fuerit obtemperare.33.q.1.ſumma.

quod obedientia ſola fide meritum poſſidet, ſine qua quiſquis fidelis conuincitur, & infidelis eſſe iudicatur,8.quæſt.prima,ſciendum,in fine.

quod obediẽtia in ſcriptis debet per mitti.23.d.quamquam.

quod obediendo in defideratis, & obediendo in contrarijs prẽter voluntatem, nulla eſt obedientia,8.q.1.faciendum.

quod obedientia propria voluntate mactatur, 8.q.1.ſciendum.

quod obedientia quia cogit eſſe ſub aliena poteſtate,nihil debet habere proprium,8.q.prima,non dicatis.

quod obedientia eſt fructuoſa, quia per ipſam in præſenti meremur gratiam Dei.93.diſt. nulla, & cap. ſeq.

Item futuram per ipſam meremur ſalutem. 93.diſt. ſi inimicus, 11.q.3. qui ergo.

quod ſine ipſa incurrimus æternam reprobationem, 93.d.nulla, & ca. ſeq.

quod propter obedientiam eſt bonũ omittendum, ſed nunquam malum mortalis culpæ committendum, 11.q.2.quid ergo.

quod alijs præpoſitus non debet ferre moleſte aliquem ſibi prælatum eſſe,ſed obedientiam quam exigit ab alijs,ipſe impendat. 25.diſtinc. quamquam, ſecunda, quæſtio.6. qui ſcit.

quod vbi duo ſuperiores mandant, vel præcipiunt oppoſita, non eſt obediendum, 11.q.3. ſi is,8.d.quæ contra.

quod in dubijs ſemper eſt obediendum,23 q.1. qui culpatur,ante ſi.

quod non eſt ſemper malũ non obedire, quia cum præcipitur aliquid contra Deum,prælato non eſt obediendum, 11.qu.3. non ſemper,& octo.c.ſeq.

quod ſeruus obedicns domino ſuo in malo, excuſatur pro tãto,quia ſeruus. ſed non pro toto.12.qu.5. qui compulſus, 86.diſt.quid prodeſt.

quod ſuperioribus ſtatim eſt obediendum, 93.diſtinct.ſi inimicus.

quod Deo principaliter obediendũ, 8.d.quæ contra.11.q.3.Imperatores.

Item poſt Deum Romanæ eccleſiæ diligentius, 12.d.præceptis. 93.d. obedientiam.

Item epiſcopis,7. q.1.quia frater.

Item ſæcularibus poteſtatibus.8.diſ. quæ contra.

Item abbatibus religioſis,17.q.2.abbates.

Item quilibet ſuo ſuperiori. 93.d.a ſubdito.

quod ideo Deo principaliter eſt obediendum, quia ſuæ poteſtas maior minoribus proponitur ad obediendum ſic Deus omnibus hominibus,8.d.quæ contra.

quod poſt Deum ideo Romanæ eccleſiæ eſt obediendum, quia ipſa eſt caput,& mater omnium eccleſiarum, 12.d.non decet, & ca.ſeq. 93.d.ſi inimicus.

quod epiſcopo a clericis, & ſacerdotibus ſuæ diœceſis eſt obediendũ, & reuerentia debet eis exhiberi, 7.q.1.quia.

quod ſæcularibus poteſtatib. ſic eſt obediendum, vt Deus non offendatur, 8.d.quæ contra,15.q.6.nos & c.ſeq.

quod abbati monachi,& alij religioſi ſpecialius ſuo prælato in his q̃ ſpectant ad regulam, quàm epiſcopo tenentur obedire,ſicut clericus tenetur plus ſuo epiſcopo, obedire, quam archiepiſcopo, 18.qu.2. ſit,§.nullus, & cap.abbates.9.q.3. conqueſtus.

quod omnibus ſuperioribus, dummodo non ſint hæretici, licet ſint alias mali,quamdiu tolerat eos eccleſia, eſt eis obediendum, 2.q.7. ſacerdotes.

quod iudex obediendo poteſtati legitimę ſi quemquã occiderit, non culpatur.23.qu.5.Miles & ca.cum homo.

OBLATIO Quod oblatio eſt duplex, videlicet ſpiritualis, quæ eſt corpus,& ſanguis Chriſti,& temporalis, quæ fit ex rebus mundi. de conſec.d.2.tribus, in fi.

quod oblatio Euchariſtiæ quæ proprie ſpiritualis eſt, omnem oblationem præcellit.de conſecra.d.2. nihil.

quod ab omni ſorde purgati debent hanc oblationem offerre, 50.d.& purgabis,81.diſtinc.oportet,in fine.

quod immundi ab hac oblatione prohibentur, 82.diſtinctio.propoſuiſti.

quod licet hæc oblatio ſancta ſit, nõ tamen ind gne offerens eam ſanctificatur, ſed plus polluitur, 1.q. 1.prophetauit.

quod in oblatione rerum temporalium Deus plus penſat voluntatẽ offerentium quam oblatum, 24. q 1.odi.14. qu.3.ſcriptum.45.diſt. duæ,15.quæſt.6.capitulo primo,§. ſeq.

quod quilibet Chriſtianus videtur teneri offerre in feſtiuitatibus. de conſecra. diſt.prima, omnis Chriſtianus.

quod oblatio iniqui eſt maculata,& ideo infructuoſa, 14.qu.3.immolans.

quod oblationes iniquorum non reſpicit Deus: ſicut ad munera Cain non reſpexit, 3.qu.7.in grauibus.

quod quidquid in ſacrificio Dei ex ſcelere offertur: non placat ipſius iracundiam, ſed irritat.1.q.1.non eſt putanda.

quod oblationes diſcordantium, & pauperes opprimentium, nõ ſunt recipiendæ, 90.d.oblationes,& c. ſeq.17.q.4.mitor.

Quod retinentes oblationes defunctorum, necatores ſunt pauperũ, 13.q.3. qui oblationes, & duobus c.ſeq.

Quod laici oblationes altarium, & præcipue beati Petri, & ſãctæ Mariæ rotundæ accipere ſub anathemate prohibentur.10.q.1.quia & capitulo ſequen.12. quæſt. prima, nulli.

Quod olim de oblationibus fiebant quatuor partes. 12.q.2.vobis,& c. Vulteranæ, & ſeptem.c.ſeq.

Quod voluntarie oblata poſſunt accipi ſine peccato, 13.qu.2.queſta, & c.poſtquam, & c.ſeq.18.d.de eulogijs.

Quod indignũ eſt offerre Deo quod dedignatur homo, 49.d.ca.viti.in fin.

Quod illi oblationes,non debẽt percipere, qui vix valent pro ſe, nec pro alio orare, 10.qu.1.hanc.

OBLIGATIO. Quod obligatio fit propter futuram cautelam,1.q. 7.quoties cordis.

Quod obligatio quandoque fit ſub pœna excommunicationis, 1.q.7. quotieſcunque,de conſec.d.2.ego Berengarius.

Quod coram Deo tantũ obligat ſimplex verbum quantum iuramentum,22.q.5.iuramenti.

Quod bona eccleſiarum laicis obligari non debent, 86.diſtinct. peruenit.

Quod obligati ad raſocinia non debent ab ordine promoueri, 55.d priſcis.

OBSTIMATIO. Quod obſtinatio eſt conſilijs ſalutaribus nolle acquieſcere,48.d.quod ad.

Quod obſtinati eſt qui inſpirationem, vel reuelationem ſibi factã in eo quod errauerat, perſeuerat, 8.d.conſuetudo.

Quod obſtinati in malitia Deus nũquam miſeratus fuit, nec miſerebitur,24.q.3.legatur, & c.damnationis.

Quod ideo obſtinati indigni ſunt venia, quia peccant ex certa malitia, 8.d.conſuetudo,82.diſtin.quia,in fin.

OCCASIO.Quod occaſio non eſt danda alicui per malum exemplũ, 12.qu.1.nolo.

Item nec per fauorem, nec per auxilium,14.qu.6.c.1.circa,med.

Quod ſacerdos dat puero occaſionẽ damnationis cum propter ſui auaritiam moritur non baptizatus,1. qu.1.placuit.vt vnuſquiſque.

Quod non omnia quæ bono animo fiunt, licet dent alicui occaſionem mala committendi, culpatur, 23. qu.5.de occidendis,& ca.non ſimſitra.

Quod qui in ludo licito,vel alio modo alterius fuerit præter intentionem occaſio mortis, non culpatur.50.diſt.eum qui.& quatuor cap.ſeq.

OTIVM

OTIVM. Quod otium ſiue commodum proprium nemo vtilitati eccleſiæ debet præponere: ſed vocatus ad regimen mit. corde debet obtemperare, 16.qu.1.vos.

quod prælatus plus tenetur ouibus commiſſis quam otio contemplationis intendere, 7.quæſt.1.ſuggeſtum.

quod nemo debet loco orationis attendere fabulis otioſis, 35.d.vnū, §.alias, ante ſi.

quod de omni verbo otioſo reddenda eſt ratio, 22.q.1.5.quoties.

quod incongruum eſt otioſum eſſe, & de alieno labore victum quærere, 23.qu.1.eccleſias, §.proximo, in fin.

quod ſemper aliquid operis facito, vt te diabolus ſemper inueniat occupatum, de conſecra. diſt.5.numquam.

quod prodeſt malefactores truncare quia ab inſania vitæ ad ſanandum otium diriguntur, 23.q.5.c.1.circa med.

quod non licet Chriſtianis in calendis otij vacare, & ſuperſtitionibus intendere, 26.qu.vlt.non licet.

OCCIDERE. Quod occiditur quis multipliciter, videlicet actu in corpore, de pœn. diſtin.1.homicidium.

Item odio in corde, ibid.

Item detractione in ore, ibid.

Item panis ſubtractione. 86.d. paſce, 14.q.5.immolans.

Item in delinquentium non correctione, quia cum paſtor delinquentes non arguit, tacendo occidit, 43.d.Epheſijs.

OCVLVS. Quod oculus impudicus impudici cordis eſt nanciſcitur. 32.q.5.nec ſolo.

quod non tantum ſufficit oculos caſtos cuſtodire, ſed etiam linguam. 6.q.1.ex merito, in ſi.

quod præcipue clerici non debent incedere vagi oculis, nec lingua effræni, 23.d.his, circa med.

quod qui iniurioſe iuſtos tangit, 2.qu.7.accuſatio quoque.

quod epiſcopi ſunt oculi Dei, 6.q.1.ouet.

quod diaconi, qui nunc dicuntur archidiaconi, ſunt oculi epiſcopi, quia vice ipſius debent totam diœceſim perluſtrare. 93.d.diaconi eccleſiæ.

quod priuatus oculo qualicumque ex cauſa priuatur ſacerdotij iure. 55.d.ſi Euangelica.

ODIVM. Quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicātur. de pœnit. diſtin. prima homicidium.

quod odio debent haberi peccata, non homines, 85.diſtin.odio, 23.q.4.duo.

quod clerici maxime debent odium, & æmulationes fugere, 23.diſtin. his igitur.

quod nemo poteſt veram pœnitentiam agere, nec gratiam baptiſmi recipere, niſi primum dimittat odium in corde, de pœn.d.5.falſas, de conſecra. diſtinc.4.quomodo, in ſi.

quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmiſſa per presbyteros, a cœtu fidelium eſt expellendus, d.90.placuit.

quod probatur odiſſe vitia qui arguit delinquentes, 86.diſtin.infectorum.

OFFICIVM. Quod officium aliud eſt ſæculare, aliud diuinum, ſiue eccleſiaſticum, 59.diſt.ſi officia.

quod officium ſæculare aliud eſt licitum, quod ſine peccato exerceri poteſt, aliud illicitum, quod ſine peccato exerceri non poteſt, de pœn.diſt.5.falſas.

quod officium illicitum eſt deſerendum, quia exiſtendo in ipſo, pœnitentia non poteſt agi. de pœn.d.5. falſas.

quod occupantes ſe illicitis officijs ab eccleſiæ officijs ſunt expellendi, 88.d.conſequens eſt.

quod clericis artificio licet victum quærere abſque diuini officij detrimento. 91.diſtinct. clericus, & c.ſeq.

quod officium diuinum ſiue eccleſiaſticum eſt diligenter exequendum, 12.diſt.de ijs, 91.diſt.presbyter.

quod officium Metropolitanum eccleſiæ obſeruandum eſt per prouinciam, 12.d.de ijs, de conſe.d.2. inſtitutio.

quod diuinum officium, præcipue miſſa, ſecurius cum pluribus exequitur, 7.qu.1.illud.

quod ordinem officij in matutinis, & in Miſſa, & in alijs horis conuenit omnibus clericis cuſtodire, de conſe d.5.conuenit, & duobus, c.ſeq.

quod poſt matutinas, & poſt veſperas ſemper Pater noſter eſt dicendum de conſecr.d.5. id ſemper.

quod ſeruitus eſt clericorum ſeptē horarum officia qualibet die perſoluere. 91.d.presbyter.

quod ſeptem horæ ibidem enumerantur.

quod clerici in ſacris, & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina. 91.d.c.vlt.

quod prælati officium diuinum, aut per ſe, aut per clericos debent expiere. 91.d.presbyter.

quod clericus diuinum officium nō explens debet deponi. 92.diſtinct. c.vlt.

quod officium diuinum plus corde quam voce eſt exercēdum, & exequendum. 92.d.cantantes.

quod publicus concubinarius Miſſam, & alia diuina officia exequi non debet, 32. diſtinctio. præter hoc.

quod officium ſimoniacorum, & in fornicatione iacentium ſcienter non eſt audiendum, 32. d. præter hoc verum, in ſi.

Miniſtros officia eccleſiæ exercētes, ſicut lectores, acolythos, ſubdiaconos ſacerdotes, & archiepiſcopos & epiſcopos, & alios, habes quoſlibet in hoc opere in ſuo loco cū ſuo officio declaratos.

quod officia eccleſiaſtica ſingula ſingulis perſonis ſunt diſtribuenda, 86.d.c.1.

quod quantumcumque exercitatæ perſonæ duo officia vno tempore non ſunt committenda, 89.d.ſingula.

quod in eccleſię officijs vitāda eſt ille cōſanguinitatis ſucceſſio: ne hæreditatio iure credant ſe ea vendicare, 8.qu.1.Apoſtolica.

quod potius ſunt danda extraneis bonis, quam propinquis malis, 8.qu.1.Moyſes.

De officijs eccleſiaſtic habet vbi agitur de beneficijs, & vbi agitur de Eccleſia. De officijs diuinis habes vbi agitur de Cantu, & celebratione, & vbi agitur de Euchariſtia, & vbi de Miſſa, & de Ordine.

OMISSIO. Quod omiſſo caſu, vel per errorem contingens caute eſt ſupplenda, 1.qu.1.ſpiritus, §. proxi.7.quæſt.1.nihil, 51.diſt.ſoli citudo.

quod quando ſubſtantiale omittitur, non valet quod agitur. de conſec.d 4.in ſynodo, 22.q.3.animad uertendum, de pœn.d.4.fratres.

quod quando aliquid propter maius bonum omittitur: non cōtemptus, ſed prouidentia iudicatur, 63.d.Hadrianus.

OPERA. Quod opera bona vigilanter ſunt facienda, 86.d.fratrem.

quod quotieſcumq; bonum agimus, Deum confitemur: ſicut e contra malum faciendo ipſum negamus, 12.q.3.æſtimant.

quod Deus in operibus, bonum plus reſpicit animum quam actum, 15. q.6. ſi quandoque a ſacerdotibus, in ſi.

quod vbi Chriſtus non eſt fundamētum, nullius boni operis poteſt eſſe ædificium, 1. quæſt.1.ca.cum Paulus.

quod Deus de malis actibus hominum, bona operari conſueuit, 23. q.5.relegentes.

quod opera non ſunt præcipitanda, ſicut nec conſilia, 50. diſt. ponderet.

quod non ſolum reſpiciēda ſunt opera, ſed etiam circumſtantiæ operum, videlicet tempus, cauſa, voluntas, perſonarum differentia. 23.qu.8.occidit, de pœn.d.2.vt cognouerunt, §. opponitur.

quod nemo debet mutari de afflictione bonorum, & de proſperitate malorum in præſenti: quia afflictio eſt bonis in iudicium ſalutis, & proſperitas malis in iudicium reprobationis,de pæn.diſtinc.3. ſi quando.
quod frequenter qui non meruerunt ſunt a Deo propter alios puniti, 42.d.§.1.
qnod punitur quis pro alio a Deo temporaliter, æternaliter nullus. Anima enim quæ peccauerit, ipſa morietur,24.q.3.§. primo poſt medium.
Item punitur quis a Deo pro alio tẽporaliter,iuſtus pro iniuſto, vt Petrus pro Iuda,24.quæſt.1. non turbatur.
Item punitur a Deo iniuſtus propter iuſtum, ſicut Maria murmurãs ꝓ Moyſe lepra percuſſa eſt,2.q.7.plerumque,§.hoc etiam.
quod punitur quis ab homine pro alio corporaliter vt in crimine læſæ maieſtatis vel hæreſis,6.q.2.quæro ergo,§.verum, & §. ſeq.
Item punitur quis ſpiritualiter pro alio,vt in excommunicatione, 17. q.4.miror.
quod punitur quis pro alio ſpiritualiter, vt in priuatione diuinorum officiorum,familia propter dominũ priuatur,11.q.3. ſi quis epiſcopus damnatur, & c. ſeq.
quod illi nõ puniuntur a Deo bis in idipſum, qui in flagellis pœnitentiam egerunt.de pæ.d.3. ſunt plures.§.auctoritas.
quod pluribus de cauſis Deus flagellat homines temporaliter.de pæn. d.1.ſunt plures,§.auctoritas.
quod qui in pœnis duriores efficiuntur, temporale ſupplicium fit eis ad æternæ damnationis ſupplicium de pæn.diſt.3.ſunt plures,§. auctoritas.
quod Deus quandoque punit pauperes vt ex hoc multitudo ad pœnitentiam prouocetur,23.quæſtio 4. Guiliſarius.
quod pœna temporalis meritorie infligitur ab homine, quia niſi fieret multiplicarent malefactores, 23 q.4.eſt iniuſta.
quod pœna criminis ex tempore legis eſt quæ crimine inhibuit, 32. q.4.dixit Sara.
quod culpa eſt non punire culpã,28. d.quia ſunt.
quod ad innocentis ſpectat officium non ſolum culpam cauere, ſed etiã punire peccatum, 33. q.5. non eſt innocentiæ.
quod maxime prælatus graniter offendit qui culpam impunitam dimittit,23.q.4.ſi is qui.
quod in quo quis peccat,eſt puniendus,94.d. ſi quis.
quod pœna quandoque par debet eſſe in vno peccato delinquentiũ ſicut in ſimonia,vbi accipiẽs,& dãs æqualiter punitur,1. q.7. per illicitam,§.ſancimus.in fi.
quod par pœna agentes.& conſentiẽtes debet comprehendere, 17. q.4. omnes.
quod quandoque in eodem peccato varietas perſonarum conſequitur varietatem pœnarum, 12. q.2. fraternitas,14.q.6. c.1.in fi.
quod pœnæ non ſunt exaſperandæ. de pæn.diſt.1.hæc autem uerba,§. pœnæ.
quod pœna non eſt vlterius protrahenda quam delictum fuit in excedente repertum.
quod pœnæ aggrauantur ſecundum qualitatem delicti,24.q.1. non aſſeramus.
quod quandoque aggrauantur, vt ceteris metus incutiatur,17. qu.4. frater.in fi.27.quæſtio.2. qua propter.
quod ex cauſa variatur pœna.29.diſt. neceſſe.
quod aliquis punitur ſine culpa, ſed non ſine cauſa, ſi quis contrahens cum corrupta,quam credit eſſe virginem, & bigamus efficitur, 31.d. qui in aliquo.
De tribus generibus hominum,quorum pœnæ ſunt diſſimulandæ & diuino iudicio reſeruandæ,24.q.4. num in lege,§.his ita.
Quod ſtultus in culpa, ſapiens ſit in pœna 38.d.qui ea,27.q.1. ſi cuſtos. circa fi.
quod puniuntur animalia cum quibus homines peccauerunt, ne refricetur facti memoria, 15. q. 1. mulier.
quod rigor pœnarum canonicorum temperatur propter neceſſitatem temporis & utilitatem,1. quæſt.7. requiritis.
quod una pœna eſt maior altera diuerſimode, videlicet ratione effectus ut excõmunicatio quæ maior eſt omnibus,24.quæſt.3.corripiantur,occidit enim animam,24.quæſtione 3.ſi habes,11.q.3. nemo epiſcoporum.
Item ratione durationis,ut degradatio quę maior eſt propter durationem quam excommunicatio, 50. d.ſi epiſcopus presbyter.
Item ratione aſperitatis, ut pœna corporalis, quæ maior dicitur, quia actualiter ſentitur, 24. q. 4. ſi habes.

Item

Digitized by Google

Item ratione opprobriositatis, vt pœna suspensionis in patibulis, verberationis per ciuitatem, 23.q.5. cap.primo.

quod in inferenda pœna multa sunt consideranda, videlicet dignitas, quia talis punitur per dignitatis subtractionem. 50.dist. contumaces, 2.q.8.quisquis.

Item diuitiæ siue nobilitas, quia talis plus punitur pœna pecuniaria, quam corporali, 24.q.1.qui cõtra.

Item paupertas, quia talis plus punitur pœna corporali quam pecuniaria, 24.qu.1.qui contra.

Item ordo, quia in ordine constituti sunt moderate flagellandi, alias excommunicatio incurritur, 45. dist.in.cum beatus.

Item religio, quia regulares aliter sunt puniendi, quam alij, 18.q.2. quidam monachorum.

Item mentis insania, quia talium excessus non imputatur ad pœnã, 15.qu.1.si quis insaniens.

Quod pœna ecclesiastica est dignitatibus priuare, 16.quæstio.6.si episcopus.

Item in monasterijs pro pœnitentia recludere, 16.quæst.6.de lapsis, & cap.episcopo.

Item in carceri vel exilio deputare, 17. q.4.attendendum.

Item in pecunia, & etiam in alijs rebus condemnare, 17. quæstio.4.si quis contumax. & capitu. si quis deinceps, 21.quæstio.5.si quis cuiusl bet.

Item corporaliter flagellare, 23.q.5. cap.1.post medium, 32.quæstio.1. de benedicto.

Item excommunicare, 16.qu.4 nullus. c.si quis deinceps, & cap.seq. & c.diffiniuit.

Item contumacibus pœnam augere, 74.dist.honoratus, in fi.23.q.5.de Ligutibus, 31.dist.quoniam, in fi. 34.dist.quorundam.

quod pœna purgatorij, & si non sit æterna, tamen grauis est, excedens omnem pœnam præsentis vitæ, 25. dist.qui in aliud.

De officijs ecclesiæ, habes vbi agitur de Purgatorio.

Quod pœna æterna in peccato perseuerantibus & fidei transgressoribus, 12.q.1.scimus.

Quod iuste punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita numquam voluerunt peccato carere, numquam careant supplicio, de pœnit.distin.1.si iacentes, §.potest etiam.

Quod grauius ibi puniuntur Christiani quam pagani, 12. quæstio.1. scimus.

Quod in pœna æterna non minus ardebit qui cum pluribus ardebit, 2. q.1.multi, in fi.

quod quidquid est contra conscientiam, s. præcepti, vel prohibitionis, ædificat ad gehennã, 28.qu.1. omnes, §.ex his.

PÆNITENTIA. Quod pœnitentia est duplex, videlicet Dei, & hominis, 22.q.4.incommutabilis.

Quod pœnitentia Dei est a seipso ordinata, cum voluerit immutare, 22.q.4.incommutabilis.

quod pœnitentia hominis est quæ illi dolentis vindicta, semper puniẽs in se quod dolet admisisse, de pœ. dist.3.quamuis caute, §.hac auctoritate.

quod pœnitentia, est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. de pœnit. dist.3.§.1.circa principium.

Quod pœnitere est quasi semper pœnam tenere, de pœnit.dist.3.circa princ.

Quod pœnitentia, est secunda tabula post naufragium, de pœnit.dist.1. §.secunda, ante c.medicina.

Quod pœnitentia alia est priuata, alia solemnis siue publica, 5.dist.si quis post, §.seq.

quod priuata diuersas habet species, de pœn. dist.1.medicina.

Quod alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum, de pœn. dist.3. quamuis caute, §.hac auctoritate.

Quod ante ipsam peccatori non datur à Deo misericordia, 50.distinc. quia sanctitas.

Quod sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita falsa Deũ irritat, de pœnit.distin.3.cap.in tantum, §.siue, in fi.cap.inter hæc, 2.circa finem.

Quod falsa pœnitentia est cui numquam venia promittitur, de pœn. distr3.in tantum, §.siue.

Item falsa pœnitentia est cũ res aliena per quam contractũ est peccatum, non restituitur, 14.q.6. si res.

Item falsa pœnitentia est, quando de pœnitentia agitur pœnitentia, 17. q.4.sunt qui.

Item falsa dicitur quæ non secundũ auctoritatem Patrum iuxta qualitatem criminũ imponitur, de pœnit dist.5.falsa.

Item falsa est cum spretis alijs peccatis, de vno solo pœnitentia agitur, de pœnit.distinct.5.fratres, & distin. 3.celeratior, §.his auctoritatibus.

Nam de vno pœnitentiam, & non de alijs agere, est quasi crudum latere lauare. de pœn.distinc.3.ille pœnitentiam.

Quod vera pœnitentia est cui numquã venia denegatur, de pœ.dist.3. in tantum, §.siue, 5.dist.§.1.in fi.

Quod per ipsam omne peccatum deletur, de pœn.distinc.3.§.siue, cap. inter hæc.2.

Item opera per peccatum sordidata facit Deo accepta, 50. dist.& purgabit, in fine.

Item facit surgere ad opera fortiora, 30.dist.quid est, in fi.& trib.c.seq.

Item restituit dignitatis officia, 50. dist. quia sanctitas tua, in fine. Exemplum ibi de Petro Apostolo, 1.qu.1.quanto.

Quod Deus peccatores ad pœnitentiam inuitat, 93.dist.diaconi sũt.

Quod Deus nũquam spernit pœnitentiam, etiam si ad summũ quis malorum perueniat, de pœnit.distin.3.illud, §.ecce.

Quod quantumcũque paruam pœnitentiam, & quantocumque paruo tempore factam Deus nõ respuit, de pœn.dist.3.illud, §.ecce.

Item sæpius iteratam Deus nõ contemnit, de pœn.distinc.3.§.hac, & §. quod autem, & c.septies.

Quod pœnitentia in vltimo momento vitæ potest esse vtilis ad salutem. 26.q.6.si presbyter, & c.seq. Exemplum ibi de latrone.

Quod dubia est pœnitentia ad vltimam necessitatem dilata, de pœn. dist.7.§.1.dist.3.§.siue.

Quod facilius est inuenire qui rectè seruauerit innocẽtiam, quam qui congruè egerit pœnitentiam, de pœniten. distinct.3.reperiuntur, §. at ego.

Qui sunt digni fructus pœnitentiæ, 50.dist.quia tua, de pœnit.distin.5. §.1.in fine.

Quod verè pœnitens semper dolet, & de dolore gaudet, de pœnit.dist.3. circa princ.ca.si apostolus.

Quod qui pœnitet, non est dicendus peccator, 32.quæstione, 1.quod autem.

Quod secretum debet quærere confessorem, de pœnit. distin.1.quem pœnitet.

Quod pœnitens debet considerare multa de quibus debet pœnitere, de pœn.dist. 5.§.1.quæ in his versibus continentur.

Aggrauat ordo, locus, peccata, scientia, tempus.
Ætas, conditio, mora, motus, copia, status.

Quod pœnitens debet promittere, vlterius se talia non facturum, 12. quæst.2.de viro, 23.quæstio.vlti. pessimam.

Quod verè pœnitens omnia quæ ei imponuntur sustinere debet libẽter, de pœniten. distinctio.2.circa principium.

Quod pœnitenti, prosunt orationes, eleemosynæ, & alia bona ecclesiæ, de pœnit.distin.6.§.1.

quod pœnitentia Nabuchodonosor dicitur fructuosa, 23.q.4.Nabuchodonosor.

Quod nullus debet pœnitentiam alteri imponere, vel absolutionem facere sine episcopali licentia, nisi sit priuilegiatus auctoritate apostolica, 16 quæst.1.peruenit.

quod confessor cum gaudio, & pio affectu debet suscipere pœnitentes exemplo Christi, 26.quæst.7.pœnitentem.

Quod per pœnitentiam contrahitur filiatio spiritualis sicut per baptismum, 30.q.1.omnes.

quod nulli pœnitenti venia debet denegari, 2.quæst.5.quanto.

Quod

Digitized by Google

Quod pœnitenti ne homines desperent quandoque est mitiganda, quia melius est reddere rationem de misericordia quàm de crudelitate. 26. quæstio. 7. de his, & cap. alligant.

Quod indiscretè imposita nocet, quia ex hoc præcedens contemnitur, & futura fugitur, 26. quæstione, alligant.

Quod in extremis nulli est denegan da, 26. q. 6. si quis de corpore, & septem cap. seq.

Quod in articulo mortis si pœnitẽs, loqui non valens per signa petit pœnitentiam, debet absolui. 26. q. qui recedunt, & tribus capitu. sequentib.

Quod clericis petentibus pœnitentiam non est neganda, 26. quæst. 6. qui recedunt.

Quod clerici quidam peius agunt pœnitentiam quàm laici, de pœ. dist. mensuram.

Quod clerici quidam prompti sunt aliis pondus pœnitentiæ imponere, sed suo digito non curant tangere, 36 q. 7. alligant.

Quod imponenda est pœnitentia secundum qualitatẽ delicti, 15. q. 1. si quis, 23. q. 5. circa fin.

Item secundum qualitatẽ delinquẽtis, 26. q. 7. tempora pœnitudinis. & quinque cap. seq. de consecr. distin. 4. de pœnitentibus, de pœni. d. 1. in actione.

quod imponitur pœnitentia ad cautelam, 15. q. 1. si quis insaniẽs, 23. q. 5. excommunicatorum.

quod criminosi sunt compellendi ad pœnitentiam agendam, 23. q. 4. displicet.

quod pœnitentia est arbitraria iuxta discretionem imponentis, 26. quæstio. 7. hoc sit, de pœn. dist. 1. mensuram.

Item est arbitraria secundum exigentiam ætatis, ægritudinis, & necessitatis, 20. q. 7. tempora pœnitudinis, & c. hoc sit.

quod licet pœnitentia sit arbitraria, pro quibusdam tamen culpis modi pœnitentiæ, à canone sunt impositi, de pœnitent. dist. 1. mensuram.

quod episcopo siue presbytero fornicanti cũ filia spirituali est quindecim annorum pœnitentia imponenda, 30. quæstione 1. si quis sacerdos.

quod decennis pro matricidio, 33. q. 2. latorem.

Item pro fornicatione religiosi, vel religiosæ, 27. q. 1. deuoram.

quod septennis imponitur pro ecclesiæ inuasione, 12. quæstione 2. de viro.

Item pro incestu, 30. q. 4. si pater.

Item pro vxoricidio, 33. quæst. 2. admonere.

Item pro homicidio, adulterio, & periurio, sed differenter, 22. q. 1. prædicandum.

quod quandoque periurantis pœnitentia sunt septẽ anni, quandoq; tres, quandoque vnus quandoque minus, secundum iuramenti differentiam. 22. q. 5. qui compulsus, & tribus cap. seq.

quod ecclesia consuevit pro quolibet peccato mortali septennè pœnitentiam iniungere, sed magis & minus aggrauare, 33. quæstione 2. hoc ipsum.

quod ab hæreticis sacramenta recipientes diuersimodè puniuntur, 34. q 1. si quis dederit.

quod pœnitentia rebaptizatorum diuersificatur. de consecr. dist. 4. quibus, & c. eos quos.

quod pœnitentia incendiariorum est, quod post damni restitutionem in terra sancta per vnum annum demorentur, 23. quæstio. vlt. pessimam.

qualiter pœnitentia solemnis, & publica est imponenda. & assumenda est, 50. distinct. pœnitentes, & cap. seq.

quod imponitur pro magnis criminibus. de pœniten. distinctio. 1. in actione.

quod iuuenibus non est facile imponenda, 50. dist. pœnitentes.

Item nec clericis nisi prius suis ordinibus degradatis, 50. dist, confirmandum. & duobus cap. s. q.

quod non debet iterari, 50. distinct. si quis post remissionem, §. proximo.

quod facientes eam non debent interim communicare, nisi in articulo mortis, 25. q. 6. si quis, & tribus cap. seq.

quod non debent malitiam secularem vel pompam exercere, de pœnit. distin. 5. contrarium, 50. dist. cap. vlt.

quod tales non possunt ad sacros ordines promoueri, 50. dist. ex pœnitentibus, & quatuor cap. sequent. & c. illud, & c. placuit.

quod quamdiu sunt in pœnitentiæ actu non possunt in curia sæculari aliquem accusare, 11. quæstio. 1. aliud.

quod post pœnitentiam matrimonio possunt vti, & de licentia contrahere, 33. q. 2. audiuimus, vsque ad finem questionis.

De pœnitentia habes vbi agitur de Contritione, & vbi agitur de Confessione, & vbi agitur de Satisfactione.

PENTECOSTE. Quod Pentecoste in eadem lætitia, & reuerentia est sicut festum Paschæ, 76. distinc. nosse.

quod in vigilia Pentecostes diaconi propter aduentum Spiritus sancti dalmaticis debent vti, & sicetamus genua non debet dici, 76. distin. de ieiunio.

quod à pascha vsque ad pẽtecostem si qui ieiunare voluerint, nõ sunt prohibendi, 76. distinctione, post pascha.

PERCVSSIO. Quod percussio est duplex, videlicet spiritualis, & corporalis. Spiritualis quæ fit verbo, Corporalis, quæ fit facto, 45. dist. cum beatus.

quod spiritualis percussio fit quando doctor inutili sermone conscientiam percutit infirmorum, 45. dist. c. vltimo.

quod corporalis percussio fit aut à Deo, aut ab homine, 6. qu. 1. cum percussio.

quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio, 19. dist. Anastasius, 11. q. 1. nec his, & c. seq.

quod diuinæ percussioni percussio hominum non debet superaddi, 7. q. 1. cum percussio.

quod percussio corporalis ab homine qui præest ad correctionem, est meritoria, 45. distinc. cum beatus, §. Salomon, & c. seq.

Nam qui emendat verbere in quem ei potestas datur, misericordiam facit. 45. dist. & qui emendat.

quod beatus Benedictus percutiẽdo corporaliter quẽdam monachum sanauit spiritualiter. 45. dist. cum beatus, §. Salomon.

quod percussio ex odio vel ira, mala est. 45. dist. quid autem.

quod prælati debent esse pastores, non percussores gregis, 45. distin. cap. primo.

quod prælati qui percussione non vitia corrigunt, sed timeri quærunt, culpantur, 46. distinct. duæ, §. prox.

quod episcopus nullum suis manibus, sed per alium debet percutere, 86. distinct. non liceat, & 5. quæst. 5.

quod episcopus vel presbyter percussor debet deponi, 1. quæst. 7. si quis omnem, in fi. 45. distin. duæ, §. ex his.

quod minores clerici ab his qui pro sunt, pro ipsorum excessibus possunt percuti, 45. dist. cum beatus, §. Salomon.

quod illud. qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei. & alteram, non ad litteram intelligitur, quia nec Christus, nec Paulus apostolus hæc ad literam implerunt. 23. quæst. 1. paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Correctione, & vbi agitur de Flagellatione.

PEREGRINATIO. Quod peregrinatio ad loca sanctorum non contemnenda, quia a sanctis Patribus est approbata, 30. dist. si quis per superbiam.

quod nulli religioso, vel clerico licet vouere peregrinationem, vel assumere sine licentia sui prælati, 20. q. 4. ca. vlt. & §. seq. de consecr. dist. 5. non oportet.

quod peregrini sanctorum, & præcipue Apostolorum vbicunque sine pedagijs, & sine alijs nocumentis debent transire, 23. quæstione quarta. si quis Romipetas, & cap. illi qui.

Quod

Digitized by Google

Quod non eſt laudabile peregrinum fuiſſe Hieroſolymis, ſed ibi bene viziſſe.12.q.2.§.Crates.

quod peregrini clerici abſque formata in alia diœceſi non debent recipi,71.d.c.vlt.

quod tranſmarini uel alij clerici peregrini non debent niſi cum quinquè ſigillis epiſcoporum ad ordines recipi, 98.d.per totum.

quod peregrini epiſcopi, vel presbyteri in via peregrinationum poſſunt occulte celebrare, 7.quæſt.1. epiſcopi, vel presbyteri, 9.q.2. per totum.

quod poſſunt tabernas ingredi,44.d. clerici.

Item licet eis mutare habitum,21.q.4.epiſcopi.

Item licet eis excommunicatis in cibis communicare,11.quæſt.3.quoniam.

PERFECTIO. Quod perfectio non admittit perſonalem rerum repetitionem,13.q.1. per totum, 12.q.1.te quidem.

quod omnes epiſcopi debent eſſe in ſtatu perfectorum, 14. q. 1. epiſcopus, & §.ſeq.12.q.1.expedit.

quod perfecti debent tẽporalia contemnere,12.q.1.clericus.

Item nil debent extra Chriſtũ quærere,12.q.1.cui portio Deus eſt.

Item totaliter contemplationi intendere,12.q.1.duo ſunt.

Item iniurias patienter tolerare, 14. q.1.quod debetur.

quod perfectis nec mentiri,nec dicere falſum eſt permiſſum, 22. q. 2. ne quis.

quod illi perfecti dicuntur in charitate qui pro fratribus parati ſunt mortem ſubire, de pœ. d.2.§.hæc quæ.in fi.

quod perfecta non videntur quæ perfectionis ordine non complentur, 7.q.1.nihil. Exemplum ibi de Miſſa per alium complenda.

PERIVRIVM. Quod periurium eſt nequiter decipere credentem, 22.q.2.c.1.

Item periurium eſt falſa iuratio ignoranter facta, hoc non eſt peccatum vbi non temere iuratur, 22. q. 2. beatus.

Item periurium eſt falſa iuratio ſciẽter facta, i. actus firmandi mendaciũ iuramento hoc ſemper eſt mortale,22.q.2.homines.

Item periurium eſt indiſcretum iuramentum, licet non ſit mortale, 22.q 4 qui ſacramento, 25. d.vnũ oratium,§. alias.

Item periurium eſt tranſgreſſio iuramenti: hoc quandoque eſt peccatũ quandoque nullum,22. q. 4. inter cetera. & c.ſeq.

quod vbi tres comites, videlicet veritas, iuſtitia, & iudicũ deſunt, non eſt iuramẽtum, ſed periurium,22. q.2.animaduertendum.

quod etiam ſi non iuretur ſuper ſacra, & iuratur in communi locutione, incurritur periurium,22.q. 1.habemus.

Quod minus malum eſt incurrere periurium quam noxia promiſſa adimplere,13.d.duo,22.q.4.vnuſquiſque.

quod periurium ſine deliberatione, vel ioco eſt cõmiſſum reputatur veniale peccatum.25.d.vnum oratiũ §.quæ autem.

Quod pœna periurij eſt ſicut homicidæ,22quæſt.4.inter cetera, circa med.

Quod periurus eſt infamis, nec admittitur ad ordines ſacros.6.q. 2. infames.

Item non admittitur ad teſtimoniũ ferendum.6.q. 1. quicumque, 22. q.5.ſi quis conuictus.

De Periurio habes vbi agitur de Iuramento, & de pœna periurij vbi agitur de pœna.

PERMISSIO. Quod eſt permiſſio prouidæ conceſſionis, vt matrimonij contractus, cauſa uitandæ fornicationis,25.d. nerui, & hæc ex toto facta excuſat.

Item eſt permiſſio indifferentis actionis, quæ non præcipitur, nec prohibetur, vt dum vir fortis petit præmium.3.d.omnis.

Item eſt permiſſio rationis, vt cum permittitur minus malum, & illicitum ne cõmittatur grauius 15. d.merui.

Item eſt permiſſio obligationis, vt cum vir permittit vxorem aliquo voto ſe adſtringere quod poſt de neceſſitate eſt implendum,33.q.5. manifeſtum.

PERMVTATIO. Quod permutatio eccleſiarum, vel monaſteriorum poteſt fieri, ſed non per ſeculares,16 q.6. nemini.

Quod talis permutatio non debet fieri cauſa leuitatis, ſed cauſa melioranda, 16.q.7.ſi quis vult.

Quod permutatio eccleſiarum non debet fieri ſine conſenſu epiſcopi, 16.q.7.ſi quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

PERSECVTIO. Quod perſecutio eſt duplex, videlicet carnalis qua malus perſequitur bonũ, & ſpiritualis, qua bonus malum propter bonum perſequitur,23.q. 4.qui ſecundum,6. q. 1. quieſcite.

Quod ſemper mali bonos perſequũtur.3.q.1.nulli dubium.

quod perſecutio ſit inuidia cordis, detractione oris, & infectione operis,6 q.1.ſunt plurimi, §. verum, & 3.q.4.detractores.

quod Deus permittit perſequi bonos, vt excellus eorum ex hoc ſuffocentur,6 q.1.ſunt plurimi.

quod diabolus præcipue prælatis perſecutionem a ſubditis procurat, ut capite langueſcente facilius membra ruant,6. q.1. ſunt plurimi, §. verum.

quod perſequi prælatum eſt perſequi Chriſtum, quia vicarius ſuus eſt,7.q.1.omnis.

Quod prælati exemplo Chriſti dẽnt perſecutores patienter tolerare, 7. q.5.ſuggeſtum, & duobus c. ſeq.

quod prælatorum eſt duplex perſecutio, vna exterior, quę reſpicit paſſionem, alia interior, quę reſpicit compaſſionem, 7. q.1. aduerſitas, ante med.

quod exterior perſecutio cum prælatio infertur ratione perſonæ, eſt exemplo Chriſti fugienda, ſed ratione gregis, vel fidei eſt conſtantur ſubeunda,7.q.1. aduerſitas.

quod prælatos iniuſte perſequẽtes ſunt infames, & exilio relegãtur. 3.q.4.clericus, & c.ſeq.

quod malos perſequi propter correctiones eorum non eſt malum, 23.q.4.ille porro, vſq; ad c. ſi non §.breuiter.

quod boni laudabiliter perſequunt malos, & mali damnabiliter bonos,23.q.4.ſi non. §. breuiter.

quod Chriſtus non eſt iniuſte perſecutus flagellando, quos expulit de templo,23.q.4.ille. §.porro.

Quod non eſt iniquitas, ſed potius pietas, criminis eſſe perſecutorẽ. 23.q.5. non eſt iniquitatis, & c.ſi propterea. & c.non vos.

quod hæreticos, & alios infideles perſequt nõ ratione zeli, ſed ratione vindictæ, vel rapinæ, non eſt ſine crimine, 23. q. 4. remittuntur, & q.7. quicumque.

De hac materia habes vbi agitur de Aduerſitate, & vbi agitur de Patientia.

PERSEVERANTIA. Quod perſeuerantia bona eſt ex virtute patientiæ,7.q.1.ſuggeſtum.

Quod perſeuerantis habenda eſt in bono propoſito conſeruando, 16. q.1.nos autem.

Item mala præterita ne redeant ſolicite cauendo, de pœn. d.2. c.quærendum, poſt med.

Item tribulationem uſque ad finem ſuſtinendo.7.q.1.ſuggeſtum.

Quod qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit,7.q.1. ſuggeſtum, de pœn. d.1. non reuertebantur.

quod illud quod voluntate fit perſeuerat, quod neceſſitate, citò ſoluitur, de conſec.d.5.quidquid.

quod retro poſt aratrum reſpicit, q. in incœpto bono non perſeuerat, de pœn.d.2.pennata animalia.

quod perſeuerantia in bono eſt donũ Dei. de pœn.d.3.ſi quis, circa fi.

quod multis Deus dat dilectionem ſui quibus non dat perſeuerantiã. de pœ d.2.c.quærendum, in fi. & §.non autem, ante fi.

quod incaſſum bonum agitur ſi ante vitæ terminum deſeratur, quia & fruſtra velociter currit qui priusquam veniat ad metas deficit, de pœn. diſt. 3. §.1. in fin. cap. incaſſum.

PER-

Digitized by Google

PERSONA. Quod persona una tātum est in Christo licet diuersæ naturæ, 15. d. canones, ante med.
Quod Arius dāmnatus est, quia ponebat inæqualitatem in diuinis personis, 15. d. canones, ante med.
Quod personarum acceptio non est apud Deum, 32. q. 4. sicut, de conse. d. 4. nec quemquam.
Item nec debet esse apud homines, videlicet in prælatorum electione 63. d. sacrorum.
Quod personarum trinitas semper est exprimenda in baptismo, de cō sec. dis. 4. de trinit. & quinque cap. seq.
Item in sententiæ executione, 2. q. 2. si quis presbyter, 11. q. 3. summopere.
Item in pœnitentiæ impositione, 26. q. 7. sacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Vtrum plures personatus vnus possit tenere, 21. q. 1. & 2. per totum.
PETITIO. Quod petitio est duplex, videlicet iusta, & iniusta, 23. q. 3. sex differentiæ ante fi.
quod iuste petitur a Deo, & ab homine auxilium, vt tribulatio remoueatur, sed iniuste petitur, vt voluptuosus status conseruetur, ibi.
quod Paulus, vt conseruaretur, non ad voluptatem, sed ad aliorum vtilitatē iuste petiuit auxilium armatorum.

De hac materia habes infra vbi ponitur plus petitio.

PETRVS. Quod Petrus a petra Christo nomen accepit, 21. d. §. decretis, ante fi.
Item dictus est cephas, idest, caput, quia principium tenebat apostolatus, 22. d. sacrosancta, 21. d. §. decretis.
Quod a Domino princeps apostolorum constituitur, vt ab ipso velut a capite in membra, velut a fonte in riuos omnis vigor spiritualis descenderet, 19. dist. ita Dominus, 21. d. in nouo, 50. d. in illis, 24. q. 1. loquitur, c. manet ergo, & tribus c. seq.
Quod super ipsum Dominus velut supra firmam petram totam ecclesiam omnino inseparabiliter collocauit, 19. d. ita Dominus, 22. dis. omnes, 24. q. 1. non turbatur.
Quod in eo quod aurem Malchi præscidit, innuitur, quod sua professione fidei, auditum infidelitatis amputauit, 24. q. 1. si Petrus.
Quod ipsum Dominus cadere permisit, vt & fortior post casum resurgeret, & ex culpa sua disceret qualiter cadentibus misereri deberet, 50. d. considerandum, & c. seq.
Quod ter negauit, & ter confessus est se amare, innuitur quod satisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti, 6. quæstio. 1. imitare.
Quod in hoc, quod dictum est Petro. Conuerte gladium tuum in vaginam, prælatis, & clericis vltio inhibetur, 23. q. 8. §. 1.
quod Tabitam suscitauit, & Ananiam cum Sapphira morti tradidit. 13. q. 8. Petrus.
quod in hoc non repulit reprehensionem subditorum, exemplum dedit prælatis idem faciendi, 2. q. 7. Petrus, & c. seq.
quod in hoc, quod Dominus Petrū post trinam negationem non statim iudicauit, exemplū dat, quod prælati non statim sunt iudicādi, sed potius corrigendi, 45. dis. licet plerumque.
quod Christus respiciens Petrum fecit eum suum deflere peccatum, 23. q. 4. sicut non est.
quod Petrus Linum, & Clerum in administrationem exteriorem assumpsit. Ipse vero Petrus orationi, & prædicationi vacauit, 8. q. 1. si Petrus.
quod Petrus, & Paulus fuerunt pares quo ad meritum, non quo ad dignitatem, in qua præcessit Petrus, 2. q. 7. Paulus Petrum.
quod ambo simul in vno die in vrbe Romana sunt occisi a Nerone, 21. d. quamuis, 22. d. sacrosancta, 2. q. 7. beati.
PHILOSOPHIA. Quod philosophia liberalium artium non reprobatur, salubrior tamen est sacra scriptura, 37. d. si quis artem.
quod scientia philosophia sicut Astrologia, & huiusmodi non ducit ad salutem, sed mittit in errorē, 37. d. legimus, §. sed, & contra.
Quod nō Dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnū Dei in simplicitate fidei est, 26. d. omnem.
Quod garrulitas philosophica garrulitati ranarum comparatur, 27. d. legimus, §. hinc etiam.
Quod in illis præcipue philosophia vituperatur, qui ipsa vtuntur ad delectationem, non ad fidei vtilitatem, 37. d. turbat, §. cum ergo.
Quod sancti quandoque vti sunt philosophia, 37. d. turbat, & c. qui de mensa, & 1. q. 1. Dominus declarauit.
quod dicta Sibillæ, & aliorum philosophorum valent ad conuincendum paganorum vanitatem, 37. d. si quid.
Quod sacra scriptura, nec sub venustate nec sub philosophicis terminis est proferenda, 38. d. ecclesiastica.
PIETAS. Quod pietas est mater boni operis, 22. q. 2. si quælibet.
Quod culpa purgatur pietate, 28. q. 2. si quælibet.
Item meretur temporaliter, & æternaliter remunerari.
Quod scientia est pietatis veteris, & noui testamenti intelligentia, 37. d. si quis artem.
Quod non est mentiendum in doctrina pietatis, 22. q. 2. primum.
Quod sub specie pietatis peccatum mortale non est committendum, 22. q. 8. ne quis.
Quod crimina punire non est crudelitas, sed pietas, 23. q. 8. legi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna, & vbi agitur de Misericordia.

PISCES. Quod pisces ad manducandum a carne abstinentibus conceduntur, 4. d. denique.
Quod pœnitentes, non piscibus, sed piscibus uti debent, 82. d. presbyter.
quod cum a carnibus abstinetur, a carioribus cibis piscium est abstinendum, 4. d. denique.
quod propter pisces malos retia prædicationis non rumpuntur, 23. q. 7. c. 1. in fi.
PLACENTIA. Quod placentia malorum a prælatis non est appetenda, 83. d. nihil.
quod placendi causa hominibus veritas non est annuncianda, 22. q. 5. primum.
quod pastor quærens lupis placere, pernicies est ouium, 86. d. nihil.
quod sicut Abraham placuit in coniugio, sic nunc placent virgines in castitate, de pe. d. 2. si enim inquit, ultra medium.
quod secundum carnem viuentes Deo placere non possunt, 82. dist. proposuisti. circa fi.
PLANCTVS. Quod planctus conuenit pœnitentibus, qui debent mala perpetrata plangere, de pœn. d. 3. §. 1.
Item conuenit bene monachis, quia monachus non habet Doctoris officium, sed plangentis, 16. q. 1. monachus.
Item conuenit compatientibus, sed discrete, sicut quādo mortui plangūtur, 13. q. 2. quam præposterē, & c. seq. §. hoc autem.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & de Lachrymis.

PLVS PETITIO. Quod plus petitur multipliciter, videlicet re, vt quando pro decem viginti petuntur, 14 q. 1. quod debetur.
Item plus petitur tempore quando ante tempus petitur, 78. d. c. 1. 2. & 3.
Item loco plus petitur quando non ubi soluere conuenit petitur, sed alibi. 33. q. 2. sine 7. q. 1. si quis episcopus.
Item causa, ut ubi duo promittūtur subalternatione, & alterum petitur quod fieri non potest, uel non debet. 13. d. nemi. 22. q. 4. vnusquisque. Exemplum ibi de Herode, & saltatrice.
POLLVTIO. Quod pollutio carnalis lasciuiæ, plus inquinat homines inter septem peccata mortalia. 32. quæstio. septima, non solum.

quod

Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando, 6. dist. testamentum.

Quod dormienti quatuor de causis contingit, aut ex crapula, aut ex naturæ superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione, 6. dist. testamentum.

Quod pollutio contingens ex crapola, uel cogitatione mala, peccatum generat, sed differenter, 6. dist. testamentum.

An taliter pollutus debeat celebrare uel communicare, habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod uigilando contingit pollutio ordinarie, sicut cum vxore propria propter quam olim aqua lauabantur, nunc autem per aquam benedictam mundantur, 33. quæst. 4. vir cum propria.

Item extraordinariè, & hoc multipliciter, videlicet per concubinatum, 36. q. 1. lex illa, §. cum ergo.

Item per adulterium, 32. q. 5. puto.

Item per incestum, 35. q. 2. & 3. de incestis, & duobus c. seq.

Quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium, 35. quæstio. 3. extraordinaria.

Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadem specie contra naturam, 32. q. 7. flagitia. & cap. vsus.

Item extraordinaria est quãdo peccatur contra naturam in alia specie, sicut cum brutis, 16. q. 1. mulier.

Quod caro quandoque polluitur fine mentis pollutione, sicut cõtingit in oppressione, 32. q. 5. §. illa.

Quod mens quandoque pollluitur sine corporis inquinatione, 32. q. 5. nec solo.

POPVLVS. Quod decem faciunt populum, 10. q. 3. vnio, in fi.

Quod propter peccatũ populi quandoque Deus dat malũ prælatum, 8. q. 1. audaster.

POSSESSIO. Quod possessio rerum multiplex reperitur, quia vel est de iure humano, 23. q. 7. c. 1.

Quod possessio terrena non lege diuina quæ vult omnia esse communia, distincta est, sed lege humana quæ statuit meum, & tuum, 7. dist. quo iure.

Quod hæretici, & infideles nec iure humano res possident, 23. quæst. 7. cap. primo.

Quod laici licitè possident temporalia, dummodo licitè vtantur, 12. q. 1. duo. in fi.

Quod labores suos bene possidet, qui non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possidet, 23. q. 7. quemadmodum.

Quod iniustè possidentur male acquisita, & male detenta, 14. q. 4. quid dicam.

Quod qui conquisitis vti nesciunt, aliena possidere conuincitur, 14. q. 4. quid dicam.

Quod bonæ fidei possessor diuina quamdiu quis ignoranter possidet alienum, 34. q. 2. si virgo.

Quod bona fides non ad tractũ medij temporis, sed ad initium possessionis refertur, 17. q. 3. placuit. §. potest.

Quod possessor deficiente actore titulũ suæ possessionis probare non cogitur. 2. q. 5. §. 2.

Quod non possident aliena fideles qui bona hæreticorum, & infidelium exceptis Iudæis tenent, 23. quæstio. 7. si de rebus, & duobus cap. seq.

DE POSSESSIONE PERFECTORVM. Quod perfectorum nõ est possessio, aurum, & huiusmodi, sed ipse Deus, 12. q. 1. clericus, & duob. s c. seq.

Quod in communi possidere non est contra statũ perfectionis, 12. q. 1. expedit, & c. videntes, de ca. habebat. Exemplũ ibi de Christo, qui loculos habuit.

Quod cum Iuda cadit damnabiliter a statu perfectionis qui vsurpat possessionem proprietatis, 12. q. 1. exemplum, & cap. certè, & cap. si priuatum.

Quod res in communi possessæ fideliter sunt dispensandæ, 12. q. 2. res, & duobus cap. seq.

Quod possessio ecclesiæ cõmuni præscriptione non potest alienari. 16. quæst. 4. possessiones, & §. seq. & cap. seq.

Quod ecclesiæ non est danda sterilis possessio. 19. q. secunda, casellas, §. hoc ius.

POSSE. Quod posse peccare, non est posse, de pœn. dist. 2. ante si.

Quod excepto Deo omnes peccare possunt, de pœniten. distinct. 2. si enim inquit, distinct. 3. siue cap. inter hęc 1.

Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse, de pœnit. distinct. 2. circa finem.

Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum, 4. dist. erit, 14. q. 6. si res.

Quod est posse iuris quando illud possumus quod de iure possumus. 2. q. 1. nos in quemquam, 50. dist. si quis præpostera.

Itẽ dicitur posse naturæ, ultra quod natura non potest, de consec. dist. 4. nunquam.

Item dicitur posse facultatis, vbi illa deest, repetitio non competit. 14. q. 6. cap. 1.

Item dicitur posse officij, vbi quantum committitur tantam potest, 2. q. 6. decreto.

Item est posse pietatis, quod pro salute aliorum impenditur, 22. q. 2. faciat.

Item est posse diuinæ voluntatis, & sanctorum Patrum, & omnium hominum statuta transcendit, 25. q. 1. contra. Vnde versus.

Posse quidem rebus dant ius, natura, facultas.
Officium pietas, fixum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Potestate.

POSTVLATIO. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel pro admonitione, uel pro petitione, 3. q. 7. infames, 61 distin. Otius, §. sed alius.

Quod postulatio primo modo est de fidelium sum uel amici sui in re apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, 3. q. 7. infames.

Quod quidam prohibentur omnino postulare, uel propter ætatem, ut minores 17. annis, uel propter famam, ut surdus, vel propter sexum, vt femina, uel propter notã turpitudinis, ut hermaphroditi, uel cæci qui sunt utroque lumine priuati, 3. q. 7. infames.

Item nulli criminosi, & infames, nisi prius restituti, non possunt postulare.

Quod in alieno negotio nunquam postulare siue aduocare debet episcopus, 14. q. 1. c. 1.

Quod episcopus pro pœnę remissione miserorum postulare potest, 14. q. hi qui in furtis, & 23. qu. 5. cap. 1.

Item pro se, & ecclesia sua, & miserabilib. personis postulare potest, & hoc non sæpe, ne uilescat dignitas, 88. dist. perlatum.

Quod alij clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo pro reis, 23. q. 5. cap. 1.

Quod in causa ciuili sæculari diaconus, & superiores postulantes repelluntur, 12. q. 1. se quidem.

Quod in ciuili ecclesiastica diaconus & superiores admittuntur, sed salarium nequeunt petere, 15. q. 2. obseruandum, 12. q. 1. experientiæ & cap. seq.

Quod monachi uel claustrales non nisi pro domo sua. & hoc de licentia abbatis sui possunt postulare, 16. q. 1. monachi a monasterio, & c. placuit communi.

De hoc habes vbi penitus, & decimas.

Quod postulatio siue petitio sit de laico, vel alterius ecclesiæ clerico propter probitatem personæ, 71. distinct. Otius, & §. sequen. & capit. nullus inuitus. 71. distinct. primatus.

Quod aliud est postulari, aliud eligi, 61. dist. Otius.

Quod postulatur laicus vel alterius diœcesis clericus, sed eligitur clericus nullum habens impedimentum, 61. dist. Otius, §. sed aliud est.

Quod postulatio sit simpliciter petitione uel electione cum solemnitate decreti omnium, subscriptione roborata, 61. dist. Otius, §. sed aliud est, & c. seq.

Quod laicus primo est postulandus, demum

Digitized by Google

demum eligẽdus: ſed clericus primo eligendus, demũ poſtulandus, 61.diſt.Oſius.§.ſed aliud eſt.

quod in poſtulatione omniũ eligentium requiritur cõſenſus, 61.diſt. epiſcopus dum, 63.diſtin. literas, 76.diſt.dilectionis.

quod poſtulatus per ſuum prælatũ debet concedi, 76.diſt. dilectionis, 7.q.1.epiſcopus de loco.

quod uacante eccleſia capitulũ non poteſt concedere poſtulatum, 71. diſ.fraternitatem, 24.d.c.3. & 4.

quod epiſcopus non poteſt cõpelli ad dandum clericum poſtulatum. 85.diſtin.archidiaconum Florentinum, in fine, 76.diſt.dilectionis, 63.diſt.literas.

Quod epiſcopus videtur poſſe compelli ad dandum clericum poſtulatum per ſuperiorem, 12.quæſt.j. omnis, in fine.

Quod poſtulatio non iuri, ſed gratiæ innititur, 63.diſt.literas.

Quod poſtulatio vitiatur, ſi poſtulantes diffidũt de iure ſuo niſi fit iam ſuperiori præſentata, 28. diſt. de Syracuſanæ.

POTESTAS. Quod poteſtas Dei præcedit omnium hominum poteſtatem, 8.diſt.quæ contra.

Quod poteſtas non eſt niſi a Deo ſiue iubente ſiue ſinente, 23. q. 1. quid culpatur in bello.

Quod poteſtati Dei reſiſtit qui ordinationi Dei reſiſtit, 11.quæſtio.3. qui reſiſtit.

Quod illud quis poteſt quod de iure poteſt, 2.q.j. nos in quemquam. 22.q.2.faciat.

Quod aliud eſt iniuſta poteſtate iuſtè uti, & aliud iuſta iniuſtè uti, 14.q.5.neque.in fi.

Quod meretur poteſtatem amittere qui ſibi cõceſſa abutitur poteſtate, 11.q.3.priuilegium.

Quod poteſtas eſt duplex, videlicet pontificalis, & regalis. 95.di. duo. 23.q.5.principes.

Quod Chriſtus actibus ſuis officia poteſtatis tam Pontificum quàm Imperatorum diſcreuit, 96.diſtin. cum ad verum.

Quod vtraque poteſtas ſe debet iuuare mutuo, 23.q.5. principes, & quatuor cap.ſeq.

Quod ſicut antecedunt diuina humana, & cœleſtia terrena, & ſpiritus carnẽ, ſic antecedit põtificalis poteſtas regalem. 10.diſt.ſuſcipitis.

Quod Imperator debet ſubeſſe poteſtati Papæ, 96.diſt.ſi Imperator, & c.ſicut, vſque ad finem.

Quod poteſtas Papæ in concilijs excipitur, & ſtatuta conciliorum ſua poteſtate confirmantur, 17.diſtin. per totum.

Quod poteſtas Imperialis, ſiue regia nõ eſt vituperanda, 14.q.5.neque.

Quod perſonæ eccleſiaſticæ ratione prædiorum teneantur poteſtatibus ſecularibus obedire, 23.q.8. conuenior, & c.tributum. Exemplum ibi de Chriſto.

Quod poteſtas ſæcularis nõ habet imperium in ſpiritualibus, 23.q.8.tributum.

Quod cum præcipitur, quod non licet, ibi poteſtas eſt contemnenda, 11.q.3.qui reſiſtit.

Quod alia eſt poteſtas officij, alia executionis, 24.q.j.miramur §. px.

Quod ſuſpenſi habent poteſtatẽ, ſed non executionẽ poteſtatis, 1. q.1. quod quidã, §. ex his, circa princ. 24.q.1.miramur.§.prox.

De Poteſtate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus, Principibus, & de poteſtate Epiſcopi, vbi agitur de Epiſcopis, & ſic de alijs vbi agitur de ſingulis.

PRÆBENDA. Quod præbendæ in duabus eccleſijs vni nõ ſunt dandæ, 70.diſt. ſanctorum, 89.diſtin. ſingula.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficijs, & vbi agitur de Officijs.

PRECARIÆ. Quod precariæ dicuntur quędã precationes vſusfructus in recompenſatione proprietatis, 10.q.1.precariæ, 12.q.2. precarię.

Quod precarium vtendum conceditur, quamdiu patitur qui conceſſit, 12.q.2.ſæpe.

Quod precariæ cũ fiunt, ſunt in ſcriptis redigendæ, ne per retentionẽ diutinam præiudicij generetur, 12.q.2.ſæpe.

Quod precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari, 10.q 2.precariæ.

quod precariæ irrationabiliter factæ præcipue eccleſiarum ſucceſſori non præiudicant, 10.quæſtio.2.de precarijs.

quod precario poſſidentes preſcribere non poſſunt, 16.q.3. clerici, & cap.ſeq.

PRÆCAVERE. Quod præcauendum eſt futuris periculis, 13.diſt. in nomine, circa princ. 51. diſt. deſignata, 28. diſt. de Syracuſanæ, 82.diſt. propoſuiſti, circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautela.

PRÆCEPTVM. Quod præceptum Dei omnib. præceptis anteferatur, 8.diſt.quę contra. 11.q.3.ſi is qui. & c.ſeq.

quod decẽ generalia ſunt præcepta Dei, quæ decalogus dicuntur, 32. q.4.meretrices. Vnde verſus.

Idola ſperne, Deî tibi non ſit nomen inane,
Sabbata ſanctifices, habeas in honore parentes.
Non occiſor eris, fur, mechus, teſtis iniquus.
Non alij uxorem, nec rem cupies alienam.

quod præceptum Dei facit licitum vbi aliàs eſſet illicitum, 14. quæſtio.5.dixit.

An Deus non vult vt ſemper fiat id quod præcipit, 22.q. 1. non eſt.

quod præcepta patientię non tam exhibitione corporis quàm preparatione cordis ſunt retinenda, 23. q.1.niſi, §. his ita, & c.paratus.

Item quod præcipitur imperatur: & quòd imperatur, neceſſe eſt fieri, 14.q.2.c. vlt.

quod præceptum papæ propter obedientiam beati Petri cuius ſucceſſor eſt, diligenter eſt obſeruandũ, 19.diſt.in memoriam.

quod iniuſtum præceptum ſuperiorum non eſt implendum, 11. q. 3. ſi epiſcopus forte, & c.ſeq.

quod præcepta etiã ſanctorum prælatorum antequam impleatur ſunt diſcutienda, videlicet ſi ſunt iuſta & licita, ſi non ſunt contra Deum, 39.diſt. ſi quis præpoſtera.

quod nec Papa vult vt impleatur ea per ſurreptionem præcipit, 16.q.3. licet.

quod qui iuſtis preceptis non obtemperat, debitor eſt pœnæ, 14. quæſtio.1.quiſquis, 50. diſtinc. ſi quis præpoſtera.

PRECES. Quod preces hominum Deus non ſemper exaudit, 50. diſtin. ſi quis præpoſtera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

Quod preces canonicę diſciplinę cõtrariæ non ſunt exaudiendæ, 50. diſt. mitor, 14.q.6.c.1.

quod reſcripta expreſſam debẽt habere conditionem hanc, ſi preces veritate nitantur, 16.q.1.reſcripta.

quod iudices ſunt puniendi qui precum mendacia non arguunt, 25. quæſtio. 2. reſcripta, vſque ad cap. uniuerſa.

Vtrum per preces ſuas vel aliorum poſſit quis ſine ſimonia promoueri, habes vbi agitur de ſimonia.

De hac materia habes vbi agitur de Perditione.

PRÆCIPITATIO. Præcipitatio qualiter, & in quibus non ſit bona habes ſupra vbi ponitur Accelerato.

PRÆCISVS. Quod præciſus de Chriſti corpore etiam ſi figuram membri teneat, vitæ ſpiritum non habet, 23. quæſt.7. quemadmodum.

De præciſis an ſacramenta conferre poſſint, habes. 1.q.1. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Hereticis, & Schiſmaticis.

PRÆDA. Quod præda ſecundum militantem diſciplinam Regibus eſt ſeruanda, 23.q.5.dicat.

quod propter prædam militare, eſt peccatum, 32.q.1.militare.

Quod

Quod omnis illicita præda furti nomine in decalogo eſt prohibita, cum dicitur, non furaberis. 32. qu. 4. meretrices.

quod prædones peregrinorũ, & pauperum ſunt excommunicandi. 24. q. 3. ſi quis Romipetas, & duobus c. ſeq.

PRÆDESTINATIO. Quod prædeſtinatio Dei ſemper in bono eſt. 23. qu. 4. Nabuchodonoſor ante med.

Quod prædeſtinatio ita eſt a Deo diſpoſita, vt electi meritis, & precibus ad ipſam perueniant. ibidem.

Quod nequaquam obtineri poſſunt quæ prędeſtinata non fuerunt. 23. q. 4 obtineri.

Quod prædeſtinatio propriis meritis, & ſanctorum precibus adimpletur. 23. q. 4. obtineri.

Quod prædeſtinatus, in quantũ prædeſtinatus, non poteſt damnari de pę. diſt. 4. peccatum, §. verum. poſt med.

Quod licet nemo poſſit ſaluari niſi prædeſtinatus, omni tamen delinquenti adhibenda eſt correctio, ſicut medicina adhibetur omni languenti, licet ſciatur neminem vltra terminum a Deo præfixum victurum. 23. quæſt. 4. Nabuchodonoſor.

Quod prædeſtinatio multis eſt cauſa ſtandi, ſed nemini eſt cauſa labendi. 23. quæſt. 4. Nabuchodonoſor. §. item qui.

Quod non inducit neceſſitatem correctionis, vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant, 23. quæſtio. 4. Nabuchodonoſor. §. non ergo.

Quod licet prędeſtinatio Dei, vel prę ſcientia falli non poteſt, non ideo omnia prædeſtinata neceſſario eueniunt: ſed quia bona abſq; eius gratia, & mala præter eius ſcientiam euenire non poſſunt.

Quod multi videntur prædeſtinati merito præſentis iuſtitiæ, non autem prędeſtinatione claritatis ęternæ, de pęniten. diſtinctio. 4. §. hoc ergo.

PRÆDICATIO. Quod prædicatio verbi Dei non eſt contemnenda. 1. q. 1. interrogo.

Quod non minus eſt reus qui prædicationem negligenter audierit, quam qui corpus Chriſti in terram cadere permiſerit.

Quod ad prædicationem ſiue ſit fidelis ſiue infidelis, etiam eſt in eccleſia admittendus, de conſec. d. 1. epiſcopus nullum.

Quod contemptoribus, ne margaritæ ſparganturante porcos, eſt ſubtrahenda. 43. d. in mandatis.

Quod prædicationi proponenda eſt aliquando contemplatio, & aliquãdo poſtponenda. 8. q. 1. in ſcripturis. Exemplũ ib de Hieremia.

Quod ſicut vtilius eſt habere prudẽtiores, quam formoſiores amicos, ſic vtilior eſt ſermo verior quam diſertior, 38. diſtinctio. ſedulo.

quod prædicatio ſuſcitat ſpiritualiter mortuos. 8. q. 1. olim.

quod prædicator debet eſſe in vita, & ſcientia irreprehẽſibilis. 8. q. 1. oportet. 26. d. §. 1. & §. ecce. 38. d. cap. 1.

quod prædicator purus debet eſſe a peccato. 50. d quid eſt hoc, & cap. eum exaudiero, & 35. quæſt. 6. in fin.

quod fructum Chriſti non ſuum debet intendere, 8. qu. 1. olim, & c. in ſcripturis.

quod ſecundum capacitatem audientium ſermonem debet formare, 8. qu. 1. oportet.

quod nec propter Chriſti cultũ ampliandum, nec propter aliud vlla debet mentiri ratione. 22. q. 2. primum.

quod prædicator debet eſſe actiuus, contemplatiuus, & nõ de ſuo ſenſu, ſed illa docere quæ didicit in contemplatione, 36. diſtin. ſi quis vult.

quod nec propter æmulationem, vel detractionem aliorum a recta prædicationis intentione debet recedere. 44. d. ſcimus.

quod prædicator ad vtilitatem populi prædicans conſequitur a Deo vberiorem gratiam. 11. q. 1. reuertimini.

quod nullus laicus, vel religioſus abſque Papæ, vel epiſcopi licẽtia, nec mulier quantumcunque docta, & ſancta ſit, debent prædicare, 16. q. 1. adijcimus. 23. d. mulier.

quod qui prædicatorẽ veritatis contriſtat, in Chriſtum peccat. 11. qu. 4. quicunque contriſtauerit.

quod vitioſi ſermo non eſt contemnendus, quia ſicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, nõ lauatur, ſic bona doctrina per malum ſacerdotem credentes a peccatis lauat. 83. diſt. §. vlt.

quod infelix eſt prædicator qui alios illuminãdo ipſe tenebroſus, & reprobus efficitur, de pę. d. 2. §: opponitur.

quod prædicator bene docendo, & male viuendo Deum inſtruit qualiter eum debeat condemnare. 40. d. multi.

quod prædicatores qui ab auditoribus non intelliguntur, non audiẽtium vtilitatem, ſed ſuam oſtentationem quærunt. 43. d. diſpenſatio.

quod inconuenienter prædicat qui pauperem Chriſtum pingui' venire, & rubentibus buccis annunciat. 35. d. eccleſiæ.

Item qui arroganter, & cum faſtu annunciat. 46. d. hoc habet.

Item qui fabulas immiſcet, quia in vno ore cum iouis laudibus ſę Chriſti laudes non compatiuntur 86 d. cum multa.

PRÆDICATIO. Quod præfatio B. Virginis nouem antiquioribꝫ prædicationibus per cõcilium addita eſt, 70. diſt. ſanctorum in fi.

quod excepta præfatione B Mariæ nouem ſunt quæ per circulum anni decantantur, de conſe. d. 1. inuenimus.

quod ante præfationẽ ideo Surſum corda dicitur, vt tunc præcipue ad Deum mentem erigere plebs moneatur, de conſecr. diſt. 1. quando autem.

PRÆIVDICIVM. Quod præiudicii committitur quando lite pendente pro altero ſentiatur. 11. quæſt. 1. quia res.

Item præiudicium committitur quãdo vna parte abſente altera auditur. 3. q. 9. c. vlt.

Item præiudicium committitur quãdo quis contra iuſtitiam condemnatur. 2. qu. 1. in primis.

Item præiudicium generatur quando quid factum vſurpatur, 63. d. illud.

Item præiudicium dicitur quodlibet factum iniurioſum. 11. quæſtio, 1. quia res.

Item si habet hæredes, & non est illectus, hæredes legitimam habebunt partem, & monasterio detur tum quantum vni ex filijs, 19. q. 3.si qua.

Item si non habet hæredes & non est illectus, totum cedit monasterio. 19.q.2.perlatum.

Quod non sufficit parentum oblatio ad religionem, si inadulta ætate pueri non consenserint,20. q. 1.§. 1.& q.2. si in qualibet.

quod nō licet pueris resilire ab oblatione parentum ad religionem postquam in ætate legitima mutuum adhibuerunt consensū, 20. q.1.firma,& quatuor c.seq.

quod quilibet intrans religionē absolute intra annum,& diem potest exire,20.q.2.puella.

quod coactus quandocunque vult potest recedere. si postea suus non accesserit consensus, 20 quæst.1. sicut.

quod adolescentes eam intrantes nō possunt a parentibus extrahi. 20. q.2.puella.

quod promissionibus ad religionis ingressum illecti, religiosi esse tenentur, licet res propinquis sint restituendæ,20. quæst.3. præsens, in fine.

quod ante annos 14. masculus vel ante 12.puella, eam intrans potest a parentibus reuocari, 20. q.2. si in qualibet,& c. seq.

quod nullus tenetur ad religionem ad cuius introitum nunquam consenserit,20.q.3. præsens.

quod vt non sequatur cōtradictio, ipsam intrantes non furtiue, sed sub presbyterorum testimonio sunt recipiendi,20.q.2. oportet.

quod seruus sine consensu dñi sui ad religionem non debet recipi, 16.q. 3.qui vere.

quod coniuges ad religionem intrare volentes sunt coram episcopo separandi, & in diuersis monasterijs ponendi,27.q.2.si vir, 18.q.2. diffinimus.

quod religio non liberat a iugo seruitutis inuito domino,54.d.generalis,& c.si seruus sciente,17. q.2. si quis incognitus.

quod nulli licet aliam religionē, vel aliud monasterium,nisi petita licētia sui prælati intrare,20.q.4. monachum.

quod sine licentia sui' prælati canonicus regularis monachus effect' redire compellitur,& grauiter punitur,19.q.3.nullus,& c.seq.

quod ideo de religione ad religionē transeuntes licentiam debent petere, ne leuitas animi vel euagationis ausu eis imponatur, 20.q.4. §.vlt.

quod religiosi ad austeriorem vitam primo petita a prælato licentia, etiam non obtenta, possunt transire,20.q.4.monachum, & 19. qu.3. duæ,in fi.

quod canonici siue clerici etiam cpō contradicente possunt religionem intrare: quia vbi spiritus Dei, ibi libertas,19.q.2. duæ.

quod religiosi præ aliis diuinis officijs debent inuigilare,12.q.6.quia tua.

quod propter pecuniam receptus ad religionem, tenetur quidem in ipsa remanere, res vero hæredibus sunt restituendæ,20.quæst.3. constituit.

quod intra ips probationis pōt quis probari in habitu laudabili, 54. d. multos,17.q.2.si quis.

quod post ingressum religionis,& tē pus probationis potest quis liberis suis, & propinquis bona diuidere, 19.q.vlt.si qua mulier.

quod recedens a religione intra tempus probationis, omnia quæ eccle siæ tradidit potest deportare,17.q. 2.si quis.

quod clericus religionem intrans, & intra annum exiens potest suum repetere beneficium,17. q.2. Gonsaldus.

quod religio tollit proprietatē,& ꝓpriam voluntatem,12.q.1.nō dicatis,& c.expedit,& c. cui portio.

Item astringit ad castitatem,27. q. 1. impudicas.

quod communem vitam debent habere, nec denarium, nec aliquam rem priuatam debent possidere, si cum Anania nolunt interire, 12. q.1.dilectissimis,& c.scisnus, & c. nolo,in fi.

Item non debēt assumi ad officia ecclesiastica: vel ad sacros ordines ꝓmoueri sine licentia prælati,58.d. per totum,& 16.q.1. si quis monachus & tribus c. seq.

Item non licet eis sine prælato vouere: & vota talia per prælatos corū franguntur,20.q.4.monacho.

Item religioso sine licentia sui prela ti non licet aliquid accipere, 12.q. 1.non dicatis.

quod religiosi testamentum facere non possunt,12.q.1.nolo, in fi.19. q.3.quia.

quod femina in religione caput & faciem debet velare,7.q.1. omnis.

quod officia clamosa & litigiosa nō conuenit eis exercere, 16.q.1. de præsentium.

quod quantumcunq; religiosa sit cō gregatio, inueniuntur in ea mali, 47.d.quantumlibet.

quod qui in religione sæculariter viuit, non sæculum fugit sed imitatur,53.d.legem.

quod detestabile est pauperē in sæculo delicatum esse in religione, & ibi mella fastidire,12.q.1.gloria.

quod mali religiosi quia nomen sanctitatis habent, peruerse agendo, amplius nocent in ecclesia, quam alij, 83.dist.nemo,19. q.3. monasterus.

quod deficientes in religione sunt pessimi,& proficientes optimi,47. d.quantumlibet.

quod quādoq; mutatio loci prodest religiosis: quia plerumque dū mutatur locus, mutatur & mēs & affectus,81.d.valet.

quod excessus religiosorum ꝑ maius scandalum sunt occultandi.96. d.in scripturis.

quod religiosi vere præ alijs sunt honorandi,16.q.1.q.1 vere.

quod facilius dispensatur cū religiosa persona,quam cum alia,66.dist. monachus.

quod in fauorem religionis pōt quis sine interstitio ad ordines promoueri,ibid.

An alias ad ordinē indigni, propter religionem admittuntur,56.d. ꝑbyterorum.77.d.c.vlt.

quod religiosi nisi per Papam fuerint exempti,tenentur episcopo subesse,16.q 1 qui vere.

quod locus religiosorum sine consensu episcopi non debet mutari, 19. q.7.si quis vult.

quod episcopi & alij prælati religiosos consilio,& auxilio debent fouere,12.q.2.religiosam.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & de Monasterio.

REMISSIO. Quod remissio peccati fit non tū tum in præsenti,sed etiā in futuro, 25. dist. qualis hinc, & cap.seq.

quod remissio peccati fit per auctoritatem: & sic fit a solo Deo.1.q.1. ita fit & c.euidenter, de pæ. d.2.§. opponitur.

Item fit per officium, sic fit ab omni prælato tam bono,quam malo,23. q.5.remittuntur.

Item fit per ministri meritum,sic fit tantum per bonū,1. q.1. remissionem,de cons.d.4.quomodo.

De remissione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

REMOTIO Quod episcopus,uel superior prælatus non remouetur de episcopatu, nisi per solum Papam, 7.q.1.n.stationes.

Item remouetur propter crimen, 50. dist si episcopus,& c.seq.7.q.1. remoto.

Item remouetur propter utilitatem, 7.q.1. mutationes.

Item propter senectutē,7.q.1.petisti.

Item propter necessitatem,7. q.1. pastoralis.

Item propter simplicitatem, 74.d.episcoporum.

quod remouet se quis de loco ad locū propter leuitatem. 7. q. 1. non oportet & pluribus c. seq.

Item propter ambitionem, 7. qu.1.si quis de plutibus c. seq.

REMVNERATIO. Quod quilibet remuneratur a Deo secundū meritum,15.q.1 firmissime,§.ex eo.in fi. 23.q.5.displicet,ante finem.

ed by Google

Quod Deus temporaliter & eternaliter remunerat,21.quæſt.2.ſi quæ libet.

quod nemo debet quærere ꝓ bono quod agit, tẽporalẽ remunerationẽ,de pœ.d.4.§. quamquam.

quod qui pro bono quod agit tẽporaliter remunerari non quærit, illius Deus merces erit,31.q.4.dicã. Exemplum ibi de Abrahem, de conſ.d.5. ieiunium.

quod indignus eterna remuneratione pro bono quod agit, temporaliter remuneratur,de pœn.d.3.§.ex hoc,& §.ſeq.

quod mali qui ꝓ paucis bonis, quæ faciunt, in præſenti remunerãtur in futuro plenius punientur, de pœn.d.3.§. quamquam.

RENVNCIATIO. Quod quilibet poteſt ſuo iuri renunciare,7.q.1.quã periculoſum.

quod furioſus niſi habent lucida interualla, renunciare non poteſt, 7.q.2.quamuis ſit triſte.

quod non tenet renunciatio niſi illi fiat cuius eſt inſtitutio,17.q.2. Gõ ſaldus.

quod prælati non poſſunt renunciare niſi de licentia ſuperioris, 7.q.1.ſi quis presbyter.

quod renunciatio epiſcopatuum tantum dẽt fieri domino Papæ,7.q.1. quam periculoſum,& c.qualiter.

quod renunciatio prælaturæ non debet admitti de facili,7.q.1. quã periculoſum,& c.quamuis.

quod quando renunciatio admittitur,debet fieri pro magna vtilitate vel infirmitate,7.q.1. qualiter, & c.ſeq.

quod renunciatio prælationis fienda eſt in ſcriptis, 7. quæſt.1. ſicut. §.deco.

quod renuncians vltertas non poteſt repetere illud quod renunciauit, 7.q.1.quam periculoſum, & c.hoc nequaquam,21.q.2.ſi quis.

quod renuncians videtur poſſe repetere,21.q.4.magnæ.

quod eccleſia vel ſuperior poteſt repetere renunciantem, 7. q. 1. non oportet,& c.ſi qui vero,& c.ſeq.

REPETITIO. Quod debitum benigne remiſſum non inique repetitur,14.q.1.quod debetur.

quod cum dñs dixit, ſi quis abſtulerit,tibi tunicam, non repetas: non præcipiendo,ſed exhortando dixit, 14.q.1.epiſcopus,§. is ita, in fi.

quod epiſcopus vel alius prælatus res tranſitorias tumultuoſe,& litigioſe non debet repetere, 14.q.1. c.8. & c.ſeq.88.d.inutile.

quod prælati quantumcunque perfecti tenentur res ablatas modeſte repetere, quia nõ pauperum ſunt quas poſſident, & epiſcopi tãtum ſunt diſpenſatores,14. q.1. epiſcopus,§. his ita.

quod vbi non poteſt eſſe redditio, ſuperſedenda eſt repetitio,14.q.6. cap.1.

quod pro iudicio vel pro alio quod malum eſſe non debet pecunia iuſte repetitur,14. quæſtio.5. non ſane.

quod res eccleſiæ ꝓ captiuis, & pauperibus erogatæ non debẽt ab erogatore repeti,12.q.2. ſacrorum.

REPREHENSIO. Quod reprehenſio nunc eſt iuſta quando primo fit in ſe, & poſtea exercetur in aliũ, 3.q.7.qui ſine,& c.iudicet, & exp. poſtulatus.

quod eſt reprehenſio auctoritatis, q̃ ſolum maioribus conuenit,& hæc debet fieri cum beneuolentia. 44. d.licet 86.d.quando.

Item eſt reprehenſio zeli, quæ minoribus conceditur in minores: & hæc debet fieri cum reuerẽtia, 21. d.nolite,2.q.7.ſi quis ſuper his.§. prox.

Item eſt reprehenſio temeraria, quæ vergit ad infamiã,& hæc, nec prælato ad ſubditũ,nec ſubdito ad prælatum conceditur,21.d.nolite,2.q.7.plerumque,& c.quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de Accuſatione, & Correptione.

REPVLSIO. An repellere vim ſit peccatum,23.q.1.§.1.

quod perfectus debet patienter iniuriam ſuſtinere ab his, quos optat bonos eſſe,23.q.1.paratus,11.q.3. ita ſæpe.

quod perfectis licet iniurias verbis & non verberibus repellere, 23. q.1.paratus. Exemplum ibi de Chriſto.

Quilibet licet iniuriã repellere,& qualiter non habet,23.q.3. ſex differentiæ ſunt.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia,& de Tolerãtia,& de Iniuria.

RESCRIPTVM. Quod reſcriptum principis quamuis præcipiat reprehenſibile, dummodo nõ fiat contra fidem,eſt recipiẽdum, 100. d.contra morem, 19. dif.in memoriam.

quod reſcriptum ãpoſtolicum contra euangelium,& contra Apoſtolos nõ admittitur,25.q.1.ſunt quidam,& c.ſeq.

quod reſcriptum contra ius commune factum,ab omnibus eſt refutandum,25.q.2.reſcripta.

quod reſcriptum poſterius attẽtat eos ad quos dirigitur,19.d.in memoriam.

quod in arduis non ſcripta, ſed ipſa originalia manu principis ſubſcripta debent monſtrari,25.q.2.§.ſancimus.

quod reſcripta perſõnalia ſine die, & conſule facta carent auctoritate,14.q.2.§.ſi quis.

quod reſcriptũ caſſatur ſi a curia nõ emanauit.19.d.in memoriam.

Itẽ caſſatur ſi tacita veritate fuit impetratum,25.q.2.dicenti.

Item caſſatur ſi non fuerit honeſtũ, iuſtum,poſſibile, tempori & loco conueniens,4.dicit autem ita.

Item caſſatur ſi non habet ſubſcriptionem petitionis,81.diſt. Maximianus.

Item ſi expreſſe nõ continet in ſe, ſi preces veritate nitantur,25. q.1.§. vniuerſa.

Item ſi non expreſſe continet nomẽ eius,qui vult cõtinere,2.q.8. quiſquis,& §.vlt.

Item ſi obſcurum fuerit, ita vt plenẽ intelligi nõ poſſit,4.d. erit autem.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

RESIDENTIA. Quod epiſcopi qui curam gregis debent gerere, præcipue debent reſidere,7.q.1.põtifices.

Quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas abeſſe,7. q. 1. ſi quis in clero.

Quod propter negotia eccleſiæ, vel propter ægritudinem de reſidentia quilibet excuſatur,7. q.1. præſentium.

Quod in eccleſia ſine legitima cauſa non reſidenti,iuſte alter ſubſtituitur,7.q.1.præſentium.

RESISTENTIA. Quod poſſe reſiſtere peruerſis & non facere, eſt ipſis conſentire,23.quæſ.3.quis poteſt.

Quod reſiſtere ſanctæ quantum ex vitæ merito eccleſiam Dei ædificat,tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtit, 2. quæſtio. 7. ſanctæ quippe.

quod reſiſtere malis manu armata maxime perfectis ſit peccatũ,23.q. 3.per totum.

quod de prælatorũ promiſſione principes ſæculi perſecutoribus pauperum debent reſiſtere,23. quæſt. 5. ab Imperatoribus,& exp. Maximianus.

quod cum dicitur reſiſtere malo:non mali coercitio,ſed propriæ vindictæ executio prohibetur,23.q.5.de ordinandis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & vbi agitur de Iniuria, & vbi agitur de Tolerantia.

RESPONDERE. Quod bonum eſt quandocunque reſpondere auditoribus, ne æſtiment nos reſponſionis penuria declinare certamẽ, 43.diſtinct.in mandatis, & tribus cap.ſeq.

Quod propter hoc nemo debet reſpõdere, vt plus videatur ſcire quam ſciat,quia eſſet iactantia,44.d. diſpenſatio,§.pariter.

Quod garrulos, & procuratores prudentia eſt reſponſionibus eludere, 43.d.in mandatis.

RESTITVTIO. Quod reſtitutio in integrum eſt, quando quis honoribus,& ordinibus & ceteris reſtituitur,2.q.3.c.vlt.in fi.

Quod cum princeps in integrum reſtituitur,infamiam tollit, 2.q.3.de filium ſuũ.

Quod

Quod ante litis ingressum spoliatus est in integrum restituendus, 22. qu.2.per totum.
quod etiam prædo est ante iudicium restituendus,3.q.1.Deus.
quod antequã in causa iudicij procedatur, mulier est primo restituenda,33.qu.2.siue de coniugij.
Quod sex mensium dantur inducie restitutis antequam respondeant, 3.q.2.electis.
quod restitutio rerum quandoque fit in simplum, 14.qu.5.non sane.
Item quandoque in duplũ, 89.dist. decenter. 12. q.2.in legibus.
Item quandoque in quadruplum, 12.q.1.cum deuotissimam.
Item quandoq; in nouem partibus, 17.q.4.quisquis.
Item quandoque in decuplum, 12. qu.2.in legibus.
quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum, 14.q.6.si res.
quod non verè pœnitet qui ablata non restituit cum potest,14 q.6.si res. 25.q.3.pessimam.
quod non est super restitutione molestandus,cui non est vnde soluat. 14.qu.6.si res.
quod qui rem alienam Deo consecrat, non rem sed æstimationem restituat,14.q.vlt.comperimus.
De restitutione lapsorum habes. 50. dist.ferè per totum.Et in hoc opere vbi agitur de Lapsis.
In restitutione lapsorum considerãda est quantitas criminis vtrũ sit enorme,vel mediocre:quia quanto minus tanto facilius restituitur, 10.distin.quia sanctita 1.
Item qualitas criminis, vtrum scilicet sit publicum, vel occultum: nã publicatio multis impedit restitutionem,50.distin.sacerdos si. & cap.seq.
Item modus redeũdi, scilicet vtrum sit coniunctus,vel sponte cõfessus: nam mitius agitur cum sponte confessus est,50.distinctio.si quis præpostera.
Item modus satisfactionis, an scilicet sit verus, vel fictus : nam vere contritis facilius paretur, 50. distin.bene.
quod restituitur qs vt possit ad omnia promoueri,distin.50.considerandum, vbi agitur quomodo Petrus apostolus post negationem restitutus fuit.
Item restituitur quis,vt maneat tantum in susceptis, vt reuerẽtes ab hæreticorum errore, 5.quæst.7.saluberrimum.
Item restituitur quis vt tantum ministet in minoribus, vt scientes simoniaci, 15.q.5.c.2.
Item restituitur quis vt laicam tantum habeat cõmunionem, vt doctor, & auctor hæreticorum,1.q. 7.cap.1.
RESVRRECTIO.Quod ecclesia vt gaudiũ resurrectionis insinuet a Pascha vsque ad Pentecostẽ non ieiunat. 30. dist.si quis presbyter. 76.dist.scire debes.
quod olim baptismus ideò tempore resurrectionis fiebat,vt sicut Christus resurrexit a mortuis: sic nos in nouitate vitæ ambulemus, de consecra.dist.4.proprie.
REVERENTIA. Quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis,vel superioris potestatis, 16. qu.2.visis.
quod inutili prælato quamdiu sustinetur reuerentia est exhibenda, 16.q.6.si fortassis.
quod subditi debent prælatos reuereri cum affectu dilectionis,97.desto.2.qu.5.habet.
Item ipsis obediendo, 91. dist.§.1.de cap.seq.2.qu.7.sacerdotes.
Item ipsis subsequendo,93.dist.non oportet.
Item eorum officium temerariè non vsurpando,95.dist.presbyter.
Item eorum statuta seruando, 7.q.1. quia.
Item eos temerarie non arguendo, vel iudicando,21.dist.nolite.
Item defectus eorum non reuelando,sed potius cooperiendo,96.distinct.in scripturis.
REVELATIO. Quod reuelatio diuina instruit in agendis, 8. q.1. si ego.
Item reuelatio diuina dirigit in scripturis,9.dist.noli.
quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelanda, 2.quæs.1.si peccauerit.
quod fraudulentus est qui reuelat arcana,5.q.3.qui ambulat.

De reuelatione diuina habes vbi agitur de inspiratione.

RIGOR. Quod ex consideratione temporum & ætatum rigor canonum quandoque temperatur, 14. dist.sicut quædam.
Item vbi strages multorum timetur, detrahendum est rigori,50.distin. vt constitueretur,1.quæst.7.quoties a populis.
quod multi canones constituti sunt in rigorem disciplinæ, 50.distinc. vt constitueretur.
ROGATIO. Quod Rogationum tres dies ieiunandi sunt & feriandi, de consecrat.distinct.3. Pronunciandum,& cap.rogationes.
quod tribus diebus rogationum serui & ancillæ ab opere seruili debent esse liberi, de consecr.dist.3. rogationes.
quod in triduo rogationum,quadragesimali cibo est vtendum.
ROMA. Quod Roma caput,& principatum obtinet nationum, 2.qu. 7.beati.
quod iura Romanorum aliis gentibus non conueniunt, 1.distinct. ius Quiritum.
In quibus iura Romanorum consistunt habes, 1. distinct. ius Quiritum.
quod qui Romanam ecclesiam annihilat, ipse se hæreticum insinuat, 22.dist.omnes.
quod Romana Ecclesia est principio omnium ecclesiarum, 21.distinct. quamuis.

De Ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa,& vbi agitur de Sedibus.

SABBATVM. Quod die sabbati non est festinandum, ne Iudaizare videamur,de consecra.dist.3. peruenit.
quod Antichristus ideo faciet sabbatum & diem dominicum obseruari, vt propter obseruationem sabbati Iudæos : & propter obseruationem dominicæ Christianos sibi attrahat. de consecrat. distin.3. peruenit.
quod sabbatum non vbique, sed secundum aliqua loca ieiunatur.12. distin.illa. Exemplum ibi de matre Augustini.
quod die sabbati nisi propter festiuitatem,aut propter infirmitatem a carnibus est abstinendum,de consecr.dist.5.quia.
SACERDOS. Quod sacerdos nomen habet compositum ex Græco & Latino, quasi sacrum dans. 21.dist.cleros, ante med.
quod sacerdotalis ordo incepit à sancto Petro,21.dist.in nouo.
quod maiores sacerdotes in Apostolis, minores in septuaginta duob. discipulis sunt designati,21.dist.§. 1.post med.
quod sacerdotes angeli & dij nuncupantur, 11.q.1.sacerdotibus.
quod ordo sacerdotalis præeminet dignitati regali,96.distinc.duo,in princ. & in fi.
quod ipse Christus ei reuerentiam exhibuit, dum ad eos leprosos remisit,1.qu.1.nonne.
quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiã sacerdotum,11.quæstione,1.sacerdotibus.
quod ministerio sacerdotis & nõ alterius Christi corpus consecratur, 95.distin.ecce ego,circa med.
Item benedictio populis & gratia diuinã datur,1.q.1.dictum est,6.q.1. sacerdotes.
Item peccata delentur, 1.q.1.ipsi sacerdotes.
Item merito officij eorũ futura reuelantur, 1.q. dictum est a Domino. Exemplum ibi de Caipha.
Item sacerdotes sunt lumen mundi, 92.dist. sacerdotes.
Item sunt omnium patres & magistri, 86.dist.quis dubitet.
quod debent esse corpore & mente mundi : quia diuino officio & sacrificio debent esse intenti, 1.q.1. necesse,3.q.7.in grauibus, & duobus cap.seq.
Item sobrij, 15. dist.vinolentum.
Item discreti & docti, 37.distinctio. per totum, 38.dist.in pluribus capitulis.
Item debent esse in officio suo cauti.14.q.6.c.3.in fine.
Item in vestibus & gestu debent esse matutis.

Digitized by Google

maturi. 41.distinct.clericus.

Quod sacerdotes instituuntur ad laudandum Deum, & ad exemplum bonæ actionis, 5. quæstio. 3.quia episcopus.

Quod sacerdotes ratione oblationū tenetur orare pro populo, 1.qu.1. sacerdotes.

Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi plerib.modis.vide licet precibus,& orationibus peccata consumendo, 1.quæst.1.si ipsi sacerdotes.

Item oblatis pro peccatis vtendo, 1. q.2.pastor.

Item aliena peccata per consensum incorporando,in fi.

Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicitè exercere debent, 91.dist.presbyter.

Quod non facili est suspicandū malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt, 11. quæst. 3.absit.

Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatum tantum, sed etiam propter alios quorum minister esse debet: & ideo mundius est suspiciendus quam alij ordines, 1.qu.1.si qui episcopi talem, §.prox.

Quod sacerdos membrorum deformitatē notabilem habere non debet,49.dist.§.1.

Quod sacerdotes propter multitudinem sunt contemptibiles.39.dist. legimus, in fi.

Quod multi sūt sacerdotes nomine, pauci opere, 40.dist.multi.

Quod non cathedra facit sacerdotē, sed sacerdos cathedram.

Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus,quam qui peruersè agens nomen sacerdotis habet,83.distinct. nemo.

Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.

quod multi sacerdotes nomen Dei inquantum in eis est, despiciunt: & panem pollutum offerunt, 49. dist.sacerdotes.

Quod magnum inconueniens est sacerdotē corpus Christi conficientem immundum esse, 1.q.1.sacrosancta, & c.seq.

Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitijs, 12.q.2.gloria.

Quod sacerdos qui aliorū debet audire confessiones debet esse in scientia discretus, & in vita bonus, de pœn.dist.6.§.1.

Quod malus sacerdos comparatur fimi, 1.qu.1.si quis inquit.

Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi, 1.qu.1.significastis,& c.seq.

An promotus in sacerdotem in mortali peccato, possit exequi officiū suum,15.q.vlt.per totum.

Quod peccatum est detrahere sacerdotibus,6.q.1.sacerdotes.

Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus, 6.q.1.sunt plurimi §.proximo.

Quod nemo debet audire Missam à sacerdote, quem scit indubitanter habere concubinam, 32. distinct. nullus,vbi exponit glossa. Ioann. ꝙ hoc est indubitanter scire,quod scitur scientia iuris, & non facti: & ad hoc expresse faciunt multa iura, vt 15.qu.8.scisciantibus.83. q.nihil. §.quamquam. 1.quæst.1. multi.30. quæst.5. cap. nec illud, §.is ita,& cap.nullum. Nam ante scientiā à nullo est recedendum, 8.q.4.nonne.

Quod autem sacramenta à malis sacerdotibus tradita quamdiu tolerantur non sunt contemnēda, plura docent capitula: quia ipsi non suis,sed Christus verbis sacramenta conficiunt, de consecrat.dist.2. panis est, 1. quæst.1. significastis, & c. Christus, & c.seq.

Quod sacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata, 1. qu.1.dedit.

quod sibi iudicium tantum manducant & bibunt, 1.q.1.per Esaiam.

Quia sacramenta, sicut nec Sol,à locis immundis, per quæ transit, ab ipsis non inquinantur, 19.dist.secundum ecclesiæ.

Quia ipsi sicut fax accensa alijs lucent, quamuis sibi noceant, 15.q. vlt.cap.vlt.

quod ipsi veluti lixiuium lauant, & non lauantur,83.dist.nihil.§.seq.

quod sacerdos licitè potest operas suas alijs locare,10.quæst.2.precariæ,1.

quod sacerdos non debet alijs irrogare supplicium, 22. quæst.5.hoc videtur.

quod promotus in sacerdotem tenetur vxori necessarijs prouidere: non tamen tenetur debitum reddere,31.dist.omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ordine.

SACRAMENTVM. Quod sacramentum inuisibilis gratiæ est visibilis forma, de consecrat. distinct.2.sacrificium.

quod sacramenta dicuntur,quia sub tegmento corporalium rerum diuina virtus eorundem sacramentorum salutem operatur; vnde à secretis virtutibus, vel sacris sacramenta dicuntur,1.quæst.1.multi. circa med.

quod inter septem sacramenta ecclesiæ quædam dicūtur necessitatis, vt baptismus, de consecrat.dist.4. nulla præter.

Item confirmatio. de consecr.dist.4. nullus ministrorum.

Item Eucharistia, de consecr.dist.1. omnis Christianus.

Item extrema vnctio. 26.q.7.c.1.

Item pœnitentia,de pœnit.distinct.1. non potest.

quod alia duo sacramēta sunt voluntatis,videlicet ordo,74.distinctio. vbi ista.

Itē matrimoniū,30.q.8.vbi non est.

Quod baptismus est sacramentū intrantium, de consecr.dist.4.nulla præter. §.porro, ante fin.

quod confirmatio est sacramentum pugnantium,de consec.dist.5.Spiritus Sanctus.

Quod Eucharistia est sacramentum progredientium, propter quod & viaticum dicitur,26.q 6.qui recedunt,& c.de his.

quod pœnitentia est sacramentum redeuntium,26.q.7.his qui.de pœnit.dist.3.c.2.

quod extrema vnctio est sacramentum exeuntium, 26.quæst.7.ca.ab infirmis.

Item subiecto,vt Eucharistia,95.dist. cece.

Item significatione, vt matrimoniū, 27.q 2.cum societas.

Item ministri dignitate,ut confirmatio,de consecra. distin.5.de his,& duobus.c.seq 68.distin.quamuis. Vnde versus.

Maior in effectu baptismus, corpus in esse.
Contingunt signa, maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta à suis parochianis sunt recipienda, 16.quæst.1.interdicimus.

quod per presbyterum non per minorem clericum debēt sacramenta exhiberi, de consecrat.distin.4, presbyteri qui.

quod Spiritus sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscunque ministrentur,1.quæst.2.multæ,& ca. ita fit, & quatuor cap.seq. & cap, non nocet.

quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt, 1.q.1.remissionem.

quod hominum malitia sacramenta non profanat.1.qu.1.nonne.

quod sacramenta a malis ministris sunt accipienda quamdiu tolerantur, 1.quæst.1.neque, & c.omnia, & c.multi, & cap. per Eliam, 15. q.vlt.c.vlt.

quod sacramenta ab hæretico scienter non sunt recipienda, 23.qu.1 cap.vlt.

quod ab ipsis in forma ecclesię data sacramenta virtutem habeant, 19. dist.secundum,1.q.1.si autem,& tribus cap.seq. & cap.sicut, & ea quod pro.

quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesiæ non data uirtute careant, 1.qu.1.hi qui, §.sed notandum.

quod uirtutem amittunt si per malum ministrum in forma ecclesiæ exhibentur,32.distin.præter hoc, §.uerum.

quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis, & schismaticis,simoniacis, & depositis, interdictis, excommunicatis, rata sunt quo ad characterem,sed non quo ad executionem, 32. dist.cap. præter hoc,§.porro,1.quæstio.1.si quis a simoniacis.

Quod

Digitized by Google

Quod ſacramentum datum ab hæreticis, non eſt iterandum, ſed virtus ſacramenti dabitur per manus impoſitionem, 32. d. §. ad hoc vero, & §. porro, 24 q. 1. mittamur, §. his auctoritatibus.

quod Deus in adminiſtratione ſacramentorum non penſat merita adminiſtrantium, 1. q. 1. cum ſcriptura.

quod ſacramenta affectum ſuſcipientium, & mentis deuotionem exigunt, 8. q. 1 licet poſt med.

quod ſacramenta contra interdictũ prælatorum ſuorum accepta, damnoſa ſunt, 32. diſt. ad hoc vero, §. porro.

quod non ſunt danda impœnitentibus, 16. 7. fere per totum.

Item non ſunt danda a grauibus peccatis ſubito reuertentibus, de pœ. d. 1. in actionem.

Item non ſunt danda illis qui non ſubſunt alicui, 18. q. 2. abbatibus.

quod non eſt vera conuerſio ad Deũ vbi ſacramenta eccleſiæ contemnuntur de conſecr. diſt. 4. baptiſmi vicem.

Quod ſacramentum quod in ſe bonum eſt, cedit malo in malum, 1. q. 1. quod quidam, §. opponitur, ante medium, vbi exemplum de Iuda.

quod ſacramenta Chriſti pretioſum extrinſecum ornatum non requirunt, 13. q. 2. autum, ante me.

De ſacramẽtis habes ſupra vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes ſpecialiter poſitum ſecundum ordinem alphabeti.

SACRIFICIVM. Quod ſacrificium altaris orationũ, & eleemoſynarũ, eſt, 13. q. 2. non æſtimemus

Item eſt ſacrificium cordis contribulati, de pœ. d. 1. in actionem, poſt medium.

quod magnum Deo ſacrificium offertur cum mali, qui in ſe, & aliorum pernicie dilauantur, cõpeſcuntur 13. q. 5. quali.

quod omnia ſacrificia præcellit corpus, & ſanguis Chriſti, de conſe. d. 2. nihil.

quod non ſacrificiorum magnitudinem, ſed merita offerẽtium, Deus dijudicat, 24. q. 1. odi.

quod illud ſacrificium ſolum Deus acceptat, quod intra eccleſiam catholicã ſibi offertur, 24. q. 1. quia ex ſola.

quod mortui multiplici ſacrificio iuuari poſſunt videlicet altaris, orationum, & eleemoſyarum, 12. q. 2. non æſtimemus, & c. pro obeuntibus, & c. animæ.

De hac materia habes vbi ponitur Oblatio.

SACRILEGIVM. Quod ſacrilegium committitur auferendo ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro, vel ſacrum de non ſacro, 17. q. 4. quiſquis.

Quod ſacrilegiũ eſt inuadere aut auferre res eccleſiæ, 12. q. ſecunda, prædia. & c. indigne, & c. hæc, 13. q. prima qui oblationes, 16. q. 1. in canonibus, 17. q. 4. qui rapit, & c. quiſquis.

quod ſacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit. 17. q 6. ſi quis contumax.

quod ſacrilegium eſt ſi quis quod venerabilibus locis datur, ſibi ſtuduit retinere, 17. quæſt. 4. ſacrilegium.

SACRILEGVS. Quod ſacrilegus dicitur qui res eccleſiæ indebite vendit, 50. d. ſi quis presbyter.

Item qui habens ſufficiens patrimonium res eccleſiæ ad ſuperfluitatem recipit, 16. q. 1. quoniam in ſi.

Item ſacrilegus dicitur, qui perſonã eccleſiaſticam lædit, 37. q. 4. ſicut, & c. quiſquis.

Item qui fugientem violenter de eccleſia trahit. 17. q. 4. nullus, & c. ſi quis contumax.

Item quis conſtitutiones ſanctorum patrum infringit, 17. q. 4. ſi quis ſuadente, §. ſi qui autem.

Item qui arti magicæ intendit, 26. q. 1. illud, in fin.

Item qui alios temerario reba ptizat, 23. q. 5. ſi vos.

Item qui infringit eccleſiam, 16. q. 4. quiſquis.

quod vendere, & comparare ſpiritualia ſacrilegiũ eſt, 1. q. 3. audiuimus

quod dubitare de illo quẽ princeps elegit, an dignus ſit, ſacrilegium eſt, 17. q. 4. ſi quis ſuadente. §. proximo.

quod ſacrilegium Chriſtiani committunt, cum Iudæorum cibis vtuntur, 28. q. 1. omnes.

quod ſacrilegium committit qui Iudæis publica officia committit. 17. q. 4. conſtituit.

quod ſacerdos ſacrilegium committit qui pro matrimonio adulteriũ benedicit. 27. quæſt. vlt. de coniugali.

quod qui cum ea quæ caſtitatem vouit contrahit, vel coitum facit, ſacrilegium incurrit. 27. q. 1. impudicas.

quod ſacrilegus in rebus eccleſiæ. Iudæ proditori comparatur, 23. q. 4. quia ergo.

quod ſacrilegi pœna eſt infamia. 6. q. 3. infames.

Item excommunicatio minor, 17. q. 4 quiſquis.

itẽ anathematizatio, 12. q 2. Idigne.

item depoſitio. 17. q. 4. ſi quis deinceps. 12. q. 2. indigne.

Item publica pœnitentia, 17. q. 4. ſi quis contumax.

quod imponitur ſacrilegio pœna legalis, ſ. decapitatio, 17. q. 4. ſi quis, §. qui autem.

quod aliquando imponitur ſacrilego pœna legalis, & canonica, ſcilicet pœna pecuniaria, & infamia, 17. q. 4. attendendum. & c. ſicut.

SACRISTA. Quod ſacriſta idem eſt quod theſaurarius cuius officium exprimitur, 25. diſtin. perlectis.

SAL. Quod Chriſtus dicens, Sal habete in vobis, ſapientiam verbi deſignauit, 43. d. ſi rector, poſt medium.

quod prælati, & ſacerdotes dicuntur ſal terræ, 93. d. ſacerdotes.

quod malus prælatus dicitur ſal infatuatum, 3. q. 7. ſacerdos. §. item in euangelio, 1. q. 7. non omne.

quod ſal infatuatum a porcis conculcatur. 2. q. 7. ſecuti, §. quia.

quod ſal ſapientiæ in cunctis noſtris ſacrificijs offerri debet, de conſec. d. 4. ſal.

quod aqua ſale aſperſa, & per ſacerdotem conſecrata ſanctificat populum, de conſecr. d. 3. æqualem.

SALOMON. Quod Salomon Rex templum domino conſtruxit, & illud conſecrando magnum feſtum fecit, de conſec. d. 1. §. 1.

quod Salomon non diuitias, nõ longa tempora vitæ, ſed ſapientiam a Deo petijt, 36. d. qui, §. ecce.

quod regina uenit a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis, 8. q. 1. vercor.

quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus, quoſdam exorciſmos inuenit, 21. d §. 1.

quod Salomon amore mulierũ Deos gentilium coluit, & idolis templa conſtruxit, 3. q. 7. §. ult. 32. q. 4. Salomon.

SAMVEL. Quod Samuel qui ſancte vixit, & ſanctus de hac vita exiuit non ſic potuit eſſe ſub diaboli poteſtate, ut arte diabolica per pythoniſſam ſciretur, 26. q. 5. nec mirum poſt medium.

SANCTITAS. Quod eſt ſanctitas innocentiæ quæ tantum bonis cõuenit, & ſanctitas ſacramentalis quæ quandoque malis conuenit, 1. q. 1. dominus, poſt med. Exemplum ibi de Saul.

quod non ex generis nobilitate, uel dignitate ſanctitas innotefcit, ſed ex fidei puritate, & morum honeſtate, 40. d. nos qui.

quod vbi Chriſtus per boni operationem infunditur, & abominatio peccati aboletur ſanctitas conſecratur, 14. q. 1. nec is qui.

quod ſanctum illum credere qui nõ eſt ſanctus periculoſum eſt, 11. q. 3. ſi quis hominem.

quod ſanctus non debet dubitari, quem apex papalis dignitatis attollit, 40. d. non nos.

quod omnis ſanctificatio eſt in ſpiritu ſancto, 75. diſtinct. ordinationes.

SANITAS. Quod ſanitatem corporis efficit moderata refectio, de conſec. d. 5 nihil.

quod exceſſus ciborum putreſcere faciunt corpus, ibi.

quod impoſſibile eſt illos ſimul eſſe, & diu viuere, qui enim ad pib-

Digitized by Google

continue inuoluuntur, de consec. d. 5. ne tales.

Quod abstinẽtia sanat morbos, quos superfluitas ciborum contraxit, de consec. d. 5. legimus.

SAPIENTIA. Quod si sine vera sapientia quis æstimat se prudentem posse fieri, non prudens, sed stultus est, 3. q. 7. qui sine.

Quod sapientia cum sobrietate est habenda, quia non oportet, plus sapere, quam oportet, sed sapere ad sobrietatẽ, 53. d. sit rector, post med.

quod tunc iustificatur sapientia a filijs hominum, quãdo ostẽdit, nec in manducando, nec in abstinendo esse iustitiam: sed in æquanimitate tolerãdi inopiam. 41. d. quod dicit.

quod sapiens nulli nocere intendit, 6. q. 1. sapiens.

quod sapiens sine peccato pretiosis uti cognouit. 41. d. quisquis.

quod sapiens prælationi, & gubernationi competit, 84. d. porro.

quod stultus in culpa sapiens erit in pœna, 38. d. qui ea.

SATISFACTIO. Quod satisfactio pœnitentiæ est peccatorum casus excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere, de pœn. d. 3. circa prine.

quod satisfactio est, nade, & amplius noli peccare, de pœn. dist. 3. quamuis caute. §. hac auctoritate.

quod peccator tunc satisfacit dum pœnam iudicio ecclesiæ impositã factis exquirat. de pœn. d. 1. c. facilius, §. hoc idem.

quod tres sunt partes satisfactionis eleemosyna, ieiunium, & oratio, de pœn. d. 6. §. 1. de quibus tribus habes in suis locis.

quod secundum quantitatem delicti satisfactio debet imponi, 12. q. 2. fraternitas, de pœn. distinct. 5. falsas.

quod publice peccantes publice satisfacere debent, 11. quæst. ult. canonica.

An quis possit satisfacere de vno peccato sine satisfactione aliorum, de pœ. d. 3. sceleratior, §. his auctoritatibus.

An sola contritione sine confessione quis possit Deo satisfacere, de pœn. d. 1. sicut etiam, & multis, §. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Penitentia.

SAVL. Quod Saul licet fuerit a domino reprobatus, tamen Dauid sanctus reprobatur eum, 2. q. 7. plerumque, §. de his.

Quod per Saulem intelliguntur prælati, & per Dauid subditi, 2. quæst. 7. cap. plerumque, §. item per Saulem.

Quod in hoc quòd Saul reprobatus populum iudicabat, innuitur, q prælatus malus non est contẽnendus quãdiu toleratur, 3. q. 7. c. vlt.

SCANDALVM. Quod propter scandalum consuetudines terrarũ (dummodo non sint contra animæ salutẽ) sunt seruandæ, 12. d. illa. Exemplum ibi de matre Augustini.

Quod Christus soluit tributum propter scandalum, 11. q. 3. inter verba.

Quod aliquid aliquando conceditur propter scandalum, quod alias nõ concederetur, 95. distin. presbyteros.

Quod propter scandalum quandoq; aliquid omittitur, quod de iure esset faciendum, 51. distin. aliquando.

Quod scandalum quandoque surgit ex doctrina sana. 11. q. 3. inter verba.

quod potius est a qualibet esca abstinendum, quàm cum aliorũ scandalo edendum, 23. q. 3. §. 1. ante fi.

Quod quandoque propter scandalũ inconsueta tolerantur, 95. d. peruenit.

quod graniter peccat qui proximum indebite scandalizat, 10. q. 3. cauẽdum.

quod qui prælatum suum scandalizat, Deum cuius vicarius est scandalizat, 93. d. ille procul dubio.

Quod dantes occasionẽ scandali sunt rei eorum qui pereunt scandalo, 1. q. 1. hi quoscumque.

Quod mystice loquendo membrum scandalizans sicut vxor, vel propinquus est amputandum, 24. q. 3. illud, 28. q. 1 uxor.

quod peruersus prædicator, & doctor in Deum scandalizatur, 93. d. ille procul dubio.

quod infames prælati sunt propter populi scandalum remouendi, 50. d. de his vero.

An perfectis liceat repetere sua propter scandalum, 23. q. 3. §. 1. ante finem.

SCIENTIA. Quod vera scientia est, per quam Christus inuenitur, & noscitur, 37. d. legimus.

quod omnis ratio supernæ scientiæ, vel terrenæ creaturæ in Deo est, qui est earum caput, & auctor, qui hunc inuenit, nihil ultra quærat, quia quidquid alibi quæritur, in ipso perfecte inuenitur, 37. d. legimus post med.

quod scientia pietatis est scire, & intelligere nouum, & vetus testamẽtum, 37. d. si quis autem.

quod quia sacerdotes sunt duces aliorum, eis scientia summe necessaria est, & quę sunt, quę præcipue scire debent, habes 38. distin. quæ ipsis.

Quod scientiæ quæ curã animæ non habent, mittunt in errorem, & nõ valent ad salutem. 37. d. legimus, in fi.

Quod licet scientia triulj, & quadriuij habeat in se veritatem, non tamen est scientia pietatis. 37. dist. si quis autem.

quod in vanitate sensus ambulant & scientijs sæcularibus tãm intendunt, 37. distin. c. nonne, circa medium.

Quod scientia liberalium artium valet ad sacram scripturam intelligendam, 37. d. de quibusdam, & c. turbat.

quod scientia philosophorũ, & poetarum non est legenda propter delectationem, vel ornatum verborum. 37. d. turbat, §. cur ergo.

quod illud dicitur quis vere scire q audiuit, vel vidit, vel alias cõ scius fuit, & talis potest ferre testimonium. 22. q. 5. hoc videtur.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

SCHISMA. Quod schisma nomen Græcum est, & scissuram sonat. 24. q. 1. schisma.

quod si quis ab apostolica sede diuisus est schismaticus est. 23. q. 5. nõ vos ante med.

quod schismatici ecclesiam Dei lacerant. 23. q. 5. de Liguribus, 24. q. 1. aduocauit, & c. vbi.

quod schismaticus indiscissam domini tunicam in frusta dirumpit. 23. q. 1. quoniam.

quod hæc est differentia inter schisma, & hæresim, quia schisma ab ecclesia recedit, sed hæresis peruersum dogma defendit. 24. q. 3. inter hæresim.

quod schismatici sunt æquales paganis, & etiam peiores, 7. q. 1. denique, post med. 24. q. 1. non afferamus.

Item sunt in statu perditionis. 15. q. 1. quicumque.

Item sunt extra ecclesiam, & corpus Christi. 7. q. 1. scire.

Quod schismatici non habent sui officij executionem, quia non habẽt ecclesiæ vnitatem. 7. q. 1. factus, & duobus c. seq. 24. q. 1. didicimus.

quod schismatici infructuose sibi corpus Christi cõficiunt. 24. q. 1. schisma, & c. pudenda.

quod schismatici quia Spiritum sanctum non habent, remissionẽ peccatorum dare non possunt. 24. q. 1. dicimus.

quod schismatici sunt damnandi, & excommunicandi. 23. q. 5. de Liguribus.

Item per principes sæculares coercere debent. 23. q. 5. non vos.

Item vt ad vnitatem ecclesiæ reuertẽtur sunt cogẽdi. 23. q. 4. ipsa, in fi.

Quod de schismate reuertentes non sunt ad ordines promouendi, sed in susceptis tolerandi. 1. q. 1. ois.

Quod schismatici dignitate, & officio priuantur. 11. quæst. 3. si quis presbyter. 23. quæst. 5. non vos, circa med.

Item temporalibus spoliantur. 23. quæstio. prima, qui contra. 23. q. 5. de Liguribus.

Item pœnis corporalibus puniuntur. 7. q. 1. denique, circa fin. 23. q. 5. de Liguribus.

Item

Item in exilium relegantur, 23.q.5. de Liguribus.
Item non eſt eis communicandum, 24.q.1.omnis,& cap.ſeq.7.q.1.denique,1.q.1.ſi quis inquit.
Quod vnitati non communicat qui ſchiſmaticis communicat, 24. q.1. ſchiſma.
Quod fautores ſchiſmaticorum eadem pœna,qua & ipſi ſunt pleſtendi,24 q.1.aiidicimus.
SCRIPTVRA . Quod ſcriptura ſacra eſt nouum,& vetus teſtamentum, 9.diſt.quis neſciat.
Quod in ea nil eſt improbandũ uel reſpuendum,4.diſt.denique.
Quod non eſt trahenda ad eum ſenſum ad quem ſibi quiſque præſumit , ſed ex ipſâ ſcriptura ſenſum oportet capere veritatis , 37. diſt. relatum.& c.vino.
Quod ſcripturam ſacram debet quis intelligere ex cauſa,ex perſona,ex loco,& ex tempore, ſi non vult in Labyrinthum impingere, 29. diſt. ſ.iendum,& cap.ſeq.
Quod diſtinguenda ſunt tempora vt concordetur ſcriptura,2.q.1. ſi peccauerit.
Quod ſcriptura,qua quis ſcribitur in libro vitæ , ſit ſecundum præſentem iuſtitiam uel præſcientiam,de pœnit.diſt.4.§.finis.
Quod ſecundum præſcientiam ſcribi eſt ad vitam æternam præordinari,ibidem.
Quod ſecundum iuſtitiam merito ſit ea operari, quorum merito ſit dignus æterna ſalute,de pæn.d. 4.§. porro.
Quod ſcriptura ſacra accipienda eſt, & exponenda ſecundum proprietatem linguarum , in qua eſt edita,38.diſt.locutio.
Quod nõ arctatur ſub regulis gram. maticæ artis,38.d.locutio.
Quod non ſemper ad literam , ſed quandoque eſt myſticè intelligenda,23.q.niſi.
Quod ſcripturæ ſenſus eſt quadruplex,videlicet hiſtoricus , quando ſcriptura intelligitur ſicut littera ſonat,ſicut ſunt Iudæorum hiſtoriæ,24.q.1.niſi.
Item allegoricus,quãdo per id quod dicitur, ſignificatur quod iam factum eſt uel futurum eſt.ibid.
Item tropologicus uel moralis quando ſcriptura ad mores conuertuntur,37.diſt.vino.
Item anagogicus,quãdo ſcriptura ad ſuperiora,& ad cęleſtia reducitur, 79.diſt.ieiunium.circa finem .
Quod ſcriptura conciliorum , & Romanorum Pontificum pro authentica eſt habenda,15.diſt.ſancta,19. diſt.per totum.
Quod multa ſeruat vſus eccleſiæ, licet in ſcriptura non inueniantur, 11 diſt.eccleſiaſticarum.
Quod Deus quandoque reuelat aliter quàm ſcriptura ſanctorum tradidit,9.diſt.noli,in fi.
Quod amans ſcripturas facrũ , carnis vitia non amabit , de conſecra. diſtinctione 5.numquam .
Quod omnis ſplendor theoricæ eloquentiæ, omnes modi poeticæ elocutionis,quælibet varietas decoræ pronunciationis ornata à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium , 37. diſt.legimus.§.2.
An liceat clerici ſtudere in ſcripturis philoſophorum & poetarum, 37.diſt.per totum.
Quod qui aliter ſacrã ſcripturam intelligit quã ſpiritus ſanctus flagitat,hæreticus eſt,24. q. 3. hæreſis.
Item ipſam male exponentes dicuntur falſi prophetæ,37.diſt.vino.
Quod ſecundum eam gratia vel ſeuia pensantur,quia eſt ſtatera , 2. q.1.non afferamus.
Quod ſcriptuſa requiritur in multis, videlicet , in hæreſis abiuratione, de conſec.diſt.2. ego Berengarius, 2.q.1.legum.
Itẽ in legatione , vbi requiritur ſcriptura miſſionis,97. diſtinct. nobiliſſimus.
Item in electione quæ debet fieri in ſcriptis,& proferri,63. diſt. quanto,2.q.1.legum.
Item in excommunicatione, quę debet fieri in ſcriptis,11.q.3.curæ, c. q. 1.legum.
Item ſententiæ prolatione , quia aliter ſententia non habet vigorem, 2.q.1.in primis,§.ſi quis , in fi. & c.ſtatutis,& c.legum.
Item in publici criminis accuſatione,2.q.8.quiſquis, & q. 1. legum.
Item in ciuili conuentione,2.q.3. §. offeratur.
Item in appellatione,2.q.6. poſt appellationem.
Item in extraneorum clericorum ſuſceptione,98.diſtin.nullus,& cap. tranſmarinos.
Item in rerum eccleſiaſticarum venditione, 12. q. 2. ſine exceptione, 10.q.2.caſtellas.
Item in baptizandorum ſuſceptione ubi nomen in ſcriptis dari debet,2.q.1.legum,de conſecra.diſt. 4.baptizandi.
Itẽ in regularis voti profeſſione, 27. q.1.omnes fœminæ,20.q.1. vidua.
Item in expoſitorum puerorum collectione,87.diſt.ſi expoſitus .
Item in pœnitentiæ datione, 30.q.5. qualis,in fine.
Item in prælatorũ ad ſynodum non venientium excuſatione, 18. diſt. placu.1.
Item in illorum qui impetuntur citatione,5.q.2.§.1.& c.1.
Item in prælaturæ renunciatione. 7. q.1.ſicut vir,§.ecce.
Item in ſeruorum ordinatione , 54. diſt.nulli.
Item in reconciliatione , 2.q.1.legũ.
Item in ordinatione , quia ordinati debẽt ſcripturam quæ formata dicitur , ab ordinatore accipere , 73. diſt.per totum.
Item in conſtitutionis promulgatione,35.q 9.quod quis, 96.diſt. bene quidem,circa medium.
Item in ſeruorum ab epiſcopo manumiſſione,12.q.2.epiſcopus qui mancipium.

De ſcriptura habes vbi agitur de Sententia,& de Subſcriptione.

SCRVTINIVM . De ſcrutinio habes vbi agitur de examinatione .
SECVRITAS . Quod vbi eſt perfecta dilectio , ibi eſt ſecuritas , 24.q.1. non turbatur.
Quod ſecuritas conſcientiæ in tribulationibus relcuatur, 24.q.1.non turbatur.
Quod in vltimo fine pœnitentibus , de conſecutione æternæ felicitatis ſecuritatem dare non poſſumus, de pæn.d.7.circa princ.
SEDES . Quod ſedes Apoſtolica eſt prima auctoritate,& dignitate, licet Antiochena ſit prior tempore, 21.diſt.nunc autem,24.q.1. rogamus,9.q.3.nemo & cap.ſeq.
quod ipſa eſt maior in iudicijs auctoritate,9.q.5. patet, & c.ipſis ſunt.
Quod conſtitutiones huius ſedis ab omnibus ſunt ſeruandæ,11.diſtin. conſequens.
quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare,17.q.4. nemini, 21.d. nunc autem.
quod Chriſtianus peccatũ infidelitatis incurrit, qui ſedi Apoſtolicæ obedire contemnit.21.diſt.ſi qui, in fi.93.diſt.qui cathedram.
quod in dubijs & arduis ad ſedẽ apoſtolicam eſt recurrendum, 17.diſt. nec licuit,& duob c.ſeq.16.q.1. frater,poſt med.24.q.1. rogamus.
quod in libris & opuſculis quidqd approbauit ſedes apoſtolica , eſt tenendum. 19. d. ſi Romanorum. vſque ad c.ita.
quod ſine auctoritate ſedis ipſius generale non celebratur concilium, 17.diſt.per totum.
quod immediate ſedi apoſtolicę ſubiecti(maxime qui propinqui ſũt) annuatim ſe debent præſentare, 93.d.iuxta,& §.præced.
quod ſine ſedis huiuſmodi iudicio epiſcopi non poſſunt condemnari,3.q.6.accuſatus,& cap. ſequen. 9.q.3.antiquis.
quod male damnati per ipſam reſtituuntur,9.q.3.fuit, & c. fratres.
quod ſine ſedis Apoſtolicæ auctoritate nullus epiſcopus ſedem ſuam audet mutare. 7.q.1. mutationes.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia Romana, de Papa , & de Apoſtolica Sede.

Item hæc ſunt quę reſeruantur eccleſiæ Romanæ,& apoſtolicæ ſedi.
Iudicium epiſcoporũ,3.q.6.dudum.
Item reſtitutio depoſitorum , 2.q.6. ideo huic.
Item congregatio conciliorum. 3.q. dudum.
item reſtitutio clericorum. 1.q.7.cõuenientibus.
item exemptio epiſcoporum,16.q.1. ſtatuit,18.q.2.inminoto.

Item

Item quæſtio fidei, 24. q. 1. quoties.
Item abrenunciatio epiſcopi, 6. quæſtio. 3. denique.
Item mutatio epiſcoporum, 7. q. 1. mutationes.
Item epiſcopatuum diuiſio & vnio, 16. q. 1. & temporis.
Item pallij datio, 100. diſt. quoniam.
Item abſolutio excommunicationis factæ ex ſede, 11. diſt. inferior. 16. q. 1. fratres.
Item antiquorum canonum, & ſcripturarum interpretatio, 17. diſtin. nec licuit.
Item factæ reſtitutio, 1. q. 3. Paulum, §. hinc autem colligitur.
Item cum ſimoniacis diſpenſatio, 1. q. 3. Paulum.
Item maiorum, & difficilium quæſtionum diſcuſſio, 17. diſt. multis.

De hac materia habes vbi agitur de Eccleſia Romana, & de Papa, & de Diſpenſatione.

Quod ſedes quatuor Patriarchalium Eccleſiarum ſunt iſtæ, Conſtantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, 22. diſt. renouantes.
Quod Conſtantinopolitana ſedes licet vltima fuerit tempore, tamen propter dignitatem tranſlati Imperij ex ſtatuto concilij poſt Romanam ſedem primum obtinet locum, 22. diſtin. ſacroſanctam, §. hac, & cap. ſeq. §. hinc. & §. diffinimus.
quod Alexandrina ſedes, quam beatus Marcus Euangeliſta ad honorē ſancti Petri inſtituit olim poſt Romanam prior fuit, & poſt illam ſecunda fuit Antiochena, in qua reſederat beatus Petrus antequam Romam veniret. 22. diſtin. ſacroſancta.
quod ſedes epiſcopales non in villis uel caſtellis, ſed in maioribus locis debent conſtitui, 80. diſtinc. per totum. quod B. Petrus Apoſtolus. vbi pagani habebant archiflamines, fecit inſtitui archiepiſcopos. 80. diſt. in illis.
quod ſedes epiſcoporum non longo interuallo debēt diſtare, vt ad conſecrationem archiepiſcopi citius poſſint uenire, 80. diſt. non debere. §. ſedes, & c. ſeq.
quod ubi non fuit ſedes epiſcopalis de nouo non debet inſtitui, niſi fideliū excreuerit multitudo, 16. q. 1. præcipimus, & c. falſa.
